This vol. most val. only
one [illegible] original [illegible] manuscript

COMMENTARIUS

GRAMMATICUS CRITICUS

IN

VETUS TESTAMENTUM

IN USUM MAXIME

GYMNASIORUM ET ACADEMIARUM

ADORNATUS.

SCRIPSIT

FRANC. JOS. VALENT. DOMINIC. MAURER

PHIL. DOCT. SOC. HISTORICO-THEOL. LIPS. SOC. ORD.

LIPSIAE

SUMPTUM FECIT FRIDERICUS VOLCKMAR.

1838.

COMMENTARIUS

GRAMMATICUS CRITICUS

IN

VETUS TESTAMENTUM

IN USUM MAXIME

GYMNASIORUM ET ACADEMIARUM

ADORNATUS.

SCRIPSIT

FRANC. JOS. VALENT. DOMINIC. MAURER

PHIL. DOCT. SOC. HISTORICO-THEOL. LIPS. SOD. ORD.

VOLUMEN SECUNDUM.

LIPSIAE

SUMPTUM FECIT FRIDERICUS VOLCKMAR.

1838.

SOCIETATI

HISTORICO-THEOLOGICAE

LIPSIENSI

FESTVM QVO CONDITA EST DIEM

POST V LVSTRA

FAVENTE DEO GLORIOSE REPETITVM

GRATVLATVRVS

HVNC LIBRVM

D. D. D.

SCRIPTOR.

EZECHIEL.

CAP. I. II. III. Ezechiel vates inauguratur. — וַיְהִי] 1.
„Dictione וַיְהִי Hebraei non solum posteriores libros praeceden-
tibus annectunt, ut Jos. 1, 1. Jud. 1, 1. 2 Sam. 1, 1., sed etiam
de integro incipiunt, ut Ruth. 1, 1. Esth. 1, 1. Quibus in locis
Vav copulandi significatum amittit, et tantum Futuro Praeteriti
significationem tribuendo inservit.“ Ros. Quod non concesserim.
Vav hic quoque vim copulandi habet, ita tamen, ut, quum
Jos. 1, 1. cet. historiam superiorum temporum *scriptam* respi-
ciat, hoc loco et Ruth. 1, 1. Esth. 1, 1. respiciat *non scriptam*,
sed animo obversantem scriptoris. Dicit igitur וַיְהִי vates, quasi
praegressorum temporum historias continuaturus. בִּשְׁלֹשִׁים שָׁנָה].
Aera non indicatur. Ex quo cognoscimus, intelligendam esse
aeram, quae esset apud eos, inter quos vates scriberet, aera *vul-
garis*. Scripsit autem apud Babylonios (vid. quae sequuntur).
Itaque intelligendus est annus tricesimus fundati a Nabopolassare
regni *Babylonici*. מַרְאוֹת אֱלֹהִים] cap. 1. 2. 3. descriptas. —
לְגָלוּת הַמֶּלֶךְ יוֹיָכִין] 2 Reg. 24, 10. seqq. Jerem. 29, 2. cf. ibid. 2.
22, 24. seqq. — הָיֹה הָיָה] Cum vi dicit הָיֹה הָיָה ad signi- 3.
ficandam muneris suscipiendi gravitatem, quod miror Rosenmül-
lerum effugisse. וַתְּהִי עָלָיו שָׁם יַד־יְהוָה] De vi hujus locutio-
nis vid. notata ad Jes. 8, 11. — רוּחַ סְעָרָה בָּאָה] praenuntia 4.
adventantis numinis, 1 Reg. 19, 11. al. מִן הַצָּפוֹן] deorum sede
apud Babylonios aliosque orientis populos, vid. ad Jes. 14, 13.
כְּעֵין הַחַשְׁמַל] Cum Bocharto Rosenmüllerus et alii חַשְׁמַל, quod
et infra vs. 27. et 8, 2. legitur, conflatum volunt ex chald. נְחָשׁ
cuprum, *aes*, et מַלְלָא *aurum*, ut significet *aurichalcum*. Monet
tamen Gesenius, incertae auctoritatis esse videri illud מַלְלָא.
Quare quum infra vs. 7. eodem contextu legatur נְחֹשֶׁת קָלָל *aes
politum* (legitur etiam Dan. 10, 6.), חַשְׁמַל Viro III. in eandem

sententiam explicandum videtur, ut sit a נָחשׁ et מַל, quam syllabam non solum mollitiei, sed etiam *laevoris* et *glabritiei* significationem habuisse probavit exemplis. Assensum praeberem, nisi miri aliquid haberet, scriptorem fere eodem loco eandem rem diversis voc. expressisse. Itaque mihi suspicio orta est, חַשְׁמַל significare *ornamentum* quoddam *ex auro argentove conflatum politumque*, quippe compositum ex חשׁם خَشَمَ *fricuit* et חשׁל ܚܫܠ *conflavit*, *incrustavit auro* vel *argento*, plane ut חֶרְמֵשׁ *falx* messoria, conflatum est ex חרם خَرَمَ et חָרַשׁ *incidit*. Alia
5. exempla vid. in Gesenii Gr. ampl. p. 866. — Animantia, quorum forma dehinc describitur, esse *Cherubos*, cognoscitur ex cap.
8. 10, 20. De מַרְאֵיהֶן vid. not. ad Gen. 41, 21. — וִידֵו אָדָם] concise pro וִידֵו יְדֵי אָדָם *et manus ejus* (unus pro omnibus ponitur ut vs. 20. 21. 22.) erant *manus hominis*. Cf. עֵינַיִךְ יוֹנִים *oculi tui* sunt oc. columbarum Cant. 1, 15. et alia. Nihil igitur opus, ut cum Ewaldo Gr. crit. p. 295. ידו efferas יְדוּ (וִידוּ) idque habeas pro antiqua forma status constructi, quanquam Masorethae
9. יְדֵי (וִידֵי) legi volunt. — לֹא יִסַּבּוּ בְּלֶכְתָּן וגו׳] i. e. poterant ire in omnes partes, absque quo necesse haberent, circumagi et convertere se ad illam coeli plagam, ad quam pergerent. cf. vs. 6.
10. — פְּנֵי אָדָם] sc. ab anteriore parte. וּפְנֵי נֶשֶׁר] a parte postica.
11. — וּפְנֵיהֶם] *et* hae quidem erant *facies eorum*. Eodem modo capi possit וּגְבוּל Jos. 13, 23. 27. 15, 12. 47. al. גְּוִיֹּתֵיהֶנָה] cf. apud eundem hunc scriptorem suff. m. ־יהֵמָה 40, 16. et 2. f. ־יכֶנָה 13, 20. coll. G. Gr. min. §. 35. adn. 4. E. §. 428. ed. 2.
14. — וְהַחַיּוֹת רָצוֹא וָשׁוֹב] *et animantia huc illuc cursabant*, propr. *et animantia currere et reverti*. cf. Curt. lib. 4. extr. *Alexander* territos *castigare*, *adhortari*, proelium *solus accendere*. Apud Hebraeos infinitivus absolutus loco verbi finiti cum nomine subjectum efficiente etiam hoc modo conjunctus reperitur, Job. 40, 2. (39, 32.): הֲרֹב עִם שַׁדַּי יִסּוֹר *num litigabit cum Omnipotente reprehensor?* propr. *rechten mit dem Allmächtigen der Tadler?* רָצָא i. q. רוּץ, cf. נָבָא et נוּב al. Non fuit, quod hunc locum sollicitaret Ewaldus Gr. crit. p. 566. כְּמַרְאֵה הַבָּזָק] בָּזָק ἅπαξ λεγόμ. sed certae significationis a veteribus omnibus expressae *fulguris*, a rad. inusitata בָּזַק *sparsit* = ܒܙܩ, hinc
15. *radios sparsit*, cf. arab. بَزَقَ *ortus fuit* sol. — אוֹפַן אֶחָד

[בָּאָרֶץ אֵצֶל הַחַיּוֹת] i. e. erant singulae rotae juxta singulos Cherubos, cf. 10, 9. [לְאַרְבַּעַת פָּנָיו] Rosenmüllerus: „*ad quatuor facies ejus* sc. currus," quod, quum vehiculi mentio non fiat, durius videtur. Certum mihi est, suffixum (quod per se probabile) referendum esse ad אוֹפָן *rotam*, hoc quidem sensu: *secundum quatuor facies suas* i. e. quatuor latera s. terga sua, quatuor semicirculos suos exhibens = לְאַרְבַּעַת רִבְעָיו (vs. 17.), ut igitur duabus hisce vocibus non jam quatuor rotae, sed uniuscujusque rotarum quatuor semicirculi designentur, de quibus vide ad vs.
16. 17. — [כַּאֲשֶׁר יִהְיֶה הָאוֹפַן בְּתוֹךְ הָאוֹפָן] Bene Rosenmüllerus 16. 17.
„vates significat, ait, fuisse has rotas eum in modum factas, ac si rota una alteri implicita fuerit, eamque decussatim quasi ad lineas rectas secuerit; ut adeo rotae non *unius* fuerint *circuli*, ut solent esse ordinariae currûm rotae, sed *duobus* compositae *circulis*, invicem sibi insertis, et sese decussatim ad rectas lineas secantibus." Hinc rotae poterant progredi, regredi, pergere ad dextram aut sinistram, absque quo opus haberent, cir-
cumagi, quod dicitur vs. 17. sqq. — [רוּחַ הַחַיָּה] vs. 20. 21. 20.sqq.
10, 17. al. non est cum *Köstero, Erläut. d heil. Schrift* p. 28. aliisque reddendum *spiritus vitae* (= רוּחַ חַיִּים), sed *spiritus animantis* i. e. collect. animantium, Cheruborum, cf. vs. 22.
10, 15. 20. al. — [כְּקוֹל שַׁדַּי] i. e. ut tonitru, Ps. 29, 3. sqq. — 24.
— [כְּעֵין חַשְׁמַל] vid. ad vs. 4. 27.

Cap. 2. *Atque hi filii perfrictae frontis et obfirmati* 4.
animi, ad eos ego te mitto. — Et illi sive audiant, sive omit- 5.
tant audire = non audiant (*sunt enim isti gens contumax*), *sciant tamen, prophetam esse in medio ipsorum*, ne pravitatis suae causam opponant ignorantiam. At inquit Rosenmüllerus, „ista verborum אִם יִשְׁמְעוּ וְאִם יֶחְדָּלוּ interpretatio recte se haberet, si אִם יֶחְדָּלוּ scriptum esset. וְ praemissum ostendit, verba ita potius vertenda esse: *illi si audiant*, scil. bene est, *sin minus* cet.," coll. Exod. 32, 32., ubi scriptorem simile quid reticuisse statuit. Sed fugerunt Virum S. V. loci Jos. 24, 15. Eccl. 11, 3. 12, 14: אִם טוֹב וְאִם רָע *sive bonum est sive malum.* Accedit, quod verba illa eo sensu sumta, quo sumi vult Rosenmüllerus, infra vs. 7. et 3, 11. carent apodosi; nam quod illis in locis Vir Ill. cogitando supplet *sciant tamen, prophetam inter ipsos esse*, id tam precarium est, quam quod maxime precarium. De

6. Exod. l. l. vid. ad eum not. — כִּי סָרָבִים וְסַלּוֹנִים אוֹתָךְ] סַלּוֹן
i. q. סִלּוֹן *spina* 28, 24.; quod praecedit סָרָב *rebellem* significare
volunt a chald. סָרַב *refractarius fuit*, in hanc sententiam: *nam
rebelles et spinae sunt tecum*, contra te. Sed *rebelles* et *spinae*
male profecto concinunt. Pro rebellibus equidem denuo com-
mendo *urticas* Castelli, coll. *urendi* verbis סרף, שרף, צרב. —
7. כִּי מְרִי הֵמָּה] Substantivum abstractum poetice pro adjectivo est
8. positum, ut vs. 8. 44, 6. — פְּצֵה פִיךָ וֶאֱכֹל וגו'] cf. 3, 1. sqq.
10. ibique not. — וְהִיא כְתוּבָה פָנִים וְאָחוֹר] praeter consuetudinem,
ad significandam longam orationum ab ipso habendarum seriem.

1. sqq. Cap. 3. De volumine prophetae ad devorandum tradito vs.
6. 1—3. cf. ad Jer. 15, 16. — אִם לֹא אֲלֵיהֶם שְׁלַחְתִּיךָ הֵמָּה
יִשְׁמְעוּ אֵלֶיךָ] *profecto, ad illos si te mitterem, illi auscultaturi
essent tibi.* אִם לֹא jurandi formula. In sententia אֲלֵיהֶם שְׁלַחְתִּיךָ
suppressa est particula conditionalis, ut 2 Reg. 5, 13. Ruth. 1, 12.
11. ubi vid. not. — אִם יִשְׁמְעוּ וְאִם יֶחְדָּלוּ] Vid. notata ad 2, 5. —
12. בָּרוּךְ כְּבוֹד יְהוָה מִמְּקוֹמוֹ] *laudetur gloria Jovae e loco suo*,
sede sua. His laudibus numen sine intermissione celebrant Che-
14. rubi. — וָאֵלֵךְ מַר בַּחֲמַת רוּחִי] „ob mala illa imminentia, quo-
rum ingratus jubebar esse nuncius.“ Ros. — וְיַד יְהוָה עָלַי חָזָקָה]
15. Vid. ad Jes. 8, 11. — ואשר הֵמָּה יוֹשְׁבִים שָׁם] „Quae in textu
exstant literae ואשר sunt וָאֵשֵׁר enunciandae, prima Futuri apo-
copati Kal persona, verbi שָׁרָה, i. q. chald. שְׁרָא *solvit*, hinc
divertit, commoratus est, habitavit; cf. quoad formam וָאֵפֶן *et
verti me* Deut. 9, 15. Significatu igitur Keri (וָאֵשֵׁב ut statim
sequitur) et Chethibh haud discrepant, ut et alias convenire
solent.“ Sic Rosenmüllerus, quem secutus est Winerus s. v. שָׁרָה.
Aliter Hitzigius Begriff p. 121. sq. et Gesenius in indice gram-
matico, qui efferunt וָאָשׁוּר (a rad. שׁוּר, cf. וָאָקֻם 1 Reg. 3, 21.,
וָאָשֻׁב Zach. 6, 1.) in hunc sensum: *et spectavi eos ibi habi-
tantes.* Iterum aliter Devettius; hic enim וַאֲשֶׁר legit redditque:
„*und wo sie* sonst *wohneten.*“ Inter hos viros proxime a veri-
tate abesse videntur Rosenmüllerus et Winerus. Saepissime enim
Keri ita rejiciendum est, ut tamen in legendo et explicando
Chethibh illius ratio habeatur, quandoquidem Keri haud raro
nonnisi faciliorem lectionem exhibet. Itaque sub ואשר *dever-
tendi* s. *commorandi* notionem subjiciendam puto et ego, vana
esse judicans, quae contra eam monuit Hitzigius l. l., siquidem

fusiore dicendi genere delectatur hic vates, cujus rei exempla quaevis pagina exhibet. Nolo autem cum Rosenmüllero et Winero legere וָאֵשֵׁר a שָׁרָה incertae auctoritatis verbo (vid. ad Jer. 15, 11.); lege potius וָאָשֵׁר a שׁוּר = סוּר (ut Hos. 9, 12.), quod constat saepius significare *devertere aliquo*, *deversari alicubi*, reddoque: *et deverti eo*, vel *et deversabar ibi*, *ubi* (sent. rel. omisso אֲשֶׁר) *illi habitabant*. cf. quae subjiciuntur. מַשְׁמִים] G. Gr. min. §. 66. adn. 10. E. Gr. min. §. 285. b. adn. 1.
— וְלֹא תִזָּכַרְןָ צִדְקֹתוֹ] „Nomen singularis numeri, צִדְקָתוֹ, jun- 20.
gitur cum verbo plurali תִּזָּכַרְןָ, quod צְדָקָה collective de recte factis capitur.“ Ros. Sed quid tandem obstat, quo minus צִדְקָתוֹ legas? תִּזָּכַרְןָ abjecto ה ob vim Juss., ut תְּבֹאןָ Gen. 30, 38., תִּהְיֶיןָ ibid. 49, 26.

CAP. IV. V. In Hierosolyma. — „Quod *lateri* obsidendae 1.
urbis Hierosol. picturam insculpit, in eo istius temporis ac regionis morem sequitur. Epigenes apud Babylonios .. observationes siderum *coctilibus laterculis* inscriptas docet, teste Plinio H. N. lib. VII. sect. 57.“ [lib. VII. cap. 56. p. 123. edit. Basil.]. „Et in eo ipso tractu, quo olim Babylonicam urbem sitam esse credibile est, nostra aetate ingens laterum copia e terra est effossa, quibus scriptura, cuneatis figuris constans, est insculpta.“
Ros. — דָּיֵק] vel *specula*, *turris speculatoria* (secundum Gese- 2.
nium *oppugnatoria?*), ab aram. דוּק *circumspicere*, *speculari* (ut בַּחַן id. a בְּחַן); cf. syr. ܕܘܩܐ *speculatio*, *specula* Jes. 21, 8., vel *machina* quaedam arieti similis, proprie *contundens* a דוק = דָּקַק *contudit*, دقّ *tundendo fregit*, *pulsavit* fores, muros urbis. J. D. Michaelis, Rosenmüllerus, Winerus et alii *murum* intelligunt, quo obsidentes urbem circumvallaverint, coll. arab. داق IV. *circumdedit*, *cinxit*, cui interpretationi favet περίτειχος Graeci Alex. 2 Reg. 25, 1. Sed eidem infra 26, 8. דָּיֵק est προφυλακή, et 17, 17. 21, 27. βελόστασις vel potius collective βελοστάσεις, quae igitur alterutram de prioribus significationibus commendare posse videntur. Quum vero hoc qui prae manibus est loco iterum aliter προμαχῶνας reddat, ex hoc interprete certi omnino nihil colliges, quod idem valebit in reliquos. —
וְאַתָּה — הָעִיר] „Videtur propheta, dei gerens personam, inter 3.
se et laterem, in quo Hierosolyma delinearat, sartaginem ferream eo consilio posuisse, ut significaret, quasi ferreum murum inter-

jectum esse cives inter et se, i. e. deum, deique decretum et sententiam contra illos latam esse irrevocabilem, nec deum civium preces et querimonias auditurum.“ Ros. אֶת־פָּנֶיךָ] *vultum*
4. *tuum* minacem, cf. vs. 7. 6, 2. al. — וְאַתָּה שְׁכַב עַל צִדְּךָ
הַשְּׂמָאלִי] urbem in obsidione tenendam nova imagine repraesentaturus, cf. vs. 8. Latus *sinistrum* respicere videtur decem tribuum *situm*, cf. infra 16, 46. וְשַׂמְתָּ אֶת־עֲוֺן בֵּית יִשְׂרָאֵל עָלָיו] ad indicandam tantorum malorum causam. מִסְפַּר הַיָּמִים אֲשֶׁר וגו'] *numerum dierum, quos* i. e. per tot dies, per quot *cubabis in eo*, latere tuo sinistro, *feres delictum eorum* i. e. ejus poenam lues. Quibus verbis minus recte intellectis a Rosenmüllero aliisque nihil nisi hoc dicitur, cubationem istam molestam (obsidionis imaginem) futuram esse poenam debitam peccatis sui populi. מִסְפַּר־ non est pro לְמִסְפַּר positum, ut vult Rosenmüllerus, sed
5. est acc., atque ita etiam vs. 9. — Annos 390 cum Rosenmüllero, Eichhornio et aliis numerandos puto inde a regno bipartito. „Effluxerant quidem ab initio regni Jerobeami, anno 975 ante Chr., usque ad obsidionem Hieros. per Nebucadnezarem, anno 589 ante Chr., tantummodo anni 386, sed pro eo numero hic quem dicunt rotundum poni in poetico sermone nemo mirabitur.“
6. — וְכִלִּיתָ — וְשָׁכַבְתָּ] *Quum absolveris — cubabis.* Eandem constructionem habes Gen. 33, 13. 42, 38. et saepius, cf. Ew. §. 626. אַרְבָּעִים יוֹם] „Verisimile est, computare vatem annos illos quadraginta inde ab eo tempore, quo cultum Jovanum, templo purgato, restituit Josias, quo pii regis facto Jova motus quae antea peccata commisisset Juda, ei condonaverat, spe concepta, fore ut populus in suo cultu sit persistiturus. Jam vero inde a duodecimo Josiae regnantis anno, quo ille sacra purgavit, anno 629 ante Chr., usque ad initium obsidionis anno 589 ante Chr. numerantur quadraginta anni, per quos Juda denuo in Jovam deliquerat.“ Ros. Ita et Eichhornius. יוֹם לַשָּׁנָה יוֹם לַשָּׁנָה נְתַתִּיו לָךְ] Haec eodem modo capienda videntur, quo sunt quae leguntur vs. 5. initio, hoc dico: *singulos dies tibi facio (in) singulos annos* i. e. valere jubeo pro singulis annis. Poterat sententiam et sic exprimere (prorsus convenienter ad vs. 5.): שָׁנָה לַיּוֹם שָׁנָה לַיּוֹם נְתַתִּיהָ לָּךְ. Ceterum suffixum in נְתַתִּיו referendum est ad יוֹם, proprie enim sic habent verba: *singulos dies, eos tibi facio* cet. *je einen Tag, ihn mache ich dir zum Jahre.* cf. 7, 20: צְבִי עֶדְיוֹ לְגָאוֹן שָׂמָהוּ al. Aliter Rosenmüllerus,

qui: *singulos dies pro singulis annis constitui tibi illud* i. e.
illum tuum decubitum in latere dextro. — וְאֶל־מְצוֹר יְרוּשָׁלִַם 7.
תָּכִין פָּנֶיךָ] cf. ad vs. 3. וּזְרֹעֲךָ חֲשׂוּפָה] cf. Jes. 52, 10. ibique
not. וְנִבֵּאתָ עָלֶיהָ] hoc tuo gestu. — מִסְפַּר הַיָּמִים וגו'] vid. ad 9.
vs. 4. שְׁלֹשׁ מֵאוֹת וגו'] De quadraginta diebus dextri lateris
tacet, per oblivionem, ut videtur. — הִנְנִי שֹׁבֵר מַטֵּה לֶחֶם] Vid. 16.
ad Jes. 3, 1. et cf. etiam *artus suffulcire* Lucret. 4, 948.

Cap. 5. וְחִלַּקְתָּם] intell. capillos. — Sensum versus 2. 1. 2-4.
vates ipse aperit infra vs. 12. Versu 3. paucos superstites fu-
turos esse significat; quarto horum quoque partem in perniciem
actum iri dicit est. — בְּתוֹךְ הַגּוֹיִם שַׂמְתִּיהָ וגו'] Similiter Graeci 5.
in medio orbe terrarum positos putarunt Delphos, Strab. 9, 3. 6.
Soph. Oed. 488. Pind. Pyth. 4, 4. 8. Cic. Div. 2, 56. Ovid. Met.
10, 167. cf. infra 38, 12. ibique not. — וַתֶּמֶר אֶת־מִשְׁפָּטַי 6.
לְרִשְׁעָה] *repugnavit statutis meis impie*, מָרָה cum acc. ut sae-
pius, לְרִשְׁעָה adv. Alii, ut Devettius, מָרָה hic idem valere
judicant quod מוּר sensu minus commode hoc: *mutavit statuta*
mea in impietatem. — וּכְמִשְׁפְּטֵי הַגּוֹיִם אֲשֶׁר סְבִיבוֹתֵיכֶם לֹא 7.
עֲשִׂיתֶם] „Infra 11, 12., ubi eadem haec verba repetuntur, negandi
particula לֹא ante עֲשִׂיתֶם omittitur, ut hoc loco in pluribus
codicibus atque in Syriaca versione. Sed לֹא genuinum esse,
vix est quod dubitemus. Nam altero illo loco 11, 12. mores
gentium mali, hic quatenus boni, intelliguntur. Sensus est: ne
omnibus quidem communes et naturae humanae insitas leges ob-
servatis.“ Ros. — אֶגְרַע] *detraham*, intellige עֵינִי *oculum meum*, 11.
quod statim sequitur, coll. Job. 36, 7: לֹא יִגְרַע מִצַּדִּיק עֵינָיו
non detrahet (deus) *a justo oculos suos*, et G. Gr. ampl. p. 851.
Intelligitur ex his, quod in nonnullis libris et apud veteres ex-
pressum legitur אֶגְדַּע *exscindam* rejiciendum esse. — שְׁלִשִׁתַיִךְ] 12.
mendose, opinor, pro שְׁלִשִׁיתֵךְ. Cf. simillimum errorem infra 11, 6.
— וְהִנֶּחָמְתִּי] Extra pausam esset וְהִנַּחַמְתִּי (= וְהִתְנַחַמְתִּי). 13.
— וְשָׁבַרְתִּי לָכֶם מַטֵּה לָחֶם] cf. ad 4, 16. 16.

CAP. VI. VII. Terrae Israeliticae exitium praedicitur. —
אֶל־הָרֵי יִשְׂרָאֵל] simulacris deorum commentitiorum occupatos, 2.
vs. 3. sqq. — וְלַגֵּיאוֹת] K'ri: וְלַגֵּאָיוֹת, vid. E. Gr. min. §. 415. 3.
p. 254. — בְּהַזְּרוֹתֵיכֶם] infinitivus cum suffixo plur. ob externam 8.
speciem nominis plur. fem. pro בְּהִזָּרוֹתְכֶם. Praeter hunc locum
non reperitur nisi infra 16, 31. in בְּנוֹתַיִךְ. Ceterum cf. not. ad

9. Jes. 47, 13. — אֲשֶׁר נִשְׁבַּרְתִּי אֶת־לִבָּם הַזּוֹנֶה] Vix crediderim
cum Gesenio, Rosenmüllero, Eichhornio, Devettio aliisque, נִשְׁבַּר
hic idem valere quod שָׁבַר. Non dubito equidem, quin, quem-
admodum 1 Sam. 20, 6. נִשְׁאַל est *sibi petere*, sic hoc loco
נִשְׁבַּר significet *sibi frangere* i. e. cum לִבָּם: poenitentia con-
terere eorum animum, ut ad ipsum (deum) redeant, quod quam
bene conveniat in hunc locum, apparet. אֲשֶׁר hic est *quum, quando.*
וְנָקֹטּוּ] a קוּט, forma petita ab inus. קָטַט. אֶל־הָרָעוֹת] אֶל־
10. germ. *un* i. q. נְ in eadem locutione 20, 43. al. — אֶל־חִנָּם]
13. vid. si libet G. Gr. min. §. 148. 1. — אֶל־כָּל־גִּבְעָה רָמָה]
אֶל־ i. q. עַל, ut infra 7, 16. 18, 6. 11. אֶל־הֶהָרִים i. q. עַל
14. הֶהָרִים ibidem vs. 15. cf. not. ad Jud. 6, 39. — מִמִּדְבַּר דִּבְלָתָה]
magis quam desertum apud Diblath. דִּבְלָתָה Gesenius aliique
vitiose scriptum volunt pro רִבְלָתָה. Sed veteres omnes 'ד le-
gunt. Itaque praestat Daleth retinere, et דִּבְלָה habere pro op-
pido haud diverso a דִּבְלָתַיִם Num. 33, 46., בֵּית דִּבְלָתַיִם Jerem.
48, 22., oppido Moabitarum in finibus immanis deserti sito.

2. Cap. 7. Verba כֹּה אָמַר אֲדֹנָי וגו׳ secundum accentum sic
struenda sunt: *sic dicit dominus Jova: terrae Israelis finis*
venit (ut vs. 3), *venit finis super* cet., vel: *sic d. dom. Jova
de terra Israelis: finis* adest! *venit finis super* cet. Eichhor-
nius et Devettius neglecto accentu: *sic d. dom. Jova de terra
Israelis: finis venit, finis super* cet., cf. vs. 6: קֵץ בָּא בָּא הַקֵּץ.
5. — רָעָה אַחַת רָעָה] Böttcherus (Win. Zeitschr. f. wiss. Theol.
T. II. F. 1. p. 57.): „*calamitas, una calamitas* i. e. nihil nisi
calamitas, continua calamitas," minus convenienter ad ea quae
proxime sequuntur. Gesenius, Winerus, Eichhornius, Devettius
aliique: „*calamitas, unica calamitas*, i. e. eximia, singularis"
(ita et Rosenmüllerus, si exceperis illud, quod contra accentus
verba sic jungit: *malum unicum, malum*), coll. Cant. 6, 9. Job.
23, 13. (ubi tamen בְּאֶחָד dubiae interpretationis est) et usu lin-
guae arabicae. Quid? si אַחַת nil sit nisi articulus indefinitus?
In scriptore verboso sententiarumque egeno, qualis est Ezechiel,
ante omnia, ne verba praeter necessitatem premantur, cavendum
7. est. — בָּאָה הַצְּפִירָה אֵלֶיךָ] *venit ordo ad te*, te jam ordo fati
tangit. צְפִירָה propr. *orbis* (cf. Jes. 28, 5.), deinde *vicissitudo
fati*, ut arab. دَائِرَةٌ *circuitus, circulus, orbis*, deinde *conversio,
periodus fortunae*, maxime *adversa*; inde كانت الدائرة عليهم

fuit periodus fortunae super illos, victi sunt. קָרוֹב הַיּוֹם
[מְהוּמָה וגו'] Rosenmüllerus: „*propinquus est dies ille tumultus*
(Genit.) cet. Ante nomen מְהוּמָה repetendum est יוֹם sine ar-
ticulo, in statu regiminis.“ Malo equidem verba divisim capere
hoc modo: *propinquus est dies ille* fatalis (vs. 10. 12. cf. 21,
30. al.), *perturbatio*. [וְלֹא הֵד הָרִים] Recte, opinor, Rosenmül-
lerus non tam ovationes et laetos clamores vindemiatorum in-
telligit, quam choreas agentium festis diebus in honorem deorum
fictorum, cf. 6, 3. sqq. 13. — [צָץ הַמַּטֶּה] quo Judaei percu- 10.
tiantur. cf. Jes. 10, 5. [פָּרַח הַזָּדוֹן] hostium, supplicii de Judaeis
sumendi exactorum. — [הֶחָמָס קָם לְמַטֵּה רֶשַׁע] *Violentia* i. e. 11.
hostis violentus *surgit in baculum impietatis* i. e. ad castigan-
dam (Judaeorum) impietatem. Alii, ut Jarchi, Devettius, *vio-
lentiam* Judaeorum, non hostium, intelligunt. Iterum alii חָמָס
ad hostes quidem referunt, sed לְמַטֵּה ר' reddunt *in s. adversus
tribum impiam* (Judam). Sic cum Grotio Rosenmüllerus. Ve-
rum הֶחָמָס non aliter accipi posse videtur quam הַזָּדוֹן vs. 10.,
מַטֵּה רֶשַׁע non aliter quam הַמַּטֶּה ibidem. לֹא מֵהֶם וְלֹא מֵהֲמוֹנָם
[וְלֹא מֶהֱמֵהֶם] Haec sic fere explicant: *non* remanebit aliquid *ex
iis, neque ex multitudine*, populo *eorum, neque ex opibus eorum*
(הֱמֵהֶם pro הֲמִיהֶם ab הָם vel הֵם = הָמוֹן). Displicet haec mihi
interpretatio ob id, quod illud *remanebit* satis precario sumitur;
sed meliorem non habeo. Admissâ tamen, verba postrema וְלֹא
נֹהַּ בָּהֶם sic reddenda videntur: *neque superit ornamentum
inter illos*, spoliabuntur omni decore ac praesidio, relato נֹהַּ ad
נוה = نَوَى *eminuit* v. c. aedificium, *magnificus fuit*, duce Graeco
Alexandrino, qui (in cod. Alex.) נֹהַּ interpretatur ὡραϊσμός. —
[הַקּוֹנֶה אַל יִשְׂמָח] „quia re emta non fruetur, quippe quam prae- 12.
dabuntur Chaldaei, et ita pecuniae jacturam faciet.“ Ros. וְהַמּוֹכֵר
[אַל יִתְאַבָּל] „quod scilicet ex inopia vendere cogatur ... quia,
etsi non vendidisset, tamen perdidisset.“ Idem. — כִּי הַמּוֹכֵר 13.
[אֶל־הַמִּמְכָּר לֹא יָשׁוּב] „Omnis enim emtio ad venditorem re-
vertebatur quinquagesimo anno remissionis, qui apud illos vocatur
Jubilaeus (Lev. 25, 10. 13.). Ante igitur, quam annus remis-
sionis adveniat, quando possessiones ad priores dominos rever-
tuntur, ingruet captivitas, quae omnem urbis auferet consuetudi-
nem.“ Hieron. [בַּעֲוֹנוֹ חַיָּתוֹ] *cujus in impietate et vita*, qui
impie vivit, sententia rel. omisso אֲשֶׁר. — וְהָיוּ — [וּפָלְטוּ] *Quodsi* 16.

evaserint — *erunt*, vid. ad Gen. 33, 13. אֶל־הֶהָרִים] *in montibus*, vid. ad Jud. 6, 39. coll. supra 6, 13., infra 18, 6. 11.
18. כְּיוֹנֵי הַגֵּאָיוֹת כֻּלָּם הֹמוֹת] cf. Jes. 38, 14. ibique not. — אֶל־
כָּל־פָּנִים בּוּשָׁה] אֶל *ad*, *an*, ubi nostrates *auf*, cf. infra 40, 16.
20. 23. וּצְבִי עֶדְיוֹ לְגָאוֹן שָׂמָהוּ —] cf. supra 4, 6. ibique not. — כִּי
הָאָרֶץ מָלְאָה מִשְׁפַּט דָּמִים] vide notata supra ad Jer. 51, 9. —
24. עַזִּים] i. e. עַזֵּי פָנִים *homines perfrictae frontis*, *impudentes*, quod apparet ex praeposito גְּאוֹן. וְנִחֲלוּ מְקַדְשֵׁיהֶם] „*sanctificantes eos*, intelligunt sacerdotes, qui populum lustrationibus expiare solebant; irrumpentibus vero hostibus barbaris tanquam profani tractantur, et captivi abducuntur. Verum nullo alio V. T. loco sacerdotes ita nuncupantur, nec satis commodus est sensus. Sed veteres omnes *sanctuaria eorum* verterunt, quod esset hebraice מִקְדְּשֵׁיהֶם, quomodo non dubito legendum esse, coll. infra 25, 3: הֶאָח אֶל־מִקְדָּשִׁי כִּי נִחָל." Ros. Consentiunt Eichhornius, Devettius et alii. At enim, quod aliis V. T. locis illo nomine sacerdotes non vocantur, id, quominus hoc loco ita vocentur, non obstat, si, cur ita vocentur, idonea causa cogitari possit. Potest autem ita illos nuncupasse vates ductus *vi oppositionis*, in hunc quidem sensum: *et exaugurabuntur exaugurantes* i. e. sacrificuli *eorum* (cum suffixo possessivo, ut in illo מְקֻדָּשַׁי *sacrati mei* Jes. 13, 3.). Videant igitur eruditi, possitne
25. מְקַדְּשֵׁיהֶם retineri. — קְפָדָה בָא] קְפָדָה prob. *excidium* a קָפַד
i. q. קָפַד *abscidit*, *praecidit*. Ex anomalia generis non collegerim, ה esse paragogicum, quanquam causa illius non est in
27. promtu. cf. infra ad 8, 2. — מִדַּרְכָּם] *ex via*, agendi ratione, i. e. secundum ag. rationem *eorum*, cf. lat. *ex more*, *ex aequo* al. וּבְמִשְׁפְּטֵיהֶם] *et ad s. juxta jura eorum* i. e. secundum ea quae ipsis debentur.

CAP. VIII. IX. X. XI. Objiciuntur vati aliqua visa de
2. Hierosolymitanorum culpa et poena. חַשְׁמַלָה] Sic Masorethae. Videtur tamen efferendum esse חַשְׁמַלָּה, ut sit fem. nominis חַשְׁמַל 1, 4., ejusdem cum illo significatus. cf. not. ad Jer. 48, 19. coll.
3. infra 21, 31. Vid. et E. Gr. min. §. 370. — וַיִּקָּחֵנִי בְּצִיצִת
ראשׁי וגו'] Eadem de Habacuco in Apocrypho *Βὴλ καὶ Δράκων* inscripto vs. 36: *καὶ ἐπελάβετο ὁ ἄγγελος κυρίου τῆς κορυφῆς αὐτοῦ, καὶ βαστάσας τῆς κόμης τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ἔθηκεν αὐτὸν εἰς Βαβυλῶνα* cet. שַׁעַר הַפְּנִימִית] propr. est *porta interioris*,

Thor des Innern, הַפְּנִימִית neutraliter posito, cf. שַׁעַר הַחוּץ
47, 2. Eadem dicta est *porta altaris* vs. 5. מוֹשַׁב סֵמֶל הַקִּנְאָה
הַמַּקְנֶה] *sedes simulacri zelotypiae*, *zelotypiam* (dei) *excitantis*,
est enim מַקְנָה ad formam לה pro מַקְנִיא. Cum Hieronymo
aliisque intelligenda videtur Baalis statua, quam subverterat Jo-
sias, reposuerant imperii successores. — כַּמַּרְאֶה אֲשֶׁר רָאִיתִי 4.
בַּבִּקְעָה] 3, 22. 23. — *Porta altaris* dicta est tanquam praecipuus 5.
ad altare holocaustorum aditus; cf. etiam 2 Reg. 16, 14. —
מֵהֶם] pro מֶה הֵם, cf. מַזֶּה Exod. 4, 2., מַלָּכֶם Jes. 3, 15., מַתְּלָאָה 6.
Mal. 1, 13. לְרָחְקָה וגו'] *ut longe discedendum sit* (mihi) cet.
Alii minus commode ad populum haec referunt. — חֹר אֶחָד בַּקִּיר] 7.
loci reconditi indicium. cf. quae sequuntur. Ineptiunt interpretes.
— וְהִנֵּה פֶּתַח אֶחָד] procerum mysteriis initiatorum ad conclavia 8.
sua occultior aditus. — Describit cultum animalium Aegyptia- 10-12.
cum. Quod *septuaginta seniores* thus incendere videt vs. 11.,
eo et ipsos proceres huic superstitioni deditos esse significat.
עָתָר *suffitus* ab עָתַר i. q. ܥܛܰܪ (ח et ט permutatis) *fumavit
fumo odorato*, *suavi*, unde ܥܶܛܪܳܐ *suffitus*, cf. arab. عَطِرَ *bonos
odores spiravit* femina. אִישׁ בְּחַדְרֵי מַשְׂכִּיתוֹ] *in suis quisque
conclavibus imaginum*, cf. ad Deut. 1, 41. — יֹשְׁבוֹת] more lu- 14.
gentium. מְבַכּוֹת אֶת־הַתַּמּוּז] numen Syrorum, *Adonidem* Grae-
corum. „Quem nos *Adonidem* interpretati sumus, et Hebraeus
et Syrus sermo (vid. infra) *Thamuz* vocat; unde quia juxta
gentilem fabulam in mense Junio amasius Veneris et pulcherrimus
juvenis (cf. infra etymon) occisus et deinde revixisse narratur,
eundem Junium mensem eodem appellant nomine, et anniversa-
riam ei celebrant solennitatem, in qua plangitur a mulieribus
quasi mortuus, et postea reviviscens canitur atque laudatur.“
Hieron. „Nominis etymon et significatio obscurum est. Thamuz
autem s. Adonis non alius est quam *sol*, cujus discessum ad
inferiorem hemisphaerii partem, autumno et hyeme, luctus simu-
latione repraesentarunt, reditum vero, sub veris initio (cf. etym.),
laetis ritibus celebrarunt, cf. *A. u. N. Morgenl.* T. IV. p. 318.
seqq.“ Ros. Syris תַּמּוּז scribitur ܬܡܘܙ, Arabibus تَمُّوز. Si
audendum est aliquid, suspicer ego coll. תם a תָּמַם et أُوَاز *tempus
quo sol moratur in signo piscium*, תַּמּוּז proprie notare *pleni-
tudinem temporis aequinoctio verno proximi* adeoque hyemis

(= soporis Thammuzi) finem, eundemque veris (= Thammuzi in vitam reditus) initium; vel intelligam juvenem *integrum roboris*, vigoris plenum, ut תַּמּוּז conflatum sit ex תם et كَمُونٌ, עוז, ejecto spiritu leni ע. Gesenio videtur esse posse pro תַּמְזוּז a rad. מָזַז et *pavorem*, concr. *pavidum* notare, vereor ut satis apte ad rem. Simonisii inanem conjecturam vid. apud Winerum. (Si prior syllaba nominis repetenda a נתן, ut ille voluit, posteriorem equidem mallem derivare a בוז = בזז, ut תַּמּוּז esset pro תַּנְבּוּז, تَمُّوز pro تَنْبُوز [cf. تَامُول = تَانْبُول al.] significaretque *in praedam datum*, *dilaceratum:* siquidem Adonidem ab apro
16. silvestri perditum narrat fabula.). — וּפְנֵיהֶם קֵדְמָה וגו׳] more Persarum, qui solem orientem numinis instar colebant. מִשְׁתַּחֲוִיתֶם apertus librarii vel ipsius scriptoris error pro מִשְׁתַּחֲוִים, quod exhibent plures libri, inter hos duo hispanici, antiqui et bonae notae. Ita nunc etiam Ewaldus judicat Gr. min. §. 229., cf.
17. ejusd. Gr. crit. p. 489. — וְהִנָּם שֹׁלְחִים אֶת־הַזְּמוֹרָה אֶל־אַפָּם] *et en applicant sarmentum naso suo.* Respicitur mos Persarum. „*Τὰς ἐπῳδὰς ποιοῦνται πολὺν χρόνον ῥάβδων μυρικίνων λεπτῶν δέσμην* (*Barsom* dictam) *κατέχοντες.*“ Strabo lib. XV. p. 733. Casaub.

1. Cap. 9. קָרְבוּ פְּקֻדּוֹת הָעִיר] *adferte poenas urbis.* קָרְבוּ
2. Imper. Pi. ut Jes. 41, 21. — לָבֻשׁ בַּדִּים] cf. Dan. 10, 5. 12, 6. 7. וְקֶסֶת הַסֹּפֵר בְּמָתְנָיו] *et vasculum scribae* i. e. atramentarium *ad lumbos suos.* קֶסֶת i. q. קַשְׂוָה; conferendum cum Gesenio aethiop. קסת *kasût, urceus aquarius;* fortasse et vicinum ܩܣܛܐ *urceus, urna.* Atramentarium *ad lumbos* i. e. in cingulo lumbis circumligato etiamnum gestant Orientales. Narrant qui regiones istas peragrarunt, „Graecos, et Turcas inprimis, quotquot eruditi sint, hodienum id in consuetudine habere, ut in publicum prodeuntes, atramentarium, cum adjuncto calamario, more Persico confectum, figura oblonga, inter cingulum et lumbos cum catena argentea pendulum gestent; idque ipsos idiotas, sed fortunis et opibus florentes, ut pro literatis habeantur, imitari nonnunquam.“
4. C. B. Michael. — וְהִתְוִיתָ תָּו] *et pinges signum.* Apud Arabes تِوَى, تَوَاةٌ spec. est *signum*, animalium domesticorum, ut camelorum, femori collove *crucis* forma impressum (unde nomen accepit litera ת, quae apud Phoenices crucis similitudinem ha-

bebat), cf. תָּו Job. 31,35. — וּלְאֵלֶּה] cf. vs. 2. עַל תָּחוֹס עֵינֵיכֶם] 5.
Sole clarius est, pro עַל legendum esse אַל, quod ipsum expresserunt veteres omnes. Sed quod sequitur עֵינֵיכֶם non sollicitari debebat a Rosenmüllero et Hitzigio Begriff p. 138., cf. 1 Sam. 4, 15. Deut. 21, 7. ibique not. et observa insuper verbum praemissum. — וְיָצְאוּ וְהִכּוּ בָעִיר] Exspectabas 'וַיֵּצְאוּ וַיַּכּוּ ב. Sed 7.
vid. ad Jer. 18, 4. — וְנֵאשֲׁאַר אָנִי] וְנֵאשֲׁאַר haud dubie con- 8.
flatum est e duabus, quae adhuc in nonnullis libris deprehenduntur, scripturis, וְנִשְׁאַר et וָאֶשָּׁאֵר. Prior, cum sit difficilior, ab ipso scriptore, posterior a manu sublevante profecta videtur. Est autem וְנִשְׁאַר אָנִי (pro וַיִּשָּׁאֵר אָנִי, vid. ad vs. superiorem) proprie: *et superfuit ego* i. e. et is, qui superfuit, ego fui; nemo nisi ego superfuit; cf. hujus locutionis exemplum e lingua arab. petitum ad Jes. 28, 16. — כַּאֲשֶׁר] Masorethae: כְּכֹל־אֲשֶׁר, 11.
sc. ut corrigant aliquid.

Cap. 10. אֶל־הָרָקִיעַ] אֶל *ad*, *an*, ut supra 7, 18. al. — 1.
וַיֹּאמֶר] qui solio insidebat. — כְּקוֹל אֵל שַׁדַּי בְּדַבְּרוֹ] cf. supra 2. 5.
1, 24. — Refert se narratio eo, unde egressa est vs. 2. — 6.
כַּאֲשֶׁר יִהְיֶה הָאוֹפַן בְּתוֹךְ הָאוֹפָן] vide notata ad 1, 16. 17. — 10. sq.
לְאַרְבַּעְתָּם אוֹפַנֵּיהֶם] *quatuor illis* (Cherubis) *rotae eorum*, i. e. 12.
(plenae erant oculis) singulorum Cheruborum rotae singulae. Accuratioris explicationis causa haec adjecit vates, omissurus fortasse, si pro וְהָאוֹפַנִּים scripsisset וְאוֹפַנֵּיהֶם. Alii, ut Devettius, per ἀσύνδετον: *quatuor illis* et *rotis eorum* omnia oculis plena erant. — לָאוֹפַנִּים לָהֶם קוֹרָא הַגַּלְגַּל בְּאָזְנָי] *et rotae, eae* 13.
dicebantur me audiente turbo, die Räder, die hiessen .. nur der Wirbel i. e. erant quam maxime volubiles. גַּלְגַּל propr. res quae cito et continuo volvitur, hinc *opus rotis instructum* (diversum ab אוֹפָן *rota*, quam significationem h. l. sub גַּלְגַּל falso subjicit Ros., quod ex eo intelligitur, quod etiam in *Singulari collective* sumitur supra vs. 2. 6., infra 23, 24., 26, 10.), deinde *turbo*, *Wirbel* (diversum a סוּפָה, vento cuncta secum abripiente, *Wirbelwind*, quo significatu גַּלְגַּל h. l. et Ps. 77, 19. minus bene capitur a Ges. Win. al.), hic et Ps. 77. l. l.: קוֹל רַעַמְךָ בַּגַּלְגַּל *vox tonitru tui* erat *in turbine* i. e. erat rotans se, volutans se (cf. בַּבֹּהַ *vehemens* al.), rotabatur, volutabatur; maxime *turbo pulveris et stipularum* Ps. 83, 14. Jes. 17, 13: כְּגַלְגַּל לִפְנֵי סוּפָה. *Böttcherus* in *Win. Zeitschr. für wiss. Theol.* T. II. Fasc. 1. p. 88. sq. locum, qui prae manibus, sic interpretatur:

„*den Rädern, denen wurde immer vor meinen Ohren zugerufen das Roll-Roll*“ i. e. ad continuo volutandum evocabantur. cf. Targ. et LXX: *τοῖς δὲ τροχοῖς τούτοις ἐπεκλήθη Γελγὲλ*
14. *ἀκούοντός μου.* — פְּנֵי הָאֶחָד פְּנֵי הַכְּרוּב וגו'] „Hic ea tantummodo singulorum facies nominatim indicatur, quo spectabat foras s. extrorsum; ex reliquis autem tribus faciebus una spectabat ad dextram, altera ad sinistram, tertia ad tergum ... Primus facie humana Orientem respiciebat, alter Occidentem facie aquilina, tertius Austrum facie leonina, quartus Septentrionem facie bovina.“ Ros. cf. 1, 10. Quod pro פְּנֵי שׁוֹר l. l. hic dicitur פְּנֵי
15. הַכְּרוּב, hujus rei ratio non est in promptu. — הִיא הַחַיָּה] collect. ut vs. 17. 20. 1, 20. sqq. בִּנְהַר כְּבָר] etiam vs. 20. = עַל נְהַר כְּבָר vs. 22. 3, 23., cf. Jerem. 13, 5. 48, 20. et ad hos
16. locos not. — לֹא יִסַּבּוּ הָאוֹפַנִּים גַּם הֵם מֵאֶצְלָם] Haec Rosenmüllerus: „*non convertebant se rotae*, sed *etiam illae ab apud eos*“ (*a latere eorum* = ad latus eorum) erant. Apparet autem, verba unam hanc sententiam efficere: *non vertebant se* (recede-
17. bant) *et ipsae rotae a latere eorum.* — רוּחַ הַחַיָּה] *spiritus animantis* i. e. collect. animantium, Cheruborum, ut 1, 20. 21.

2. Cap. 11. וַיֹּאמֶר] qui Cherubis insidebat, ut 10, 2. (cf. ibid.
3. vs. 19.). — *Dicentes illi*, respondentes prophetis, qui Hierosolymitanos a Chaldaeis obsessos, ut deditione sibi prospicerent pacisque dulcedine fruerentur, hortari solebant (cf. Jerem. cap. 27. 28.): *non est in propinquo aedificare domos*, non est tempus ad pacis opera accedendi; *illa* (urbs vs. 2.) *est olla*, *et nos sumus caro*, quae verba quomodo capienda sint intelligitur e vs. 5. et sqq. inprimis e vs. 11. coll. 24, 3. sqq. Lutherus, quem secutus est Eichhornius, verba לֹא בְקָרוֹב בְּנוֹת בָּתִּים sic interpretatur: „*es* (urbis excidium) *ist nicht so nahe, lasset uns nur Häuser bauen.*“ Cui interpretationi nollem Rosenmüllerus hoc opposuisset, quod ex mero arbitrio suppleatur *urbis destructio*, nihil enim arbitrarie sumitur, quod prae manu est. Sed obstat בְּנוֹת, pro quo scribendus fuisset infinitivus absolutus בָּנֹה. —
5. וּמַעֲלוֹת רוּחֲכֶם אֲנִי יְדַעְתִּיהָ] i. e. bene scio, vos sperare, intra
6. muros fortiter defensos vos esse sustentaturos. — „Significantur intestina civium dissidia et mutuae caedes, aliis deditionem suadentibus, aliis ei se opponentibus, qui quidem (cf. not. ad vs. 3.) potiores et numero et auctoritate erant.“ Ros. Quod vulgo

exhibetur מלאתם ego nullus dubito ortum putare e duabus
scripturis מְלֵאתָם (quae est plurimorum librorum) et מְלֵיתָם
(ad formam לֵת), cf. 5, 12. ibique not. — וְאֶתְכֶם הוֹצִיא 7.
מִתּוֹכָהּ] Pro הוֹצִיא Hitzigius *Begriff* p. 124. cum multis libris
legi vult אוֹצִיא, praeter necessitatem. Verba sic sunt capienda:
vos vero educent ex illa, propr. *educet* scil. hostis. — וְאַתֶּם 11.
תִּהְיוּ וגו׳] Omissa est negandi particula, cogitando repetenda
e membro praegresso. — וַיְהִי כְּהִנָּבְאִי וּפְלַטְיָהוּ מֵת] „in prae- 13.
cedentis prophetiae confirmationem et futurae calamitatis praesa-
gium.“ Ros. — רַחֲקוּ מֵעַל יְהוָה] „a templo ac terra ipsius, 15.
indigni enim fuistis, qui hic loci habitaretis.“ Idem. — כִּי] *si*, 16.
etsi, cf. ad Jer. 49, 16. וָאֱהִי לָהֶם לְמִקְדָּשׁ] *ero tamen iis in*
asylum (מ׳ ut Jes. 8, 14. ubi cf. not.), eos praesidio meo tegam.
מְעַט] exiguo exsilii tempore. — Haec sic strue: *ad lubitum* 21.
abominandorum (idolorum) *suorum* ... *cor eorum si ambulave-*
rit: illorum viam cet.

CAP. XII. Regis ac populi in exsilium migratio. —
וְהוֹצֵאתָ בוֹ] sc. כֵּלֶיךָ vs. 4. — הַנָּשִׂיא הַמַּשָּׂא הַזֶּה] *princeps* 5. 10.
est principem spectat *portatio haec* s. *oraculum hoc*, cf. not.
ad Jer. 23, 33. — אֶל־כָּתֵף יִשָּׂא] *in humerum sumet*, imponet; 12.
absolute, ut lat. *imponere*. Alii אֶל pro עַל positum volunt.
לְעַיִן] *oculo*, propr. *zu Auge*. — אֶל־אַדְמַת יִשְׂרָאֵל] *de terra* 19.
Israelitica, incolis ejus; אֶל i. q. praecedens לְ, ut Gen. 20, 2. al.
Alii: *in terra Isr.*, אֶל pro עַל positum putantes. — אֲדַבֵּר אֵת 25.
אֲשֶׁר אֲדַבֵּר דָּבָר וְיֵעָשֶׂה] *loquar, quodcunque loquar verbum:*
efficietur. cf. vs. 28: אֲשֶׁר אֲדַבֵּר דָּבָר וְיֵעָשֶׂה.

CAP. XIII. In falsos prophetas. — לִנְבִיאֵי מִלִּבָּם] vid. ad 2.
2 Sam. 1, 21. — כְּשֻׁעָלִים וגו׳] quae vineis et agris depastis (cf. 4.
Cant. 2, 15.) clam se subducunt. — הָאֹמְרִים נְאֻם יְהוָה וגו׳] 6.
Simillima vide Jerem. 23, 31. — הִטְעוּ] = הִתְעוּ, cf. rad. aram. 10.
et arab. apud Gesenium, coll. רָטַט et רתת, חָסַף et חָתַף al. —
אֶלְגָּבִישׁ] *glacies* i. q. arab. ٱلْجَبْس *concretum*, *congelatum*, 11.
servato adeo articulo Ges. Gr. min. §. 32. adn. 1.; omisso arti-
culo גָּבִישׁ Job. 28, 18. — הוֹי לִמְתַפְּרוֹת כְּסָתוֹת עַל כָּל־אַצִּילֵי 18.
יָדַי וגו׳] *Vae consuentibus pulvinos pro omnibus juncturis bra-*
chiorum cet. i. e. quae gratificamini omnibus, ad voluntatem lo-
quentes omnia, nihil ad veritatem. כְּסָתוֹת secundum veteres:

pulvini, ex inus. sing. כֶּסֶת a rad. כָּסַת, ut דֶּלֶת a rad. דָּלַת E. Gr. min. §. 380. b. *β*., servata in plurali ת litera, ut דְּלָתוֹת, idem ibid. §. 382. b. *β*. עַל *pro* reddes, utpote post *tegendi* nomen. יָדַי prob. pro יָדַיִם E. Gr. min. §. 359.; אַצִּילֵי יָדַיִם *juncturae manuum*, articuli quibus digiti junguntur manui Jer. 38, 12. „Sed ad has quid pulvinaria? יָד per synecdochen pro brachio toto dicitur; hinc et infra vs. 20. pro אַצִּילֵי יָדַיִם usitatius זְרוֹעֹת *brachia* ponitur.“ Ros. Igitur *axillas*, *humeros* intelligit Vir Ill. Mallem *carpos* cum *cubitis*. LXX et Vulg. *ἀγκὼν χειρός*, *cubitus manus*. Sed nihil definio. Quid, si vates de industria rem nimis auxerit, ut eo acrius carperet? הַנְּפָשׁוֹת תְּצוֹדֵדְנָה לְעַמִּי וּנְפָשׁוֹת לָכֶנָה תְחַיֶּינָה] *numquid cogitatis animas venari populi mei et vestras ipsorum vivas conservare?* —
19 בְּשַׁעֲלֵי שְׂעֹרִים וּבִפְתוֹתֵי לֶחֶם] cf. illud Catonis: *frusto panis*
20. *conduci potest*, *vel uti taceat*, *vel uti loquatur*. — לְפֹרְחוֹת]
vox difficilis explicatu. Vulgo sic explicant: *ut advolent* (vobis), ut sit pro לִהְיוֹת פֹּרְחוֹת (cf. Gen. 38, 29. Jer. 2, 17., nam qui a Rosenmüllero affertur locus Deut. 10, 12. prorsus nihil probat) coll. ܦܪܚ. Sed hoc est *volavit*, *avolavit*, Aph. *avolare fecit*, hinc Pa. *dissipavit*, *prodegit*, *pessundedit*. Itaque haud scio an praestet, לְפֹרְחוֹת prius construere cum הִנְנִי אֶל־כִּסְּתוֹתֵיכֶנָה, posterius referre ad וְשִׁלַּחְתִּי אֶת־הַנְּפָשׁוֹת, utrumque avolandi significatu in hunc sensum: *itaque adgrediar* (i. e. avellam) *pulvinos vestros*, ubi venamini animas, *ut avolent* (illae animae), et deripiam eos (pulvinos) de brachiis vestris, *et dimittam animas*, quas animas venamini, *ut avolent*, velut emissae aves Deut. 22, 7., ubi Syrus שַׁלֵּחַ תְּשַׁלַּח reddidit *avolare facies* adhibito Aph. ipsissimi verbi ܦܪܚ. Vide tamen, an non פֹּרְחוֹת sit nomen substantivum pl. a sing. פֹּרַחַת (formae אֹרְחַת caterva viatorum) significans *feturam*, *prolem* s. *progeniem* pravam, id. fere quod פִּרְחַח Job 30, 12., a verbi פָּרַח primaria significatione: *prorupit* pullus ex utero (فَرْخ *pullus* avis et ceterorum animalium, transl. homo vilis et abjectus, a rad. فَرَخَ *pullos genuit* avis; nec non: pavidus fuit homo, debilis fuit gens instar pulli), in hanc sententiam: ... *ubi venamini animas in sobolem pravam* ... *quas venamini animas in sob. prav.* i. e. ut propagetis, augeatis sobolem vestram pravam.

CAP. XIV, 1—11. In cultores deorum fictorum. —
וַיָּבוֹא] Nonnulli libri וַיָּבֹאוּ. Sed vid. ad Gen. 1, 14. Idem 1.
intempestivum emendandi studium vidimus Num. 9, 6. et saepius.
— הַאִדָּרֹשׁ] „est infinitivus formae Niph., mutato ה in א, ne 3.
duo He concurrentia difficilem facerent et ingratam pronunciationem.“
Ros. Poterat tamen ad evitandam talem duritiem scribere
נִדְרֹשׁ. Itaque consonantiam potius cum seq. אִדָּרֵשׁ captasse
videtur, more recentiore aramaico pro ה (הִדָּרֵשׁ) scribens א
(אִדָּרֵשׁ); cf. הִתְקַטֵּל et ܐܬܩܛܠ al. — וּבָא אֶל־הַנָּבִיא] *et tamen* 4.
venerit ad prophetam Jovani cultus simulator. אֲנִי יְהוָה נַעֲנֵיתִי
לוֹ בָהּ בְּרֹב גִּלּוּלָיו] *ei ego Jova respondebo*, i. e. eum ego puniam
pro eo, ea re, *pro multitudine idolorum suorum.* נַעֲנָה
Rosenmüllerus, Gesenius, Winerus aliique proprie *ad respondendum adduci*, *moveri* esse volunt, quasi Niphal hic ut saepius
passivam notionem conjugationis Hiphil exprimat. Videtur tamen
causa formae Niph. in vi reflexiva vel potius reciproca ponenda
esse, ut in verbis propinquis נִשְׁפַּט et נָדוֹן. Quod pro בָהּ Masorethae
legi jubent בָא, idoneum sensum non fundit. — אֲנִי יְהוָה 7.
נַעֲנֶה לּוֹ בִּי] בִּי *pro me*, ut me par est respondere. — וַהֲשִׁמֹתִיהוּ 8.
לְאוֹת וְלִמְשָׁלִים] *et vastabo* i. e. perdam (cf. Thren. 1, 14. 16.
3, 11.) *eum in signum et proverbium* i. e. ita ut fiat signum cet.
At, inquit Rosenmüllerus, „ita deberet וַהֲשִׁמּוֹתִיהוּ cum Dagesch
literae מ indito, ut est in Bibliis Athianis anni 1661., scriptum
esse (cf. Job. 16, 7: הֲשִׁמּוֹתָ). Multo aptius est, quod veteres
omnes exprimunt, et in Bibliis Bombergianis anni 1525 legitur
וַהֲשִׂימוֹתִיהוּ (a rad. שׂוּם) *et ponam*, reddam *eum in signum* cet.
cf. Ps. 44, 15: תְּשִׂימֵנוּ מָשָׁל.“ Sed non cogitavit V. S. V., verba
עי haud raro accedere ad formam verbi עו, G. Gr. ampl. p. 369.
E. Gr. min. §. 275. Quare quum lectio difficilior praeferenda
sit, non dubitamus in וַהֲשִׁמֹתִיהוּ (defect. pro וַהֲשִׁי׳) adquiescere.
— וְהַנָּבִיא כִי יְפֻתֶּה וְדִבֶּר דָּבָר] „*Propheta autem si seduci se* 9.
passus fuerit, spe lucri ab impiis eum consulentibus, et laeta
responsa flagitantibus, *ut loquatur verbum aliquod* falsum seu
divinum.“ Ros. אֲנִי יְהוָה פִּתֵּיתִי אֵת הַנָּבִיא הַהוּא] Haec verba
male intellecta a plurimis sic sunt intelligenda: *ego Jova decipiam
prophetam illum* i. e. illum decipi patiar, quo minus decipiatur
non impediam, eum sorti suae permissurus; cf. quae
subjiciuntur. Saepe deus facere id dicitur, quod fieri patitur.

CAP. XIV, 12—23. Cur plures impii de communi per-
13. nicie eximantur ratio redditur. — וְשָׁבַרְתִּי לָהּ מַטֵּה לָחֶם] cf.
10. 4, 16. — בְּדָם] *sanguine* i. e. edenda ingenti hominum strage.
דָּם latius patet, ita poscente orationis serie.

CAP. XV. Imago ligni vitis praecisi flammis tradendi.
2. — מַה־יִּהְיֶה עֵץ הַגֶּפֶן מִכָּל־עֵץ וגו׳] *quid est lignum vitis prae quovis alio ligno* i. e. quid est in quo merum lignum vitis praestet aliis lignis, *palmes qui est inter ligna sylvae* i. e. quid est = quid est in quo praestet aliis lignis palmes, qui quod fructus non protulit praecisus jacet inter alia ligna? Constat, populum Israeliticum saepe comparari vineae, sed quae uvas habere desierit. Tales jam vites propheta in nullo utiles
3. esse dicit, nisi ut tradantur igni. — אִם יִקְחוּ מִמֶּנּוּ יָתֵד וגו׳] „Vitis si semel uvas afferre cessaverit, intantum inutilis est, ut ne paxillus quidem ex ea possit fieri, de quo aliquid pendeat." Hieron.

CAP. XVI. Civium animus ingratus et infidelis. —
3. מְכֹרֹתַיִךְ] *origines tuae*, propr. *locus effossionis tuae*, locus ubi effossa es, a כּוּר i. q. כָּרָה, cf. syr. ܡܚܦܪܐ ܕܐܪܥܐ *cavum terrae*. Eandem translationem vid. Jes. 51, 1., ubi cf. not. Nomen bis
4. praeter hunc locum, 21, 35. et 29, 14. legitur. — בְּיוֹם הוּלֶּדֶת אוֹתָךְ] ut Gen. 40, 20., ubi vid. not. לְמִשְׁעִי] מִשְׁעִי, quod praeter hunc locum non legitur, more chaldaico pro מִשְׁעִית (ut אֵמְתָנִי Dan. 7, 7. pro אֵמְתָנִית), *purgatio*, ab inus. מָשַׁע i. q. conson. verb. arabicum: *purgavit*. Fortasse etiam conferendum syr. ܡܫܥܐ *splendidus*, vel *splendidum faciens*. וְהָמְלֵחַ לֹא הֻמְלַחַתְּ] „Tenera infantium corpora dum adhuc uteri calorem tenent, et primo vagitu laboriosae vitae testantur exordia, solent ab obstetricibus sale contingi, ut sicciora sint et restringantur." Hieron. „Sale modico insperso cutis infantis densior solidiorque redditur."
6. Galen. de Sanit. 1, 7. — וָאֹמַר לָךְ בְּדָמַיִךְ חֲיִי] Cum Eichhornio Rosenmüllerus: *et dixi tibi: in sanguine tuo vivito* i. e. etsi nunc sanguine foeda jaceas, ego tamen te vivere volo. Praestat tamen cum Devettio verba sic distinguere: *et dixi tibi in san-*
7. *guine tuo* projectae: *vivito!* — וְאַתְּ עֵרֹם וְעֶרְיָה] Noli cum Rosenmüllero ad עֵרֹם et עֶרְיָה supplere בְּ. Apparet enim, abstracta pro concretis posita esse, ut saepius, cf. ad Exod. 17, 12. —

וָאֶפְרֹשׂ כְּנָפִי עָלַיִךְ] i. e. in tori societatem te recepi. Noctu enim 8.
palliis pro lodicibus utuntur Orientales. Eadem locutio habetur
Ruth 3, 9. — עַל שְׁמֵךְ] „est, quod Graeci dicunt: *ἐπὶ τῷ ὀνόματί* 15.
σου h. e. *quanquam habebas nomen* a me inditum i. e. neglecto
nomine tuo, quod a me, marito tuo, inditum habebas.“ Winerus
s. v. זָנָה. Ita et alii. Sed עַל שְׁמֵךְ nihil est aliud, quam:
nomine tuo freta, propr. quod nostrates dicunt: *auf deinen*
Namen. Quem sensum omnino postulat quod praecedit וַתִּבְטְחִי
בְּיָפְיֵךְ. — לוֹ יֶהִי] *ihm ward es*, *illi cedebat* corpus tuum. —
וַתִּזְנִי עֲלֵיהֶם] *et scortata es in iis*, sacellis. Dicit עֲלֵיהֶם, 16.
quoniam sacella in locis editis exstrui solebant; cf. עַל בֵּית יְיָ
in templo Jovae Jes. 38, 20. Rosenmüllerus עֲלֵיהֶם ad כָּל־עוֹבֵר
vs. 15. refert, contra linguae usum et praeter necessitatem. —
וַתִּזְנִי אֶל־בְּנֵי מִצְרַיִם] *tum scortata es ad Aegyptios* conversa, 26.
delata. Ita capiendum esse זָנָה אֶל intelligitur e כַּשְׂדִּימָה vs. 29.
— מִדַּרְכֵּךְ זִמָּה] *viae tuae scelestae*, vid. E. Gr. min. §. 500. 27.
— וַתַּרְבִּי אֶת־תַּזְנוּתֵךְ אֶל־אֶרֶץ כְּנַעַן כַּשְׂדִּימָה] Haec vulgo sic 29.
reddunt: *et multiplicasti scortationem tuam ad terram Cananaeam*, *usque ad Chaldaeam*. Sed quid sibi vult terra Cananaea inter Aegyptiam (26.), Assyriam (28.), Babyloniam? domestica inter peregrinas? Falluntur, qui cum Eichhornio verbis hunc sensum subjici posse credunt: *auxisti scortationem tuam a terra Cananaea usque ad Chaldaeam*. Ita enim pro אֶל־אֶרֶץ כְּנַעַן omnino scribendum erat מֵאֶרֶץ כְּנַעַן, pro כַּשְׂדִּימָה vero: וְכַשְׂדִּימָה vel וְעַד כַּשְׂדִּים. Non est dubium, quin אֶל־אֶרֶץ כְּנַעַן significet *ad terram mercatorum*, ut infra 17, 4., et quod subjicitur כַּשְׂדִּימָה cum illo cohaereat appositione, in hunc sensum: *et auxisti scortationem tuam ad terram mercatorum*, *Chaldaeam usque* delata (cf. vs. 26. 28.). — בִּבְנוֹתַיִךְ] pro בִּבְנוֹתֵךְ, cf. not. 31.
ad 6, 8. וְלֹא הָיִיתִי כַּזּוֹנָה לְקַלֵּס אֶתְנָן] *nec fuisti ut meretrix*, *ut sperneres mercedem* sc. quo major tibi offerretur, „q. d. tu fuisti longe diversa ab aliis scortis, quae spernunt praemia ab amatoribus sibi oblata, ut majora ambiant; suscepisti enim quodvis praemium, etiam vilissima mercede contenta, imo ipsa etiam pretium amasiis obtulisti, vs. 33. 34.“ Ros. Optime hunc sensum jam expressit Hieronymus: *nec facta es quasi meretrix fastidio augens pretium*. De origine verbi קלס *irrisit*, *sprevit* (cf. Hithp. et derivv.) nihil definire ausi sunt viri docti. Fortasse vicinum est עלס (cf. קטר et עטר al.) i. q. עלץ sq. ל *insultavit* alicui.

33. — לְכָל־זֹנוֹת יִתְּנוּ נֵדֶה וגו'] נֵדֶה ἅπαξ λεγ. donum significans,
a נָדָה i. q. arab. نَدَا liberalis fuit. Ejusdem etymi et significationis est quod sequitur נָדָן, de cujus forma cf. E. Gr. min.
36. §. 342. p. 210. inf. — וְכִדְמֵי בָנַיִךְ] et secundum sanguinem
37. *filiorum tuorum* in honorem deorum fictorum effusos. — עַל כָּל־אֲשֶׁר שָׂנֵאת] *una cum omnibus illis quos odisti.* cf. Gen. 32, 12. 28, 9. ibique not. coll. etiam E. Gr. min. §. 531. δ. —
38. וּנְתַתִּיךְ דַּם חֵמָה וְקִנְאָה] Haec ita capienda videntur: *et faciam te* i. e. sanguinem tuum *sanguinem irae et zelotypiae* i. e. faciam ut sanguis tuus effundatur ab iratis et zelotypis maritis, „tradam te in poenam, qualem zelotypi mariti in adulteram exercent." Grot. Rosenmüllerus: *dabo* in (?) *te sanguinem furoris*
43. *et zeli.* — וְלֹא עָשִׂיתִי אֶת־הַזִּמָּה עַל כָּל־תּוֹעֲבֹתָיִךְ] *neque* amplius *perpetrabis scelus hoc* impudicitiae *super omnia*, praeter cetera *tua flagitia.* Aliter Eichhornius: *du sollst nicht deine Gräuel mit einer Lasterthat vermehren können.* Ita et Devettius. Rosenmüllerus cum Chaldaeo: *non enim fecisti cogitationem super omnibus tuis abominandis*, non iniisti consilium ut resipisceres, coll. Job. 17, 11., ubi זִמָּה de *consilio* eoque ho-
50. nesto dicitur. — וַתִּגְבְּהֶינָה וַתַּעֲשֶׂינָה] In וַתִּגְבְּהֶינָה ח gutt. eodem modo tractatur quo א in תְּמַצְאֶינָה C'tib Jerem. 50, 20. cf. E. Gr. min. §. 288. p. 152. Electa est haec forma ob simi-
51. lem sonum וַתַּעֲשֶׂינָה. — וַתְּצַדְּקִי אֶת־אֲחוֹתַיִךְ בְּכָל־תּוֹעֲבֹתַיִךְ]
52. Interpretationem vide ad locum similem Jer. 3, 11. — צַדֶּקְתֵּךְ]
56. Vid. E. Gr. min. §. 427. 1. b. — *Nec fuit Sodoma, soror tua, in auditionem* i. e. non audiebatur *in ore tuo tempore superbiae tuae.* Bene Rosenmüllerus: „tempore, quo degebas in summo otio ac tranquillitate, ob quae superbiebas admodum, non dignabaris vel ore usurpare nomen Sodomae, quod tu temet ipsam justiorem haberes." Quae nuper in *Gött. gel. Anz.* 1834. p. 839. ab *Holzhausenio* proposita est interpretatio: *non fuit Sodoma, soror tua, quoad famam* i. e. non fuit tam infamis sceleribus, *sicut tu tempore superbiae tuae*, eo laborat, quod בְּפִיךְ temere
57. accipit pro כְּפִיךְ. — *Antequam patefieret pravitas tua, ut* patefacta est *tempore opprobrii filiarum Syriae* cet. i. e. opprobrii quo te affecerunt Syri 2 Reg. 15, 37. 16, 5. 6. 2 Chron. 28, 5. 6. De invasionibus *Philistaeorum* vid. 2 Chron. 28, 18. שָׁאטֹ Particip. verbi שׁוּט i. q. شَطَ *contemsit*, plene scriptum ut קָאם

Hos. 10, 14. — וְעָשִׂיתְ] pro וְעָשִׂיתִי, cf. ad 1 Reg. 8, 48. — 59.
אֶל] *ad* = *una cum*, ut Levit. 18, 18. Thren. 3, 41., ad quos 61.
locos vid. not. cf. supra vs. 37. עַל eodem sensu. וְלֹא מִבְּרִיתֵךְ]
sed non ex foedere tuo i. e. „non quod tu ex tua parte pacto
steteris.“ Grot.

CAP. XVII. In Zedekiam. — הַנֶּשֶׁר הַגָּדוֹל] i. e. rex 3. 4.
Babyloniae, Nebucadnezar, vs. 12. 2 Reg. 24, 10. seqq. וַיִּקַּח
אֶת־צַמֶּרֶת הָאֶרֶז : אֵת רֹאשׁ יְנִיקוֹתָיו קָטָף] Jojachinum cum
proceribus et cum robore totius populi, cf. ll. ll. וַיְבִיאֵהוּ אֶל־
אֶרֶץ כְּנַעַן] *duxitque eum in terram mercatorum* (vid. not. ad
Jes. 23, 8.) i. e. Babyloniam, vs. 12. et 2 Reg 24, 15. 16. —
וַיִּקַּח מִזֶּרַע הָאָרֶץ וגו'] Zedekiam, vs. 13. 2 Reg. 24, 17. קָח] 5. 6.
pro לָקַח abjecto ל, ut קָחָם Hos. 11, 3. pro לְקָחָם, תַּתָּה 2 Sam.
22, 41. pro נָתַתָּה Ps. 18, 41., רֵד Jud. 19, 11. pro יָרַד. Hoseae
loco ק habet Camez ob syllabam apertam; sed hoc qui prae
manibus est loco cur scriptum sit קָח pro קַח, ratio non liquet;
cf. רֵד. צַפְצָפָה שָׂמוֹ] Voc. צַפְצָפָה alii aliter interpretantur.
„Si a rad. צוּף oritur, ut חַלְחָלָה a חוּל, possit *fluxum copiosum*, *aquae copiam* significare, ut verba prophetae hunc sensum
habeant: *posuit, collocavit eam* (vitem) *ad aquae copiam* (repet.
ex antecéd. sententia עַל) i. e. in loco irriguo. Sed jud. interpretes *salicem* denotare volunt, ut arab. صفصاف, hoc modo: *posuit
eam* velut *salicem* (כְּ enim crebro praetermissum est).“ Winerus.
Interpretes Hebraeos secuti sunt Rosenmüllerus et Gesenius, qui:
„radix videtur צוּף natavit, Pilp. inundavit, inde inundata, quod
salici egregie convenit.“ Sed priorem explicationem si sequeris,
idem bis dicitur; posteriori obstat, quod, quia sic planta plantae
comparatur, כְּ similitudinis salvo sensu vix potuit omitti. Mihi
צַפְצָפָה significare videtur *areolam instar ephippii dispositam*,
adaggeratam *circa vitem* a rad. צָפַף i. q. صَفَّ, ܨܦܦ *ordino
ac in seriem disposuit* rem, *instruxit ephippium*, cf. עֲרֻגוֹת
vs. 7. et 10.; vel, quod fort. praeferendum: *locum pluvia aestiva
rigatum*, a rad. צוּף i. q. صَافَ med. Je. Videtur autem 'צ *accus.*
loci esse. Suffixa in אֵלָיו et תַּחְתָּיו vs. 6. nonnulli referunt ad
נֶשֶׁר *aquilam*, non male, cf. vs. 7. — נֶשֶׁר אֶחָד] *aquila quaedam* 7.
alia, rex Aegypti, vs. 15. כָּפְנָה שָׁרָשֶׁיהָ עָלָיו] *sitivit*, appetivit
radicibus suis eam (aquilam). כָּפַן עַל i. q. syr. ܟܦܢ seq. ܠ

sitivit, concupivit aliquid. עַל post verbum desiderii, ut saepius; שָׁרָשֶׁיהָ est acc. partis. Perbene Lutherus: der Weinstock *hatte Verlangen an seinen Wurzeln zu* diesem Adler. Gesenius praegnanter dictum vult: *sitiens radices suas ad eam* extendit. מֵעֲרֻגוֹת] עֲרוּגָה *areola* horti Cant. 5, 13. 6, 2., vineae, hic et vs. 10., ab *ascendendo*, עָרַג = عَرَجَ, dicta; solet enim ascendere ejusmodi areola et editior esse circumjacente solo. cf. مَعْرَجٌ *locus inclinatus.* Quod ad rem cf. vs. 15. et 2 Reg. 24, 20. —
9. יְנַתֵּק] aquila prior vs. 3. i. e. Nebucadnezar. וְלֹא בִזְרוֹעַ גְּדוֹלָה
וגו׳] Sensus: sine virium contentione, nullo negotio sc. adgredietur illam vitem. Fuerunt, qui haec alio sensu ad aquilam alteram vs. 7. i. e. ad Aegypti regem referrent, collato haud dubie versu 17. Obstant tamen quae subjiciuntur verba לְמַשְׂאוֹת אוֹתָהּ מִשָּׁרָשֶׁיהָ *ad tollendam eam* (vitem) *de radicibus ejus.*
12.sqq. De infinitivo מַשְׂאוֹת vid. E. Gr. min. §. 354. 1. p. 222. — Cf.
17. 2 Reg. 24, 10—20. — יַעֲשֶׂה אוֹתוֹ] *efficiet cum eo* (pro אִתּוֹ)
quidquam. בִּשְׁפֹּךְ סֹלְלָה] *quum aggerent* hostes *aggerem.* וּבִבְנוֹת דָּיֵק] Vide notata ad 4, 2.

CAP. XVIII. Negat, quemquam delicta majorum imme-
2. ritum luere. — אָבוֹת יֹאכְלוּ בֹסֶר וגו׳] idem proverbium legimus
6. Jer. 31, 29., ubi cf. not. — אֶל־הֶהָרִים] *in montibus*, cf. ad
Jud. 6, 39. לֹא אָכָל] scil. carnes victimarum. וְאֶל־אִשָּׁה נִדָּה לֹא יִקְרָב] Levit. 18, 19. 20, 18. „Dicuntur leprosi et elephan-
7. tiaci ex hac conceptione nasci.“ Hieron. — חֲבֹלָתוֹ חוֹב יָשִׁיב]
חֲבֹלָתוֹ חוֹב pro חֲבֹלַת חוֹבוֹ *sein Schuld-Pfand*, cf. ad 16, 27., nisi mavis, חוֹב esse participium *debitorem* significans (vid. ad Jer. 4, 31.), ut hic prodeat sensus: *pignus suum debitori restituit*, cf. הֵשִׁיב דָּבָר פ׳ cum acc. rei et pers. Quod ad rem cf.
10. Deut. 24, 12. 13. — וְעָשָׂה אָח מֵאַחַד מֵאֵלֶּה] *et si fecerit fratri aliquid ex his* (quae subjiciuntur vs. 11. sqq.). Rosenmüllerus: *si fecerit socium quid ex his.* Sed de rebus inanimatis אָח non dicitur nisi praecedente אִישׁ. Ad hoc eam, quam nos secuti sumus, explicationem poscit locus parallelus vs. 18. Nec obstat, quod pro אָח non scriptum est לְאָח, nam עָשָׂה ubi in malam partem sumitur, cum gem. acc. construi potest, ut gr. *κακὰ ποιεῖν τινα*, cf. Jes. 42, 16. De מֵאַחַד מֵאֵלֶּה vid. ad Lev. 4, 2.
11. — וְהוּא אֶת־כָּל־אֵלֶּה לֹא עָשָׂה] *quum tamen ipse* (pater) *ista omnia* (quae subjiciuntur) *non fecerit.* Rosenmüllerus: *et si ipse*

(filius) *non fecerit ,omnia illa* (quae fecit pater ipsius), haud
apte ad verba postrema versus superioris. כִּי גַם אֶל־הֶהָרִים
אָכַל] vid. ad vs. 6. — וְחָיִ] ob patris merita? cf. vs. 17. — 13.
וַיִּרְא — וַיִּרְא וְלֹא יַעֲשֶׂה] *et si viderit — viderit nec fecerit.* 14.
Repetitum וַיִּרְא (pro quo Masorethae sine idonea ratione וַיִּרְאֶה
legi volunt) sententiae vim addit. — נָשָׂא בַּעֲוֹן פ׳ propr. *tragen* 19.
an der Schuld jem.

CAP. XIX. Duplici imagine regum et populi sors misera
repraesentatur. cf. 2 Reg. 23, 30. seqq. 24, 8. seqq. — אִמְּךָ] 2.
„Suffixum ad Jojachinum regem est referendum, ad quem solum,
utpote una cum vate in exsilio commorantem, ejus oratio dirigi
potuit." Ros. — וַיִּתְּנֻהוּ] sc. רִשְׁתָּם quod sequitur. — בְדָמְךָ] 8. 10.
ad similitudinem tui i. q. בִּדְמוּתְךָ Gen. 5, 1. 3., דָּם a rad. דָּמָה.
Ut luceat comparatio, conferendae sunt neglectae ab interpretibus
imagines 17, 3. seqq. 5. seqq.

CAP. XX. Comminationes ac promissiones. — הֲתִשְׁפּוֹט 4.
אֹתָם הֲתִשְׁפּוֹט בֶּן־אָדָם] *Puniesne igitur illos, puniesne, fili ho-
minis?* i. e. age igitur, damna illos! Poterat etiam sic dicere:
הֲלֹא תִשְׁפּוֹט אֹתָם, *nonne illos punies?* Sed illud fortius. cf.
Cic. de Off. 3, 17: *suntne* igitur insidiae, tendere plagas, etiam
si excitaturus non sis, nec agitaturus? Id. Acad. 2, 18: *videsne,*
ut in proverbio sit ovorum inter se similitudo? al. — נָתַתִּי] 15.
Veteres et codd. aliquot addunt לָהֶם, quo facile carebis. — וְלֹא 17.
עָשִׂיתִי אוֹתָם כָּלָה] cf. ad Jerem. 30, 11. — „Per חֻקִּים et 25. 26.
מִשְׁפָּטִים hoc versu justa dei *decreta* et *judicia* de Israelitis pu-
niendis et exscindendis ob idolorum cultum et alia scelera ab iis
commissa significantur. Quae dei decreta Israelitis sane fuerunt
לֹא טוֹבִים *non bona, quibus nequaquam viverent.*" Ros. Quam
explicationem pace Viri S. V. lusoriam et arbitrariam dixerim.
Neque enim חֻקִּים et מִשְׁפָּטִים aliter vs. 11. 13. 16. 18. 19. 21.
24., aliter hic capi possunt ullo modo. Sensus verborum *etiam
ego dedi iis statuta non bona ... et contaminavi eos oblatio-
nibus eorum* cet. hic est: permisi ego, ut statuta servarent non
bona ... eosque contaminari passus sum cet., cf. vs. 18. Con-
stat, saepissime deum effecisse dici, quod tantum permisit. Hunc
sensum suum jam fecit Hieronymus: „dimisit (deus) eos cogita-
tionibus et desideriis suis, ut facerent quae non conveniunt."
Eundem secuti sunt Eichhornius et Devettius. — זאת] adv. *hic* 27.

39. pro *hac re.* — וְאַחַר] Rosenmüllerus, Devettius et alii praecedenti עִבְדוּ annectunt, hoc modo: colite *et posthac*, etiam in posterum! languidius. *Kösterus Erläut. d. heil. Schrift* p. 115. וְאַחַר cum iis quae subjiciuntur copulat redditque: *posteaquam s.* quandoquidem, *ut videtur, non vultis obedire mihi.* Quo sensu אַחַר אִם nusquam alibi legitur. Videtur וְאַחַר construendum esse cum iis, quae post אֵלָי sequuntur, hac sententia: *postea*, in posterum *vero*, *si mihi obedire renuitis*, *nomen meum sanctum*
40. *non amplius profanetis* cet.! — בְּכָל־קָדְשֵׁיכֶם] non est *cum omnibus*, ut vulgo reddunt, sed *in omnibus rebus*, *quas mihi consecraveritis*, id est, conjunctum cum praecedentibus: primitias
41. *omnium rerum* quas cet. — בְּרֵיחַ נִיחֹחַ אֶרְצֶה אֶתְכֶם] *In odorem suavem*, tanquam odorem suav. *benevole vos excipiam.*

CAP. XXI, 1—32. Interitus Judae per Chaldaeos. —
2. דֶּרֶךְ תֵּימָנָה] i. e. Hierosolyma versus (vs. 7.), quae urbs vati ad Chaboram fluvium degenti ad austrum erat. וְהַטֵּף] intellige מִלֶּיךָ coll. Ges. Gr. ampl. p. 851. „Verbum hoc, in quo metaphora non absimilis est ab ea, qua *oratio fluere* dicitur, de propheticis declamationibus dici consuevit, Am. 7, 16. Mich. 2, 6.“
3. 8. Schnurrer. — כָּל־פָּנִים] *omnis superficies.* — וְהִכְרַתִּי מִמֵּךְ
12. צַדִּיק וְרָשָׁע] ut fit in clade *publica.* — כִּי בָאָה] הָרָעָה. —
15. הֱיֵה] cf. ad Jerem. 9, 4. מֹרָטָּה] *politus est*, Praeteritum Pu. verbi מָרַט; מֹרְטָה, in pausa מֹרָטָה, cum Dagesch מֹרָטָּה ad similitudinem praecedentis הוּחַדָּה. Gesenius habet pro Participio, omisso מ praeformativo. אוֹ נָשִׂישׂ שֵׁבֶט בְּנִי מֹאֶסֶת כָּל־עֵץ] Ex his verbis tolerabilem sensum vix elicias. Certe quae adhuc facta sunt interpretandi pericula, ad irritum omnia cecidisse video. Turpiter interrumpitur orationis series, (ut taceam alia) si cum Devettio interpretaris: *Vel gaudeamus* (cf. vs. 11.)? *Tribus filii mei*, i. e. populi mei, *spernit omne lignum* i. e. omnem virgam castigantem; laetandi jam nulla est causa, quum populus meus omnem castigationem respuat, et jam nihil supersit, nisi ut gladio exscindatur; vel cum aliis: *Vel gaud.? Virga filii mei* i. e. virga pro castigando meo populo parata *spernit omne lignum*, omnem virgam, i. e. durior est virgis omnibus aliis, vel: *spernit omnem arborem* i. e. omnes incolas percutiet, nemini parcet, coll. vs. 2. 3. 7. 8. Pro אוֹ cum LXX et Syro legendum videtur אַל (אֶל); נָשִׂישׂ esse videtur i. q. נָסִים

elatus a נָסַס = נָשִׂיא a נָשָׂא. Ita haec erit verborum sententia hoc cum praecedentibus vinculo cohaerens: ut trucidet exacutus est (gladius), ut fulguret politus est, *in s. contra elatum, tribum filii mei fastidiosam omnis virgae* (עֵץ = عَصًا *baculus* quo quis percutitur) i. e. contra tribum Judae elatam et fastidiosam omnis disciplinae. cf. vs. 17. et 18. — מְגוּרֵי אֶל־חֶרֶב הָיוּ אֶת־עַמִּי] 17.
projecti in gladium, gladio traditi *sunt cum populo meo*. De stat. constr. ante praepos. cf. E. Gr. min. §. 497. — כִּי בֹחַן וּמָה 18.
אִם גַּם שֵׁבֶט מֹאֶסֶת לֹא יִהְיֶה] *nam probatio facta est* (in ceteris tribubus): *quid igitur, si etiam tribus fastidiosa* i. e. Juda (vs. 15.) *non erit ultra*, exscindetur ut reliquae tribus? *Köster Erläut. d. heil. Schrift* p. 87. locum sic reddit: *quamvis Israel sit tribus spernens, olim non erit*, quod quid hic sibi velit, non assequor. Alii, ut Rosenmüllerus, ad suum arbitrium plura cogitando supplent. — וְתִכָּפֵל חֶרֶב שְׁלִישִׁתָה] pr. *duplicetur gla-* 19.
dius ad tertiam usque vicem i. e. saeviat iterum iterumque. הַחֹדֶרֶת לָהֶם] *obsidens eos*, iis undique insidians. חָדַר i. q. ܚܕܪ circumdedit, cinxit, *obsedit*, quo verbo e. g. usus est Syrus Ps. 3, 7. in verbis סָבִיב שָׁתוּ עָלָי. — לְמַעַן לָמוּג לֵב] „Redundat 20.
vel לְמַעַן vel לְ, sufficiebat enim dicere לָמוּג aut לְמַעַן מוּג." Ros. Reperiuntur adverbia et praepositiones cum aliis praepos. conjuncta apud recentiores maxime, E. Gr. crit. p. 632. אִבְחַת חָרֶב] Rosenmüllerus et alii: *comminationem gladii* i. e. gladium minacem, coll. arab. أَبَخَ pro وَبَخَ *comminatus est*. Nescio an praestet reddere *gladium vigilantem*, propr. *attentionem gladii*, coll. أَبَهَ *animum advertit*, II. *attentum reddidit*. Cf. שָׁקַד quod vicissim propr. est *vigilavit* (ad portas, fores Ps. 127, 1. Prov. 8, 34.), deinde translate *attendit* ad rem. Quod ad permutata ח et ה cf. אָנַח et אָנָה, פָּתַח et פָּתָה al. Denique vide, ut congruat *gladius vigilans*, custodiens, verbis עַל־כָּל־שַׁעֲרֵיהֶם נָתַתִּי. Gesenius legi vult טִבְחַת חָרֶב *mactatio gladii*, ducibus LXX et Chaldaeo; Böttcherus (*Win. Zeitschr. f. wissensch. Theol.* II. 1. p. 103.): אַנְחַת חָרֶב *gemitus propter gladium*, quibus conjecturis videmur carere posse. מְעֻטָּה לְטָבַח] Ges. Win. Ros. aliique: *acutus ad caedem*. Habent מְעֻטָּה pro fem. adjectivi מָלֻט a rad. מָעַט i. q. arab. مَعِطَ *glaber, nudus fuit*, hinc *politus, acutus fuit*, coll. מָרַט *depilavit* et *polivit*. Poterant etiam conferre

arab. صلع *calvus fuit*, et ab hoc deriv. صَوْلَع *nitens* cuspis. Böttcherus l. l. מְעֻטָּה vult esse Part. Pu. verbi עָטָה, quod hic significet *stringere*, quae tamen significatio verbo עָטָה pro arbitrio tribuitur. cf. not. ad Jerem. 43, 12. Fatendum vero est, passiva עֲשׂוּיָה, מְרוּטָה, מֹרָטָה, הוּחַדָּה hic et suprà 14. 15. 16. favere verbo passivo. Itaque videant eruditi, an non מְעֻטָּה לְטָבַח significet gladium *manu correptum ad caedem*, ut מְעֻטָּה sit Part. Pu. verbi עָטָה, hoc autem idem hic valeat quod arab. عَطَا I. III. VI. *manu cepit*. Qui sensus nequaquam est contemnendus. cf. supra vs. 16: *dedit illum* (gladium) *ad expoliendum*, לִתְפֹּשׂ בַּכָּף *ad prehendendum* eum *manu*, ut paratus sit ad feriendum; *exacutus est ille gladius et expolitus*, לָתֵת אוֹתָהּ בְּיַד הוֹרֵג *ad dandum illum in manum occisoris*. —
21. הִתְאַחֲדִי] „*uni te*. Apostrophe enim est ad gladium triplicem (vs. 19.), qui unitis viribus grassari debeat." Ros. Sed vs. 19. non est sermo de gladio triplici; certe non apparet, quinam sint isti gladii. Cf. ibi not. Malumus cum Schnurrero et Gesenio in Thes. reddere: *collige te* i. e. attentus sis, coll. arab. أَحَدَّ, X. *animum addixit*, *operam dedit*. Concinit quod sequitur
24. הָשִׂימִי *adverte* animum, attende. — וְיָד בָּרֵא בְּרֹאשׁ דֶּרֶךְ עִיר בָּרֵא] *et locum finge, in compito urbis finge*, in bivio, ubi una via ad urbem Hierosolymitanam ducit, altera ad urbem capitalem
25. Ammonitarum, cf. vs. 25. 26. — Non fuit, quod hic locus offenderet Schnurrerum et Rosenmüllerum, siquidem בּוֹא cum
26. *accus.* et cum בְּ loci construi potest. — לִקְסָם־קָסֶם] „utram urbem, Judaeorum, aut Ammonitarum, prius infestet." Ros. קִלְקַל בַּחִצִּים] *motitat sagittas*, propr. absolute: *er schüttelt mit den Pfeilen*. „Rem exposuit Hieronymus his verbis: „„Ritu gentis suae oraculum consulet, ut mittat sagittas suas in pharetram et commisceat eas inscriptas sive signatas nominibus singulorum, ut videat, cujus sagitta exeat, et quam prius civitatem debeat oppugnare. Hanc autem Graeci βελομαντίαν sive ῥαβδομαντίαν nominant."" Eum ritum, cujus et in Corano Sur. 3, 39. et 5, 4. mentio fit, pluribus descripsit ex Arabum monumentis Ed. Pocockius in *Specim. Hist. Arab.* p. 329. seq. Cum esset alicui vel suscipiendum iter, vel ducenda uxor, vel aliud magni momenti negotium peragendum, sagittas, quas tres in vasculo inclusas habebant, solebant consulere. Earum primae inscriptum

erat *jussit me Dominus meus*, secundae *prohibuit me Dominus meus*, tertia erat nulla nota insignis. Harum unam manu extrahenti si occurreret illa, quae juberet, alacri animo, tanquam monente deo, pergere, sin illa, quae vetaret, desistere, quodsi ἀγράμματος illa, reponere, donec prodiret, quae vel jussu praeiret, vel interdicto occurreret." Ros. רָאָה בַּכָּבֵד] cf. Cic. de Divinat. 2, 14: caput jecoris ex omni parte diligentissime considerant. cf. id. ibid. cap. 13. — בִּימִינוֹ הָיָה הַקֶּסֶם יְרוּשָׁלַםִ] 27.
In dextra ejus erit divinatio, oraculum: *Hierosolyma* „i. e. dextram in vasculum immissam ad sagittam inde depromendam quum reduxerit, eam tenebit sagittam, quae nomen *Jerusalem* sibi habet inscriptam. Neque enim הַקֶּסֶם dici potest in regimine positum, ob ה nomini praefixum, sed הַקֶּסֶם יְרוּשָׁלַםִ ita accipiendum, ut sit: responsum, quod continetur voce: *Jerusalem*." Schnurrer. לִפְתֹּחַ פֶּה בְּרֶצַח] *ad aperiendum os cum caede* i. e. imperans caedem, nisi mavis ob sequens תְּרוּעָה cum Gesenio et Rosenmüllero transferre: *cum clamore*, coll. פָּצַח. Notandum tamen, רֶצַח propr. non esse *rumpere*, *erumpere*, sed *confringere*, *contundere* (cf. رَضَحَ et رَضَخَ), *occidere*; hinc רֶצַח Ps. 42, 11. *contritio*. לִבְנוֹת דָּיֵק] vid. not. ad 4, 2. — Difficilli- 28.
mum hunc locum vulgo sic expediunt: *eritque* hoc *eis* (Judaeis) *vana quaedam divinatio in oculis ipsorum*, quod *juramenta jurassent* Chaldaei *eis*; *ille vero* (rex Babylonius) *reminiscetur culpae* (urbis Hieros.) i. e. fidei ab illa violatae, *ut capiatur*. „Sensus est: Judaei, per falsos prophetas seducti, contemnent conatum Babyloniorum, et auguria ista vana esse dicent, quod Chaldaei eis sacramento essent adstricti, quibus tamen ipsi fidem non servaverant. Quapropter Nebucadnezar in memoriam revocans violatam fidem, exstimulatus est in perniciem eorum. עָוֹן vocat perfidiam Zedekiae, qui fidem datam Nebucadnezari, nomine dei interposito, violarat, quod perjurium causa fuit expugnationis urbis Jerusalem." Ros. Verum enim vero, ut taceam, verba שְׁבֻעֵי שְׁבֻעוֹת לָהֶם antegressis pro arbitrio annecti כִּי particula: quomodo tandem Judaei auguria ista contemnere potuerunt propterea quod Chaldaei sibi sacramento essent adstricti, *quum ipsi fidem non servassent?!* Nonne violato ab una parte foedere, jurejurando solvitur et altera? Itaque sic ego locum explicandum puto: *eritque* haec *eis* (Judaeis) *vana divinatio in oculis*

ipsorum, non timebunt ista auguria; *juramenta jurabunt eis* (Chaldaeis) i. e. pro more denuo jurabant foedifragi isti, Chaldaeos ita se reconciliaturos sperantes; *at ille* (hostis) *in memoriam revocabit crimen*, perfidiam urbis Hieros, *ut capiatur*. Ita vero non modo qui prae manibus est locus aptissimum accipit sensum, sed etiam, quid sibi velint quae vs. 29. leguntur verba יַעַן הַזְכַּרְכֶם עֲוֹנְכֶם, perspicitur, quae, si priorem illam Rosenmülleri ac Devettii interpretationem sequeris, quomodo capienda sint, nemo facile intelliget. Confutanda Cocceji, Schnurreri et
29. Eichhornii interpretatione supersedeo. — הַזְכַּרְכֶם] cf. הַפְצַר 1 Sam. 15, 23. ibique not. בַּכַּף] *manu ista*, regis Babylonii.
31. Chaldaeus: *in manum regis Babylonis trademini.* — זֹאת לֹא זֹאת] Rosenmüllerus, Devettius et alii: „*haec* cidaris et corona *non erit haec* s. ea, quae nunc est, non ultra sic erit, sed intercidet." Schnurrerus זֹאת neutraliter accepto: „quae nunc est rerum conditio, eadem amplius locum non habebit." Prius praeferendum videtur ob verba עַוָּה אֲשִׂימֶנָּה גַּם זֹאת לֹא הָיָה vs. 32. הַשָּׁפָלָה הַגְבֵּהַ וְהַגָּבֹהַּ הַשְׁפִּיל] cf. similes locutiones Jes. 2, 12. sqq. 10, 33. sq. Pro הַשָּׁפָלָה legendum videtur הַשְּׁפָלָה fem., quod masculino junctum rei universitatem exprimit; cf. ad Jer. 48, 19.
32. coll. not. ad Ezech. 8, 2. — עַוָּה — אֲשִׂימֶנָּה] *eversionem* i. e. subversam *reddam eam*, coronam, eam dereptam ad terram projiciam. Quod nomen עַוָּה ter ponitur, eo rei certitudo indicatur, non clades trium regum Jojakimi, Jojachini et Zedekiae, ut cum aliis vult Rosenmüllerus, nam de solo Zedekia hic agitur, vs. 25. גַּם זֹאת לֹא הָיָה] *etiam haec* Zedekiae corona, ut Jojakimi et Jojachini, *non erit*, manebit i. e. peribit. Verbum masculinum apud scriptorem in rebus grammaticis audaciorem nihil miri habet. Quanquam quae est ista audacia? cf. G. Gr. min. §. 144. adn. 1. Rosenmüllerus: „לֹא הָיָה *nihil factum erit*, ad nihilum redigetur; לֹא substantive sumitur, ut Job. 6, 21. Ps. 73, 25., et verbum substantivum ad praedicatum conformatur, ut infra 35, 15. שְׁמָמָה תִהְיֶה הַר שֵׂעִיר *vastitas erit mons Seir.*" Possitne vero e locis ll. certo colligi, לֹא etiam *nihil* significare, equidem subdubito. Vide ad eos not. עַד בֹּא אֲשֶׁר לוֹ הַמִּשְׁפָּט] *donec veniat is, cujus erit judicium.* „Quemadmodum locis aliis compluribus et vatum reliquorum, et hujus vatis comminationi destruendi regni Judaici subjungitur spes felicioris aevi, quo illud splendore longe majore sit restaurandum, rege aliquo potentissimo, sapientissimo,

justissimo, ita et hoc loco dubitari vix potest, hoc vatem significare, abolendum quidem esse regnum Judaicum, nec tamen perpetuo, sed dum veniat ille, cui deus summam potestatem sit concessurus." Ros. Quod in paucissimis libris pro לוֹ legitur לא apertus librarii error est. וּנְתַתִּיו] *et cui dabo* illud. נָתַן cum acc. pers. ut Jos. 15, 19. Jes. 27, 4. Thren. 5, 6., ad quos locos cf. not. Nescio tamen, an melius suffixum ad הַמִּשְׁפָּט referendum dixerim hac sententia: cui est judicium, *et* (cui, repetito אֲשֶׁר לוֹ) *dabo illud*, וְ(אֲשֶׁר לוֹ) נְתַתִּיו.

CAP. XXI, 33—37. In Ammonitas. cf. 21, 24. 25. Ejusdem argumenti oratio legitur infra 25, 1—7. — וְאֶל־חֶרְפָּתָם] 33. *et de contumelia eorum* i. e. qua illi affecerunt Judaeos. cf. 25, 3. 6. חֶרֶב ח' פְּתוּחָה לְטֶבַח וגו'] *gladius, gl. strictus est ad caedem, politus ad vorandum, ad fulgurandum.* לְהָכִיל pro לְהַאֲכִיל (propr. *ad vorare faciendum, ut vorare faciant* eum) G. Gr. ampl. p. 377. sq. Ewaldus Gr. crit. p. 448. הָכִיל ad כּוּל referendum putat, redditque: *ad sustinendum*, quod nescio quid languidi habet. Devettius verba sic distinxit: *gladius, gladius strictus est, ad caedem politus, ad vorandum, ut fulguret,* minus commode. — Arctissime haec cum superiore vs. cohaerent. 34. „Recte Schnurrerus notat, לָתֵת pendere e versu qui proxime antecedit, quo gladius jam strictus dicitur paratusque ad irruendum, et sensum verborum לָתֵת אוֹתָךְ אֶל־צַוְּארֵי חַלְלֵי רְשָׁעִים hunc esse: ut vos quoque addat gladius ad colla eorum, qui occisi sunt de improbis, i. e. ut idem vobis eveniat, quod illis improbis (Judaeis, 21, 1—32.), qui jam caesi sunt prostratique. *Colla occisorum* poetice dicuntur pro occisis, ad significandum, truncos illos relictos esse, quorum a collis capita fuissent avulsa." Ros. — הָשֵׁב אֶל־תַּעְרָהּ] *reduc in vaginam suam* gladium, nihil 35. profecturum contra Chaldaeos. הָשֵׁב E. Gr. min. §. 291. p. 158. בִּמְקוֹם אֲשֶׁר נִבְרֵאת] id. §. 494. בְּאֶרֶץ מְכֻרוֹתַיִךְ] vid. ad 16, 3. — בְּיַד אֲנָשִׁים בֹּעֲרִים] *in manum hominum brutorum* i. e. fero- 36. cium (Syr.), βαρβάρων (LXX). בֹּעֵר denom. a בְּעִיר, ut Ps. 94, 8. Jerem. 10, 8. Rosenmüllerus mavult: *in manum hominum ardentium* ira et furore (Jes. 30, 27.), quum similitudo ignis proxime praecesserit. Notandum tamen, Jes. 30, 27. (atque sic etiam Ps. 79, 5. 89, 47.) a verbo בָּעַר non abesse אַף, קִנְאָה, חֵמָה. — יִהְיֶה בְּתוֹךְ הָאָרֶץ] i. e. per terram fluet, effundetur. 37.

CAP. XXII. **Civium Hierosolymitanorum scelera et poenae.**

2, 3. — הַתִשְׁפֹּט] vid. not. ad 20, 4. — וְעָשְׂתָה גִלּוּלִים עָלֶיהָ לְטָמְאָה]
עָלֶיהָ alii *pro se, sibi* reddunt, alii, ut Rosenmüllerus, *contra se*,
maximo suo malo. Videtur nihil aliud significare, nisi *apud se*,
ut idem fere sit quod in membro parallelo בְּתוֹכָהּ. Possit tamen
etiam cum לְטָמְאָה construi: *in maculam super se*, ut sibi ma-
4. culam adspergat. — וַתָּבוֹא עַד שְׁנוֹתָיִךְ] *et venisti usque ad* i. e.
jamjam attigisti *annos tuos* i. e. matura es supplicio; debent
enim verba haec eodem sensu accipi, quo quae praecedunt. Ver-
bum masculinum *populum* respicit. Habent tamen pro עַד duo
libri (R. 304 et 789) עֵת: *et venit tempus annorum tuorum*,
6. quod ipsum expresserunt veteres. Sed illud difficilius. — *En
principes Israelis, quisque secundum brachium suum* i. e. violenti
11. *in te sunt, ut sanguinem effundant*. — Cf. Tacitus Hist. 5, 5.
de Judaeis: projectissima ad libidinem gens, alienarum concubitu
16. abstinent, inter se nihil illicitum. — וְנִחַלְתְּ בָּךְ לְעֵינֵי גוֹיִם] *et
30. profanata eris per te* ipsam *in oculis populorum*. — בְּעַד] *pro*,
vid. ad Gen. 20, 7. coll. 7, 16.

CAP. XXIII. **Duae meretrices, Samaria et Hierosolyma.**

4. — וּשְׁמוֹתָן אָהֳלָה הַגְּדוֹלָה וְאָהֳלִיבָה אֲחוֹתָהּ] Nomen אָהֳלָה (pro
אָהֳלָהּ, omisso Mappik) significat: *tentorium suum* h. e. a Jovae
tentorio s. templo diversum; אָהֳלִיבָה (אָהֳלִיבָהּ): *tentorium meum*
(Jovae) *in ea*. Horum significatuum tamen in oratione quae
sequitur nulla ratio habetur. *Major*, הַגְּדוֹלָה dicitur Samaria
propter multitudinem *decem* tribuum, quum *duae* tantum tribus
5. essent in Juda. — וַתִּזֶן אָהֳלָה תַּחְתָּי] *et scortata est Ohola
sub me* i. e. quum esset in potestate mea, subjecta imperio meo,
sui mariti, ut Num. 5, 20. Rosenmüllerus et Böttcherus (*Proben*
p. 207.) תַּחְתָּי reddi volunt *loco mei*, coll. 16, 32. Male. Alia
ratio est istius loci: תַּחַת אִישָׁהּ תִּקַּח אֶת־זָרִים *loco mariti
sui admittit alienos*. אֶל־אַשּׁוּר קְרוֹבִים] Rosenmüllerus et cum
eo Devettius: „*erga Assyrios, accedentes* ad eam, tanquam
scortum suum; similiter de congressu venereo verbum קָרַב Gen.
20, 4. usurpatur, et cf. infra vs. 44.“ Ita tamen pro adjectivo
haud dubie participium posuisset vates. Malumus igitur: *erga
Assyrios vicinos* coll. 2 Reg. 16, 9., vel quod magis placet: *erga
Ass. familiares, amicos* (cf. Ps. 38, 12. Job. 19, 14.) i. e. ama-
tores, amasios i. q. מְאַהֲבִים quod praecedit. cf. vs. 6. 12. —

וַתְּעַגֵּב] K'ri: וַתַּעְגְּבָה, ut infra vs. 20. C'tib, ubi vid. not. — 16.
וַתֵּקַע נַפְשָׁהּ מֵהֶם] *tum avulsus*, abalienatus *est animus ejus ab* 17.
iis, Babyloniis, ad Aegyptios iterum se convertens, vs. 19. יָקַע hoc loco et vs. 18. et Jer. 6, 8. i. q. נָקַע infra vs. 18. extr. 22. 28. in eadem locutione, propr. *divulsus*, *avulsus*, *abruptus est*, ut conson. verbum aethiopicum. J. D. Michaelis יָקַע et נָקַע seq. מִן, מֵעַל significare voluit *obsaturari alicujus rei*, coll. arab. נקע *sedavit* sitim, quam sententiam suam fecisse video Eichhornium et nuper Holzhausenium in Ephem. Gotting. 1834. Fasc. 84. p. 839. Quum vero יָקַע reliquis quibus legitur locis *divellendi*, *luxandi* significationem habeat, adquiescendum est sententia supra posita. — וַתַּעְגְּבָה] vid. G. Gr. min. §. 48. 3. E. Gr. min. 20.
§. 297. 3. p. 164. עַל פִּלַגְשֵׁיהֶם] ἐπὶ τοὺς πάλλακας αὐτῶν. פִּלֶּגֶשׁ hoc loco est *scortum masculum*, *amasius*, *moechus*, ita postulante nexu: אֲשֶׁר בְּשַׂר חֲמוֹרִים בְּשָׂרָם וגו' et loco parallelo vs. 5: וַתַּעְגַּב עַל מְאַהֲבֶיהָ; cf. etiam vs. 12. 16. Rosenmüllerus et Winerus Jarchii sequuntur sententiam, עַל פִּלַגְשֵׁיהֶם poni pro עַל פִּלַגְשׁוּתָם *in concubinatum eorum*. Quae sententia vel hac de causa rejicienda est, quia quod sequitur אֲשֶׁר ad פִּלַגְשִׁים referendum est. Ceterum cf. 16, 26. — וַתִּפְקְדִי] *respexisti*, 21.
repetiisti, ut Jer. 3, 16. בַּעֲשׂוֹת מִמִּצְרַיִם דַּדַּיִךְ] Dubito, an cum Rosenmüllero haec ita strui possint: *in subigendo ab Aegyptiis mammas tuas*. Redde sic: *dum tractarent Aegyptii* (pr. nonnulli *ex Aegyptiis*, ut מִן sit partit.) *mammas tuas*. עָשָׂה hic id. q. Pi. עִשָּׂה vs. 3. 8. — אֲשֶׁר נָקְעָה נַפְשֵׁךְ מֵהֶם] vid. ad vs. 17. — 22.
פְּקוֹד וְשׁוֹעַ וְקוֹעַ] פְּקוֹד prob. *praefectura*, hic concr. *praefectus*. 23.
שׁוֹעַ *dives*, ut Job. 34, 19. cf. שׁוּעַ *divitiae* ibid. 36, 19. a rad. שׁוּעַ *amplus*, *dives fuit*. קוֹעַ propr. *admissarius* a rad. קוֹעַ = قاع I. VIII. *adscendit femellam* camelus admissarius, deinde transl. *princeps*, quam eandem metaphoram frequentant Arabes. Veteres has voces pro nominibus propriis habuerunt, si discesseris ab Hieronymo, qui: *nobiles*, *tyrannosque et principes*. Sed non inveniuntur hujuscemodi nomina aut populorum aut regionum Babyloniis subjectarum; appellativa postulant quae altero hemistichio verbis כָּל־בְּנֵי אַשּׁוּר אוֹתָם subjiciuntur appellativa, et ipsa nobiles et opulentos homines significantia; denique istae tres voces, quas illis tribuimus, significatus facillime, ut vidimus, admittunt. אוֹתָם] pro אִתָּם, ut saepissime apud recentiores. —

24. הֹצֶן רֶכֶב וְגַלְגַּל] הֹצֶן, quod praeter hunc locum non legitur,
vulgo praeeunte Chaldaeo et Kimchio, *instrumenta ferrea, arma*
reddunt, coll. arab. حصن *arma* a rad. حَصُنَ, حَصِنَ *firmus*
munitusque fuit, II. IV. *firmavit, munivit*, et aethiop חצין *fer-*
ramenta. Vide an non speciatim *secures* significet, coll. arab.
خُصَيْن, pl. خُصُن, *securis parva.* De ה et ח permutatis cf. ad
21, 20.; habent tamen plures et scripti et editi libri הֹצֶן. De
25. voce גַּלְגַּל vide notata ad 10, 13. — אַפֵּךְ וְאָזְנַיִךְ יָסִירוּ] „Me-
minit Coelius Rhodiginus *Lectt. Antiqq.* lib. XXI. c. 45. legis
cujusdam Aegyptiae contra adulteros, ad quam videtur vates allu-
sisse. *In Aegypto*, inquit, *qui in spontaneo deprehensus adul-*
terio foret, virgis ad plagas mille caedebatur, muliere naribus
demutilata. Et Grotius hunc Martialis versiculum affert: *Quis*
tibi persuasit nares abscindere moecho?" Ros. Consentit Hiero-
nymus: „*nasum tuum et aures tuas praecident*, quasi adulterae
32. et deprehensae in stupro." cf. vs. 22. et 28. — תִּהְיֶה] *erit*,
cedet tibi. מַרְבָּה לְהָכִיל] *amplitudo* = amplum *erit ad ca-*
34. *piendum.* — וְאֶת־חֲרָשֶׂיהָ תְּגָרֵמִי] *et testas ejus rodes* (גָּרַם
denom. a גֶּרֶם, Num. 24, 8.) i. e. lambes, ne guttam quidem vini
in illo relictura; nihil remanebit malorum, quod non gustes.
וְשָׁדַיִךְ תְּנַתֵּקִי] in testis, prae furore quo illas lambes. Alii, ut
Rosenmüllerus, verba haec a praecedentibus sejuncta sic capiunt:
35. *et ubera tua dilacerabis* ad desperationem adducta. — וַתַּשְׁלִיכִי
אוֹתִי אַחֲרֵי גַוֵּךְ] i. e. me neglexisti, vid. not. ad Jes. 38, 17.
וְגַם אַתְּ שְׂאִי זִמָּתֵךְ וגו'] i. e. quas propter illa meruisti poenas.
36. 42. — הֲתִשְׁפּוֹט] vid. not. ad 20, 4. — וְקוֹל הָמוֹן שָׁלֵו בָהּ] *et vox*
multitudinis securae, socordis, dissolutae, luxuriantis (audiebatur)
apud eam, Oholibam (= Hierosolymis). שָׁלֵו בָהּ omisso Dagesch
leni, ut קַו תֹהוּ Jes. 34, 11., Ps. 68, 18. E. Gr. crit. p. 83.
וְאֶל־אֲנָשִׁים מֵרֹב אָדָם מוּבָאִים סוֹבָאִים מִמִּדְבָּר] *atque ad*, praeter
homines ex multitudine reliqua *hominum* collectos *adducti sunt*
potatores e deserto i. e. secundum Hieronymum potatores „non
urbanae alicujus elegantiae, sed de deserto ac solitudine, rusti-
corum ac latronum habitum praeferentes." Quam sententiam,
acceptam Eichhornio et Rosenmüllero, meam facere non possum.
Intelligendos esse homines nobiles et opulentos, fortasse Sabaeos
(quos vates ipsa voce סוֹבָאִים tetigisse videri possit, quosque et

Masoretharum סְבָאִים respicere videtur, quanquam Sabaei alias dicuntur סְבָאִים), hoc, inquam, cognoscitur e verbis וַיִּתְּנוּ et sequentibus, quae male interpretati sunt viri supra dicti, ut statim videbimus. וַיִּתְּנוּ צְמִידִים אֶל־יְדֵיהֶן וגו'] „In his verbis ambiguum est, verbum וַיִּתְּנוּ sitne referendum ad viros istos e deserto accersitos, ut hos dicat sororibus armillas coronasque dedisse, i. e. ad suas superstitiones illexisse; an vero ad ipsas sorores, Oholam et Oholibam, pertineat. Et vel sic anceps erit sententia. Aut enim sorores amatores suo ornatu donasse, aut illae ipsae sese armillis et coronis ornasse dicuntur. . . . Prior sensus ut prodeat, post וַיִּתְּנוּ est לָהֶם subaudiendum. . . Simplicissimum tamen est, verba, nullo suppleto pronomine, uti sonant, sic vertere: *imposuerunt* (feminae) *armillas manibus suis et coronas elegantes capitibus suis.*" Ros. Verum, quominus feminae amatores ornasse dici putentur, obstat suffixum femininum in: יְדֵיהֶן et רָאשֵׁיהֶן. Itaque duae tantummodo sententiae cogitari possunt. Aut enim homines e deserto accersiti feminas, aut feminae sese ornasse dicuntur. Quarum sententiarum simplicior est posterior, quia, si ad viros istos refertur וַיִּתְּנוּ, huic verbo commune est Subjectum cum מוּבָאִים. Cum Devettio igitur sic interpretabere: *et imposuerunt* (isti potatores) *armillas manibus earum* cet. — וָאֹמַר לַבָּלָה נִאוּפִים עַתָּ יִזְנֶה תַזְנוּתֶהָ וָהִיא] 43.
Haec verba varie tentata ab interpretibus sic expedienda videntur: *Et dixi*, cogitavi mecum *de detrita*, effoeta *adulteriis*, de femina, quae in adulteriis consenuit: *voletne jam scortari* scortator *scortationes ejus, etiam istius?* i. e. volentne jam scortari cum ea, licet detrita adulteriis? נִאוּפִים est acc. qui dicitur adverbialis. Quae sequuntur interrogative capienda sunt. עַתָּ praesentem conditionem exprimit: *quum res ita se habeat*. יִזְנֶה *scortabitur, scortari volet* scortator, ut vs. 44. וַיָּבוֹא; non enim opus est, ut cum Masorethis legas יִזְנוּ. תַזְנוּתֶהָ וָהִיא *scortationes ejus, etiam istius*, cf. אַרְצוֹ גַּם הוּא *terra ejus, etiam ejus* Jer. 27, 7. al. (G. Gr. min. §. 119. 4. E. Gr. min. §. 560.). Devettius verba עַתָּ יִזְנֶה תַזְנוּתֶהָ sic interpretatur: *adhuc* (quem significatum dubito an vocula ferre possit) *scortantur cum ea*; וָהִיא vero cum Rosenmüllero reddit *quum tamen sit ista detrita vetula*. Aliorum violentas interpretationes praetermitto. — וְנָתֹן 46.
אֶתְהֶן לְזַעֲוָה וָלָבַז] vid. not. ad Jer. 15, 4. — וְנִוַּסְּרוּ] pro וְהִתְנַסְּרוּ 48.
G. Gr. min. §. 54. extr., E. Gr. min. §. 258. 3.

1. CAP. XXIV. Excidium urbis Hierosolymitanae. — בַּשָּׁנָה
3. sqq. הַתְּשִׁיעִית] post deportatum Jojachinum, 1, 2. — „*Lebes* Hierosolyma; *carnes* et membra ei indita cives ejus (et qui ex aliis Judae urbibus et locis eo confugerant); *ignis* et *aqua fervens* mala,
5. quae patientur.“ Grot. Cf. 11, 3. sqq. — וְגַם דּוּר הָעֲצָמִים
תַּחְתֶּיהָ] *etiamque rogum ossium* i. e. pro ossibus, sufficientem ossibus percoquendis *sub illa* (olla) fac! דּוּר propr. *orbis* Jes. 29, 3. 22, 18., ad quos locos vid. not., hic strues lignorum *rotunda*, *rogus* i. q. מְדוּרָה infra vs. 9. et Jes. 30, 33. cf. دَوْرٌ, دَوِيرٌ *rotundus arenarum collis*. הָעֲצָמִים *ossium illorum* vs. 4.; nequaquam igitur molestus est articulus. דּוּר הָעֲצָמִים *rogus ossium* = rogus ad percoquenda ossa necessarius, plane ut מְטַר אַרְצְךָ *pluvia terrae tuae* = ad rigandam terram tuam necessaria Deut. 28, 12. 24., מְטַר זַרְעֲךָ Jes. 30, 23. Verbum *fac* cogitando sumendum est e לְקוֹחַ. Quare non opus esse puto conjectura Böttcheri (*Win. Zeitschr. f. wiss. Theol.* T. II. Fasc. 1. p. 101. sqq.), pro דּוּר הָעֲצָמִים legi jubentis דּוּר הָעֵצִים, reddentisque: *atque etiam digere* (dispone, congere) *ligna sub illa*, דּוּר accepto pro Imperativo ejusdem hujus verbi, quod apud Talmudicos significet *digerere*, *disponere*, Buxtorf. lex. chald.
6. p. 518. — אֲשֶׁר חֶלְאָתָה בָהּ] *in qua aerugo sua est*. „חֶלְאָה, a חָלָא, arabice (حَلَأَ) *deterere*, est *aerugo*, ἰός, ut LXX reddiderunt, quae ita depelli solet, ut cuprum candefactum aqua mergatur, quod ubi factum, squamarum instar a cupro decidit (*cinerem cupri* has squamas vocant); solo si igne utaris, candefaciasque cuprum, non squamae quidem formam accipit, sed tamen *deteri* potest, unde nomen est nactum.“ Ros. Similiter حُلَاءَةٌ est id, quod coriarius radendo a pelle removet. חֶלְאָתָה omisso Mappik. לֹא נָפַל עָלֶיהָ גּוֹרָל] „i. e. sine discrimine, sine delectu, quod fieri solet mistis sortibus, q. d. nemini parcam, nulli ordini, sexui, aut aetati. In prioribus deportationibus sors quasi ducta, qui exirent aut manerent, nunc omnes ejiciendi.“ Ros.
7. — עַל צְחִיחַ סֶלַע שָׂמָתְהוּ וגו'] „Naturae est, ut, si sanguis fundatur in terram, combibat humus humorem sanguinis, vel paulatim terra operiatur et pulvere. Quum autem super limpidissimam petram sanguis fuerit effusus, labitur et latam obtinet sedem. Hoc autem indicat, quod publica fecerit homicidia.“

Hieron. — לְהַעֲלוֹת חֵמָה לִנְקֹם נָקָם נָתַתִּי וגו'] Non debebat 8.
negare Ros., לְ h. l. consilium indicare. Hoc dicit Jova, *in*
nudam petram quasi suo instituto sanguinem effusum esse, ut
vehementius clamaret et iram suam provocaret. — וְהַרְקַח 10.
הַמֶּרְקָחָה] „Quamvis tam ipsum verbum רָקַח, quam inde deri-
vata nomina alias semper de *unguentis* usurpentur, hoc tamen
loco *mixtionem* potius significare videntur, qua pigmentarii
unguenta parare solent, dum multas et varias aromatum species
componunt." Ros. Sed nulla causa est, cur a vulgari potestate
recedamus. Verba haec ad complendam imaginem faciunt. Ubi
percocta est caro (הָתֵם הַבָּשָׂר), solent condimenta addi. —
Quod ad rem vid. notata supra ad vs. 6. De הָתֵם cf. E. Gr. 11.
min. §. 273. p. 139. — תְּאֻנִים הֶלְאָת] Noli cum Rosenmüllero 12.
ante תְּאֻנִים supplere בְּ. Verba sic habent: *labores laborare facit*
i. e. laboribus fatigat (me olla). Bene Vulg. *multo labore su-*
datum est. — יַעַן טִהַרְתִּיךְ] *propterea quod purgavi te* i. e. 13.
nihil inexpertum omisi, quod faceret ad te purgandam. —
אֶת־מַחְמַד עֵינֶיךָ] i. e. uxorem carissimam vs. 18., quae cujusnam 16.
rei imago sit dicitur vs. 21. — הֵאָנֵק דֹּם] *ingemisce, tace* i. e. 17.
tacens apud te ingemisce. מֵתִים אֵבֶל לֹא תַעֲשֶׂה]. Exspectabas
לְמֵתִים אֵבֶל לֹא תַעֲשֶׂה *mortuis luctum ne facito*, institue, coll.
Gen. 50, 10: וַיַּעַשׂ לְאָבִיו אֵבֶל, vel: אֵבֶל מֵתִים לֹא תַעֲשֶׂה *luctum*
mortuorum i. e. propter mortuos *ne facito*, coll. אֵבֶל יָחִיד עֲשִׂי
לָךְ Jer. 6, 26. al. Hinc verba מֵתִים אֵבֶל per hypallagen inversa
esse pro אֵבֶל מֵתִים statuit Kimchi, quod nescio an nemini satis-
facturum sit. Verum haud dubie vidit Storrius, qui locum
(praetermissum a Gesenio et Winero) sic capit: *mortuos luctum*
ne facito i. e. mortuos luctus objectum ne facito. cf. quod saep. leg.
Jova est *laetitia*, *spes*, *fiducia* mea, et quae sunt hujus generis
alia. פְּאֵרְךָ חֲבוֹשׁ עָלֶיךָ] *tiaram tuam circumliga tibi.* „Haec
recte Hieronymus hoc ait significare: „„habebis comam, quae
tondetur in luctu."" פְּאֵר h. l. ut Jes. 61, 3. taeniam vittamve
notat, quae tempora ligabat, in modum coronae capillos cingen-
tem, quam in luctu deponebant, quod tum capite nudi et pulvere
conspersi incedere solebant." Ros. וּנְעָלֶיךָ תָּשִׂים בְּרַגְלֶיךָ] lugen-
tium erat, nudis pedibus incedere, 2 Sam. 15, 30. Jes. 20, 2.
וְלֹא תַעְטֶה עַל שָׂפָם] hoc quoque lugentium, barbam obvelare,
Lev. 13, 45. Mich. 3, 7. Vulg. *nec amictu ora velabis.* וְלֶחֶם
אֲנָשִׁים לֹא תֹאכֵל] cf. not. ad Jer. 16, 7. — וּמַחְמַל נַפְשְׁכֶם] *et* 21.

quod amat animus vester. מַחְמַל *res, cui quis favet,* a rad. חָמַל, propr., ni fallor, *portavit, patienter tulit* (= حَمَلَ I. VIII. idem, inde حَمُول *mansuetus, mitis*), hinc *misertus est, pepercit.* Gesenii de חָמַל et מַחְמַל sententiam, quam suam fecere Rosenmüllerus, Winerus et alii, vide in ejus Lex. —
25. וְאֶת־מַשָּׂא נַפְשָׁם] *et id, ad quod se attollit* i. e. quod desiderat
animus eorum, cf. נָשָׂא עֵינַיִם seq. אֶל et לְ *oculos conjecit* in aliquem, aliquid, i. e. amore, desiderio ejus captus est Gen. 39, 7. al.

CAP. XXV. In Ammonitas, Moabitas, Idumaeos, Philistaeos.

5. 6. — וְאֶת־בְּנֵי עַמּוֹן] i. e. eorum regionem. — שְׁאָטְךָ] pro שָׁאטְךָ,
7. cf. vs. 15. coll. E. Gr. crit. p. 450. — וּנְתַתִּיךָ לְבַג לַגּוֹיִם] בַּג
nonnulli idem esse volunt quod pers. پاه, arab. باج, syr. ܦܓܐ *cibum, escam* significans, coll. nomine composito פַּתְבַּג Dan. 1, 5. cet. syr. ܦܬܒܓܐ *cupediae* (cf. etiam arab. أَنْبَجٌ *conditum*). Sed certum mihi est, pro לְבַג cum Verss. vett. et Masorethis legendum esse לְבַז *in praedam*, coll. infra 26, 5: וְהָיְתָה לְבַז לַגּוֹיִם, 34, 28: וְלֹא יִהְיוּ עוֹד בַּז לַגּוֹיִם et נָתַן לָבַז Jer. 15, 13. 17, 3. Consentientem habeo Gesenium et Hitzigium Begriff p. 140. Eundem librarii errorem vide infra 47, 13. in גה pro זה (זֶה).
9. — מֵהֶעָרִים] *ab urbibus* i. e. a parte urbium, ab ea parte, ubi
sitae sunt urbes, ubi recta itur ad urbes. מִקָּצֵהוּ] i. e. undiquaque (ut Jer. 50, 26. 51, 31.), quod construendum est cum פֹּתֵחַ. Rosenmüllerus: „מֵעָרָיו מִקָּצֵהוּ *ab urbibus*, inquam, quae sunt *ab extremitate ipsius*, quae reliquis solent esse munitiores.“ Quod quaesitum videtur. וְקִרְיָתָמָה] K'ri וְקִרְיָתָיְמָה. Vid. ad Jos.
10. 15, 34. coll. infra 46, 19: יַרְכָּתָם, K'ri: יַרְכָּתַיִם. — לִבְנֵי
קֶדֶם וגו'] Pendent haec ex פֹּתֵחַ vs. 9. עַל בְּנֵי עַמּוֹן] *una cum* cet. (ut supra 16, 37.) i. e. una cum terra Ammonitarum, et ipsa filiis orientis tradenda vs. 4., cf. etiam verba extrema hujus commatis. לְמַעַן לֹא תִזָּכֵר בְּנֵי־עַמּוֹן] eorum terra, ut vs. 5. —
13. מִתֵּימָן וּדְדָנֶה] *a Themane usque ad Dedanem.* ה loc. hic habet
ante se Segol, ut in לְבָה 1 Sam. 21, 2. 22, 9. וּדְדָנֶה i. q. וְעַד דְּדָן. Rosenmüllerus verba sic distinguit: et faciam eam desertum *inde a Themane, et Dedanem usque* gladio cadent. Quod nescio an praeferendum sit. Sic enim (quod monere debebat V. D.) parallelismi studio ducti amant distrahere prophetae, quae jun-

genda erant. Ita enim verba *et faciam eam desertam* (propr. desertum) *inde a Themane, et Dedanem usque gladio cadent* posita sunt pro: *et faciam eam desertam et gladio cadent a Themane usque ad Dedanem.* cf. quae nunc in promtu sunt Jes. 11, 12. Zach. 9, 17. — וְהִכְרַתִּי אֶת־בְּרֵתִים וגו׳] cf. Jer. 16.
47, 5. ibique not.

CAP. XXVI. In Tyrum. — בְּעַשְׁתֵּי עֶשְׂרֵה שָׁנָה] post de- 1.
portatum Jojachinum I, 2. Inter שָׁנָה et בְּאֶחָד omissa est *mensis*
indicatio, cf. 8, 1. 20, 1. 24, 1. — נִשְׁבְּרָה דַּלְתוֹת הָעַמִּים] 2.
fracta est janua populorum i. e. urbs Hierosolymitana, quam ingrediebantur et egrediebantur populi i. e. urbs frequentata exterorum copia et commercio. נִשְׁבְּרָה sing. vel ob Plur. inhumanum, vel, quod magis placet, ob id, quod דלתות significatum habet nominis sing., ut חֹמוֹת Jer. 51, 58. Aliter Rosenmüllerus: *fracta est urbs Hieros., quae fuit cet.* נָסַבָּה אֵלַי] Bene Lutherus: *es ist zu mir gewandt;* נָסַבָּה enim impersonaliter capiendum videtur. Possit tamen etiam *janua* pro Subjecto haberi: *translata ad me est*, ego jam facta sum porta illa maxime frequentata. Sensum recte expressit Hieronymus: „illa subversa ad me omnis multitudo conversa est, quae illius regebatur arbitrio.“ אִמָּלְאָה הָחֳרָבָה] *age, jam implebor, vastata est* illa.
— כְּהַעֲלוֹת הַיָּם לְגַלָּיו] Possint haec ita capi: *ut ascendere* 3.
facit mare aquas suas *in fluctus.* Sed haud scio an melius ל pro nota accusativi usu aramaico positum dicam, ut Jer. 40, 2. al.
— דָּיֵק] vid. ad 4, 2. — וּמְחִי קָבָלּוֹ יִתֵּן בְּחֹמוֹתָיִךְ] *et per-* 8. 9.
cussionem i. e. apparatum muris percutiendis *ante se apponit*, admovet *muris tuis.* Pro קָבָלּוֹ alii libri קָבָלוֹ. Vid. de utroque Ew. Gr min. §. 426. b. p. 266. Vulgo מְחִי קָבָלּוֹ reddunt *percussionem adversi sui*, rei sibi ex adverso positae, arietem; vel suffixo ad מְחִי relato: *percussionem adversi suam*, arietem suum.
— מִפָּרָשׁ וְגַלְגַּל] פָּרָשׁ stat. constr. ante cop., cf. גִּילַת וְרַנֵּן Jes. 10.
35, 2., חָכְמַת וָדָעַת ibid. 33, 6. ibique not. — וּמַצְּבוֹת עֻזֵּךְ] 11.
Intellige simulacra deorum tutelarium. — וַאֲבָנַיִךְ וְעֵצַיִךְ וַעֲפָרֵךְ 12.
בְּתוֹךְ מַיִם יָשִׂימוּ] Haec Rosenmüllerus Hieronymi utens verba sic interpretatur: „tanta erit victorum saevitia, ut ligna et lapides, qui residui incendio fuerint, in medium mare projiciantur.“ At, inquit Holzhausenius (*Götting. gel. Anz.* 1834. St. 84. p. 840.), quis unquam hostis lapides et rudera urbis vastatae in aquam detulit? Is igitur vatem nil nisi hoc ait dicere: rudera tua

stagnum fient. Eichhornio *lapides*, *ligna* et *terra* significare
videntur *lapideam*, *ligneam* et *fictilem supellectilem*. Vix oculis
credas talia legens. Sermo est de Tyro *insulari* (cf. vs. 5. 6.
27, 4. 25. 26.), urbe aedificiis altissimis, muris turribusque, portu
duplici et aggeribus instructa, quae circumcirca alluebatur mari.
Talis urbs si ab hostibus funditus evertitur, nonne ejus *lapides*,
15 *ligna*, *solum in mare projici* recte dicuntur? — בָּהֳרֵג] pro
בְּהִתְהָרֵג cum Dag. implic. pro בְּהִתְהָרֵג, cf. G. Gr. ampl. p. 331.
16. — כֹּל נְשִׂיאֵי הַיָּם] „quales Carthaginenses, Gaditani, aliique
Tyro orti, et potentes mari.“ Ros. Festinantius, ut mihi vi-
detur, ex hoc loco coll. cum 28, 2. 12. 13. 15. collegit Koesterus
(*Erläut. d. heil. Schrift* p. 153.), fuisse Phoenicum rempublicam
administratam ab optimatibus, singulis singulas civitates admini-
strantibus, principem locum obtinente rege ipsorum suffragio
creato, qui Tyri sedem haberet. Certe quod 28, 13. 15. legitur
יוֹם הִבָּרְאָךְ non est *dies electus*, sed *dies quo natus es*,
cf. supra 21, 35. al. וְהֵסִירוּ אֶת־מְעִילֵיהֶם וגו'] „Vestium splen-
didarum mutatione et Jon. 3, 6. rex Assyriae luctum significare
dicitur. Ita Cicerone in exsilium ejecto L. Mummius populo
auctor fuit, ut tanquam in aliqua publica calamitate vestem mu-
taret (Cic. in orat. post red. ad Quirites cap. 3.).“ Ros. —
17. הַהֻלָּלָה] *quae celebrata fuit.* ה articuli i. q. אֲשֶׁר ut Jos. 10, 24.
ubi vid. not.; intelligitur enim ex accentu, הֻלָּלָה esse Praet.,
non Partic. omisso מְ praeform. uti vult Ges. Gr. ampl. p. 316.
אֲשֶׁר נָתְנוּ חִתִּיתָם לְכָל־יוֹשְׁבֶיהָ] *qui incusserant pavorem sui
omnibus accolis suis.* Suffixum nominis postremi ad *urbem* re-
ferendum esse, non ad יָם cum Rosenmüllero, docet quod prae-
18 cedit יוֹשְׁבֶיהָ. — הָאִיִּין] cum terminatione Plur. aram. G. Gr.
20. plin. §. 86. 1. E. Gr. min. §. 359. — לְמַעַן לֹא תֵשֵׁבִי] ὅπως μὴ
κατοικηθῇς (LXX), *ut non habiteris* (Vulg.). cf. ad Jes. 13, 20.
21. בְּאֶרֶץ חַיִּים] in Juda. — וּתְבֻקְשִׁי] Ges. §. 10. 3. adn. E. §. 169.

3. CAP. XXVII. In Tyrum. — הַיֹּשַׁבְתִּי עַל וגו'] Masore-
4. thae הַיֹּשֶׁבֶת. vid. not. ad Jer. 22, 23. — בְּלֵב יַמִּים גְּבוּלָיִךְ]
Urbem a continenti quatuor stadiorum fretum dividit Curt. 4, 2.
*Tyrus quondam insula, praealto mari septingentis passibus
divisa, nunc vero Alexandri oppugnantis operibus continens*
6. Plin. H. N. 5, 17. — מְשׁוֹטָיִךְ] מְשׁוֹט i. q. מָשׁוֹט vs. 29., Ew.
Gr. min. §. 228. extr. קַרְשֵׁךְ עָשׂוּ שֵׁן בַּת אֲשֻׁרִים] *transtra tua*

fecerunt ex ebore, filia cedrorum i. e. ebore incluso cedro. Cf.
quod ad rem Virgil. 10, 135: *Quale per artem Inclusum buxo*
aut Oricia terebintho Lucet ebur. — וְגַמָּדִים בְּמִגְדְּלוֹתַיִךְ הָיוּ] 11.
et milites fortes (Hieron. *bellatores*) *fuerunt in turribus tuis.*
גַּמָּד ab inus. rad. גָּמַד i. q. syr. ܓܡܕ Aph. ܐܓܡܕ *audax fuit,*
institit, ursit miles (ܓܘܡܕܐ *audacia*, al.), arab. جَمَدَ *duro*
animo ac impiti fuit (جُمُود *animi rigor*, animus atrox, frangi
nescius). גַּמָּד nomen formae frequentissimae קַטָּל. Rosenmül-
lerus, quum versu praecedente et initio hujus milites mercenarii
e peregrinis populis adsciti recenseantur, גַּמָּדִים vult esse nomen
proprium gentis nobis ignotae. Ita et Eichhornius. שִׁלְטֵיהֶם
תָּלוּ עַל חוֹמוֹתַיִךְ סָבִיב] Ad rem cf. imago Cant. 4, 4. — בְּכֶסֶף 12.
בַּרְזֶל וגו'] *Metallis plumbi, ferri, aeris, argenti, auri tota*
ferme Hispania scatet Plin. H. N. 3, 4. Γίνεται δὲ καὶ κασσί-
τερος πολλοῖς τόποις τῆς Ἰβηρίας Diod. Sic. 5. — Cf. si libet 13. sqq.
loca parallela ex Homero depromta apud Koester. *Erläut. d. heil.*
Schrift p. 151. seqq. — קַרְנוֹת שֵׁן] *cornua dentis* elephantini 15.
i. e. eboris. „*Cornua eboris* dicuntur *errore* apud veteres vul-
gari.“ Ges. Lex. s. v. קֶרֶן. Quod non possum a me impetrare,
ut credam. *Cornua* dentes elephantini haud dubie dicti sunt,
quia insignem habent *cornuum similitudinem.* Quod ut per se
est probabile, sic ex hoc potissimum loco intelligitur. Neque
enim, qui ebur *dentem* vocat, idem *cornu* potest vocare, nisi
propter similitudinem figurae. Contrarium e locis veterum alio-
rumque scriptorum a Rosenmüllero allatis probari nequit. הֵשִׁיבוּ
אֶשְׁכָּרֵךְ] אֶשְׁכָּר *quod pro mercibus solvitur, pretium,* propr.
merces a שֶׂכֶר i. q. שָׂכָר, cf. שְׁאָר et שְׁאָר al. — מְאוּזָּל] *texta* 19.
s. *fila*, propr. *quod textum s. netum est*, Partic. Pu. (= מְאֻזָּל,
cf. זוּנָּה 16, 34. al.) a rad. אָזַל *texuit, nevit* i. q. talmud. אזל,
ex quo אַזְלָאַת *textor*, et, permutatis inter se ע et א, aram. עֲזַל,
ܥܙܠ *nevit*, et arab. غَزَلَ in *fila duxit* gossipium, unde غَزْل *fila*.
Eichhornius et Rosenmüllerus cum nonnullis libris legi volunt
מֵאוּזָל redduntque *ex Usal*, expressum ab Aqu. et Syr., coll.
Gen. 10, 27. Ita tamen deest Objectum. נָתָנוּ] ut מְרֻטָּה 21,
15. 16., חָדְלוּ Jud. 5, 7. ubi vid. not. — אֳנִיּוֹת תַּרְשִׁישׁ שָׁרוֹתַיִךְ 25.
מַעֲרָבֵךְ] *Naves Tartessi erant tua agmina mercantium, com-*
mercium tuum. שָׁרוֹת *agmen negotiantium una commeantium,*

Partic. fem. a שׁוּר *obire, circuire* Jes. 57, 9. ubi cf. not., i. q. chald. שְׁיָרָא, quod ipsum Onkelos Gen. 37, 25. posuit pro hebr. אֹרְחַת. Böttcherus (*Proben* p. 241.) שָׁרוֹת vult *muros* significare, ut Jer. 5, 10. (ubi cf. not.) in hunc sensum: naves Tartessi te moenium instar circumdabant, quod durius. Ante מְצָרְבָךְ non esse cum Rosenmüllero supplendum בְּ, vix est quod moneam.
30. — בְּאֵפֶר יִתְפַּלָּשׁוּ] Vide quae disputavimus hoc de loco ad Jer.
31. 6, 26. — קָרְחָא] more aram. pro קָרְחָה, ut מַטָּרָא Thren. 3, 12.,
32. חַגָּא Jes. 19, 17. al. — וְנָשְׂאוּ אֵלַיִךְ בְּנִיהֶם קִינָה] *attollentque super te in lamentatione sua cantum lugubrem.* נִי more aram. contract. ex נְהִי Jer. 9, 17. seqq. 31, 15. al. (a rad. נָהָה) plane ut זִו, זִיו 1Reg. 6, 1. 37. Dan. 2, 31. al. contr. ex זְהִיו (a rad. זָהָה). Plures et scripti et editi libri pro בְּנִיהֶם habent בְּנֵיהֶם *filii eorum*, expressum a LXX, Theodotione et Syro, quod Gesenio magis placet, coll. 32, 16. 2Sam. 1, 18. Quum vero contractio ista, ut vidimus, non careat exemplo, lectionem difficiliorem praeferendam putamus. cf. ad rem supra 26, 17. מִי כְצוֹר כְּדֻמָה בְּתוֹךְ הַיָּם] *Quaenam est sicut Tyrus, sicut vasta*, propr. *ad silentium redacta in mari?* דֻּמָה non est, ut cum Gesenio Winerus docet, substantivum *vastationem* significans, a rad. דָּמַם, positum pro concr. *vastatum*, sed verbi דָּמָה Participium Pu. omisso מ, (urbs) *ad vastum silentium redacta*, opp. urbi, qualis fuerat, quum negotiantium clamoribus streperet 26, 17. 27, 27. al. Possit etiam reddi: *excisa s. destructa*, sed primariam significationem sensum elegantiorem fundere unusquisque sentiet ipse. Bene jam Eichhornius: *wem ist's wie Tyrus worden, wie der todtenstillen Stadt im Meer?* Rosenmüllerus, quum versu demum 34. Tyri excidium commemoretur, versu 33. vero pristina illius opulentia describatur, haec quoque verba de felici Tyri statu intelligenda arbitratur, redditque: *quae* unquam *fuit* urbs *sicut Tyrus, sicut stabilita medio in mari?* Male. דָּמַם significat *obstupuit, siluit, cessavit s. desiit*, hinc *cursum inhibuit* (Jos.
34. 10, 12. 13.), nusquam vero *constitutus, stabilitus est*. — עֵת נִשְׁבֶּרֶת] *Tempore quo* = nunc cum *fracta es*. עֵת etc.

2. CAP. XXVIII, 1—19. In Tyri regem. — וַתִּתֵּן לִבְּךָ כְּלֵב אֱלֹהִים] *et animum geris quasi dei.* Repetitur vs. 6., ubi incipit apodosis; nam quae vs. 3. 4. 5. leguntur, tanquam in
3. parenthesi interposita sunt. — הִנֵּה חָכָם אַתָּה מִדָּנִיֵּאל] ut tua

fert opinio. [כָּל־סָתוּם לֹא עֲמָמוּךָ] *nihil occulti te latet*, nihil
tam occultum est, ut te lateat. De verbo עָמַם vid. not. ad
Thren. 4, 1. — [עַל יְפִי חָכְמָתֶךָ] i. e. contra pulchritudinem 7.
res tuas pulchras tua sapientia tibi comparatas. — [וָמַתָּה מְמוֹתֵי 8.
חָלָל] *et morieris mortes confossorum*, ut moriuntur confossi.
cf. Jer. 16, 4: מְמוֹתֵי תַחֲלֻאִים יָמֻתוּ *mortes morborum morientur*.
מְמוֹת est nomen formae מָנוֹס *fuga* Jer. 46, 5: מָנוֹס נָסוּ *fugam*
fugiunt. — [מוֹתֵי עֲרֵלִים תָּמוּת] *mortes praeputiatorum morieris* 10.
i. e. tale mortis genus, quale merentur impii barbari. — [אַתָּה 12.
חוֹתֵם תָּכְנִית] *tu fuisti obsignans* i. e. *perficiens s. absolvens*
pulchritudinem i. e. summa ornatus pulchritudine, omnibus numeris absolutus. חָתַם *obsignavit*, deinde, quia sigillo muniuntur
quae ad finem perducta, perfecta sunt, *perfecit*, *absolvit*, *complevit* hic et Dan. 9, 24., cf. arab. et syr. خَتَمَ, ܚܬܡ *obsignavit*
et *ad finem pervenit in re*, *finivit*, pass. *absolutus est*; خَاتَم
sigillum, *signum* et *finis*, *extremum rei*. תָּכְנִית *dispositio*,
forma recta, *perfecta*, *pulchritudo* a rad. תָּכַן Niph. *complanata*, *aequa*, *recta fuit via*, cf. arab. تُكْن *planities*, *aequalitas*
viae, et vicinum תָּקַן *rectus fuit*, syr. ܬܩܢ *dispositus*, *ordinatus*
fuit, unde ܬܘܩܢܐ *pulchritudo*, *formositas*, ܬܘܩܢܐ *pulchritudo*
divitiarum, *splendor opum*. LXX: σὺ ἀποσφράγισμα ὁμοιώσεως, atque sic etiam Vulg. et Syrus, quos dubito an Rosenmüllerus חוֹתָם pro חוֹתֵם legisse illudque alio sensu sumsisse
recte suspicetur. Nam pro *tu obsignasti pulchritudinem* aeque
recte dixeris *tu fuisti sigillum pulchritudinis*. — [מְלֶאכֶת תֻּפֶּיךָ 13.
וּנְקָבֶיךָ בָּךְ] תֹּף prob. secund. Hieron. *tympanum* gemmae, *pala*
qua gemma continetur. Idem valere videtur נֶקֶב pr. *cavitas*.
[בְּיוֹם הִבָּרַאֲךָ כּוֹנָנוּ] ab ortu tuo tibi destinata sunt. Cf. not. ad
26, 16. — [אַתְּ כְּרוּב מִמְשַׁח הַסּוֹכֵךְ] *tu fuisti Cherub extensionis*, *protegens*, i. e. extensis alis protegens, tu Tyrum protexisti, 14.
ut Cherubi extensis alis protegunt arcam. Alienum videtur quod
dicit Rosenmüllerus: „quemadmodum Cherubi ab hominum oculis
remoti erant, utpote in sacratiori oraculi secessu cum arca sacra
collocati, quo nonnisi sacerdoti summo, idque semel quotannis,
patebat accessus; ita reges superbi, qualis rex Tyri describitur,
non facile se videndos offerunt, neque alii audent eorum oculos
subire, quis in regiis penetralibus sese tanquam aliquid divinum

Partic. fem. a שׁוּר *obire, circuire* Jes. 57, 9. ubi cf. not., i. q.
chald. שְׁיָרָא, quod ipsum Onkelos Gen. 37, 25. posuit pro hebr.
אֹרְחַת. Böttcherus (*Proben* p. 241.) שָׁרוֹת vult *muros* signifi-
care, ut Jer. 5, 10. (ubi cf. not.) in hunc sensum: naves Tar-
tessi te moenium instar circumdabant, quod durius. Ante מַעֲרָבֵךְ
non esse cum Rosenmüllero supplendum בְּ, vix est quod moneam.
30. — בָּאֵפֶר יִתְפַּלָּשׁוּ] Vide quae disputavimus hoc de loco ad Jer.
31. 6, 26. — קָרְחָא] more aram. pro קָרְחָה, ut מַטָּרָא Thren. 3, 12.,
32. חָגָּא Jes. 19, 17. al. — וְנָשְׂאוּ אֵלַיִךְ בְּנִיהֶם קִינָה] *attollentque
super te in lamentatione sua cantum lugubrem.* נִי more aram.
contract. ex נְהִי Jer. 9, 17. seqq. 31, 15. al. (a rad. נָהָה) plane
ut זִו, זִיו I Reg. 6, 1. 37. Dan. 2, 31. al. contr. ex זְהִיו (a rad.
זָהָה). Plures et scripti et editi libri pro בְּנִיהֶם habent בְּנֵיהֶם
filii eorum, expressum a LXX, Theodotione et Syro, quod Ge-
senio magis placet, coll. 32, 16. 2 Sam. 1, 18. Quum vero con-
tractio ista, ut vidimus, non careat exemplo, lectionem difficilio-
rem praeferendam putamus. cf. ad rem supra 26, 17. מִי כְצוֹר
כְּדֻמָה בְּתוֹךְ הַיָּם] *Quaenam est sicut Tyrus, sicut vasta,* propr.
ad silentium redacta in mari? דֻּמָה non est, ut cum Gesenio
Winerus docet, substantivum *vastationem* significans, a rad. דָּמַם,
positum pro concr. *vastatum*, sed verbi דָּמָה Participium Pu.
omisso מ, (urbs) *ad vastum silentium redacta*, opp. urbi, qualis
fuerat, quum negotiantium clamoribus streperet 26, 17. 27, 27. al.
Possit etiam reddi: *excisa s. destructa*, sed primariam signifi-
cationem sensum elegantiorem fundere unusquisque sentiet ipse.
Bene jam Eichhornius: *wem ist's wie Tyrus worden, wie der
todtenstillen Stadt im Meer?* Rosenmüllerus, quum versu demum
34. Tyri excidium commemoretur, versu 33. vero pristina illius
opulentia describatur, haec quoque verba de felici Tyri statu
intelligenda arbitratur, redditque: *quae unquam fuit urbs sicut
Tyrus, sicut stabilita medio in mari?* Male. דָּמַם significat
obstupuit, siluit, cessavit s. desiit, hinc *cursum inhibuit* (Jos.
34. 10, 12. 13.), nusquam vero *constitutus, stabilitus est*. — עֵת
נִשְׁבֶּרֶת] *Tempore quo* = nunc cum *fracta es*. עֵת acc.

2. CAP. XXVIII, 1—19. In Tyri regem. — וַתִּתֵּן לִבְּךָ
כְּלֵב אֱלֹהִים] *et animum geris quasi dei.* Repetitur vs. 6., ubi
incipit apodosis; nam quae vs. 3. 4. 5. leguntur, tanquam in
3 parenthesi interposita sunt. — הִנֵּה חָכָם אַתָּה מִדָּנִיֵּאל] ut tua

fert opinio. [כָּל־סָתוּם לֹא עֲמָמוּךָ] *nihil occulti te latet*, nihil
tam occultum est, ut te lateat. De verbo עָמַם vid. not. ad
Thren. 4, 1. — [עַל יְפִי חָכְמָתֶךָ] i. e. contra pulchritudinem = 7.
res tuas pulchras tua sapientia tibi comparatas. — [וָמַתָּה מְמוֹתֵי 8.
חָלָל] *et morieris mortes confossorum*, ut moriuntur confossi.
cf. Jer. 16, 4: מְמוֹתֵי תַחֲלֻאִים יָמֻתוּ *mortes morborum morientur*.
מְמוֹת est nomen formae מָנוֹס *fuga* Jer. 46, 5: מָנוֹס נָסוּ *fugam
fugiunt*. — [מוֹתֵי עֲרֵלִים תָּמוּת] *mortes praeputiatorum morieris* 10.
i. e. tale mortis genus, quale merentur impii barbari. — [אַתָּה 12.
חוֹתֵם תָּכְנִית] *tu fuisti obsignans* i. e. *perficiens* s. *absolvens
pulchritudinem* i. e. summa ornatus pulchritudine, omnibus numeris absolutus. חָתַם *obsignavit*, deinde, quia sigillo muniuntur
quae ad finem perducta, perfecta sunt, *perfecit*, *absolvit*, *complevit* hic et Dan. 9, 24., cf. arab. et syr. خَتَمَ, ܚܬܡ *obsignavit*
et *ad finem pervenit in re*, *finivit*, pass. *absolutus est*; خَاتَم
sigillum, *signum* et *finis*, *extremum rei*. תָּכְנִית *dispositio*,
forma recta, *perfecta*, *pulchritudo* a rad. תָּכַן Niph. *complanata*, *aequa*, *recta fuit* via, cf. arab. تَكَن *planities*, *aequalitas*
viae, et vicinum תָּקַן *rectus fuit*, syr. ܬܩܢ *dispositus*, *ordinatus
fuit*, unde ܬܘܩܢܐ *pulchritudo*, *formositas*, ܬܘܩܢ ܥܘܬܪܐ *pulchritudo
divitiarum*, *splendor opum*. LXX: σὺ ἀποσφράγισμα ὁμοιώσεως, atque sic etiam Vulg. et Syrus, quos dubito an Rosenmüllerus חוֹתָם pro חוֹתֵם legisse illudque alio sensu sumsisse
recte suspicetur. Nam pro *tu obsignasti pulchritudinem* aeque
recte dixeris *tu fuisti sigillum pulchritudinis*. — [מְלֶאכֶת תֻּפֶּיךָ 13.
וּנְקָבֶיךָ בָּךְ] תֹּף prob. secund. Hieron. *tympanum* gemmae, *pala*
qua gemma continetur. Idem valere videtur נֶקֶב pr. *cavitas*.
[בְּיוֹם הִבָּרַאֲךָ כּוֹנָנוּ] ab ortu tuo tibi destinata sunt. Cf. not. ad
26, 16. — [אַתְּ כְּרוּב מִמְשַׁח הַסּוֹכֵךְ] *tu fuisti Cherub extensio- 14.
nis, protegens*, i. e. extensis alis protegens, tu Tyrum protexisti,
ut Cherubi extensis alis protegunt arcam. Alienum videtur quod
dicit Rosenmüllerus: „quemadmodum Cherubi ab hominum oculis
remoti erant, utpote in sacratiori oraculi secessu cum arca sacra
collocati, quo nonnisi sacerdoti summo, idque semel quotannis,
patebat accessus; ita reges superbi, qualis rex Tyri describitur,
non facile se videndos offerunt, neque alii audent eorum oculos
subire, quis in regiis penetralibus sese tanquam aliquid divinum

continent.“ אַתְּ pro אַתָּה ut Num. 11, 15. Deut. 5, 27. Ew. Gr. min. §. 449. מִמְשַׁח *extensio* a rad. מָשַׁח i. q. consonum verbum syr. et arab. *demensus est*. Habet *a* breve, ut מַחֲנַק Job. 7, 15. חָיִיתָ — וּנְתַתִּיךָ] h. e. *et posui te*, ut, quasi *esses*. בְּתוֹךְ אַבְנֵי אֵשׁ הִתְהַלָּכְתָּ] cf. Martial. epigr. 12, 50: *calcatusque tuo sub pede lucet onyx*. Lucian. Phars. 10, 116. sq. post alia
15. similia: *totusque effusus in aula Calcabatur onyx*. — תָּמִים
אַתָּה בִּדְרָכֶיךָ] *perfectus s. incolumis, salvus fuisti in viis tuis*,
16. ex sententia tibi cuncta processerunt. — מָלוּ] *repleta sunt*, ad form. לת pro מָלְאוּ. וָאֲחַלֶּלְךָ מֵהַר אֱלֹהִים] *atque ita profanabo te* dejiciendo *de monte dei*, praegnanter, ut Ps. 89, 40: חִלַּלְתָּ לָאָרֶץ נִזְרוֹ *profanas ad terram* projiciendo *coronam ejus*. וָאַבֶּדְךָ] vid. not. ad Jes. 13, 20.

23. CAP. XXVIII, 20—26. In Sidonem. — וְנִפְלַל חָלָל בְּתוֹכָהּ] נִפְלַל Pil. verbi נָפַל, cf. 6, 7. 30, 4. 32, 20. al. Ewaldus Gr. crit. p. 201. et Hitzigius *Begriff* p. 137. sq. legi volunt וְנָפַל, וְנִפְלַל casu et fortuito ex seq. חָלָל ortum putantes. Sed apud scriptorem in rebus grammaticis audaciorem forma inusitatior
24. nihil miri habet. — הַשָּׁאטִים] ut 16, 57., ubi cf. not.

1. CAP. XXIX, 1—16. In Aegyptum. — בַּשָּׁנָה הָעֲשִׂרִית]
3. cf. ad 26, 1. — הַתַּנִּים הַגָּדוֹל] cf. infra 32, 2. coll. Jes. 51, 9. וַאֲנִי עֲשִׂיתִנִי] Rosenmüllerus: „*et me quod attinet, feci me*, quomodo Vulgatus reddidit: *et ego feci memet ipsum*. De se ipso ita magnifice cogitasse dicitur rex ille superbus, quasi non esset a superiori aliqua potentia productus, sed sibimet ipsi deberet suam potentiam et suum regnum, quod satis sibi a flumine, cujus ipse sit dominus, facultates haberet ad beate vivendum.“ Sed quod praecedit לִי יְאֹרִי et quod infra vs. 9. eodem nexu legitur וַאֲנִי עֲשִׂיתִי omisso suffixo, clarissimo indicio est, ־נִי positum esse pro לִי, ut Jes. 44, 21. al. Consentiunt Ew. Gr. min.
4. §. 564. Ges. Gr. ampl. p. 729. — וְנָתַתִּי חַחִיִּים בִּלְחָיֶיךָ] „Nomen חַח (h. l. חַחִי), quod supra 19, 4. significatione *uncini* per nares transfixi aderat, hoc loco pro *hamo* est capiendum . . . Crocodilus jam Herodoti tempore (2, 70.) capi ingenti *hamo ferreo* solebat, cui caro suilla esca imposita, ut hanc devorans et hamum deglutiat bestia, quae tum ex aqua extrahitur.“ Ros. Sane *hami* significatio huic loco melius convenire videtur, quam *annuli* per nares meantis, quo regatur bestia, quanquam et hic signi-

ficatus (qui praeter 19, 4. obtinet 2 Reg. 19, 28. Jes. 37, 29. cf.
חוח Job. 40, 26. [21.]) defendi potest, modo ne *fluminis* imagini
nimis anxie inhaereatur, sed de eo quod illa significatur i. e, de
regno Aeg. cogitetur. Itaque haud scio an hoc significatu hic
quoque adquiescendum sit. בְּקַשְׂקְשֹׂתֶיךָ תַּדְבֵּק] sent. rel. omisso
אֲשֶׁר. — יַעַן הֱיוֹתָם וגו'] Haec non sunt cum Masorethis et 6.
Devettio praecedentibus nectenda, sed copulanda cum iis quae
subjiciuntur. Apodosis incipit vs. 8. Ceterum eadem comparatio
legitur 2 Reg. 18, 21. Jes. 36, 6. — בְּתָפְשָׂם בְּךָ בְכַפְּךָ תֵּרוֹץ] 7.
quando prehenderunt (Israelitae) *te manubrio tuo*, *fractus es.*
כַּף de *manubrio* scipionis, cui comparatur Aegyptius, hic dici
videtur, ut כַּפּוֹת de *manubriis* pessuli Cant. 5, 5. Recte tamen
Rosenmüllerus „non absonum foret, inquit, nomen כַּף h. l. pro-
pria significatione capere, quasi Israelitae sistantur manus Ae-
gyptii regis apprehendere, qui labentes fulciret.“ Saepe enim
figuratis propria miscentur a prophetis. Masorethae: בַּכַּף, sensu
haud diverso. וּבָקַעְתָּ לָהֶם כָּל־כָּתֵף וגו'] „Scipioni arundineo
si nimium fidenter incumbas, fieri potest, ut frangatur simulque
vulneret, imo perforet manum. Fissile enim est hoc genus arun-
dinis, et, ubi maturuerit, praedurum (cf. Theocr. Idyll. 8, 24.
Theodoret. H. E. 5, 39.).“ Celsius Hierobot. II. p. 320. וְהַעֲמַדְתָּ
לָהֶם כָּל־מָתְנָיִם] והעמדת librarii vel ipsius scriptoris error esse
videtur pro וְהִמְעַדְתָּ *et vacillare fecisti omnes lumbos eorum*,
cf. Ps. 69, 24: וּמָתְנֵיהֶם תָּמִיד הַמְעַד *et lumbos eorum continuo
fac vacillare.* Possit tamen וְהַעֲמַדְתָּ reddi *et percussisti*, coll.
arab. صمل *percussit palo* aliquem, *percussit dorsum* alicujus.
Quo significatu adscito vide quam perfectus prodeat parallelismus:

Quando prehenderunt te manubrio tuo,
fractus es, et vulnerasti iis totum humerum;
et quando innixi sunt tibi,
perfractus es, et percussisti iis utrumque lumbum.

Fatendum quidem, verbum עָמַד cum suis derivatis nusquam aliam
nisi *standi* significationem habere; id vero in scriptore, qualis
hic est, haud ita magnum momentum facere crediderim. LXX:
καὶ συνέκλασας αὐτῶν πᾶσαν ὀσφύν, Syrus: *et concussisti
lumbos eorum.* — יַעַן אָמַר וגו'] Hic iterum, ut supra vs. 6., 9.
nova incipit sententia, cujus apodosis sequitur vs. 10. — מִמִּגְדֹּל 10.
סְוֵנֵה] *a Migdolo ad Syenen.* סְוֵנֵה acc. ut 30, 6. — וְלֹא תֵשֵׁב] 11.

nec habitabitur, ut supra 26, 20., ubi cf. not. אַרְבָּעִים שָׁנָה] „Quadragenarius numerus semper afflictionis et poenae est. Pluviae diluvii quadraginta diebus inferunt orbi naufragium. Moyses, et Elias, et ipse Salvator quadraginta diebus jejunaverunt et noctibus. Quadringentis annis populus serviturus in Aegypto nunciatur, et per quadraginta annos populus erat in solitudine.“

14. 16. Hieron. — עַל אֶרֶץ מְכוּרָתָם] vid. not. ad 16, 3. — וְלֹא יִהְיֶה עוֹד לְבֵית יִשְׂרָאֵל לְמִבְטָח] „Antiqua Pharaonis potentia, assiduaque in promittendo prolixitas, audaces reddebant ad frangendam fidem et violanda foedera Judaeos. Neque enim ausi fuissent negare Babyloniis, quod reddere debuerunt ex pacto, nisi adjunctis Aegyptiorum viribus, quas sibi paratas arbitrabantur, pares se aut etiam superiores existimarent. At restitutum quidem, sed angustioribus finibus circumscriptum regnum nihil ultra aliquid grande polliceri audebit.“ Ros. Quae quo accuratius dicta sunt, eo magis miror, Virum S. V. quae subjiciuntur verba מַזְכִּיר עָוֹן sic potuisse interpretari: „quae (confidentia) causa sit, ut aliorum scelerum Israelitarum memor sit deus.“ Quae praecedunt et sequuntur manifesto ut verba sic capias postulant: *quae fiducia in memoriam revocet crimen* perfidiae Judaeorum, cf. 21, 28.

17. CAP. XXIX, 17—21. In eosdem. — בְּעֶשְׂרִים וָשֶׁבַע שָׁנָה]

18. post abductum Jojachinum, vid. ad 26, 1. — נְבוּכַדְרֶאצַּר מֶלֶךְ בָּבֶל הֶעֱבִיד אֶת־חֵילוֹ עֲבֹדָה גְדֹלָה אֶל־צֹר] Nam sub Ithobale II. per tredecim annos Tyrus a Nebucadnezare inde ab anno imperii septimo oppugnata est. Jos. Arch. 10, 11. 1: *καὶ Φιλόστρατος ἐν ταῖς Ἰνδικαῖς αὐτοῦ καὶ Φοινικικαῖς ἱστορίαις, ὅτι οὗτος ὁ βασιλεὺς (Ναβουχοδονόσορος) ἐπολιόρκησε Τύρον ἔτη ιγ', βασιλεύοντος κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν Ἰθωβάλου τῆς Τύρου.* Id. contra Apionem 1, 21. ex annalibus phoeniciis: *ἐπὶ Εἰθωβάλου τοῦ βασιλέως ἐπολιόρκησε Ναβουχοδονόσορος τὴν Τύρον ἐπ' ἔτη δεκατρία*, et postea: *ἑβδόμῳ μὲν γὰρ περὶ τῆς Ναβουχοδονοσόρου βασιλείας ἤρξατο πολιορκεῖν Τύρον.* כָּל־רֹאשׁ מֻקְרָח וְכָל־כָּתֵף מְרוּטָה] „*omne caput decalvatum et humerus depilatus est*, gestantium cophinos terrae et lapides, quibus raduntur humeri, et decalvatur caput.“ Hieron. וְשָׂכָר לֹא הָיָה לוֹ וּלְחֵילוֹ מִצֹּר עַל הָעֲבֹדָה אֲשֶׁר עָבַד עָלֶיהָ] „vel quod obsidione absistere coactus esset, vel quod Tyrii sponte sese dederint sub ea conditione, ut civium opes intactae et inviolatae relinquerentur.“ Ros.

Posterius magis probabile; nam sub Babyloniorum imperium subjunctam esse Tyrum, ex eo intelligimus, quod inter reges, qui Ithobali successerunt, Merbal quidam Babylonius memoratur apud Jos. contra Apion. 1, 21. Secus quidem Hieronymus, qui Nebucadnezarem in urbe capta nihil dignum labore invenisse narrat, his usus verbis: „Nabuchodonosor quum oppugnaret Tyrum, et arietes machinasque vineasque, eo quod cincta esset mari, muris non posset adjungere, infinitam exercitus multitudinem jussit saxa et aggeres comportare, et expleto medio mari, imo freto angustissimo, vicinum litus insulae fecit continuum Quod quum viderent Tyrii, jam jamque perfectum, et percussione arietum murorum fundamenta quaterentur, quidquid pretiosum in auro, argento vestibusque et varia suppellectili nobilitas habuit, impositum navibus ad insulas asportavit, ita ut capta urbe nihil dignum labore suo inveniret Nabuchodonosor.“ Quae tamen, quum veteres scriptores obsidionis tantum, non item expugnationis Tyri mentionem faciant (vid. supra), suspectae sunt fidei. Quid, quod ipse Hieronymus expugnatae Tyri ab ullo alio veterum mentionem fieri negat! „Graecas, ait ad Ezech. 26, 7., et Phoenicum maximeque Nicolai Damasceni, et alias barbarorum ajunt se, qui huic historiae contradicunt, legisse historias, et nihil super oppugnatione a Chaldaeis invenisse Tyriae civitatis.“
— Cf. not. ad Jer. 43, 13. — אַצְמִיחַ קֶרֶן לְבֵית יִשְׂרָאֵל] i. e. 10. 21.
faciam ut floreat pristina potentia, cf. Ps. 132, 17. al. „Quam quidem exoptatissimam rerum vicissitudinem vates tam prope affuturam credebat, ut et suis oculis eam percepturum speraret (ולך אֶתֵּן וגו׳). ... Spectat autem magnum illum regem, e stirpe Davidica oriundum, quem suas res ad summum potentiae et splendoris fastigium evecturum, aureumque seculum reducturum, profligatis prius et perditis populi Israelitici hostibus omnibus, Judaei ab antiquissimis inde temporibus sperarunt.“ Ros.

CAP. XXX, 1—19. In Aegyptios eorumque foederatos.
— וְכוּב] „Sunt qui intelligant *Coben*, Aethiopiae portum, vel 5.
Cobium, Mareotidis oppidum; equidem nescio an scribendum sit נוּב *Nubia*, quam scripturam secutus est Arabs (duce procul dubio versione Alexandrina, quanquam in nostris codd. hoc vocabulum deest), reddens اهل النوبية *populus Nubiae*, cujusque vestigium superest in de Rossii cod. 409., qui pro וְכוּב a prima manu

habet וכנוב." Ges. In eandem sententiam inclinat Rosenmüllerus. Poterant נ in כ depravati exemplum afferre כֵּס pro נֵס scriptum Exod. 17, 16. Hitzigius (*Begriff der Kritik* p. 129.) legi vult לֻבּ, hunc populum ubique cum Aegyptiis et Aethiopibus conjunctum reperiri monens Nah. 3, 9. 2 Chron. 12, 3. 16, 8. Equidem nihil muto. Intelligenda videtur *Coba* s. *Chobat*, urbs
6. Mauritaniae, Itinerar. Antonini p. 18. — מִמִּגְדֹּל סְוֵנֵה] vid. ad
9. 29, 10. — יֵצְאוּ מַלְאָכִים] de clade Aegyptiis inflicta triste allaturi nuncium. מִלְּפָנַי] Jova inter Chaldaeos, Aegyptiis ipso auctore cladem inferentes, praesens cogitatur. Nihil igitur difficultatis hic est. בַּצִּים] *in navibus*, adverso videlicet Nilo. Plur. צִים legitur et Num. 24, 24. וְהָיְתָה חַלְחָלָה בָהֶם כְּיוֹם מִצְרַיִם] i. e. corripiet eos terror, qualis corripuit Aegyptios adventantibus
13. Chaldaeis. — וְנָשִׂיא מֵאֶרֶץ מִצְרַיִם לֹא יִהְיֶה עוֹד] LXX: *καὶ ἄρχοντας Μέμφεως ἐκ γῆς Αἰγύπτου, καὶ οὐκ ἔσονται ἔτι*, repetito וְהִשְׁבַּתִּי, quem interpretem secutus est Rosenmüllerus. Nescio equidem, cur non maluerit cum Vulg. reddere: *et dux de terra Aegypti non erit amplius*, quod est simplicissimum. —
16. וְנֹף צָרֵי יוֹמָם] Chaldaeo, Gesenio (Gr. min. §. 148.) et Winero צָרֵי יוֹמָם sunt *hostes quotidiani*. Sed יוֹמָם reliquis quibus legitur locis significat *interdiu*, nusquam *quotidie*; ad hoc confer quae infra de sensu dicentur. Sunt igitur צ׳ י׳ *hostes interdiu*. Ad structuram quod attinet, verba vel sic strues: *et Noph — hostes interdiu!* i. e. et Noph ab hostibus interdiu venientibus expugnabitur, vel repetito, quod praecesserat תִּהְיֶה לְ: *et Noph erit* (in praedam) *hostibus interdiu*, eadem sententia. Sunt autem *hostes interdiu* venientes vel tales, qui aperta vi agunt, certissimo rerum eventu, vel, qui inopinato impetum faciunt; cf. neglecti ab interpretibus, quos inspicere licuit, omnibus loci duo Jer. 6, 4: נַעֲלֶה בַצָּהֳרַיִם, 15, 8: בְּהֵאתִיו שֹׁדֵד בַּצָּהֳרָיִם, et quae notavimus ad illos. De statu constructo ante adverbium vid.
17. Ges. l. l., E. Gr. min. §. 487. — בַּחוּרֵי אָוֶן] „Nomine אָוֶן vix dubium est eandem Aegypti urbem indicari, quae Gen. 41, 45. 50. 46, 20. אֹן (et און) dicitur (quam ipsam hic expresserunt LXX et Vulg.); hoc loco vero illud vel a propheta ipso, vel ab iis, qui puncta vocalia addiderunt, ita pronunciari praecipitur, ut ad cultum superstitiosum, qui ea in urbe viguit, alludatur, nam אָוֶן *vanitatem* denotare, et saepe de vano et superstitioso simulacrorum cultu dici constat." Ros. וְהֵנָּה] *illae vero*, non „urbes,

reliqui earum incolae," uti vult Rosenmüllerus, sed mulieres, opp. בַּחוּרִים, cf. vs. 18. Ita jam LXX: *καὶ αἱ γυναῖκες*.

CAP. XXX, 20—26. In eosdem. — בְּאַחַת עֶשְׂרֵה שָׁנָה] 20.
vid. ad 26, 1. — אֶת־זְרוֹעַ פַּרְעֹה מֶלֶךְ מִצְרַיִם שָׁבַרְתִּי] Intelli- 21.
genda est clades, quam a Chaldaeis accepit Hophra, quum Hierosolymis obsidione clausis subsidio proficisceretur, Jer. 37, 5. sqq. 2 Reg. 24, 7.

CAP. XXXI. In Aegypti regem, cui exemplum proponit
regis Assyriae. — אֶל־מִי דָמִיתָ בְגָדְלֶךָ] cf. finis orationis vs. 18. 2.
— אֶת־נַהֲרֹתֶיהָ הֹלֵךְ סְבִיבֹת מַטָּעָהּ] Nonnulli, ut Rosenm., 4.
אֶת *cum* reddunt, in hanc sententiam: *cum fluminibus suis ibat* illa aquarum multitudo *circa plantationem suam*, alii, ut Eichhornius et Devettius, אֶת pro nominativi nota habent redduntque: *flumina ejus ibant* cet. Manifesto tamen אֶת *accusativum* indicat rei, qua fluit illa vis aquarum, ut si supra 7, 17. 21, 12. dicitur כָּל־בִּרְכַּיִם תֵּלַכְנָה מַיִם. Sic igitur reddes: *fluminibus suis ibat* i. e. fluebat (illa vis aquarum) *circa* cet. Quod ad genus *masculinum* vid. notata ad Jes. 14, 9. — וָאֶתְּנֵהוּ] Quum 11.
quae hic leguntur non possint non ad eundem referri, ad quem reliqua (a vs. 3. ad vs. 18.) referuntur omnia, h. e. ad *Assyrium*, equidem nullus dubito, quin pro וָאֶתְּנֵהוּ legendum sit וָאֶתְּנֵנוּ, quam suspicionem etiam Devettio ortam video. עָשׂוֹ יַעֲשֶׂה לוֹ]
ut eum tractaret, pro merito. — וְלֹא יַעַמְדוּ אֵלֵיהֶם בְּגָבְהָם 14.
כָּל־שֹׁתֵי מָיִם] Rosenmüllerus: „Nullus dubito, אֵלֵיהֶם notare *ad eos*, quod alias quidem אֲלֵיהֶם sonat (quod ipsum in pluribus codicibus h. l. legitur), sed quemadmodum Ps. 2, 5. אֵלֵימוֹ *ad eos* pro אֲלֵיהֶם est positum, et אֵלֵינוּ *ad nos* saepissime legitur, ita sane hic אֵלֵיהֶם pro usitatiore אֲלֵיהֶם positum esse potest. Nec aliter acceperunt LXX, qui *πρὸς αὐτά* verterunt. Reliqui veteres hoc vocabulum non expresserunt." In eadem sententia esse video Michaelem in Suppl., Gesenium in utroque Lexico, Devettium, aliosque. Differunt hi viri in eo tantum, quod alii eorum עָמַד אֶל h. l. significare volunt *se applicare ad* aliquem, alii (quod fere eodem redit) *confidere in* aliquo, coll. syr. ܣܡܟ seq. ܠ id. (poterant hi etiam conferre עָמַד עַל infra 33, 26. et quod hoc qui prae manu est loco in quatuor libris legitur אֲלֵיהֶם). Sed vix monitu opus est, אֵלֵימוֹ, אֵלֵינוּ accentum habere in penultima, אֵלֵיהֶם in ultima. Itaque aut אֲלֵיהֶם legendum est, aut

אֵלֵיהֶם reddendum *terebinthi eorum* (== אֵילֵיהֶם), cui significa-
tioni tantum abest ut obstet aliquid, ut, quum Assyrii et qui
ipsis vicini foederatique fuerunt populi per totam orationem ar-
boribus robustis comparentur, omnia faveant. Qua admissa hic
prodit sensus: (ut) *non perstent terebinthi eorum in altitudine
sua*, (non perstent) *omnes* ceterae arbores *bibentes aquam*. —
15. וְכָל־עֲצֵי הַשָּׂדֶה עָלָיו עֻלְפֶּה] *et omnes arbores campi* — *propter
eum languor* i. e. elanguerunt. De nomine עֻלְפֶּה pro עֻלְפַּת vid.
16. E. Gr. min. §. 369. coll. זוֹרֶת Jes. 59, 5. — מִבְחַר וְטוֹב לְבָנוֹן]
lectissimum et optimum Libani. En duo nomina constructa juxta
se collocata, ex eodem nomine pendentia; quam structuram,
praetermissam quod sciam a Grammaticis, semel tantum praeter
hunc locum me legere memini, Jer. 46, 9. in verbis: תֹּפְשֵׂי דֹּרְכֵי
18. קָשֶׁת. — Q. d. intelligisne jam, quaenam futura sit sors tua?
Quae de Assyrio dicta sunt, tibi dicta esse puta!

1. CAP. XXXII, 1—16. In eundem. — Vid. ad 26, 1. —
5. רָמוּתֶךָ] idoneum significatum non praebet. Lege רִמּוֹתֶךָ *vermi-
bus tuis*. Est autem רִמּוֹתֶךָ (nam Segol propter Pausam adest)
cum suffixo sing. scriptum pro רִמּוֹתֶיךָ, ut מַכּוֹתְךָ Deut. 28, 59.
9. pro מַכּוֹתֶיךָ. — שִׁבְרֵךְ] i. e. nuntium de eo.

17. CAP. XXXII, 17—32. In eundem. — וַיְהִי בִּשְׁתֵּי עֶשְׂרֵה
18. שָׁנָה] Deest *mensis* indicatio, ut supra 26, 1. — וְהוֹרִדֵהוּ] *et
deorsum mitte eam* i. e. praedicito, eam missum iri. cf. notata
20. ad Jer. 1, 10. — חֶרֶב נִתָּנָה] *gladius* jam *traditus est*, Chaldaeis
21. contra Aegyptum. — יְדַבְּרוּ לוֹ] cf. locum Jes. 14, 9. sqq. quem
Ezechiel ante oculos habuisse videtur. Similia jam supra 31, 16.
23. legimus. — בְּיַרְכְּתֵי־בוֹר] *in extremis*, intimis, infimis *partibus*
27. *foveae*, vid. not. ad Jes. 14, 13. 15. — וְלֹא יִשְׁכְּבוּ] Interrogative
capienda sunt. וַיִּתְּנוּ אֶת־חַרְבוֹתָם תַּחַת רָאשֵׁיהֶם] „Victores
non singula tantum habebant sepulchra, sed et, in virtutis hono-
rem, cum armis suis sepeliebantur, 1 Macc. 13, 29. Sic Alexandri
mortui arma feretro ejus imposita refert Diod. Sic. l. 18" Grot.
וַתְּהִי עֲוֹנֹתָם עַל עַצְמוֹתָם] „Horum verborum sensus videtur hic
esse: ita tamen, ut sint maneantque iniquitates eorum super
ossibus eorum (licet pompose haec sepulta sint), ob quas poenas
29. promeritas experiuntur." Ros. — בִּגְבוּרָתָם] *non obstante forti-
30. tudine eorum*, cf. ad Jes. 47, 9. — בְּחִתִּיתָם מִגְּבוּרָתָם] *non
obstante terrore eorum* (qui oriebatur) *ex fortitudine eorum*.

De 'מִגְ vid. E. Gr. min. §. 461. — חִתִּיתוֹ] K'ri חִתִּיתִי, quod 32.
minus convenit.

CAP. XXXIII, 1—20. Prophetarum esse, aequalibus suis
ingrata nunciare. — מִקְצֵיהֶם] *ex universo numero suo*, ut Gen. 2.
47, 2: מִקְצֵה אֶחָיו *ex universo numero fratrum suorum*. cf.
ibid. 19, 4. Bene igitur Chald. *e medio sui*, LXX: ἐξ αὐτῶν.
Ceterum קְצֵיהֶם non est cum Rosenmüllero, Gesenio, Winero
aliisque pro Plurali habendum, qui nusquam legitur. Singularem
esse te docebit E. Gr. min. §. 426. b.) p. 267.

CAP. XXXIII, 21—33. Oratio edita post acceptum de
urbe capta nuntium. — הַפָּלִיט] cum articulo ut Gen. 14, 13.; 21.
vid. E. Gr. min. §. 476., nisi mavis designari articulo certum
illum, qui nuntium attulerat. — אֶחָד הָיָה אַבְרָהָם וגו'] „Si 24.
terram hanc, inquiunt, deus dedit Abrahamo, multo magis dabit
nobis; minus enim probabile est, deum *uni* alicui benefacere velle,
quam *pluribus*, quorum eadem est dignitas, qualis nimirum est
patris et filiorum." Ros. — עַל הַדָּם תֹּאכֵלוּ] *super s. in san-* 25.
guine comeditis sc. carnes i. e. carnes cruentas, contra legem
Levit. 19, 26., ubi vide not. — עֲמַדְתֶּם עַל חַרְבְּכֶם] *insistitis*, 26.
innitimini, confiditis *gladio vestro*. cf. syr. ܣܡܟ seq. ܠ id. —
וּבַמְּעָרוֹת] „Erant in Judaeae confragosis regionibus speluncae 27.
quaedam inaccessae, quas pro arce munitissima adire solebant,
qui tute delitescere vellent. De quibus Josephus, testis ipse
oculatus, de B. J. 1, 16. 4., ubi de Herode expeditionem susci-
piente adversus latrones speluncas tenentes: „„Istae autem spe-
luncae in montibus erant praeruptis, undique inaccessae, et obli-
quas tantum et perangustas quibus ascenditur vias habentes, ru-
pesque ab earum fronte in valles profundissimas se porrigebat,
recta et confragosa declivitate."" Ros. — בְּנֵי עַמְּךָ הַנִּדְבָּרִים] 30.
Vulgo sic struunt: *filii populi tui colloquentes sunt*, colloquun-
tur, ut הַנִּדְבָּרִים efficiat Praedicatum. Praedicatum vero arti-
culum admittere, exemplis, quae nullum dubitandi locum relin-
quant, probari nequit. vid. quae notavimus ad Jer. 19, 13. Neque
hic loci ulla urget necessitas, ut הַנִּדְבָּרִים pro Praedicato habea-
mus. Possunt enim, non obstante copula verbo דִּבֶּר praemissa,
sic strui verba: *filii populi tui*, *qui colloquuntur de te* . . .
loquitur unus cum altero cet. — כִּי עֲגָבִים בְּפִיהֶם הֵמָּה 31.
עֹשִׂים וגו'] Haec Gesenius, Winerus, Devettius et alii: *nam quae*

deo *grata sunt, ore suo isti faciunt,* sed *quaestum suum animus eorum sectatur,* עֲגָבִים *suavitatem, delicias* (vs. 32.), hoc loco significare judicantes *delicias dei, quae deo placent,* coll. arab. عَاجَب *gratia, beneplacitum* de deo. Cui interpretationi vel hoc obstat, quod עֲגָבִים versu proximo non quae deo, sed quae illis ipsis, de quibus agitur, grata sunt significat. Nec magis placet Rosenmülleri durior interpretatio haec: „עֲגָבִים est idem, quod versu proximo שִׁיר עֲגָבִים, et ante עֲגָבִים, eo sensu sumtum, subaudienda comparandi particula, unde haec prodibit sententia: *nam instar carminis amatorii ore suo isti faciunt,* tractant, sc. אֶת־דְּבָרֶיךָ, *verba tua;* vertebant ea in canticum, quo significatur, quam illi longe abessent, ut a propositis minis concuterentur ac horrerent, quum potius, quasi aliquid audirent amatorium et festivum carmen, sese propheticis minis oblectarent, quas meras nugas, et vacuos ac sine mente sonitus censebant. Nec aliter Vulgatus: *nam in canticum oris sui vertunt illos.* Et Michaelis: *Sie gebrauchen es in ihrem Munde wie ein Liebeslied.*" Multo minus ferenda est Eichhornii explicatio: *nam nonnisi ore suo illa* (verba) *admirantur* (cf. عَجِبَ I. IV. V. *admiratus fuit,* عَاجَب *admiratio*), ut quae a linguae hebr. usu abhorreat. Planissimus, quem ipsa verborum compositio postulat, sensus hic est: (audiunt verba tua, sed ea non faciunt), *nam* vel *sed* (utpote praegressa negatione) *quae suavia sunt in ore suo* h. e. quae ipsis grata sunt, quibus ipsi delectantur, *isti faciunt, suum lucrum sectatur animus eorum.* Tritissima et omnibus linguis communis figura est, qua id, quo delectamur, nobis suavi sapore esse dicimus.

2. CAP. XXXIV. In improbos principes. — אֲשֶׁר הָיוּ רֹעִים אוֹתָם] *qui pascunt se ipsos.* Ita et vs. 8. 10. G. Gr. min. §. 122. 1. E. §. 566. הֲלוֹא הַצֹּאן יִרְעוּ הָרֹעִים] *nonne gregem*
4. *pascere debent pastores?* — אֶת־הַנַּחְלוֹת] Exspectabas singularem נַחְלָה, cf. quae sequuntur singularia חוֹלָה, נִשְׁבֶּרֶת, נִדַּחַת. Böttcherus (*Proben* p. 83.) ut nomen a נחלה *hereditas* distingui posset, Pluralem positum suspicatur. אֶתְהֶם] vide, si libet, ad
13. Jer. 23, 3. — אֶל־הָרֵי יִשְׂרָאֵל] *in montibus Israelis,* vid. ad
16. Jud. 6, 39. — וְאֶת־הַשְּׁמֵנָה וְאֶת־הַחֲזָקָה אַשְׁמִיד] *pinguem autem et validam* (lascivientem, petulcam) *pecudem* i. e. homines opulentos et violentos, qui tenues opprimebant, *perdam.* LXX,

Vulg. Syr. quos secutus est Lutherus: *καὶ πίον καὶ ἰσχυρὸν φυ-
λάξω, et quod pingue et forte custodiam, und was fett und
stark ist, will ich behüten.* Hi igitur *pinguem* et *validam* pe-
cudem in bonum sensum acceperunt, et pro אַשְׁמִיד legerunt
אֶשְׁמוֹר. Sed sanissimum esse אַשְׁמִיד et quae praecedunt *malo*
sensu capienda, doceent quae sequuntur vs. 17. seqq. אֶרְעֶנָּה
בְמִשְׁפָּט] *pascam eam secundum jus* i. q. לְמִשְׁפָּט, non *in judicio*
uti vult Rosenmüllerus. — בִּרְיָה] „Suspicor aliis punctis in- 20.
struendum esse, בְּרִיָּה, aut cum tribus codicibus בְּרִיאָת legen-
dum. Prius praeplacet.“ Michael. in Suppl. Consentientem habet
Gesenium, al. Sed vid. E. Gr. min. §. 324. ex. p. 194. — אֶת 23. 24.
עַבְדִּי דָוִיד] „Significatur magnus ille rex, qui Hebraeis *κατ᾽ ἐξοχὴν*
הַמָּשִׁיחַ, *Unctus*, nuncupari solet; qui et infra 37, 24. et a Je-
remia 30, 9. atque ab Hosea 3, 5. *Davides* appellatur. Atque
locis hisce significari illum ipsum *veterem Davidem*, quem spe-
rarent futuro aliquo tempore regnum priscum, sed multo amplius
atque augustius restauraturum, minime improbabile fuerit. Alere
enim poterat ejusmodi spem opinio illa veteribus communis fere
de rerum omnium ἀποκαταστάσει, revolventibus sese et redituris
aetatibus. Certe huic opinioni consentanea erat veterum Persa-
rum exspectatio de redituro ultima mundi aetate rege vetere
Paschutan, Gustaspi filio, quo Gustaspo regnante atque favente
suam doctrinam promulgaverat Zoroaster. Illum igitur Paschutan,
qui et ipse olim doctrinae Zoroastrianae in provincia Vardjem-
guerdiana propagandae ministrum se praebuerat, credebant Persae
extremis temporibus veterem ac puram religionis doctrinam,
priscumque Persicum regnum ita esse restituturum, ut omnium
rerum abundantia et prosperitas, atque pax universa terrarum
orbem sint beaturae. Vid. Mémoires sur diverses antiquités de
la Perse par Silv. de Sacy p. 94. sqq.“ Ros. Potest tamen etiam
Davidis nomen significare vel regem *e gente Davidica oriturum*,
quo sensu illud accepit Chaldaeus (vid. ad Jer. 30, 9.), cf. *Ro-
mulus* pro *Romano* Pers. Sat. 1, 87., vel, quod nescio an prae-
feram, talem regem, qui Davidem referat virtute et pietate,
Davidem alterum, ut si Jer. 22, 11. Joachasus, Josiae filius, ap-
pellatur Schallumus i. e. *Schallumus alter*; vid. ad eum loc. not.
— גִּבְעָתִי] i. e. Zionis, cf. Jes. 31, 4. — הָעֹבְדִים בָּהֶם] *qui* 26. 27.
opus faciebant per eos, servis usi sunt illis, ut Exod. 1, 14. cf.
not. ad Gen. 15, 13. — לְשֵׁם] *in illustre nomen.* Talem plan- 29.

tationem eis promittit, quae omnibus, qui eam adspexerint, ad-
31. mirationem moveat. cf. Jes. 61, 3. — וְאַתֵּן צֹאנִי צֹאן מַרְעִיתִי
אָדָם אַתֶּם אֲנִי אֱלֹהֵיכֶם] *Vos autem, mi grex, grex pascui mei, homines estis; ego vero deus vester.* „Communior sententia est, explicari his verbis allegoriam, et clarius exponi, quae dicta prius fuerant obscurius. Quasi dicat: in grege homines, in pastore me ipsum intelligo. Ita Hieronymus. . . Sed verba eo potius tendere videntur, quod, quum plura pollicitus esset deus, quae non videbatur assequi posse infirmitas humana, . . . jam deus ostendat, non ab hominum industria et robore illa expectanda esse, sed a deo. Quasi dicat: neque illud vestra solertia ac viribus faciendum est, quid enim ab humana virtute, qualis est vestra, sperari possit eximium? Ego, deus vester, pro vobis, qui meus estis grex, ego ipse praestabo." Ros. E recentioribus Devettius priorem sententiam secutus est, Eichhornius posteriorem. Equidem nihil definio.

2. CAP. XXXV. In Idumaeos. — עַל הַר שֵׂעִיר] i. e. contra
3. Idumaeorum regionem, Gen. 36, 9. — שְׁמָמָה וּמְשַׁמָּה] vid. ad
5. Thren. 2, 5. — Cf. ad rem notata ad Jes. cap. 34. init. et ejusd.
6. vs. 8. — כִּי] post jurandi formulam, ut 1 Sam. 25, 34. 2 Sam.
2, 27. al. לְדָם אֶעֶשְׂךָ] i. e. sanguinem tuum effundam, caedi te
exponam. וְדָם יִרְדְּפֶךָ] *et sanguis* i. e. sanguis a te effusus =
culpa caede tibi contracta *persequetur te.* אִם לֹא דָם שָׂנֵאתָ וְדָם
יִרְדְּפֶךָ] *quandoquidem non odisti sanguinem*, sanguinis effusionem, caede delectabaris, *sanguis*, caedes *persequetur te.* Sic etiam Ros. Eichh. Devettius. Aliter Küsterus (*Erläuter. d. heil. Schrift* p. 113.), qui לֹא cum דָם conjuncto verba sic reddenda putat: *quandoquidem non-sanguinem odisti*, sine sanguine vivere non potuisti, *sanguis* cet. De יִרְדְּפֶךָ cf. E. Gr. min. §. 169. —
7. 9. לִשְׁמָמָה] vid. E. l. l. תִּישַׁבְנָה] i. e. habitabuntur, vid. ad Jes.
13, 20. coll. supra 26, 20. al. תִּישַׁבְנָה cum Jod, ut אֵילְכָה
Mich. 1, 8, יֵיקַר Ps. 72, 14. Vir doctus in *Ephem. Jen.* 1830.
n. 226. p. 365. תישבנה habet pro Niph. (תִּוָּשַׁבְנָה pro תִּיָּשַׁבְנָה)
coll. 36, 33, ex quo loco nihil potest colligi. Masorethae legi
volunt תָּשֹׁבְנָה *revertentur* i. e. restituentur, ut 1 Sam. 7, 14:
10. וַתָּשֹׁבְנָה הֶעָרִים; cf. etiam supra 16, 55. — יַעַן אָמְרֵךְ אֶת־שְׁנֵי
הַגּוֹיִם וגו׳] Devettius et alii: *quod dixisti: duae illae gentes et duae illae terrae mihi erunt* cet, quasi אֶת ex recentiore usu

nominativo praepositum esset. Quum vero id, de quo aliquid dicitur, non modo אֶל et לְ particulis indicetur, sed etiam in *accusativo* ponatur, ut Gen. 43, 27. 29. Num. 14, 31. al., nihil obstat, quo minus in vulgari potestate אֶת vocculae adquiescas, reddasque verba hoc modo: *propterea quod dixisti de duabus his gentibus et duabus his terris: mihi erunt* cet. Intellige Judam et Samariam. „Q. d., sperasti, te primum Salmanassaris dono posse consequi terram et captivos Samariae, deinde a Chaldaeis terram Judaeam, et captivos inde factos, qualem spem etiam Ammonitae conceperant, Jer. 49, 1.“ Grot. וִירַשְׁנוּהָ] suff.
respicit universam terram Israeliticam. — מִשִּׂנְאָתֶיךָ בָּם] vid. 11.
not. ad Jes. 47, 13. — שְׁמָמָה] *vastatio!* K'ri: שָׁמֵמוּ *vastati* 12.
sunt (montes).

CAP. XXXVI. Promittuntur Israelitis tempora meliora.
— בָּמוֹת עוֹלָם] *excelsa sempiterna*, antiquissima et in perpetuum 2.
duratura, ut גִּבְעוֹת עוֹלָם *colles sempiterni* Gen. 49, 26. Deut.
33, 15. — שַׁמּוֹת] G. Gr. ampl. p. 365. E. Gr. min. §. 354. 3.
p. 221. וַתֵּעָלוּ] „*et ascendere s. subire coacti estis*, futurum Niphal.“ Ros. Sed ita scribi debebat וַתֵּעָלוּ. Itaque aut puncta mutabis, aut cum Ewaldo Gr. crit. p. 474. וַתַּעֲלוּ habebis pro Fut. formae יִסֹּב, verbi עָלַל = עָלָה *ingredi, subire*. וְדִבַּת עָם] construenda sunt cum praecedentibus: *et in obtrectationem hominum.* — בְּלֹא] G. Gr. min. §. 33. adn. 8. — אֲנִי נָשָׂאתִי 5. 7.
אֶת־יָדִי] ad jusjurandum. — כִּי קָרְבוּ לָבוֹא] *prope enim est* 8.
ut veniat, Vulg. — וְהֵטִבֹתִי] Vid. E. Gr. min. §. 228. a. — 11.
„Pro eo, quod in textu scriptum legitur, לֹא תְכַשְּׁלִי legendum 14. 15.
esse לֹא תְשַׁכְּלִי *non orbabis*, ut in margine praecipitur, res ipsa docet. Habent posterius, s. Keri, non pauci codices in textu, exprimuntque veteres omnes.“ Ros. Pari modo vs. 15. pro לֹא תְכַשְּׁלִי V. S. V. legi vult לֹא תְשַׁכְּלִי. Consentiunt, quos inspexi interpretes omnes, ut Lutherus, Eichhornius, Devettius. Verum bis lapsum esse scriptorem aut librarium, non est verisimile. Nec video, quid habeat incommodi *labefaciendi* significatio, ut quae, apposito objecto גּוֹי, idem fere exprimat, quod שִׁכֵּל et תְּשַׁכְּלִי. Quod igitur bis positum est שכל, bis כשל, nihil esse videtur nisi lusus quidam auribus Hebraeorum haud injucundus.
— וַיְחַלְּלוּ אֶת־שֵׁם קָדְשִׁי וגו'] „Cogitare enim poterant gentes 20.
illae, per quas eversa patria dispersi fuerant Judaei, in deo, sub cujus tutela illi essent, potentiam desiderari aut fidem, qui aut

non posset, aut, si posset, nollet creditum sibi populum a servitute liberare. Quorum alterum deum perfidiae, alterum infirmitatis argueret. Ex quo etiam conjectabant, potentiores esse aliarum gentium deos, quorum auxilio et numine regiones subegissent Judaicas hostes, et templum, quod dei Israelitici esset
23. quasi regia sedes, impune subvertissent." Ros. — לְעֵינֵיכֶם]
„Non dubium, esse cum suffixo tertiae pluralis personae לְעֵינֵיהֶם legendum, quod non solum contextus et loci paralleli 20, 41. 28, 25. 38, 16. postulant, sed exprimunt quoque veteres omnes, quibus accedit codicum innumerorum et editionum antiquissimarum atque optimarum auctoritas, quam ipsa Masora confirmat. Videtur לְעֵינֵיכֶם soli errantis calami lapsui originem debere, quemadmodum בָּהֶם, quod h. l. pro בָּכֶם in aliquot codicibus reperitur." Ros. לְעֵינֵיהֶם expresserunt etiam Lutherus, Eichhornius, Devettius et alii. Videtur sane לְעֵינֵיכֶם ortum esse
35. a proxime praegresso בָּכֶם. — הֶחֳרָבוֹת] pro חֳרָבוֹת a sing.
חָרֵב. Iterum legitur vs. 38.

CAP. XXXVII, 1—14. Fore dicit, ut mortui Judaei in vitam redeant, id est, ut Judaei per exteras terras dispersi et a barbaris oppressi in patriam restituantur. Sic enim capienda esse quae h. l. de mortuis ad vitam revocandis dicuntur, ostendunt quae leguntur vs. 11. seqq. Non de generali resurrectione mortuorum agi in „famosa hac visione et omnium ecclesiarum Christi lectione celebrata," vidit jam Hieronymus, qui: „nos non resurrectionem negamus; sed haec non scripta de resurrectione contendimus, et per resurrectionis parabolam de restitutione Israel prophetari, qui tempore captivus erat in Babylone."
1. Cf. eadem imago Jes. 26, 19. ibique not. — וַיּוֹצִאֵנִי בְרוּחַ יְהוָֹה]
LXX: καὶ ἐξήγαγέ με ἐν πνεύματι κύριος. Vulgatus: *et deduxit me in spiritu domini*. Posterius praeferendum videtur. בתוך
7. כְּהִנָּבְאִי] 3, 16. 22. 23. — וַיְהִי קוֹל] dei, i. e. tonitru, nisi mavis intelligere *strepitum* ossium, quae movebantur et mutuo collidebantur, ut statim sequitur. וַתִּקְרְבוּ עֲצָמוֹת] vid. not. ad
11. Jer. 49, 11. — הִנֵּה אֹמְרִים] cf. not. ad Gen. 41, 1. coll. Jer.
12. 38, 23. — Hucusque ossa Judaeorum per campi superficiem dispersa iterum animanda dixerat. In iis, quae nunc sequuntur, mutata paululum imagine Judaeos de sepulchris extrahendos dicit. In qua dissimilitudine non fuit quod haererent interpretes. עַמִּי]
Apposite Rosenmüllerus: „dicit deus, dum populum mitius jam

et benignius alloquitur, עַמִּי *populus meus*, uti et versu sequenti. Contra cum de populo deus aliquid durius aut cogitat secum, aut loquitur ad prophetas, addit Pronomen *tuum*, quasi avertatur et indignum judicet benigna illa compellatione populum. Sic Exod. 32, 7. post vitulum adoratum ait ad Mosen deus: *vade, descende*, כִּי שִׁחֵת עַמְּךָ *nam peccavit populus tuus*. cf. supra 13, 17. 33, 1."

CAP. XXXVII, 15—28. De tribubus Israelis in unum
corpus coalituris. — קַח לְךָ עֵץ וגו'] Alii cum Chaldaeo *tabulas*, 16.
alii *virgas* (cf. 21, 15.) cum Alexandrino (λάβε σεαυτῷ ῥάβδον
cet.) intelligunt. Posterius praeferendum videtur. cf. Num. 17,
17. sq. ubi Moses a singulis Israeliticarum familiarum principibus
singulas virgas accepisse, et sua cujusque in virga nomen ejus
scripsisse narratur. וְלִבְנֵי יִשְׂרָאֵל חֲבֵרָו] i. e. et reliquis, qui
post ortum dissidium partes Judae secuti sunt. — וְקָרַב] Imper. 17.
Pi. E. Gr. min. §. 291. 1. p. 156. — וְנָתַתִּי אוֹתָם עָלָיו אֶת־עֵץ 19.
יְהוּדָה] *et pono eas* (tribus Israelis) *ad illud*, (compono, inquam,)
cum ligno Judae. Alii: *et compono eas una cum illo* (Ephraimo)
cum ligno Judae, quod minus convenit. — וְעַבְדִּי דָוִד מֶלֶךְ 24.
עֲלֵיהֶם] Vide notata ad 34, 23. sq. — וּנְתַתִּים] absol. Bene 26.
LXX: καὶ τάξω αὐτούς, Vulg. *et fundabo eas*.

CAP. XXXVIII. XXXIX. In Gogum, „principem terrae Magog, item Rossorum, Moschorum et Tibarenorum, quem cum ingente vi copiarum et auxiliari Persarum, Aethiopum, Cimmeriorum et Armeniorum exercitu (38, 5. 6.) ex extremis septentrionibus (38, 15. 39, 2.) post exilium (38, 8. 12.) terram sanctam invasurum, ibi vero periturum esse vaticinatur Ezechieles ... Vix dubium est, quin eae fere gentes intelligantur, quas Graeci sub Scytharum nomine comprehendebant (Jos. Archaeol. 1, 6. 1.), quarumque ingens contra Aegyptum expeditio Ezechielis tempore suscepta (Herod. 1, 103—106.) huic prophetae talis vaticinii
ansam praebuisse videtur." Ges. Thes. — וְשׁוֹבַבְתִּיךָ] *convertam* 4.
te, cf. 39, 2. — וְיַרְכְּתֵי צָפוֹן] vid. ad Jes. 14, 13. — תִּפָּקֵד] 6. 8.
praefectum, ducem *te constitues*. — עַל טַבּוּר הָאָרֶץ] *in locis* 12.
editis (טַבּוּר collect. *loca edita* a טָבַר i. q. צָבַר, cf. sam. טבר, aethiop. דבר *mons*) *terrae* Israeliticae = עַל הָרֵי יִשְׂרָאֵל vs. 8. 39, 2. 4. Quo eodem modo טַבּוּר sumitur et altero quo legitur loco Jud. 9, 37. in verbis: *descendunt* מֵעִם טַבּוּר הָאָרֶץ =

מֵרָאשֵׁי הֶהָרִים ibid. vs. 36. Igitur non audiendi sunt, qui cum
LXX et Vulg. reddi volunt *umbilicum* (== talmud. טִיבּוּר) i. e.
medium terrae (cf. Cic. in Verr. IV. cap. 48: qui locus, quod in
medio est insulae situs, umbilicus Siciliae nominatur, Liv. 35, 18:
Aetoli umbilicum Graeciae incolunt), coll. supra 5, 5. ubi vid.
23. not. — וְהִתְגַּדִּלְתִּי וְהִתְקַדִּשְׁתִּי] cf. Lev. 11, 44. ibique not.

2. Cap. 39. וְשִׁשֵּׁאתִיךָ] Rosenmüllerus, Gesenius, Winerus et
alii duce Ludovico de Dieu: *et ducam te* (LXX. Vat. *καθοδηγήσω σε*) s. *quaquaversum deducam te* (LXX. Compl. *κατάξω σε*,
Chald. *errare te faciam*, Vulg. *seducam te*) coll. aethiop. שושר
sausawa, contr. שׂשׂר *sosawa* Conj. IX. אנשושר *ansosawa*, *scandere*, *incedere*, *obire*, unde שושר *sausau scala*. Quid vero, si
שִׁשֵּׁא contractum sit ex سَاسَا i. e. *voce* سَا *ut celerius procederet
instigavit jumentum* (quemadmodum v. g. דָּרָה contractum est
ex دَرَا), significetque igitur שִׁשֵּׁא *ad procedendum impellere*,
excitare, *stimulare*? Quae significatio et facilior per se et
11. aptior ad nexum mihi videtur. — אֶתֵּן לְגוֹג מְקוֹם שָׁם קֶבֶר
בְּיִשְׂרָאֵל] *dabo Gogo locum*, *ubi* (cf. Jes. 29, 1. al.) *sit sepulchrum* ipsius, *in Israele*. וְחֹסֶמֶת הִיא אֶת־הָעֹבְרִים] Vulgo sic
reddunt: *et obturabit illa praetereuntibus nares* sc. foetore facto.
Sic etiam Hitzigius (*Begriff der Kritik* p. 125.), qui tamen,
quum חָסַם per se vix possit significare *obturavit nares*, pro
אֶת־הָעֹבְרִים legi vult אַף־הָעֹבְרִים. Sed si altero quo legitur
loco Deut. 25, 4. (לֹא תַחְסֹם שׁוֹר בְּדִישׁוֹ) חָסַם, non apposito פֶּה,
sed favente nexu, est *obturare os*, idem h. l., omisso אַף, sed
favente contextu, esse potest *obturare nares*. Mihi vero, ut
dicam quod sentio, ipsa *obturandi* significatio incerta videtur.
Conferunt alii حَزَمَ *colligavit*, *constrinxit* sarcinas, *cingulo cinxit*
jumentum, alii خَزَمَ *perforavit narium isthmum*, *et annulum
trajecit*; alii خَشَمَ *fregit* alicui *cartilagines nasi*. Vide, sitne
חָסַם utroque loco i. q. حَسَمَ *impedire* aliquem ab aliqua re,
ut, quae Deut. l. l. leguntur, proprie sic habeant: *non impedies
bovem* sc. ab edendo, *dum triturat*, et qui prae manibus est
locus, sic sonet: *et impediet illa* (vallis) *praetereuntes* scil.
a procedendo, i. e. iis viam praecludet, cadaverum multitudine,
cf. quod statim sequitur nomen valli inditum: גֵּיא הֲמוֹן גּוֹג.

**Praecludendi notione verbum חָסַם etiam LXX et Syrus accepisse
videntur. — מְקַבְּרִים אֶת־הָעֹבְרִים אֶת־הַנּוֹתָרִים] viros *qui* 14.
sepeliant cum transeuntibus reliquos, cf. vs. 15. — וְרָאָה עֶצֶם 15.
אָדָם וּבָנָה אֶצְלוֹ צִיּוּן] *et si viderit aliquis eorum os hominis,
eriget ad illud cippum* (vid. ad Jerem. 31, 21.), quo vespillones
terram lustrantes admoneantur, jacere ibi, quae ab ipsis sint
colligenda. אֶל־גֵּיא וגו׳] אֶל pro בְּ ut saepius apud recentiores,
nisi mavis sic reddere: *donec sepelient illud vespillones* collectum
in vallem. — וְנָשׂוּ אֶת־כְּלִמָּתָם וגו׳] *tunc portabunt ignominiam* 26.
suam cet. i. e. cognoscent delictorum suorum gravitatem. נָשׂוּ
pro נָשְׂאוּ ut supra 28, 16. מָלוּ pro מָלְאוּ. — לְעֵינֵי הַגּוֹיִם 27.
רַבִּים] Videtur qui soli substantivo praefixus est articulus (cf.
ad Jer. 22, 26.), proprie ad nomen constructum pertinere.**

CAP. XL. XLI. XLII. „Extrema libri pars tota versatur in delineanda reipublicae Israeliticae forma, qualem animo suo comprehensam habebat et aliquando (seculi aurei temporibus) futuram sperabat vates. Et primum quidem templi restituendi structuram describit (Cap. 40. 41. 42.), tum cultus religiosi in illo peragendi ritus singulos praecipit (Cap. 43. 44.), denique regni totius, civitatisque, quae ejus futura sit caput, formam atque dispositionem exponit (Cap. 45—48.). In quibus omnibus describendis etsi non pauca mutuatus est a veteri rerum Judaicarum forma, quod praesertim de templi descriptione valet, quae in multis convenit cum iis, quae de Salomonei templi structura legimus in 1 Reg. Cap. 6. et 7., in multo pluribus tamen ea rerum facies, quam vates mente informatam habuit, a pristina prorsus diversa est.“ Ros. Difficilem et obscuram templi descriptionem nuper summa cura et solertia illustrare conatus est Böttcher in libro *Proben alttestam. Schrifterkl.* p. 218. seqq. In quo libro quae copiose et subtiliter dicta sunt, in compendium redacta exhibet ejusdem Doctissimi Viri libellus *Ezechielis de templi visione capita tria XL. XLI. XLII. emendata, ad verbum translata cet.*, ad calcem Rosenmülleri in Ezechielem Commentarii minoris; qua translatione (accuratiorem explicationem alienam ab h. l. vid. in *Proben*) liceat hunc quoque exornare Commentarium.

**Cap. 40, 1—4. Praefatio. — *Vicesimo quinto anno mi-* 1.
grationis nostrae, initio anni, decima die *mensis, quarto decimo
anno postquam urbs excisa erat, eo ipso die incidit in me***

2. Jovae manus, deduxitque me illuc; — per visa divina deduxit
me in terram Israeliticam et collocavit me ad montem perquam
altum, super quem erat quasi urbis aedificium a meridie. —
3. Atque deduxit me illuc, et ecce virum, cujus species erat quasi
aeris species, et funiculus lineus in manu ejus et calamus
4. mensuralis; ipse autem stabat ad portam. — Inde coepit me
alloqui ille vir: „fili hominis, adspice oculis tuis, et tuis auribus
percipe, et attende animum tuum ad omnia, quae ego tibi
monstraturus sum; nam ut monstrentur tibi, huc adductus es;
referto, quaecunque tu visurus es, ad domum Israelis."

Cap. 40, 5—16. De muro extremo et Orientali porta ex-
5. teriore. 2 Ecce autem murus extrinsecus circa aedem erat
circumcirca, et in manu illius viri calamus mensuralis sex cubi-
torum cubito et palmo longorum; et mensus est latitudinem illius
6. structurae calamo uno et altitudinem calamo uno. — Tum in-
gressus est portam, quae spectabat versus Orientem, ascensisque
gradibus ejus, mensus est limen portae calamo uno in latitudi-
nem, idque (cf. ad 43, 7.) limen unum (opp. alteri vs. 7), calami
7. unius latitudine; — et thalamum uno calamo in longum, et
calamo uno in latum; et inter thalamos quinos cubitos, et limen
portae juxta vestibulum portae, intrinsecus, calamo uno. —
8. (Dele vs. 8. omissum in LXX, Vulg. Syr. Arab. et 11 codd.)
9. — Tum mensus est vestibulum portae octo cubitis et antas
(intell. parietum ostiariorum vel lateralium procurrentes frontes
sibi oppositas, quibus limina transitusve utrinque includuntur,
cf. vs. 10. 14. 16. 48. 49.) ejus binis cubitis; vestibulum autem
10. portae erat intrinsecus. — Ac thalami quidem portae versus
Orientem terni hinc et terni illinc; mensura una eademque his
11. ternis, et mensura una antis eorum hinc atque illinc. — Tum
mensus est latitudinem ostii portae decem cubitis, longitudinem
12. portae ternis denis cubitis; — et limitem ante thalamos sin-
gulis cubitis, et singulos cubitos limitis illinc, et thalamum
13. senis cubitis hinc et senis cubitis illinc. — Tum mensus est
totam portam a tecto thalami ad tectum ejus in latitudinem
viginti quinque cubitorum, qua erat ostium contra ostium. —
14. Conficiebat autem, quidquid antarum erat, sexaginta cubitos
(mallem ויעש positum habere pro ויעמד; sensus idem manebit;
sed haec corrupta videntur); atque ad antas erat impluvium,
15. porta ipsa circumcirca. — Atque a fronte portae introitoriae

ad frontem vestibuli portae interioris quinquaginta erant *cubiti.*
— *Fenestrae autem obfirmatae in thalamis* erant *et in antis* 16.
eorum intra portam circumcirca; pariterque in vestibulo fene-
strae (leg. חַלּוֹנוֹת omisso ו cum LXX, Vulg. Arab. et 2 codd.)
circumcirca intrinsecus; inque antis palmae caelatae.

Cap. 40, 17 — 19. De atrio exteriore cellisque ejus. —
Tum introduxit me in atrium exterius, et ecce ibi *cellae* erant 17.
ac stratura facta in atrio circumcirca, triginta cellae ad
straturam. — *Stratura autem* erat *ad latera portarum, juxta* 18.
longitudinem portarum, inferior illa quidem *stratura.* — *Ac* 19.
mensus est latitudinem a fronte portae inferioris ad frontem
atrii interioris extrinsecus centum cubitis ad Orientem et ad
Aquilonem.

Cap. 40, 20 — 27. Portae exterioris atrii, septentrionalis
et meridiana. — *Item eam portam, quae spectabat versus Aqui-* 20.
lonem, in atrio exteriore, mensus est longitudine et latitudine;
— *et thalami ejus, terni hinc et terni illinc, antaeque ejus et* 21.
vestibula erant ad mensuram portae prioris, quinquaginta cu-
bitorum longitudo ejus, et latitudo quinque et viginti cubitorum.
— *Ac fenestrae ejus ipsius et vestibuli ejus* (leg. וְחַלּוֹנָו לוֹ 22.
וּלְאֵילַמָּו coll. vs. 25. 29. 33.), *et palmae ejus* erant *ad mensu-*
ram illius portae, quae spectabat versus Orientem; et gradibus
septem ascendebatur in eam; sed vestibulum ejus erat introrsus
(leg. לִפְנִימָה, ut LXX et Ar. ἔσωθεν, coll. מֵהַבַּיִת vs. 9. et
opp. לֶחָצֵר הַחִיצוֹנָה vs. 31. 34. 37.). — Erat *autem porta* 23.
atrii interioris contra portam ad Aquilonem atque ad Orientem,
mensusque est a porta ad portam centum cubitos. — *Deinde* 24.
me perduxit versus Austrum, et ecce, ibi erat *porta versus*
Austrum; mensusque est thalamos ejus et antas ejus (leg. וּמָדַד
תָּאָו וְאֵילָו coll. LXX et vs. 21. 29. 33. 36.) *et vestibula ad*
mensuras easdem illas. — *Atque fenestrae* erant *ipsi et vesti-* 25.
bulo ejus circumcirca sicut fenestrae eaedem illae; quinqua-
ginta cubitorum erat *longitudo, et latitudo quinque et viginti*
cubitorum, — *et gradus septem ejus scala, sed vestibulum ejus* 26.
introrsus (vid. ad vs. 22.); *palmae etiam ei* erant, *singulae hinc*
et singulae illinc in antis ejus. — Erat *autem porta atrii* 27.
interioris versus Austrum, mensusque est a porta ad portam
versus Austrum centum cubitos.

28. Cap 40, 28—37. De portis atrii interioris. — *Introduxit*
autem me in atrium interius per portam Australem, mensusque
29. *est hanc portam Australem ad mensuras easdem illas; — et*
thalamos ejus et antas ejus ac vestibula ad mensuras easdem
illas. Ac fenestrae erant *ipsi et vestibulo ejus circumcirca;*
quinquaginta cubitorum longitudo, et latitudo viginti quinque cu-
30. *bitorum.* — (Dele vs. 30. ab hoc loco rerumque ratione alienum,
omissum in LXX cod. Vat. et edit. Compl. nec non in pluribus
31. libris hebr.) — *Vestibulum autem ejus ad atrium exterius* erat,
et palmae in antis ejus, gradusque octo ejus adscensus. —
32. *Tum introduxit me in atrium interius versus Orientem, mensus-*
33. *que est portam ad mensuras easdem illas; — et thalamos ejus*
et antas ac vestibula ad mensuras easdem illas; ac fenestrae
erant *ipsi et vestibulo ejus circumcirca; longitudo quinquaginta*
34. *cubitorum, et latitudo quinque et viginti cubitorum. — Vestibu-*
lum autem ejus ad atrium exterius erat; *ac palmae in antis*
35. *ejus hinc atque illinc, et octo gradus adscensus ejus. — Tum*
introduxit me in portam Aquilonarem, mensusque est ad men-
36. *suras easdem illas; — thalamos ejus, antas ejus et vestibula;*
ac fenestrae ipsi erant *circumcirca; longitudo quinquaginta cu-*
37. *bitorum et latitudo quinque et viginti cubitorum. — Vestibulum*
autem ejus (leg. וְאֵלַמָּו cum LXX, Vulg. Ar. coll. vs. 31. 34.)
ad atrium exterius, et palmae in antis ejus hinc atque illinc;
et octo gradus adscensus ejus.

Cap. 40, 38—43. De apparatu immolationum ad portam
38. interiorem, Aquilonarem. — *Cellula autem ostiumque ejus* erat
39. *in antis* ad *portas; ibi lavarent holocaustum. — Atque in ve-*
stibulo portae binae stabant *mensae hinc, binaeque mensae illinc,*
ad immolandum super eas holocaustum et piaculum peccati de-
40. *lictique. — Item ad latus extrinsecus prope adscensum ad*
ostium portae Aquilonaris duae erant *mensae, atque ad latus*
alterum, quod vestibulo portae erat, etiam *duae mensae; —*
41. *quatuor mensae hinc et quatuor mensae illinc ad latera portae,*
42. *octo* ergo *mensae, super quas immolarent. — Quatuor etiam*
mensae erant *ad scalam, lapides politi longitudine cubitorum*
singulorum et semis et latitudine cubitorum singulorum et semis,
et altitudine cubitorum singulorum; in his quidem reponerent
instrumenta, quibus immolarent holocaustum et victimam. —

Utrorum autem seriei, palmi unius, impactae erant intra domum 43.
circumcirca; et super mensas carnes oblatorum.

Cap. 40, 44—47. Interioris atrii cellae spatiumque. —
Atque extra portam interiorem cellae erant duae (leg. שְׁתַּיִם 44.
cum LXX, qui: δύο ἐξέδραι) *in atrio interiore, una* (pro
שָׁרִים — אֲשֶׁר leg. אַחַת — אַחַת, LXX: μία — καὶ μία) *ad latus*
portae Aquilonaris, sed frons ejus (leg. פָּנֶיהָ coll. vs. 45.) *ver-*
sus Austrum, una (vid. sup.) *ad latus portae Australis* (leg.
הַדָּרוֹם, ut LXX: τῆς πρὸς Νότον, coll. simili mendo 42, 10.)
fronte versus Aquilonem. — *Tum sic me alloquutus est:* „*haec* 45.
cella, cujus frons est *versus Austrum, sacerdotibus* esto *aedis*
administrationem habentibus. — *Ea autem cella, cujus frons* 46.
versus Aquilonem, sacerdotibus altaris administrationem haben-
tibus; hi sunt Sadokidae, accessuri ex Levitis ad Jovam ad
ministrandum ei." — *Tum mensus est atrium longitudine centum* 47.
cubitorum et latitudine centum cubitorum in *quadratum; altare*
autem erat *ante aedem.*

Cap. 40, 48—41, 4. Templi partes priores et interiores.
— *Tum introduxit me in vestibulum aedis mensusque est antam* 48.
vestibuli quinis cubitis hinc et quinis cubitis illinc, et latitudinem
portae quatuordecim cubitis, et latera portae (post הַשַּׁעַר restitue
הַשַּׁעַר וְכִתְפוֹת אַמּוֹת עֶשְׂרֵה אַרְבַּע omissa ob ὁμοιοτέλευτον, ser-
vata a LXX: πηχῶν δεκατεσσάρων, καὶ ἐπωμίδες τῆς θύρας)
ternis cubitis hinc et ternis cubitis illinc; — *et longitudinem* 49.
(leg. וְאֹרֶךְ cum LXX, Syr. Vulg. Ar.) *vestibuli viginti cubitis,*
et latitudinem duodecim (leg. שְׁתֵּי עֶשְׂרֵה, ut LXX cod. Vat.
δώδεκα, ed. Compl. δυοκαίδεκα coll. 41, 13.) *cubitis; gradibus*
autem decem (leg. עֶשֶׂר, ut LXX: δέκα) *adscendebatur ad ipsum;*
et columnae erant *ad antas, una hinc atque una illinc.* — *Tum* 41, 1.
introduxit me in templum ipsum; mensusque est antas, senos
cubitos latitudinis hinc et senos cubitos latitudinis illinc, latitu-
dinem tentorii; — *et latitudinem ostii decem cubitorum et latera* 2.
ostii quinum cubitorum hinc et quinum cubitorum illinc; tum
mensus est longitudinem ipsius quadraginta cubitis et latitudinem
viginti cubitis; — *progressusque introrsum mensus est antas* 3.
ostii binis cubitis, et ostium sex cubitis et latera (leg. וְכִתְפוֹת,
LXX: καὶ τὰς ἐπωμίδας) *ostii septenis cubitis;* — *itemque* 4.
mensus est longitudinem ipsius penetralis *viginti cubitis et lati-*

tudinem viginti cubitis ad frontem cellae templi, *atque* „*hec*, *inquit mihi*, *sanctissimum* est *sanctorum*."

5. Cap. 41, 5 — 11. De adstructis templo partibus. — *Tum*
mensus est parietem aedis senis cubitis et lateralium aediculariorum latitudinem quaternis cubitis circumcirca in aedis circuitu.
6. — *Aediculae autem laterales*, *aedicula ad aediculam tricenae*
erant *tribusque* (leg. שְׁלֹשִׁים וּשְׁלוֹשׁ) *vicibus*, *intrantesque in parietem*, *qui intus* erat *ad aediculas circumcirca*, *quo essent adhaesurae neque tamen inhaesurae essent in pariete aedis*. —
7. *Dilatabatur autem et convertebatur* (mutabatur) spatium *superne*
magis magisque in aediculis; *nam quod circuibat aedem iter* (aliter: *conversio* spatii *interni*) *superne magis magisque circumcirca introrsum* erat; *inde dilatatio* spatii *interni superne*; *atque ex* (leg. וּמִן, ut LXX, Syr. Ar. *καὶ ἐκ*) *inferioribus adscensus*
8. *erat*, *sursum ad superiores*, *in medias*. — *Vidi autem* quantum
introrsum altitudinis erat *circumcirca*, *fundamentis substructas aediculas laterales plenum* ad *calamum*, *sex cubitos ad extremum*
9. *usque*. — *Latitudo parietis*, *qui* erat *aediculis lateralibus ex-*
trinsecus, *quinos* habebat *cubitos*; *quodque* vacuum erat *inter-*
10. *missum inter* (leg. בֵּין) *laterales appendices aedis* — *et inter*
cellas, *in latum patebat vicenos cubitos in circuitu aedis circum-*
11. *circa*. — *Ostium autem lateralium*, *ad intermissum illud spatium*,
unum erat *ad Aquilonem et unum ostium ad Austrum*; *et latitudo editi* (מֵרוּם ex conject.) *spatii intermissi quinum cubitorum erat circumcirca*.

Cap. 41, 12 — 15. Summa mensurarum templi eorumque,
12. quae pone et juxta sita erant. — *Ejus autem structurae*, *quae*
erat *ad frontem areae separatae a parte in Occidentem vergente latitudo* erat *septuaginta cubitorum*, *et paries structurae quinum cubitorum latitudine circumcirca*, *ejusque longitudo nona-*
13. *ginta cubitorum*. — *Atque mensus est aedem longitudine centum*
cubitorum et aream separatam structuramque adjacentem *cum*
14. *parietibus ejus longitudine centenum cubitorum*; — *et latitudo*
frontis aedis areaeque separatae ad Orientem erat *centum cubi-*
15. *torum*; — *mensusque est longitudinem structurae ad frontem*
areae separatae, *quae* erat (erant?) *in posteriore ejus* (illius?) *parte ipsique adstructas praecinctiones hinc et illinc centum cubitis*.

Cap. 41, 15—26. De operibus ligneis et ornamentis tem-
pli. — *Templum autem interius vestibulumque ejus exterius* 15.
(leg. וְאֻלַמֵּי הַחִיצוֹן, LXX: καὶ τὸ αἰλὰμ τὸ ἐξώτερον), —
limina et fenestras obfirmatas et adstructa tabulata in circuitu 16.
per omnia tria contra uniuscujusque limen (h. e. ita ut asseres
in transversum irent, pariter ac limina) *obducta* erant *ligno
circumcirca. Atque* a *solo usque ad fenestras*, [*ac fenestrae
quidem obtectae* erant,] — *supra ostium et usque ad intimam* 17.
*aedem atque extrinsecus, et in omni pariete circumcirca, in-
terno et externo, sculpturae* (מִקְלָעוֹת ex conjectura, coll. LXX
et 1 Reg. 6, 29.) erant, — *fabrefactique gryphi et palmae* 18.
et palma inter gryphum et gryphum, binaeque facies grypho; —
atque humana quidem facies versus palmam hinc et facies 19.
leonina versus palmam illinc; sic erat *fabrefactum in tota aede
circumcirca.* — *A solo usque ad superiora ostii illi gryphi* 20
palmaeque illae fabrefactae in pariete (leg. לְקִיר) *templi.* —
Cellae templi postes erant formae *quadratae, et* in *fronte sa-* 21.
crarii species talis, qualis erat. — *Ara* erat *lignea, tres cu-* 22.
*bitos alta, et longitudo ejus duorum cubitorum et latitudo
cubitorum duorum* (adde וְרֹחַב שְׁתַּיִם אַמּוֹת ex LXX, qui: καὶ
τὸ εὖρος πηχῶν δύο); *angulosque suos habebat et basin suam*
(leg. וְאַדְנוֹ, LXX: καὶ ἡ βάσις αὐτοῦ) *et parietes suos lignea*
omnia; de qua sic *ille me allocutus est:* „*haec mensa Jovae
apposita.*“ — *Binae autem fores* erant *cellae templi et sacra-* 23.
rio; — *binaeque fores his foribus* i. e. *binae valvae versatiles* 24.
forium, duae quidem *uni forium itemque duae fores alteri.* —
Ac fabrefacti in iis, in foribus cellae templi gryphi et palmae, 25.
quales factae erant *in parietibus, et liminare lignum ad fron-
tem vestibuli forinsecus;* — *et fenestrae obfirmatae et palmae* 26.
hinc et illinc erant *in lateribus vestibuli et aediculis lateralibus
aedis, et fundamentis liminaribus.*

Cap. 42, 1—9. De cellis sacerdotalibus templo proximis,
iisque septentrionalibus. — *Tum eduxit me in atrium exterius* 1.
ea via, quae erat *versus Aquilonem, et introduxit me in eas
cellas, quae* erant *contra separatam aream, quaeque contra
structuram, ad Aquilonem,* — *ad frontem longitudinis illius* 2.
*centum cubitorum ostio patente ad Aquilonem; sed latitudo
quinquaginta cubitorum erat;* — *contra vicenos eorum, qui* 3.
erant *atrio interiori, et contra straturam quae* erat *atrio ex-*

teriori praecinctio praecinctioni obversa in tertias usque. —
4. Ante cellas autem ambulacrum erat decem cubitorum latitudine
ad interiora, via longitudinis centum cubitorum (leg. דֶּרֶךְ אֹרֶךְ
מֵאָה אַמָּה, cf. LXX); atque ostia ipsarum ad Aquilonem erant.
5. — Sed cellae superiores curtatae erant; nam detrahebant prae-
cinctiones ab iis de inferioribus et de mediis structurae ali-
6. quid; — quia tristegae quidem erant istae, neque vero columnas
habebant, ut columnae erant atriorum; ideo retractum erat de
7. inferioribus et de mediis recessumque ab solo. — Maceriae
autem, quae extrinsecus erat juxta cellas versus atrium exte-
rius, ad frontem cellarum longitudo illius erat quinquaginta
8. cubitorum; — nam longitudo earum cellarum, quae atrio ex-
teriori obversae erant (cf. LXX: τῶν βλεπουσῶν εἰς τὴν
αὐλὴν τὴν ἐξωτέραν, et 40, 34. 37.), quinquaginta erat cubito-
rum, sed eadem ecce ad frontem templi centum cubitorum. —
9. Atque subter cellas hasce introitus erat ab Oriente, cum intro-
iret ipse (introirent per eum?) ad illas ab atrio exteriore.

Cap. 42, 10 — 14. De meridionalibus prope templum cellis
10. ipsarumque et septentrionalium institutis. — In latitudine ma-
ceriae atrii versus Austrum (leg. הַדָּרוֹם coll. vs. 12. 13. et
LXX: πρὸς Νότον; similis corruptela 40, 44.), ad frontem
separatae areae et ad frontem structurae item erant cellae; —
11. et via ante eas ad speciem earum cellarum, quae erant versus
Aquilonem, ad longitudinem illarum, ad latitudinem illarum (leg.
בְּרָחְבָּן s. וּבְרָחְבָּן, LXX: καὶ κατὰ τὸ εὖρος αὐτῶν) et omnes
exitus illarum, et ad rationes illarum et ad ostia illarum —
12. (dele וּבְפִתְחֵי ortum ex antec. vocabulo per errorem repeti coepto)
erant quoque eae cellae, quae vergebant ad Austrum, ostium
in principio viae, via in fronte maceriae recte aptatae versus
13. Orientem, qua introeunt illas. — Tum ille ad me „cellae, in-
quit, Aquilonares, cellae Australes, quae sunt ad frontem areae
separatae, hae quidem sunt cellae sanctae cet.

15. Cap. 42, 15 — 20. Finis. Peracta sic dimensione aedis
interioris eduxit me versus eam portam, quae spectat versus
16. Orientem, et mensus est circumcirca. — Mensus est plagam
Orientalem calamo mensurae, quingentos cubitos (dele קָנִים hoc
loco et in seqq., omissum in LXX) in calamo mensurae ad
17. circuitum; — mensus est plagam Aquilonarem quingentos in

calamus mensurae ad circuitum; — plagam Australem mensus 18.
est quingentos in calamo mensurae. — Circuivit ad plagam 19.
Occidentalem, mensus est quingentos in calamo mensurae. —
Ad quatuor plagas mensus est eadem; murus ei erat circum- 20.
circa, longitudine quingentorum et latitudine quingentorum ad
dividendum sacrum inter et profanum.

CAP. XLIII, 1—12. Jova templum intrans. — לְשַׁחֵת 3.
אֶת־הָעִיר] i. e. ad praedicendam ejus eversionem, cf. 32, 18.
coll. not. ad Jer. 1, 10. — אֶת־מְקוֹם כִּסְאִי וְאֶת־מְקוֹם כַּפּוֹת 7.
רַגְלַי] Bene LXX: ἑώρακας τὸν τόπον τοῦ θρόνου μου, καὶ τὸν τόπον τοῦ ἴχνους τῶν ποδῶν μου. Cogitatione suppressum est רָאִיתָ vel simile quid. Eadem ellipsis habetur infra 47, 17: וְאֵת פְּאַת צָפוֹן *et en latus aquilonare*, et ibid. vs. 18. 19. Gesenius in Gram. §. 37. 3. et in utroque Lex., Böttcherus (*Proben* p. 297.) et alii אֵת his locis (Böttch. etiam 40, 6. 14. ubi אֵת prob. est nota acc. pendens ex וַיָּמָד et וַיַּעַשׂ) αὐτό, *id*, *ipsum* significare volunt redduntque: *hic* (αὐτό) *est locus solii mei et hic locus plantarum mearum*, et infra 47, 17. 18. 19: *hoc est latus aquilonare* rel. coll. ibid. vs. 20., ubi eodem nexu positum est זֹאת in verbis זֹאת פְּאַת יָם. Quum vero אֵת hanc significationem non nisi paucissimis locis habeat, in iisque conjunctum cum nomine vel pronomine; quumque ne in his quidem certa sit ista significatio: prior explicatio praeferenda videtur, eoque magis, quod ex eo, quod pro וְאֵת 47, 17. 18. 19. ibid. vs. 20. positum est זֹאת, nequaquam sequitur, אֵת eodem significatu gaudere quo זֹאת. Sensus enim eodem redit, utrum dicas: *en locum, en latus*, an *hic est locus, hoc latus*. וּבְפִגְרֵי מַלְכֵיהֶם בָּמוֹתָם] „Per פְּגָרִים hic *idola* intelligimus, quae commode ita appellari potuerunt, tum quod vitae expertia, tum quod piis aeque atque cadavera abominationi essent. Erunt igitur פִּגְרֵי מַלְכֵיהֶם *idola regum suorum*, בָּמוֹתָם *in sacellis eorum* (repetendum enim est ב ex בְּפִגְרֵי, ut saepissime alias) sive *in aris* (?) *eorum*. Manassen in atriis templi astris altaria aedificasse, narratur 2 Reg. 21, 5. Vid. et 2 Reg. 23, 6." Ros. Sed vehementer ego dubito, possintne פְּגָרִים *cadavera*, non apposito גִּלּוּלִים aut שִׁקּוּצִים, intelligi de simulacris idolorum. Cf. Lev. 26, 30: פִּגְרֵי גִלּוּלֵיכֶם, Jer. 16, 18: בְּנִבְלַת שִׁקּוּצֵיהֶם, coll. ad h. l. not. Debebat scribi וּבְפִגְרֵי גִלּוּלֵי (s. שִׁקּוּצֵי) מַלְכֵיהֶם.

Itaque praestat, *cadavera* proprie accipere, et בָּמוֹת de *tumulis sepulcralibus* intelligere: *et cadaveribus regum suorum in sepulcris eorum*, idque cum interpretibus Hebraeis eo referre, quod regum aliquot cadavera, ut Manassis et Ammonis, in hortis regiis, prope templum sitis, sepulta essent, 2 Reg. 21, 18. 26. cf.
11. infra vs. 8. 9. — וּמוֹצָאָיו וּמוֹבָאָיו] מוֹבָא pro מָבוֹא formatum ad similitudinem praecedentis מוֹצָא, G. Gr. ampl. p. 374. E. Gr.
13.sqq. crit. p. 489. min. §. 229. — Quae inde a vs. 13. usque ad finem cap. leguntur, agunt de altari holocaustorum.

3. CAP. XLIV. Ordo et munus sacerdotum. — אֶת־הַנָּשִׂיא וגו'] *Principem* quod attinet cet. Cf. ad rem infra 46, 2. 12.
7. — וַיָּפֵרוּ] Exspectabas pers. secundam. Sed nihil tali negligentia frequentius apud prophetas. אֶל־כָּל־תּוֹעֲבוֹתֵיכֶם] *propter omnes abominationes vestras.* אֶל *propter*, ut 1 Reg. 16, 13. 19, 3. 21, 22. al. Quod Rosenmüllerus, Gesenius et alii conferunt מִכָּל־תּוֹעֲבֹתֵיכֶם supra vs. 6., huc non pertinet, ibi enim
8. מִן pendet ex רַב־לָכֶם. — Male hunc locum interpretatus est Rosenmüllerus, secutus Hieronymum et Jarchium. Prius membrum cum posteriore conferenti statim hic se offert sensus: *non ipsi fecistis ministerium sacrorum meorum, sed constituistis qui facerent ministerium meum in sanctuario meo vobis* alios, propr. *sondern ihr stelletet euch* welche *zu Dienstthuenden* cet.
9. — לְכָל־בֶּן־נֵכָר] *quod ad omnem peregrinum.* cf. locus simillimus Jer. 19, 13., ibique not. — לֹא יַחְגְּרוּ בַּיָּזַע] *non accingent*
18. *se in sudore* (יֶזַע ab inus. יָזַע sec. Amhar. et Arab. *sudavit*), utpote impuro. Hieronymus: „Quod sequitur juxta Septuaginta *et non accingentur violenter* (καὶ οὐ περιζώσονται βίᾳ), pro quo Aquila et Symmachus transtulerunt *in sudore*, ... significat, non eos violenter, arcte et constricte esse cingendos, ne in ministeriis sacerdotalibus atque leviticis inhabiles fiant, et tenere et caedere victimas, attrahere quoque nequeant atque discurrere.“ Ita et Eichhornius. Verum יֶזַע *violentiam* significare probari
20. nequit. — „Perspicue demonstratur, nec rasis capitibus, sicut sacerdotes cultores Isidis atque Serapis esse debere, nec rursus comam dimittere, quod proprie luxuriosorum est, barbarorumque
24. et militantium.“ Hieron. — וְעַל־רִיב הֵמָּה יַעַמְדוּ לִשְׁפֹּט בְּמִשְׁפָּטַי וּשְׁפָטֻהוּ] Haec verba non recte distincta ab interpretibus sic sunt struenda: *et in controversia illi stabunt ad judicandum*, ad

judicandum, inquam, *secundum leges meas*, *atque ita judicent eum* (populum vs. 23.) vel *eam* (causam, רִיב). Vides jam, praeter necessitatem Masorethas et recentiores interpretes pro
וּשְׁפָטֻהוּ legere יִשְׁפְּטֻהוּ. Iidem illi sine causa pro לִשְׁפֹּט legi
volunt לְמִשְׁפָּט. — וְאֶל־מֵת אָדָם לֹא יָבוֹא לְטָמְאָה] Cf. de flamine 25.
diali Gellius Noctt. Attic. 10, 15: locum, in quo bustum est,
numquam ingreditur, mortuum numquam attingit. — וְהָיְתָה 28.
לָהֶם לְנַחֲלָה אֲנִי נַחֲלָתָם] *eritque eis in possessionem* illud, quod
ego possessio eorum, „quod, dum cultui sacro addicti sunt, ex
iis quae deo offeruntur omnibus non solum ad usus necessarios,
verum etiam ad satietatem abundabunt. Petita haec sunt e Num.
18, 20. Deut. 10, 9. 18, 1. Jos. 13, 14. 33." Ros.

CAP. XLV. De distributione terrae; de mensuris et pon-
deribus; de sacrificiis. — וּבְהַפִּילְכֶם אֶת־הָאָרֶץ בְּנַחֲלָה] Cf. Jos. 1.
13, 6. 23, 4. — חֹק הַשֶּׁמֶן] „pro חֹק בַּת הַשֶּׁמֶן." Ros. Sed 14.
vid. ad Jer. 25, 15. — כֹּל הָעָם הָאָרֶץ] הָעָם ob praecedens כֹּל. 16.
— מַצּוֹת יֵאָכֵל] *panis non fermentatus comedatur.* מַצּוֹת cum 21.
verbo singulari, plane ut Exod. 13, 7., ubi vide not.

CAP. XLVI. De sacrificiis; bonis principis; culinis sacri-
ficis. — מְהֻקְצָעוֹת] vid. E. Gr. min. §. 284. Sed suspectum 22.
videtur totum verbum, punctis superne notatum a Masorethis et
omissum in uno cod. atque in LXX, Vulg. Arab. cf. Böttcher.
Proben p. 281.

CAP. XLVII, 1—12. Fons templi. — וְהִנֵּה מַיִם 1.
יֹצְאִים וגו'] Cf. ad rem Joel. 4, 18. Zach. 14, 8. — שַׁעַר הַחוּץ] 2.
cf. ad 8, 3. — מַיִם בִּרְכָּיִם] Sic quoque dici recte potuit pro 4.
מֵי בִרְכָּיִם, cf. ad Jer. 25, 15. — בְּשׁוּבֵנִי] „*Quumque me con-* 7.
vertissem, vertit Vulgatus, sive, ut alii, *quum redirem*, secundum
Kimchii mentem... Sed hoc alias, ut Jud. 8, 9. 11, 31. dicitur
בְּשׁוּבִי. Quare nostram dictionem propter suffixum objectivum
quum reduceret me vertere praestat; nam verbum שׁוּב et in Kal
transitivam notionem obtinere, apparet ex hac formula Jer. 30, 3:
וְשַׁבְתִּי אֶת־שְׁבוּת עַמִּי *reducam captivos populi mei*, quae redit
ibid. 31, 23. Hos. 6, 11. et saepius." Ros. Sane ־נִי infinitivo
junctum ubique est suffixum objectivum. Aut igitur *quum redu-
ceret me* reddendum (quam transitivam notionem verbum שׁוּב
non solum in locutione שׁוּב שְׁבוּת, verum etiam in aliis obti-
net, ut Num. 10, 36.), aut vates pro sua in rebus grammaticis

audacia aliquid sumsisse sibi putandus est. cf. Ges. Gr. ampl. s. p. 299., min. §. 130. 1. not. — וּבָאוּ הַיָּמָּה אֶל־הַיָּמָּה הַמּוּצָאִים וְנִרְפְּאוּ הַמָּיִם] *et venient, decident in mare* (mortuum); *in mare* (mortuum) venient *eductae illuc* e sanctuario aquae, *atque ita sanabuntur*, vel: *et venient, decident in mare* (mortuum); *in mare ubi eductae fuerint*, deciderint (lege מוּצָאִים omisso ה): *sanabuntur* i. e. salubres reddentur (eundem significatum habet 2 Reg. 2, 21. 22.) *aquae* illius. Hieronymus: „Non solum deserta sanabunt illae aquae, sed intrant mare orientale, mare videlicet mortuum, in quo nihil poterat esse vitale, et mare amarissimum, quod graece λίμνη ἀσφάλτου, id est, *stagnum bituminis*, vocatur.“ Idem ad vs. 9: „Huc usque nihil, quod spiret et possit incedere, prae amaritudine nimia in hoc mari reperiri potest, nec cochleolae quidem parvique vermiculi et anguillae et cetera animantium sive serpentium genera, quorum magis corpuscula possumus nosse quam nomina. Denique si Jordanis auctus imbribus pisces illuc influens rapuerit, statim moriuntur, et pinquibus aquis supernatant.“ Tacitus Hist. 5, 6: „Lacus est sapore corruptior, gravitate odoris accolis pestifer, neque vento impellitur, neque pisces aut suetas aquis volucres patitur.“ Chaldaeus verba אֶל־הַיָּמָּה הַמּוּצָאִים reddit *in mare magnum effunduntur*. Ad quod Rosenmüllerus: „is igitur interpres, ait, hoc alterum יַמָּה de *oceano* s. *mari mediterraneo* accepit, de quo sane id ipsum nomen Num. 34, 5. Jos. 15, 11. 16, 8. 17, 9. 19, 29. usurpatur (cf. Jes. 16, 12. יָם הַגָּדוֹל). Quod sequuti Hebraei, torrentem illum, qui egressus esse dicitur e Sanctuario, in duo brachia divisum existimant, quorum alterum in mare orientale, id est, mortuum, alterum in mare magnum sese effundat. Et ea quidem sententia non solum eo confirmatur, quod versu proximo de hoc torrente usurpatur nomen נַחֲלַיִם in *duali*, verum et parallelo prorsus Zachariae loco 14, 8., ubi aquae vitales Hierosolymis oriundae parte sui dimidia ad *orientale mare* (אֶל־הַיָּם הַקַּדְמוֹנִי) i. e. mortuum, altera sui dimidia ad *mare occidentale* (אֶל־הַיָּם הָאַחֲרוֹן) i. e. mediterraneum manaturae dicuntur.“ Verum si posterius יַמָּה de mari medio intellectum voluisset vates, id indicare debuisset apposita ad prius יָם voce קַדְמוֹנִי, ad posterius voce אַחֲרוֹן, vel alio quocunque modo, quo de duobus inter se oppositis maribus sermonem esse cognosci posset. cf. infra vs. 10: *eruntque pisces* in eo, *sicut*

piscos maris magni. Uti nunc sunt verba, aliter atque supra
fecimus intelligi absque arbitrio non possunt ullo modo. Prae-
terea quod appositum legitur וְנִרְפְּאוּ הַמָּיִם *et sanabuntur aquae*
in solum mare mortuum cadit, neutiquam in mare medium. cf.
supra notata. Denique vid. quae leguntur vs. 9—12. Dualis
נַחֲלַיִם vs. 9. nonnisi propter similitudinem vocis saepius repetitae
מַיִם positus esse videtur. Certe in fine ejusdem versus iterum
scribitur נַחַל in Singulari, atque ita etiam vs. 12. — וְנִרְפְּאוּ] 9.
aquae maris mortui. — מֵעֵין גֶּדִי וְעַד עֵין עֶגְלַיִם] Utrumque in 10.
vicinia maris mortui erat situm. לְמִינָה] Quod ה literae impo-
situm est Raphe, indicat deesse Mappik, ut Exod. 9, 18. al.
דְּגָתָם] aquarum maris mortui. — *Paludes* (בִּצֹּאתָיו pro בִּצֹּותָיו) 11.
ejus et lacunae ejus (maris mortui), *hae non sanabuntur*, non
dulces fient; *sali dabuntur*, destinatae sint. „Verno tempore,
resolutis nivibus vehementior majorque solito Jordanes plus aquae
ad mare mortuum defert, unde jam litus egressum, latiusque
stagnans vicinis vallibus innatat. A quibus recedens aestate non
tenui solum strato salis vestitas valles relinquit, sed et libera-
liore dono accolas afficit. Hi enim fossas in litore excavant, in
quibus residua aqua sole aestivo coquitur, magnos salis thesauros
relictura, quo Palaestina in cibis condendis utitur. Sunt hae
salis fossae Zeph. 2, 9. commemoratae." J. D. Michaelis. — Hunc 12.
locum imitatus est Jo. Apoc. 22, 2. ubi: *ἐν μέσῳ τῆς πλατείας
αὐτῆς* (urbis Hieros.) *καὶ τοῦ ποταμοῦ* (e solio dei promanantis)
*ἐντεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν ξύλον ζωῆς, ποιοῦν καρποὺς δώδεκα,
κατὰ μῆνα ἕκαστον ἀποδιδοῦν τὸν καρπὸν αὐτοῦ* (cf. et Odyss.
7, 114. 117. sqq.), *καὶ τὰ φύλλα τοῦ ξύλου εἰς θεραπείαν τῶν
ἐθνῶν.* Pro וְהָיוּ K'ri vult וְהָיָה praeter necessitatem, quum
פִּרְיוֹ collective sit accipiendum. תְּרוּפָה (Vulg. *medicina*, LXX
ὑγίεια) pro תְּרֻפָה, cf. E. Gr. crit. p. 261.

CAP. XLVII, 13—23. XLVIII, 1—35. Limites terrae
Israeliticae et divisio. — גֵּה גְבוּל] lege זֶה גְּבוּל expressum 13.
a LXX: *ταῦτα τὰ ὅρια*, Chald. Vulg. *hic est terminus*, nec
non in pluribus codd. hebr. Eundem vel scriptoris vel librarii
errorem vidimus supra 26, 7. יוֹסֵף חֲבָלִים] *Josepho portiones
duas* (vide, sitne legendum חֲבָלִים). „Postquam diserte dixisset,
esse terram inter *duodecim* tribus dividendam, occurrit cogitationi
tacitae illorum, qui, quum norint, nullam habere in nova terrae

distributione tribum Levi, legerent, nihilominus, quasi sua cuique adscribenda sit sors, *duodecim* discriminandas esse portiones. . . Q. d. licet Levi in terrae partitione sortem nullam sit habiturus, erunt tamen constituendae *duodecim*, quia Joseph duarum sortium spatia, ut olim, obtinebit." Ros. Mihi suspicio orta est, haec duo verba, quae nunc tanquam in parenthesi interposita sunt, primum ab aliena manu in margine inscripta fuisse propter causam supra allatam, et postea demum in verba scriptoris immigrasse. Multum enim juvabis nexum illis omittendis, quum verbis primis versus 14: וּנְחַלְתֶּם אוֹתָהּ אִישׁ כְּאָחִיו (in quibus Devettius nonnulla ad suum arbitrium supplevit) *aequalis* totius
17. terrae inter duodecim tribus distributio indicetur. — וְאֵת פְּאַת צָפוֹן] Vid. notata ad 43, 7.

Cap. 48. „In aquilonari parte constituit *septem* tribus hoc ordine: Dan, Aser, Naphtali, Manasse, Ephraim, Ruben, Juda vs. 1 — 7., ad meridiem *quinque:* Benjamin, Simeon, Issaschar, Sebulon, Gad vs. 23 — 27. In harum vero medio sors est sacerdotum, Levitarum et principis, nec non illorum, qui civitati serviunt, in cujus medio civitas est et templum vs. 8 — 22."
11. Ros. — לַכֹּהֲנִים הַמְקֻדָּשׁ מִבְּנֵי צָדוֹק] *sacerdotibus* esto, *consecrato cuique de filiis Zadok.* Paulo liberius LXX, Chald. Syr. τοῖς ἱερεῦσι, τοῖς ἡγιασμένοις υἱοῖς Σαδδούκ, neque enim puto, eos הַמְקֻדָּשִׁים legisse. Ceterum cf. 2 Chron. 26, 18:
14. לַכֹּהֲנִים בְּנֵי אַהֲרֹן הַמְקֻדָּשִׁים. — וְלֹא יִמְכְּרוּ מִמֶּנּוּ וְלֹא יָמֵר וְלֹא יַעֲבוֹר רֵאשִׁית הָאָרֶץ] *Non vendent de eo* aliquid, *nec permutabit* quisquam; *neque transibunt*, transferentur ad alios *primitiae terrae.* K'ri pro יַעֲבוֹר vult יַעֲבִיר: *nec transferet*
16. quisquam *primitias terrae.* — וּפְאַת נֶגֶב חֲמֵשׁ חמש מֵאוֹת] Rosenmüllerus: „Quae post חֲמֵשׁ positae sunt nudae literae, חמש, indicant, olim hisce literis expressum vocabulum cum punctis vocalibus congruis in codicibus aliis exstitisse, in aliis vero non comparuisse. Et hodienum codices plures exstare, in quibus secundum חֲמֵשׁ, quod nota margini apposita legi vetat, plane non compareat, docent Kennicotti et De-Rossii ad h. l. notata. Et sane secundum illud חֲמֵשׁ minime esse necessarium, cognoscitur ex eadem formula, quae praecedit, et duabus, quae in hoc ipso versu sequuntur. Neque tamen, uti pluribus visum, alterum חֲמֵשׁ pro mendo est habendum. Sunt enim haec verba

cum duplici חֲמֵשׁ cum Hillero *de Arcano Keri et Chethibh* p. 146. ita exponenda: „„*Latus austri centenum quinum et millenum quaternum.* Sic שִׁבְעָה שִׁבְעָה Gen. 7, 2. est *septeni*, et ibidem שְׁנַיִם *duo* respondet vocibus iteratis שְׁנַיִם שְׁנַיִם *bini* vs. 15.““ Verum quid hic sibi volunt numeralia distributiva, ubi de quatuor urbis plagis seorsum exponit vates? Potuisset atque adeo debuisset bis ponere חמש (et ארבעת), si pro eo, quod scripsit וּמִפְּאַת קָדִים, וּפְאַת נֶגֶב, פְּאַת צָפוֹן cet. duobus verbis scripsisset מֵאַרְבַּע רוחות vel simile quid. Ex loco Gen. 7, 2. coll. cum vs. 15. id tantum cognoscitur, poni quandoque cardinalia pro distributivis, minime vero, distributiva pro cardinalibus. Erit igitur alterum חמש pro lapsu librarii habendum.

DANIEL.

Quum scriptor in narratione eorum, quae eo, in quo ipse se constituit, tempore acciderunt, iterum iterumque graviter erret (1, 1. 2, 1. 3, 2. 6, 1. 2. 18. 8, 2. 9, 1. 11, 3. al.), contra quae pluribus post seculis eventura essent accurate praedicat (longe aliter atque antiquiores vates, qui futura obscurius et generalius significabant), in his tempora praeterlapsa inde ab interitu imperii Persici usque ad mortem Antiochi Epiphanis tam aperte et sigillatim describat, ut rerum gestarum narrationem te legere credas; temporum post illa futurorum vero iterum vagas atque inanes descriptiones offerat: librum hunc non a Daniele sed a quodam, qui aetate Antiochi Epiphanis vixerit, editum esse, tam evidenter apparet, ut is caecutire velle videatur, qui contrariam sequatur sententiam. Vidit id jam tertio post Chr. nat. seculo Porphyrius, „nolens eum (Danielis librum) ab ipso, cujus inscriptus est nomine, esse compositum, sed a quodam, qui temporibus Antiochi Epiphanis fuerit in Judaea; et non tam Danielem ventura dixisse, quam illum narrasse praeterita. Denique quicquid usque ad Antiochum dixerit veram historiam continere, si quid autem ultra opinatus sit, quia futura nescierit, esse mentitum.“ Hieron. prooem. Comment. in Danielem. Alia haud levia argumenta, sumta ex narrationibus rerum non modo mirabilium sed prodigiis similium aliarumque ad fidem difficilium (cap. 2—6.), ex opinionibus de Messia (7, 13.) et angelis (9, 21. 10, 13. 21.) al., ex laudibus quibus identidem ornatur Daniel (1, 19. 20. 5, 11. 12. al.), ex indole sermonis ac styli, ex eo quod Jesus Siracides cap. 49. Danielem silentio transit, quodque hic liber inter ἁγιόγραφα, non inter libros propheticos est receptus, haec, inquam, plena et perfecta cupienti dabit Vir Celeberrimus *Caesar von Lengerke* in Commentario inscripto: *Das Buch Daniel, verdeutscht und ausgelegt* (Königsb. 1835.) p. LII. sqq., qui idem

aliorum contrarias sententias confutavit. Cur Danielis personam susceperit scriptor, ratio patet e consilio, quod in scribendo sibi propositum habuit. Neque enim quae premisit in hoc libro de venturo post superata discrimina seculo aureo, ad erigendos et confirmandos oppressos popularium animos multum valuissent, si, quo tempore divina vaticinandi virtus dudum cessaverat, suo illa nomine protulisset. Ceterum quod librum partim hebraico, partim chaldaico sermone conscripsit, id Rosenmüllero videtur nulla alia de causa fecisse, „quam ut lectoribus persuaderet, compositum esse librum a vetere illo propheta, cui utriusque linguae usum neque facilem esse oportuit, hebraicae quidem, quum ipsius vernacula esset, chaldaicae vero, quod in aula Babylonica ea imbutus, inde a juventute illi adsuetus fuisset." Quod equidem neque probo neque improbo.

CAP. I. Daniel Babylonem abductus ibique educatus. —
בִּשְׁנַת שָׁלוֹשׁ] Quod falsum. cf. Jer. 25, 1. al. — וּמִקְצָת כְּלֵי בֵית 1. 2.
הָאֱלֹהִים] *et partem vasorum domus dei*, ut recte Vulg. reddidit,
proprie: *et partem de summa vasorum dom. dei*. Falluntur
enim, qui מ vocis מִקְצָת pro litera formativa habent. Compo-
situm est מִקְצָת ex קְצָת (nom. formae מְנָת, כְּנָת, E. Gr. min.
§. 386.) et מִן partitivo, ejecto Dag. Sic etiam Neh. 7, 70:
מִקְצָת רָאשֵׁי הָאָבוֹת pars *de summa s. numero phylarcharum*.
Cf. divisim scriptum מִן־קְצָת (chald.) pars *de summa* infra 2, 42.,
et quod in hoc ipso quod prae manibus est capite primo ter
legitur manifesto ex קְצָת et מִן praepositione conflatum מִקְצָת
a fine (temporis) vs. 5. 15. 18. Est igitur מִקְצָת hujus loci et
Neh. 7, 70. == מִקְצֵה Gen. 47, 2.; et quod infra vs. 5. 15. 18.
legitur מִקְצָת == מִקְצֵה Jos. 3, 2. וַיְבִיאֵם] Jojakimum et vasa?
At Jojakimum quoque delatum in templum dei non est probabile.
Itaque sola vasa intelligunt, quorum proxime antea mentio est
facta. Verum ad sola vasa quo minus suffixum referas, obstare
videtur quod sequitur וְאֶת־הַכֵּלִים *vasa autem*. Certe valde
rudis et inconditus est hic dicendi modus: *et detulit ea* (vasa)
in terram Sinear .., *vasa autem detulit in* etc. בֵּית־אֱלֹהָיו]
Intelligendum videtur templum Beli, summi Babyloniorum numi-
nis, de quo vid. ad Jes. 46, 1. — רַב סָרִיסָיו] Similiter etiam- 3. 4.
num in Turcia *princeps eunuchorum*, *Kislar Aga* (قزلر اغا) i. e.
puellarum dominus dictus, pueris regiis Sultani praeest. מִבְּנֵי
יִשְׂרָאֵל] i. e. gen. ex Hebraeis, cf. vs. 6., iisque Babylonem jam

ante abductis, non tunc demum abducendis, uti vult Rosenmül-
lerus. יְלָדִים] quatuordecim circiter annorum; cf. vs. 5. ex. cum
Xen. Cyrop. 1, 2. אֲשֶׁר אֵין בָּהֶם כָּל־מאום וגו'] cf. Curt. 17,
5. 29: hominibus barbaris in corporum majestate veneratio,
magnorumque operum non alios capaces putant, quam quos
eximia specie donare natura dignata est. De מאום vid. E. Gr.
crit. p. 121. וּמַשְׂכִּלִים וגו'] De ingenii facultatibus intelligenda
haec esse, cognoscitur e vs. 5. וּלְלַמְּדָם] pendet, ut לְהָבִיא vs. 3.
ex וַיֹּאמֶר ibidem. סֵפֶר וּלְשׁוֹן כַּשְׂדִּים] *scripturam*, literas *et*
linguam Chaldaeorum. „Recte Vulg. Syr. et Ar. סֵפֶר *literas*
interpretati sunt; modo ne scribendi elementa tantum, verum et
disciplinas humaniores et liberales, et quidquid est philosophiae
chaldaicae sub hoc nomine comprehendas, coll. vs. 17., ubi cum
סֵפֶר jungitur חָכְמָה tanquam similis significationis.“ Ros. Con-
sentit Lengerke. Ac mihi quoque, ut sequar, inclinat animus,
maxime ob id, quod vs 17. סֵפֶר praepositum habet כָּל. Ibi
Theodot. ἐν πάσῃ γραμματικῇ, ad quod Polychron. γραμματικὴν
δὲ λέγει τὴν ἐν γράμμασι σοφίαν. Sed nihil definio. *Lingua*
Chaldaeorum quae hic dicitur, non videtur eadem esse, quae
infra 2, 4. et 2 Reg. 18, 26. Jes. 36, 11. Esr. 4, 7. *aramaica*
vocatur, sed (cum Lengerk.) intelligenda videtur *Chaldaeorum* i. e.
Nomadum illorum, qui proprie dicti sunt Chaldaei (cf. ad Jes.
23, 13.) *lingua germana*, de qua vid. Ges. *Gesch. d. hebr. Spr.*
p. 62. sqq. nec non Win. *Gramm. chald* p. 1. sqq. Dixi: vide-
tur, quoniam et contraria (Rosenmülleri) sententia defendi potest.
Nam quum Hebraei illius temporis linguam aramaicam (chaldai-
cam vulgo dicunt, rectius babylonicam dicturi) non intelligerent,
nisi studio perceptam (cf. 2 Reg. 18, 26. Jes. 36, 11.), Danieli
sociisque, quo tempore ministeriis aulicis destinati sunt, illius
linguae usus vix potuit facilis esse, ut qui ex pueris nondum
excessissent. Debebant autem, qui ministeria aulica obibant,
eam linguam omnino intelligere, quia illa ipsa lingua (non
chaldaica proprie dicta, ut existimat Winerus l. l. p. 3.) in aula
5. Babylonica vigebat, cf. infra 2, 4. — מִפַּתְבַּג הַמֶּלֶךְ] *de cupediis*
regis. פַּתְבַּג prob. pers. پات باو *patris* i. e. regis *cibus* (cf.
not. ad Ezech. 25, 7.) i. e. *cupediae.* cf. simillimum מַעֲדַנֵּי מֶלֶךְ
Gen. 49, 20. מִשְׁתָּיו] nomen sing. Sic et infra vs. 8., מִשְׁתֵּיכֶם
vs. 10, מִשְׁתֵּיהֶם vs. 16., מַרְאֵינוּ vs. 13., מַרְאֵיהֶם vs. 15. Cf. nexus
et parallelismus coll. not. ad Gen. 41, 21. וּמִקְצָתָם] vid. not. ad

vs. 2. — מִבְּנֵי יְהוּדָה] *e filiis Judae*, nobilissimae, quippe regiae, 6.
tribus; cf. vs. 3. — Constat, Orientales peregrinorum hominum 7.
nomina immutare; cf. Gen. 41, 45. 2 Reg. 24, 17. al. Qui vi-
deantur esse significatus nominum בֵּלְטְשַׁאצַּר rel. vid. in Ges. Lex.
— אֲשֶׁר לֹא יִתְגָּאַל בְּפַתְבַּג הַמֶּלֶךְ] Illicitae Judaeis carnes anima- 8.
lium immundorum Lev. 11, 4. seqq. 20, 25., ipsorumque mundo-
rum adipes et sanguis, ibid. 3, 17. וּבְיֵין מִשְׁתָּיו] et ipso illicito,
quippe de quo diis libari solebat. Ceterum cf. not. ad vs. 12.
— אֲשֶׁר לָמָּה יִרְאֶה וגו'] *nam* (cf. Deut. 3, 24.) *quare videat*, 10.
quare committere vultis, ut videat? vel. Gesenius, Lengerke et
alii: *(timeo enim dominum meum, regem,) ne forte videat*, exi-
stimantes, אֲשֶׁר לָמָּה ad amussim respondere formulae syr. ܕܠܡܐ
chald. דִּי לְמָא *ut ne*, coll. Syr. Ar. LXX, Theodot. μή ποτε.
Sed hebraicum מָה, quanquam in nonnullis exemplis ad *negandi*
potestatem prope accedit, eam tamen nondum adoptavit, ut apud
Syros, Chald. Ar. ܡܐ, מָא, مَا. Itaque et in לָמָּה adquiescendum
videtur vulgari potestate, quae etiam reliquis convenit locis
Neh. 6, 3. Eccl. 5, 5. 7, 16. 17. Cant. 1, 7. (שַׁלָּמָה *quare enim*).
Veteres sensum potius quam significationem expresserunt, ut si
locis Job. 16, 6. 31, 1. Prov. 20, 24. Cant. 8, 4. pro מָה posue-
runt *non*. וְחִיַּבְתֶּם] *atque ita reum faciatis*, E. Gr. min. §. 612.
Quod ad formam cf. G. Gr. min. §. 71. 7. — וְיִתְּנוּ לָנוּ מִן 12.
הַזֵּרֹעִים וגו'] En nimiam et superstitiosam patriae legis obser-
vantiam, Maccabaicis temporibus propriam. Olera et aquam petit,
quum a curatore benevolo (9. 10.), ut pro carnibus regiis regio-
que vino aliae carnes aliudque vinum darentur, facile obtinere
potuisset. Eandem superstitionem vid. 2 Macc. 5, 27: Ἰούδας δὲ
ὁ Μακκαβαῖος ... ἀναχωρήσας εἰς τὴν ἔρημον θηρίων τρόπον
ἐν τοῖς ὄρεσι διέζη σὺν τοῖς μετ' αὐτοῦ, καὶ τὴν χορτώδη τρο-
φὴν σιτούμενοι διετέλουν, πρὸς τὸ μὴ μετασχεῖν τοῦ
μολυσμοῦ. — וְיֵרָאוּ מַרְאֵינוּ וגו'] Qui מִשְׁתָּיו vs. 5. 8. rel. 13.
male pro nomine plur. habuit Rosenmüllerus (vid. ad vs. 5.),
idem bene ad h. l. „מַרְאֵינוּ non esse nomen plurale, sed sin-
gulare, patet inde, ait, quod mox vs. 15. מַרְאֵיהֶם et cum verbo
singulari נִרְאָה, et cum adjectivo singulari טוֹב construitur.
Quod nomini מַרְאֵינוּ verbum plurale יֵרָאוּ praemittitur, causa
est, quod hoc verbum ad utrumque, מַרְאֵינוּ et מַרְאֵה הַיְלָדִים,
quod sequitur, pertinet.“ וְכַאֲשֶׁר תִּרְאֵה] *et prout videris*, visum

tibi fuerit. תִּרְאֵה pro תִּרְאֶה, more aramaico, sic Gesenius.
Sed vide, an non sive consilio sive lapsu sic scriptum sit
15. propter sequens עֲשֵׂה. cf. not. ad Jer. 17, 17. — וּמִקְצָת] vid.
not. ad vs. 2. נִרְאָה מַרְאֵיהֶם טוֹב] vid. ad vs. 13. וּבְרִיאֵי
בָּשָׂר] Bene vetus quidam Graecus: καὶ αὐτοὶ (quod latet in
16. suff. praegresso) ἰσχυροὶ ταῖς σαρξίν. — וַיְהִי נֹשֵׂא וגו'] Particip.
cum הָיָה conjunctum rei continuationem exprimit; cf. ad Deut.
17. 18. 9, 7. — וּבְכָל־סֵפֶר] vid. ad vs. 4. — וּלְמִקְצָת] vid. ad vs. 2.
לַהֲבִיאָם] non tantum Danielem sociosque, verum et ceteros ado-
19. lescentes, vs. 3. seqq. — וַיְדַבֵּר אִתָּם הַמֶּלֶךְ] explorans eorum
20. profectus, vs. 20. — חָכְמַת בִּינָה] *sapientiae prudentis*, consi-
deratae, circumspectae. הַחַרְטֻמִּים הָאַשָּׁפִים] omissa copula, ut
21. 5, 15. al. E. Gr. crit. p. 654. — וַיְהִי וגו'] Non sine vi; alii:
et vixit, alii: *at superstes fuit* (וַיְהִי עַד), iterum alii: *et
mansit* („*und Daniel dauerte*," Lengerke); quasi הָיָה hic non
possit non habere notionem absolutam. Est illud purum pu-
tum verbum substantivum; deest autem (quod ipsum interpre-
tibus fraudi fuit) praedicatum, quippe e verbis praegressis cogi-
tatione supplendum, ut hic prodeat sensus: *fuitque Daniel* is
s. talis (*und Daniel war's*) i. e. regum minister ac vates cele-
bratissimus (vs. 17. seqq.) *usque ad annum primum Cyri regis*
i. e. per totum exsilii tempus, 2 Chron. 36, 22. Esr. 1, 1. 6, 3.

1. CAP. II. Somnium Nebucadnezaris. — וּבִשְׁנַת שְׁתַּיִם
לְמַלְכוּת נְבֻכַדְנֶצַּר] Quod pugnat cum 1, 5. 18. Quam discrepan-
tiam ut solvat Rosenmüllerus „Nebucadnezarem dicit anno 2. regni
sui somnia, quae ejus animum angerent, vidisse, usque ad ex-
actum annum tertium, quo demum tempore adolescentes Hebraei
ad ministerium regium adducendi fuissent. Quum igitur tunc
Daniel inter regios ministros nondum receptus fuisset, regem
e Chaldaeorum sapientibus somnii sui interpretationem quaesi-
visse." Frustra. Nam ex 2, 13. coll. cum 1, 5. 18. 19. clarissime
intelligitur, quae cap. 2. narrantur accidisse putanda esse, quo
tempore adolescentes in ordinem magorum recepti fuerant i. e.
exacto triennio illis educandis a rege constituto. חָלַם נְבֻכַדְנֶצַּר
חֲלֹמוֹת] Vid. not. ad Jud. 12, 7. coll. singulari חֲלוֹם vs. 3.
וַתִּתְפָּעֶם] *et concutiebat, cruciabat sese.* Eandem vim reflexivam
habet etiam Niph. vs. 3. et Gen. 41, 8. Ps. 77, 5. וּשְׁנָתוֹ נִהְיְתָה
עָלָיו] *et somnus ejus defecit apud eum*, cf. נִהְיָה *factus est*,

h. l. adjuncta notione rei absolutae et praeteritae (cf. illud *fuimus Troes* i. e. Troes esse desiimus, et *vixit* i. e. mortuus est): *confectus est*, *defecit*, *desiit*, ut infra 8, 27: נִהְיֵיתִי וְנֶחֱלֵיתִי *defeci et aegrotavi.* עַל hic ut saepius est *ad*, *apud*. Cf. simillima locutio chaldaica שִׁנְתֵּהּ נַדַּת עֲלוֹהִי *somnus ejus fugit apud eum*, ei, infra 6, 19. Sensum expresserunt LXX: ἐγένετο ἀπ' αὐτοῦ, Vulg. *fugit ab eo.* — וְלַכַּשְׂדִּים] Quod non fuit 2.
nomen magorum in universum, sed certi cujusdam ordinis magorum, *sacerdotum*. Hesych. χαλδαῖοι γένος μάγων. Diod. Sic. 2, 24: τῶν ἱερέων, οὓς βαβυλώνιοι καλοῦσι χαλδαίους. Herodot. 1, 181: οἱ χαλδαῖοι, ἐόντες ἱερέες τούτου τοῦ θεοῦ, (Beli), cf. c. 183. — אֲרָמִית] Vid. not. ad 1, 4. מַלְכָּא לְעָלְמִין חֱיִי] Cf. 4.
similes salutationes: βασιλεῦ Ἀρταξέρξη, δι' αἰῶνος βασιλεύοις Aelian. Var. Hist. 1, 32., *Tu quidem rex perpetua felicitate floreas* Curt. 6, 5. אֱמַר חֶלְמָא] Οὐδέπω συνῆκαν σαφῶς τί ποτε ἐπυνθάνετο αὐτῶν ὁ βασιλεύς· ἀλλ' ᾤοντο διάκρισιν ποιεῖσθαι φανεροῦ ὄντος τοῦ ὀφθέντος. Eudox. לְעַבְדָיךְ] K'ri לְעַבְדָךְ, ut infra vs. 26. 4, 16. 22. 24. 29. 5, 10. 14. 23., et in C'tib 5, 10. cf. Win. Gr. chald. §. 8. p. 25. — עָנֵת מַלְכָּא וְאָמַר] vs. 8. 15. 5.
20. 26. 27. al. Win. l. l. §. 47. 3. לְכַשְׂדָּיֵא] כַּשְׂדָּיֵא stat. emph. pl. formae syriacae pro כַּשְׂדָּאֵי, ut habet K'ri. cf. Win. §. 32. 3. p. 70. §. 34. VII. p. 79. Böttch. *Proben* p. 49. Eandem formam habes vs. 10. 5, 7. et ibi quidem cum eadem scripturae diversitate, nec non 3, 2. 8. 7, 24. מִלְּתָה מִנִּי אַזְדָּא] *verbum a me processit* i. e. decretum a me est (cf. Jes. 45, 23.) sc. morte vos mulctandos esse, nisi somnium ejusque interpretationem dixeritis, ut statim sequitur. אֲזַד i. q. אֲזַל 6, 19. cf. E. Gr. min. §. 110. 4. Est autem אַזְדָּא particip. fem. a masc. אֲזַד formae קְטִיל = קָטַל Win. §. 12. 1. תְּהוֹדְעוּנַּנִי] Win. §. 20. 2. הַדָּמִין תִּתְעַבְדוּן] *frusta fietis*, frustulatim conscindemini. עֲבַד הַדָּמִין (μέλη ποιεῖν 2 Macc. 1, 16.) = הַדָּם, חֲדָם, μέλος. וּבָתֵּיכוֹן נְוָלִי יִתְּשָׂמוּן] *et domus vestrae lutum fient*, diruentur, solo aequabuntur. נְוָלִי per apoc. pro נְוָלִית Win. §. 6. c. 5. p. 19. sq. = נְוָלוּ pro נְוָלוּם Esr. 6, 11. a rad. נְוַל, Pa. i. q. hebr. נִבֵּל, Pi. *foedavit.* — מַתְּנָן וּנְבִזְבָּה וִיקָר 6.
שַׂגִּיא] *dona*, *munera et honorem magnum.* נְבִזְבָּה, plur. נְבִזְבְּיָן 5, 17., *munus* (cf. Targ. Jonath. Jer. 40, 5. Deut. 33, 24.), proprie videtur significare *aliquid quod large profusum fluit*, hinc *munus large manu datum*, conflatum quippe ex נבא = נבע *scaturivit* et alio *fluendi* s. *fundendi* verbo זבת, cf. זוב, סְבָא,

שְׁפַךְ; سَفَحَ *effudit*, a quo est سَفَّاحٌ *effusor et multa dona dans*; apud nostrates *schenken*, infundere et donare, unde *Geschenk* donum. Quae hucusque a viris doctis facta sunt interpretandi pericula vid. in Gesenii Lex. לָהֵן] hic et vs. 9. 4, 24. *propterea*,
8. plane ut hebr. לָכֵן. — דִּי עִדָּנָא אַנְתּוּן זָבְנִין] *quod tempus*
emturi, lucraturi *estis* i. e. „dilationem quaeritis, usque dum tempus unum post aliud transeat; moras nectitis, quod speratis, mihi per negotiorum turbas somnii mei oblivionem interventuram esse, ut vos ita liberi evadatis.“ Ros. cf. vs. 9. Alio sensu eadem locutio sumitur Eph. 5, 16. Col. 4, 5. et Cic. Verr. 1, 3., ubi *tempus emere* significat oportunitate temporis uti. דִּי אַזְדָּא
9. מִנִּי מִלְּתָא] vid. not. ad vs. 5. — דִּי הֵן] *Quodsi*. חֲדָה הִיא
דָתְכוֹן] *hoc unum*, solum *est consilium vestrum*, sc. ut fucum mihi faciatis, quod verbis proximis exprimitur. Repetit rex atque confirmat, quod supra vs. 8. initio dixerat, se certo scire, magos dilationem quaerere. דָּת persicae, ut videtur, originis, propr. *quod positum*, *statutum est*, hinc *sententia animo concepta*, *consilium* h. l., *edictum regium* vs. 13. 15., *lex civilis* 6, 9. 13. 16. (etiam 3, 2. 3.), *lex divina* 6, 6. 7, 25. (cf. Bötteh. *Proben* p. 2.), syr. ܨܶܒܝܳܢܳܐ et ܨܶܒܝܳܢ *voluntas*, *placitum*. Qui in Lex. man. verba חֲדָה הִיא דָתְכוֹן sic ut supra nos fecimus interpretatus erat Gesenius, in edit. germ. quarta Vulgatum est secutus, qui: *una est sententia de vobis* (suffixo passive accepto, Win. §. 40, 3.) i. e. idem de vobis omnibus judicium fero h. e. mortis; cf. vs. 8. verba postrema. Sed quae proxime sequuntur וּמִלָּה וגו׳ priorem sententiam tueri videntur. וּמִלָּה כִדְבָה וּשְׁחִיתָה הִזְדְּמִנְתּוּן לְמֵאמַר קָדָמַי] *atque verbum mendax et corruptum*, verba mendacia et dolosa *constituistis*, propositum est vobis, *dicere coram me*. Lengerke ו prius *tam*, posterius *quam* reddit (ut 1, 2. 8, 13.), quod huic loco minus congruum. הַזְמִנְתּוּן s. הִזְמִנְתּוּן (cf. 5, 29. 6, 7. 12. 16.) *constituistis*, Aphel = Pael. K'ri: הִזְדְּמִנְתּוּן (pro הִתְזַמִּנְתּוּן) *constituistis inter vos*, Ithpaal, quod nonnulli praeferendum ducunt, quia Aphel alibi non reperiatur. Sed cf. Gen. 24, 7. in Jon., 1 Sam. 16, 3. עַד דִּי עִדָּנָא יִשְׁתַּנֵּא] „i. e. ut recte Theodotion reddidit, ἕως οὗ ὁ καιρὸς παρέλθῃ, *donec tempus transeat*, aliudque succedat, quo, sedato impetu, inquisitionem somnii vel plane abjiciam, aliis intentus rebus, vel tanto saltem rigore non amplius urgeam.“ Ros. cf. vs. 8. לָהֵן]

vid. Win. p. 49. 60. [עַל־יַבֶּשְׁתָּא] Win. §. 44. 3. B) p. 96. — [כַּשְׂדָּיֵא] 10.
K'ri: כַּשְׂדָּאֵי, vid. ad vs. 5. [לְהַחֲוָיָה] Win. p. 58. 4. [כָּל־קֳבֵל
דִּי] Gesen., Win., Ros., Lengerke, verbis omnes h. l. reddi volunt *quam ob caussam*, quum alias significet *quia*, *quandoquidem*, ut supra vs. 8. (rarius *quemadmodum*, vid. ad vs. 40.), qui significatus aptus est hic quoque. Nemo est, ajunt, in terris, qui rem quam rex postulat possit indicare, *quandoquidem nullus rex* (quantumvis) *magnus et potens tale quid ab ullo mago, incantatore aut Chaldaeo quaesivit unquam* i. e. alioquin (si talia ab hominibus praestari possent) et alii principes magni et potentes pro absoluto suo imperio similia a magis suis quaesivissent. — [לָהֵן אֱלָהִין דִּי מְדָרְהוֹן עִם־בִּשְׂרָא לָא אִיתוֹהִי] *nisi* 11.
dii, quorum habitatio cum carne i. e. cum filiis carnis, hominibus, ut Syr. et Vulg. reddunt, *non est* i. e. nisi dii infirmitati humanae non obnoxii. [כָּל־קֳבֵל דְּנָה] iterum vs. 24. *hanc* 12.
ob caussam. — [וְדָתָא נֶפְקַת] *et edictum* (vid. not. ad vs. 9.) 13.
prodiit, promulgatum est. cf. ἐξῆλθε δόγμα Luc. 2, 1. נֶפְקַת forma syriaca pro נִפְקַת. [וְחַכִּימַיָּא מִתְקַטְּלִין] Lengerke cum aliis: *et sapientes interfecti sunt*, i. e. coepti sunt interfici, coll. vs. 14. 18. Sed ne coepti quidem videntur, cf. vs. 24. Itaque vide an non, coll. Win. §. 47. 3., hunc sensum ferant verba illa: *sapientes ut interficerentur*. Cui quod praemissum est, nequaquam obstat. Id enim saepissime pro *nempe*, *videlicet* ponitur, ut 4, 24. cf. apud nostrates: *u. das Edict ging aus, und die Weisen sollten getödtet werden*. [לְהִתְקְטָלָה] Jubet Lengerke cogitando suppleri accusativum suffixi. Quod scribens ea̧u videtur infinitivum activum לְמִקְטַל vel לְקַטָּלָה vs. 14. ante oculos habuisse. Nam in passivo infinit. suffixum vix poterit desiderari. Ceterum „quum Nebucadnezar Danielem et socios sapientibus suis decuplo majores invenisse dicatur 1, 20., mirum videri debet, cur in hoc atque negotio eos inprimis, vel saltem una cum ceteris non interrogaverit." Ros. Scilicet alienum hoc a consilio suo putavit scriptor, cf. vs. 18. seqq. — [הֲתִיב עֵטָא וּטְעֵם 14.
לְאַרְיוֹךְ] *respondit Ariocho prudentiam et rationem* i. e. usu prudentiae et rationis i. e. prudenter et intelligenter. cf. הֲתִיבוּנָא פִתְגָמָא Esr. 5, 11. — [רַב טַבָּחַיָּא] *praefecto carnificum*, i. e. satellitum, (quorum est poenas capitales exsequi), apud Turcas dicto *Kapidschi Pascha*. — [עַל־מָה דָתָא מְהַחְצְפָה] *quare* 15.
edictum illud tam severe, quare? חֲצַף propr. significat *acer fuit*

(cf. hebr. קָצַב cecidit), in qua significatione hoc loco et infra
3, 22. adquiescendum est. הַחְצְפָה, Aphel, est quasi aciem facere,
adhibere (cf. de hebr. Hiph. G. Gr. min. §. 52. 2. p. 104. sq.),
hinc idem quod Peal חֲצַף acer fuit. Quod ad formam מְהַחְצְפָה
(pro qua infra 3, 22. legitur מַחְצְפָה) cf. מְהַקְרְבִין Esr. 6, 10.
16-18. coll. Win. p. 36. 5. — וְדָנִיֵּאל עַל] Et Daniel ingressus est (ob
עֲלַל, ut vs. 24.) ad regem. יִנְתֶּן־לֵהּ] יִנְתֶּן ob sequens Makkeph,
ut in simili casu 4, 14. 22. 29. Ceterum cf. Win. p. 44. not.
וּפִשְׁרָא לְהַחֲוָיָה לְמַלְכָּא] Lengerke: et quidem interpretationem
ut indicaret regi. Ita et vs. 18: וְרַחֲמִין לְמִבְעֵא et quidem
misericordiam ut implorarent. Similiter Ros. Sed illud et qui-
dem utroque loco duri aliquid et quaesiti habere videtur. Verba
simpliciter sic capienda sunt: Daniel ingressus imploravit a rege,
ut tempus daret sibi, et interpretationem ut tum indicaret regi
(, permitteret); et infra vs. 17. 18: Daniel . . . sociis suis rem
significavit, atque misericordiam ut implorarent (, significavit).
Pendet enim לְהַחֲוָיָה pariter atque זְמָן e יִנְתֶּן, item vs. 17. 18.
לְמִבְעֵא aeque ut מִלְּתָא ex הוֹדַע. Locis hisce chaldaicis ad
amussim respondet qui 1, 5. aderat hebraicus וַיְמַן לָהֶם הַמֶּלֶךְ
דְּבַר יוֹם בְּיוֹמוֹ . . . וּלְגַדְּלָם, nam hic quoque וַיְמַן cum duplici
objecto, altero nominis, infinitivi altero construitur: et assigna-
vit iis rex victum quotidianum . . . et ut educarentur (, jussit).
Ceterum observa utroque hoc Danielis loco accusativum verbo
regenti praepositum; sic enim amat Chaldaismus biblicus. cf.
infra 3, 16. 4, 15: חַכִּימֵי מַלְכוּתִי לָא־יָכְלִין פִּשְׁרָא לְהוֹדָעֻתַנִי
al. אֲזַל] ut חֲסַף vs. 42. al. Win. p. 21. עַל רָזָא דְנָה] μυστή-
ριον ἐκάλεσε τοῦ ἐνυπνίου τὴν γνῶσιν διὰ τὸ ἐν ἀποῤῥήτῳ
19. 20. κεῖσθαι. Polychron. — בָּרִךְ] pro בָּרֵךְ Win. p. 34. — לֶהֱוֵא
שְׁמֵהּ דִּי אֱלָהָא מְבָרַךְ] sit nomen ejus, dei, laudatum. In Chal-
daismo biblico ubique pro יֶהֱוֵא dicitur לֶהֱוֵא, pro יֶהֶוֹן לֶהֱוֹן,
pro תֶּהֱוְיָן לֶהֱוְיָן. Quod nuper pluribus ostendit Beer in libello
inscripto Inscriptiones et papyri veteres semitici etc. P. I. (Lips.
1833.) p. 18. sqq., his usus verbis: „De לֶהֱוֵא duplex extat
virorum d. sententia: uni Infinitivum cum ל esse existimant pro
לְמֶהֱוֵא (ut post Buxtorfium al. Gesenius in Gr. ampl. p. 797. et
in utroque Lex., ubi tamen jam magis inclinat in alteram sen-
tentiam); alteris praeplacet tertia Futuri cum conjunctione ל,
ejecta Futuri praeformativa, ita ut לֶהֱוֵא positum sit pro לִיהֱוֵא
(ut Winero in Gramm. chald. p. 96. sq. cf. p. 89. et Rosenmüllero

ad h. l., qui tale Futurum vim Optativi, Conjunctivi vel Imperativi habere putant). Neutra tamen sententia satis placet. Priori enim obstat, quod linguae Chaldaicae et quidem cum Targumicae tum biblicae usus illis in locis, ubi לֶהֱוֵא reperitur, nullum admittit Infinitivum. Minime enim Chaldaei imitantur idiotismum Hebraeae linguae proprium illum ac notum, quo Infinitivus cum ל pro verbo finito usurpatur. Scilicet paraphrastium Chaldaearum auctores in hujusmodi locis Hebraicis vertendis vel tempore finito vel participio uti solent; neque in Chaldaismo biblico ipso ullus reperitur illius generis Infinitivus, quamquam ex Hebraismo, ut alia, inferri poterat. At in omnibus hisce locis, quibus לֶהֱוֵא habetur, linguae usus, ex aliis Chaldaismi biblici locis simillimis certo cognoscendus, tertiam Futuri masculinam sibi poscit; perlustres loca infra citata et allata. Melior itaque est altera sententia, quae non solum לֶהֱוֵא illud, sed simul לֶהֱוֺן et לֶהֶוְיָן, quae in eodem Chaldaismo biblico reperiuntur iisdemque difficultatibus premuntur, explicare studet. Ac vero haec et illud conjungenda esse, e locis quibus leguntur collatis apparet. Cf. inprimis Dan. 6, 2. 3., ubi Darius refertur constituisse *satrapas centum et viginti*, דִּי לֶהֱוֺן בְּכָל־מַלְכוּתָא *ut essent in toto regno*, iisque praefecisse tres praefectos, דִּי לֶהֱוֺן אֲחַשְׁדַּרְפְּנַיָּא אִלֵּין יָהֲבִין לְהוֹן טַעְמָא וּמַלְכָּא לָא לֶהֱוֵא נָזִק ad verba: *ut essent satrapae illi dantes iis rationem et rex non esset detrimentum accipiens.* Hujusmodi locos conferens observabis, לֶהֱוֵא esse tert. sing. masc., לֶהֱוֺן autem tert. plur. masc., et לֶהֶוְיָן, quod semel tantum legitur, Dan. 5, 17., tert. plur. fem. Obstat autem, quo minus ל vocis לֶהֱוֵא praepositionem vel conjunctionem esse censeas, quod ל quodquam in sermone Aramaeo non magis quam in Hebraeo praefixum unquam reperitur Futuro. Ac si defendi quodammodo possit ex analogia linguae Arabicae, ubi لِ Futuro praefixum significat *ut* (Rosenm. Institutt. p. 249. 332.), minime tamen in Chaldaismo biblico hanc litteram quicquam significare ex eo concludendum est, quod ibi לֶהֱוֵא modo Futurum definitum, modo Optativus, modo Conjunctivus, modo Imperativus est atque ita omnes significationes, quae Futuro apud Aramaeos inesse solent, in singulari hac voce deprehenduntur. Ipsos autem locos perlustremus, quibus Futuri indicativi vis inest: *Esr.* 7, 26: וְכָל־דִּי לָא לֶהֱוֵא עָבֵד דָּתָא דִי

מִנַּהּ מִתְעֲבֵד לֶהֱוֵא דִּינָה אָסְפַּרְנָא דִּי מַלְכָּא וְדָתָא אֱלָהָךְ *et quicunque non erit colens* i. e. colet *legem dei tui et legem regis, statim severum judicium erit institutum* i. e. instituitor *de eo;* Dan. 4, 22., ubi Daniel Nabuchodonosori diserte vaticinatur: וְעִם־חֵיוַת בָּרָא לֶהֱוֵא מְדֹרָךְ *et inter animalia agri erit habitaculum tuum;* Dan. 2, 43: *et quod ferrum somnio vidisti, mixtum cum argilla figulari,* ex hac re vaticinor: מִתְעָרְבִין לֶהֱוֹן בִּזְרַע אֲנָשָׁא וְלָא לֶהֱוֹן דָּבְקִין דְּנָה עִם דְּנָה *commixti erunt* i. e. commiscebuntur *semine humano et non erunt cohaerentes inter sese;* ibid. vs. 45: אֱלָהּ רַב הוֹדַע לְמַלְכָּא מָה דִּי לֶהֱוֵא אַחֲרֵי דְנָה *deus magnus patefecit regi id quod erit post hoc* i. e. quae posthac eventura sunt. Exempla Conjunctivi, Optativi et Imperativi vim habentia conferas apud Winerum l. l. et praeterea haec habeas: Esr. 7, 25: מְנִי דַיָּנִין דִּי לֶהֱוֹן דָּאיְנִין *institue judices, qui sint judicantes;* Dan. 3, 18: יְדִיעַ לֶהֱוֵא לָךְ מַלְכָּא *cognitum sit tibi, scias, rex;* Esr. 6, 10: דִּי לֶהֱוֹן מְהַקְרְבִין נִיחוֹחִין *ut possint sacrificare suaviter olentia;* Dan. 5, 29: וְהַכְרִזוּ עֲלוֹהִי דִּי לֶהֱוֵא שַׁלִּיט תַּלְתָּא בְּמַלְכוּתָא *proclamato eum tertium regni principem;* Dan. 6, 27: מִן קֳדָמַי שִׂים טְעֵם דִּי בְּכָל־שָׁלְטָן מַלְכוּתִי לֶהֱוֹן זָאעִין וגו׳ *a me mandatur ut in toto meo regno timeant et venerentur deum Danielis* (hoc לֶהֱוֹן non esse nisi pro יֶהֱוֹן positum, ostendunt loci similes, in quibus omnibus שִׂים טְעֵם דִּי Futurum simpliciter post se habet, Dan. 3, 10. 29. Esr. 6, 11. 7, 13. 21.). Omnes autem loci ita sunt comparati, ut pro לֶהֱוֵא, לֶהֱוֹן et לֶהֱוְיָן exspectandum sit יֶהֱוֵא, יֶהֱוֹן et יֶהֶוְיָן. Observamus porro, ubi subjectum est feminini generis, ibi semper legi תֶּהֱוֵא vel תֶּהֱוֵה, non autem לֶהֱוֵא nec לֶהֱוֵא; vid. v. c. Dan. 2, 40—42., praecipue vs. 41., ubi haec: מַלְכוּ פְלִיגָה תֶּהֱוֵה וּמִן נִצְבְּתָא דִּי פַרְזְלָא לֶהֱוֵא בַהּ *regnum divisum erit et fundamenti* (? vid. ad h. l.) *ferrei aliquid erit in eo;* cf. etiam Esr. 6, 8: נִפְקְתָא תֶּהֱוֵא מִתְיַהֲבָא *sumtus dator eum* vs. seq. וּמָה חַשְׁחָן ... לֶהֱוֵא מִתְיְהֵב *et quod opus est dator.* Denique monendum est, יֶהֱוֵא, יֶהֱוֹן et יֶהֶוְיָן in Chaldaismo biblico nusquam legi, quamvis ob frequentem verbi הֲוָא apud Aramaeos usum non minus ac propter crebriores quas ibi legimus vaticinationes exspectanda erant. Quae omnia in causa sunt, cur verbi הֲוָא Futurum in Chaldaismo biblico singulari, quae grammaticos effugerit, ratione conjugari nobis videatur hac: S. 3. m. לֶהֱוֵא f. תֶּהֱוֵא, 2. m. תֶּהֱוֵא f. תֶּהֶוְיִן, 1. אֶהֱוֵא; Pl. 3. m. לֶהֱוֹן

f. לֶהֶוְיָן 2. m. תֶּהֱוֵא f. לֶהֶוְיָן 1. נֶהֱוֵא. Qua quidem sententia syntacticas verborum לֶהֱוֵא, תֶּהֱוֵא et לֶהֶוְיָן difficultates omnes una tolli, non potes non concedere; sed in etymologicam grammaticae partem conjectae videntur. Profecto mira est talis conjugandi ratio. Videamus tamen, num analogia omni careat. Sermo Chaldaismi biblici, antiquissimi linguae aramaeae speciminis non ubivis convenit cum sermone paraphrastarum Chaldaeorum, etiam nulla Hebraismorum habita ratione, pariter atque hae paraphrases et ipso idiomate paulo differunt inter se alteris. Qua in re sic quae dialectus est antiquior, obscuriora solet vestigia in initio ostendere dictionum et formarum, quae serius sapiant peculiares demum facti Syri in iisdem Futuri personis, in quibus Chaldaismus biblicus ל loco נ habere nobis videtur, loco נ scribunt נ literam, ל literae cognatam (vid. Ges. Lex. s. ל), eaque omnia Futura formant. Nec Chaldaismo hoc in omnino alienum, dum praesertim in ceteris paraphrastarum aspicitur (vid. Win. p. 34). Nam fortasse latet ל, cujus explicationem nullam videmus (cf. Hoffmanni Gramm. syr. p. 175), certum est ex illo ל solius verbi הֲוָא. Certe non dubitemus, fieri potuisse, ut verbum הוא hanc in reliqua verba vim exerceret, quum ad plurima ea conjuganda usus illius fuerit frequentissimus, ita ut *fui videns* pro *vidi*, *erit celebratus* pro *celebrabitur*, *erit colens* pro *colet* etc. diceretur. Ratio autem illa Chaldaismi biblici, quae regionis cujusdam, fort. Syriae occidentalis, idiotismum sapit, mendose haud dubie ex antiquiore Infinitivo לְמֶהֱוֵא, significatione ejus aboleta, ab initio erat orta." Haec Beer, quae in re summa nemini non sunt satisfactura. Originem suam ל pro נ Fut. positum traxisse videtur e locutionibus compositis ex לֶהֱוֵא, הֲוָא, לָא, לֶהֱוֵה et ל cum infinitivo Win. §. 45. 2. 46. 3. ex. cf. Ges. §. 129. adn. 1. Ew. §. 544. Quod non nisi in verbo הֲוָא reperitur, causa in eo ponenda est, quod Chaldaei plurimorum verborum tempora finita illorum participiis et verbo substantivo exprimunt. Ceterum לֶהֱוֵא legitur his locis: Esr. 4, 12. 13. 5, 8. 6, 9. 7, 23. 26. (bis), Dan. 2, 20. 28. 29. (bis) 41. 45. 3, 18. 4, 22. 5, 29. 6, 3.; לֶהֱוֹן his: Esr. 6, 10. 7, 25., Dan. 2, 43. (bis) 6, 2. 8. 27.; לֶהֶוְיָן non nisi Dan. 5, 17. Tertia fem. S. תֶּהֱוֵא vel תֶּהֱוֵה reperitur: Esr. 6, 8. Dan. 2, 40. 41. 42. (bis) 4, 24. 7, 23. Secunda et prima persona utriusque generis et numeri, nisi oculi me fefellerunt, nusquam exstat, casu hoc quidem et fortuito.

Sed haec de his. שְׁמֵהּ דִּי אֱלָהָא *nomen ejus, dei*, ut apud
Hebraeos, Win. p. 91. Ita infra 3, 8: קַרְצֵיהוֹן דִּי יְהוּדָיֵא et al.
דִּי חָכְמְתָא וּגְבוּרְתָא דִּי לֵהּ הִיא] Recte cum Rosenmüllero Len-
gerke monet, דִּי causalem significatum hic habere, ut vs. 37. 47.
4, 15. 6, 24. Sed quod verba דִּי לֵהּ הִיא reddi volunt *est id,
quod ipsi est* (דִּי לִי *quod mihi* = meum, דִּי לָךְ *quod tibi* =
tuum est.), id in hoc nexu durius videtur. דִּי posterius mani-
festo eodem significatu gaudet quo prius, quod cum vi repetitum
est in hunc sensum: *nam sapientia et potentia, nam ipsi est*,
ut si hebraice diceres: כִּי חָכְמָה וּגְבוּרָה כִּי לוֹ הִיא, in qua
lingua כִּי saepius hoc modo repetitum legitur. Nostrates dice-
21. rent: *denn Weish. u. Macht, ja sein ist sie.* — Priora verba
respiciunt argumentum somnii Nebucadnezaris, ut recte Hiero-
nymus ad vs. 21: „subostendit et generali disputatione praeparat
auditorem, somnium quod vidit esse de mutatione et successione
regnorum;" quae subsequuntur verba significationem coelestem
respiciunt, quae Danieli contigit. Nomina עִדָּנַיָּא et זִמְנַיָּא signi-
ficatu non diversa juncta sunt ad indicandas omnes ac singulas
temporum conversiones et vicissitudines. De מַנְדַּע i. q. hebr.
22. מַדָּע 1, 4. vid. ad אִנְדַּע supra vs. 9. — נְהוֹרָא עִמֵּהּ שְׁרֵא]
נְהִירָא i. q. syr. ܢܽܘܗܪܳܐ. K'ri: נְהוֹרָא. Sed cf. infra 5, 11. 14:
23. נַהִירוּ i. q. ܢܘܗܪܐ (cf. ad גְּוָלִי 2, 5.). — אֲבָהָתִי] Win. p. 81.
24. et 25. — כָּל־קֳבֵל דְּנָה] *hanc ob causam*, ut vs. 12., ob ac-
ceptam significationem coelestem. אֲזַל] *ivit*, inquam. Quod
post עַל *ingressus est* subjicitur propter interjectam sententiam
25. דִּי . . . בְּבָבֶל. — הַנְעֵל] cf. infra 6, 19., pro הַעֵל (omisso Dag.,
cf. Imp. הַעֵל vs. 24.), ut Inf. הַנְעָלָה 4, 3. pro הַעָלָה (ה' seq. Dag.
implic.) 5, 7., cf. אִנְדַּע sup. vs. 9. ibique not. דִּי הַשְׁכַּחַת וגו']
דִּי ut hebr. כִּי, gr. ὅτι, praemissum orationi rectae, ut infra
5, 7. 6, 6. 14. הַשְׁכַּחַת *inveni* pro הַשְׁכְּחֵת. Quod ad rem,
Rosenmüllerus, „videtur, ait, scriptor oblitus esse, se supra vs. 16.
narrasse, Danielem adiisse regem, et ab eo petiisse, ut sibi ali-
quod temporis spatium concederet, quo absoluto illi somnii in-
terpretationem indicaturus sit." Similiter scriptorem carpit Len-
gerke. Sed rectissime scriptor Ariochum ita loquentem inducit,
ut, eorum, quae inter ipsum et Danielem antea acta erant,
nullam rationem habeat. Suo enim Marte Daniel regem adierat.
Illud autem verum est, quod rectum narrandi ordinem desiderari

monent. Vidit id jam Polychronius, cujus verba a Lengerke allata haec sunt: εὔδηλον αὐτὴ ἐστὶν ἐνταῦθα ὡς ἡ σύνθεσις τῶν ῥημάτων οὐ κατὰ τάξιν κεῖται· οὐ γὰρ πρότερον εἰσάγαγε τὸν δίκαιον, εἶθ᾽ οὕτως τὴν εὕρεσιν ἀπήγγειλε τοῦ ἀνδρός, ἀλλὰ δῆλον ὡς ἀπαγγείλας προστάξαντος τοῦ βασιλέως εἰσήγαγε
τὸν ἄνδρα. — מָה דִּי לֶהֱוֵא] ἃ δεῖ γενέσθαι LXX, vid. ad 28.
vs. 29. בְּאַחֲרִית יוֹמַיָּא] Lengerke non vult significare *tempus posterum*, *futurum* in universum, sed *finem illius*, *tempus extremum* h. e. initium temporis Messiani, coll. vs. 41. sqq. LXX: ἐπ᾽ ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν. Sed cf. quod latius patet אַחֲרֵי דְנָה vs. 29. חֶלְמָךְ וְחֶזְוֵי רֵאשָׁךְ] *somnium tuum et visa capitis tui*. Utrumque eandem rem exprimit. Hinc sequitur in Singulari
דְּנָה הוּא. — אַנְתְּה מַלְכָּא רַעְיוֹנָךְ סְלִקוּ] *Tibi, rex, tibi cogi-* 29.
tationes (propr. *tu*, *rex*, *cogitat. tuae*) *ascenderunt*. אַנְתְּה absolute est praepositum, ut vs. 30. 7, 28. אֲנָה, et 10, 17. אֲנִי. Win. p. 113. sq. אַנְתְּה ad hebraicam formam accedit. K'ri אַנְתְּ. Sic et 31. 37. 38. al. Pro רַעְיוֹנָיךְ K'ri רַעְיוֹנָךְ, vid. ad vs. 4. Intelligenda sunt cogitata, quae tum animo volvebat rex (רַעְיוֹנֵי לִבְבָךְ vs. 30.) de statu imperii olim futuro, e quibus ortum est somnium. סְלִקוּ ut Esr. 4, 12. cf. קְרִבוּ infra 3, 8. 6, 13. coll. Win. p. 35. מָה דִּי לֶהֱוֵא] τί δεῖ γενέσθαι LXX. In fine vs.:
ἃ δεῖ γενέσθαι, ut vs. 28. — וַאֲנָה וגו'] *Et mihi* (vid. sup.), 30.
non per sapientiam quae esset in me prae omnibus viventibus arcanum hoc mihi patefactum est, *sed* afflatu divino id mihi patefactum est *propterea* cet. גְּלִי Part. Peil (vs. 19. גֲּלִי) ut קְרִי Esr. 4, 18. 23. דִּי פִשְׁרָא לְמַלְכָּא יְהוֹדְעוּן] *ut interpretationem regi notam facerent*, ut interpretatio regi nota fieret. Tertia Plur. persona pro Passivo frequentissima est apud Chaldaeos poniturque etiam ibi, ubi apud nos omnino opus est Passivo, ut
praeter hunc locum infra 4, 13. cf. Win. p. 102. — צְלֵם חַד] 31.
Win. p. 69. — צַלְמָא הוּא] *Ea* s. *ista* est *imago*: caput ejus cet. 32.
Minus bene Lengerke: *haec est imago*. cf. *Faesius* in Annal. philol. T. IV. Fasc. II. (1832.) p. 200. דִּי דְהַב טָב] *ex auro bono*. דִּי Genitivum materiae indicat; sic aliquoties in iis quae proxime sequuntur, et vs. 38. 5, 7. 16. 23. 29. al. Esr. 6, 4.
וְיַרְכָתֵהּ] Win. p. 25. — רַגְלוֹהִי מִנְּהוֹן דִּי פַרְזֶל וּמִנְּהוֹן דִּי חֲסַף] 33.
pedes ejus, aliquid *de illis* erat *ex ferro*, *et* aliquid *de illis* erat *ex argilla*. cf. vs. 42., ubi מִן particulae respondet מִן קְצָת, ibique not., coll. G. Gr. ampl. p. 755. seq. Vulgatus: *pedum*

quaedam pars erat ferrea, quaedam autem fictilis. Pro מִנְּהֵין Masorethae legi jubent מִנְּהֵן. Ita et vs. 41. 42. Verum etiam
34. hebr. רֶגֶל quandoque est masc. — עַד דִּי הִתְגְּזֶרֶת אֶבֶן דִּי־לָא
בִידַיִן] *usque dum s. donec abscissus est lapis sine manibus*
i. e. sine vi humana. הִתְגְּזֶרֶת ut אֲמִירַת 3, 10. Win. p. 40.
Verbis הִתְגְּזֶרֶת אֶבֶן infra vs. 45. praemissum legitur מִטּוּרָא
(haud raro enim in interpretatione visorum symbolicorum quaedam addunt vates, quae in narratione ipsorum visorum non commemoraverant) a Theodotione et Vulgato hic quoque expressum: „Cogitanda igitur est statua tanquam in valle juxta montem quendam praealtum posita, e cujus fastigio lapis quidam abscissus fuerit." Ros. דִּי לָא בְּ i. q. ܕܠܐ ܒ, *sine.* *Sine manibus:* nemine hominum movente, nulla hominum vi adhibita, ut לֹא בְיָד Job. 34, 20., cf. Thren 4, 6: וְלֹא חָלוּ בָהּ יָדָיִם, ibique not. In eandem sententiam dicitur בְּאֶפֶס יָד infra 8, 25. וְהַדֶּקֶת הִמּוֹן] *et comminuit eos.* הַדֶּקֶת, etiam vs. 45., tertia Praet. fem. Aph.
35. verbi דְּקַק *comminutus est* (cf. vs. 35.) pro הַדֶּקַת. — דָּקוּ] *comminuta sunt*, a דּוּק = דְּקַק vs. 34. כְּעוּר מִן אִדְּרֵי קַיִט] עוּר *pulvis, palea,* dictum volunt ab *obcaecando*, עִוֵּר. E contrario mihi videtur *obcaecare* dictum a *pulvere*, ita ut עִוֵּר propr. significet *pulverem facere, ob oculos objicere alicui*; עוּר vero originem habere videtur ab עוּר *excitare* (Niph. de vento Jer. 25, 32.), ut propr. sit *quicquid* a vento facile *excitatur.* Ad eosdem significatus alia via pervenit Gesenius, cui suspicio orta est, עוּר idem esse quod עָפָר, עֲפַר idem quod עָבָר. cf. ejus Lex. ed. german. 4. p. 519. וְכָל־אֲתַר לָא הִשְׁתְּכַח לְהוֹן] h. e. adeo abrepta et dissipata fuerunt, ut ne vestigium quidem eorum restaret. cf. Ps. 103, 16. Apoc. 20, 11: ἔφυγεν ἡ γῆ καὶ ὁ οὐρανός, καὶ τόπος οὐχ εὑρέθη αὐτοῖς. הֲוָת] ut מְטָת 4, 19. Win.
36. p. 58. — נֵאמַר] Daniel cum sociis quanquam non praesentibus, cf. vs. 17. 18. 23. Itaque non est cogitandum de *Plurali vir-*
37. *tutum* cum Win. p. 102. Gesen. Gr. ampl. p. 663. — Incipit interpretatio somnii a capite aureo vs. 32. 38. דִּי jungendum
38. cum כְּ in fine versus = אֲשֶׁר לְךָ — בְּכָל־דִּי] *ubicunque*, cf. hebr. בַּאֲשֶׁר *ubi.* דָּאְרִין] K'ri דָּיְרִין, ita et 3, 31. 4, 32. 6, 26. אַנְתְּה הוּא רֵאשָׁה דִּי דַהֲבָא] *tu es caput aureum* i. e. is, quem caput aureum repraesentat. אַנְתְּה הוּא *tu* cum accentu efferendum, vid. not. ad Esr. 5, 11. coll. etiam Jer. 49, 12. ibique not.

et *Faesio* in Annal. philolog. Tom. IV. Fasc. II. (1832.) p. 201.
„Quando autem dicit: *Tu es*, non tam Nebucadnezarem, quam ejus *regnum* intelligit, *Babylonicum* puta, seu Chaldaicum, quatenus id non solum regnante Nebucadnezare, sed etiam Evilmerodacho et Belschazare ad Persarum usque imperium floruit. Quo sensu mox etiam vs. 39. subjicitur בָּתְרָךְ *post te* i. e. Babylonicum regnum, *consurget regnum aliud, inferius te.*" C. B. Michaelis. Sane capite aureo non ipsum Nebucadnezarem, regno secundo non regnum eorum, qui illi successuri essent, indicari, ex eo colligitur, quod, si cap. 7., in quo quae commemorantur quatuor animalia, eandem rationem habent, quam habet quatuor partium statua, quae Nebucadnezari in somnio apparuit, si, inquam, cap. 7. vs. 4. convenienter ad istam interpretationem intelligendus esset Belschazar, regum Babyloniorum ultimus (cf. vs. 1.), vs. 5. nullum nemo regum Babyl. superesset, in quem caderet imago animalis secundi, cf. Lengerke p. 89. sq. Nominatur autem pro regno babylonico Nebucadnezar, tum quod ad hunc oratio est conversa, tum quod ipso regnante regnum Chaldaeorum in fastigium gloriae evectum fuit. „Cum capite comparatur Babylonicum regnum. Vix alia de causa, quam quod ratione ordinis praecesserit tria quae sequuntur imperia, eorumque respectu primum fuerit, quemadmodum membrorum humani corporis caput est primum." C. B. Mich. Quod vero *aureum* hoc caput est, eo repraesentatur regni Babylonici splendor et opulentia. cf. eadem imago Jer. 51, 7. ibique not. Ceterum „vocis רֵאשֵׁהּ litera ה in pluribus libris impressis *Mappik* impositum habet (*imago ejus*, statuae). Verum sic non רֵאשֵׁהּ, sed רֵאשֵׁהּ ut vs. 32. scribi debuisset, quia nomen chaldaicum צְלֵם masculini generis est. Quare ה illud potius pro א positum statuendum erit, ut nomen sit status emphatici, quomodo et veteres omnes *tu es caput aureum*, sine Pronomine, expresserunt." Ros. Pro א, quod hic semel monemus, in Chaldaismo biblico saepissime scriptum reperitur ה (more hebr. Win. p. 67. 54. 34. al.), idque magis casu quam ratione aliqua aut observatione (ut in hoc cap. vs. 4. פִּשְׁרָא, vs. 7. פִּשְׁרָה al.), fluctuantque codices mirum in modum (ut vs. 16. ubi alii בְּעָא, alii בְּעָה, al.). *De Rossi* ad vs. 16. (cf. *Norzius* ad Esr. cap. 2.): „maxima exstat codicum varietas in libris Danielis et Esrae in multis nominibus ac chaldaicis dictionibus, quarum terminatio est א vel ה, ita ut nec

bini exstent codices in una lectione consentientes, et idem codex modo per Aleph modo per He scribat. Quamobrem nec valde sollicitus fui de variis hisce lectionibus, quia א et ה literae sorores sunt, et qui vult scribere א, scribat, cui vero placet ה, scribat, ut inquit Kimchius sub initium Chronicorum.“ Et nuper *Beer* (*Inscriptiones et papyri vet. semit.* p. 16.): „Chaldaismi biblici orthographia hac in re non satis sibi constat, e. g. Dan. 2, 39: מַלְכוּ תְלִיתָאָה *regnum tertium;* ibid. vs. 40: מַלְכוּ רְבִיעָאָה תֶּהֱוֵא תַקִּיפָה *regnum quartum erit firmum;* ibid. vs. 42: מַלְכוּתָא תֶּהֱוֵא תַקִּיפָא *regnum erit firmum;* 6, 18: אֶבֶן חֲדָה *lapis unus;* Esra 4, 8: אִגְּרָה חֲדָה *epistola una;* Dan. 5, 12: רוּחַ יַתִּירָא *spiritus mirificus;* 4, 33: רְבוּ יַתִּירָה *multitudo mirifica;* 6, 13: יַצִּיבָא מִלְּתָא *firma est res;* 3, 22: מִלַּת מַלְכָּא מַחְצְפָה *edictum regis est saevum;* 7, 7: חֵיוָה דְחִילָה וְתַקִּיפָא *animal terribile et validum;* ibid. vs. 21: קַרְנָא עָבְדָה ... וְיָכְלָה *cornu faciens ... et comedens;* longe saepius tamen quam א, scriptum repe-
39. ritur ה in femininis adjectivorum et participiorum.“ — אֲרַעָה מִנָּךְ] Recte Vulg. *minus te.* אֲרַעָה femininum nominis אֲרַע *quod inferius est* (ut legi vult K'ri), adverbialiter positum, non adjectivum, quod sonat אַרְעָי, אַרְעָאִי. „Vulgatus interpres addidit *argenteum,* non quod דִּי כְסַף legit, sed per modum interpretamenti. Quoniam enim vs. 32 pectus et brachia, quae regnum secundum adumbrabant, argentea fuerunt, et hic reliqua quoque regna, primum ab auro, tertium ab aere, quartum a ferro describuntur, hinc et secundi regni materiam adjicere interpreti visum est.“ Ros. Regnum *secundum* non posse esse regnum successorum Nebucadnezaris, praeter illud, quod supra de primo diximus, ostendit hoc, quod, quemadmodum quae sequuntur regna nova sunt, hoc quoque debet esse imperium novum. Plerique existimant esse Medopersicum. Est, historiam si sequeris. Nam quo tempore Babylon expugnata est, summum imperium ad Persas transierat, Herod. 1, 130. Ipsum scriptorem vero si consulis, intelligendum est regnum *Medorum.* Hoc enim successisse regno Babylonico opinatum esse scriptorem, discimus ex 6, 1., ubi mortuo Belschazare regnum Babylonicum occupasse dicitur Darius Medus (Cyaxares II.). cf. etiam 8, 3., ubi cornu sublimius (Persiam significans) posterius crevisse dicitur altero (Media). Pluribus de hac re exposuit *Lengerke* p. 91. sq. *Tertium* jam non
40. potest non esse regnum *Medopersicum.* — *Et regnum quartum*

(C'tib more syr. רְבִיעָיָא vel רְבִיעָיָא, K'ri רְבִיעָאָה) *erit validum ut ferrum; quemadmodum ferrum omnia comminuit atque contundit, ut ferrum quod confringit,* ut ferrum confringens: (sic) *omnia ista* i. e. omnia regna metallis ante commemoratis comparata *comminuet atque confringet.* כָּל־קֳבֵל דִּי hic non *propterea quod, quandoquidem,* sed *quemadmodum* (pr. *eo ipso modo, quo*) significare videtur. Ita et infra 6, 11. (non autem vs. 41. 45. hujus cap., ut vult Rosenm.). At, inquit Gesenius in Lex. man., „neque probari potest haec significatio, neque contextui aptior est quam illa.“ Videtur tamen a primaria significatione quae haec est: *omni intuitu ejus quod,* non magis aliena esse quam altera illa, cf. hebr. מִפְּנֵי אֲשֶׁר et לִפְנֵי. Nec dixerim, hanc illa non esse aptiorem. Nam quae 6, 11. initio leguntur וְדָנִיֵּאל כְּדִי יְדַע דִּי רְשִׁים כְּתָבָא *Daniel autem, ubi cognovit, consignatum esse scriptum,* omnino postulare videntur, ut verba postrema כָּל־קֳבֵל דִּי הֲוָא עָבֵד מִן קַדְמַת דְּנָה sic reddantur (laudavit deum suum [nihil curans mandatum regium]) *eo ipso modo quo facere consueverat antehac.* Hoc vero qui quae manibus est, loco כָּל־קֳבֵל דִּי *quandoquidem* reddi non potest nisi hac conditione, ut verba, quibus est praepositum, juncta cum proxime praegressis, dicta esse putentur pro דִּי מְהַדֵּק וְחָשֵׁל כֹּלָּא (ut ferrum) *quod omnia comminuit atque contundit.* Quod durius. Ad hoc accentus cum iis quae sequuntur illa cohaerere docent. Bene igitur LXX ὃν τρόπον, et infra καθώς. Ante כָּל־אִלֵּין omissa est comparandi particula כְּ. Regnum *quartum* est regnum *Alexandri et successorum,* cf. ad vss. seqq. De Romano imperio quominus cogites, vel hoc obstat, „quod Romani, ut jam monuit *Becmanus* (*de monarchia quarta* 1671.), prioribus tribus monarchiis non successerunt. Euphrates enim ut plurimum imperii eorum terminus fatalis fuit, quem prudentiores imperatores ipsi statuerunt. Jam vero trans Euphratem magna pars imperii priorum monarchiarum sita erat, quam quia in suam ditionem Romani reddere non potuerunt, nec novam monarchiam condidisse dici possunt. Ut enim imperio alicui novum successisse dicatur, non sufficit, ut novum istud in amplitudinem aliquam diffundatur, sed oportet etiam, ut prius ab hoc vincatur, cedatque victae nationis et nomen et imperium in nationem victricem, tanquam praedominantem. Ideo Babylonii, cum monarchia exciderent, cesserunt victi victoribus Persis, nationi

nent haec usque ad וְדַהֲבָא ad vs. superiorem. De verbis דִּי לָא בִידַיִן et וְהַדֶּקֶת vid. not. ad vs. 34. אֱלָהּ רַב הוֹדַע וגו'] Epilogus. לְאַחֲרֵא] vid. ad vs. 29. מְהֵימַן] iterum 6, 5., Part. pass. Aph. v. אֲמַן, cf. syr. ܡܗܝܡܢ, coll. Hoffmann. Gr. syr. p. 207. annot. 3., nam quae habentur in Win. Gr. chald. p. 50. non
46. sufficiunt. De ה cf. id. p. 36. — נְפַל עַל אַנְפּוֹהִי וּלְדָנִיֵּאל סְגִד וגו'] „ut hominem plane divinum, divino dignum honore.“ Ros. Vere tamen Lengerke intelligi monuit e versu seq., divinum quidem honorem Danieli habuisse Nebucadnezarem, verum non ut deo, sed ut dei ministro atque interpreti, coll. Jos. Arch. 11, 8. 5., ubi Alexander ad genua procumbens Jojadae, pontificis maximi, *οὐ τοῦτον*, inquit, *προσεκύνησα, τὸν δὲ θεὸν, οὗ τῇ ἀρχιερωσύνῃ αὐτὸς τετίμηται.* Sic jam Hieronymus: „Et hoc possumus dicere, quod causas adorandi et immolandarum hostiarum, et incensi atque sacrificii ipse rex exposuerit, dicens ad Danielem: *vere deus vester deus deorum est* (46.); ergo non tam Danielem, quam in Daniele adorat deum, qui mysteria re-
47. velavit.“ — מִן קְשֹׁט דִּי] *ex veritate*, verum *est*, *quod*. cf. מִן יַצִּיב *ex certo*, certo. אֱלָהֲכוֹן] Danielis et sociorum, vel in
48. universum: Judaeorum. — וְרַב סִגְנִין וגו'] *et ut summum praefectum* etc. Manifestum est enim, verba illa pendere ex הַשְׁלְטֵהּ.
49. — וּמַנִּי עַל עֲבִידְתָּא] i. e. eos constituit *procuratores*, Danieli subjectos. וְדָנִיֵּאל בִּתְרַע מַלְכָּא] *et Daniel* fuit, versatus est *in porta regis*, aula regia, vid. Ges. Lex.

1. CAP. III, 1—30. Martyrium sociorum Danielis. — צְלֵם דִּי דְהַב וגו'] Videtur iis, quae hic legimus de statua formae plane monstrosae et, si vel maxime fuerit confecta ex ligno et obducta auro, immensi pretii, ansam dedisse fama de statua aurea Beli in templo Babylonis, duodecim cubitorum, Herodot. 1, 183., et alia (nisi est eadem) in tecto templi, quadraginta pedum, Diod. Sic. 2, 9. בְּבִקְעַת דּוּרָא בִּמְדִינַת בָּבֶל] cf. Gen. 11, 2:
2. בִּקְעָה בְּאֶרֶץ שִׁנְעָר. — תִּפְתָּיֵא] vid. ad 2, 5. לְמֵתֵא] Inf. Pe.
3. ut לְמִזֵא infra vs. 19. Win. p. 59. — וְקָאמִין] K'ri: וְקָיְמִין, ut
4. 2, 38. al. — עַמְמַיָּא אֻמַּיָּא וְלִשָּׁנַיָּא] *o populi, nationes et linguae* i. e. quicunque et cujuscunque nationis et idiomatis estis.
5. — קִיתָרֹס סַבְּכָא פְּסַנְתֵּרִין סוּמְפֹּנְיָה] Haec quatuor nomina videntur graecae originis esse, קִיתָרֹס s. קִיתְרֹס, K'ri: קַתְרֹס, *κίθαρις*, סַבְּכָא et שַׂבְּכָא (vs. 7. 10. 15.), *σαμβίκη*, *σαμβύκη*,

sampon, *tympan* (ab ✝ metro, arundo, in quo instrumentum sonat), *σαμβύκη* vel *sambuca*: 21
fistula utatum fuerit, *σαμβύκα* vel *sambuca* hoc est); פְּסַנְתֵּרִין
et פְּסַנְתֵּרִין (vs. 7.), *ψαλτήριον* E. Gr. ann. §. 107.; סוּמְפֹּנְיָה
et סִיפֹנְיָה (vs. 10. C'tib), *συμφωνία*. — בֵּהּ זִמְנָא iterum vs. 15. 6.
4, 33. 5, 5., *eo ipso* (*temporis*) *momento*, ut בַּהּ שַׁעֲתָא *eo ipso*
tempore vs. 7. 8. 4, 33. Win. p. 75. 6. Qua eadem ratione
forsitan capiendum est etiam quod 2 Reg. 13, 20. legitur בָּא שָׁנָה
(pro בָּ ✝ בְּ, ut habent a prima manu cod. R. 2. K. I., cf. בָּאַת
pro בְּאַת Ezech. 36, 5.): *eo ipso anno*, quod expresserunt Vulg.
Syr. Ar. cf. Ezech. 14, 4. בָא בָהּ בְּרֹב גִּלּוּלָיו (ubi K'ri בָא) *pro eo*,
ei re, *pro multitudine idolorum suorum* i. e. pro illa ipsa multi-
tudine id. s. cf. Ges. Gr. ampl. p. 788. אַתּוּן נוּרָא יָקִדְתָּא
יָקִדְתָּא] cf. Jerem. 29, 22., ubi tamen fornacis non fit mentio.
Idem supplicii genus usu receptum fuit Persis, *Brisson.* p. 577.,
et ipsis Hebraeis 2 Sam. 12, 31. Persis etiamnum videtur usita-
tum esse, cf. *Chardin, voyages en Perse* (1671 — 77.) par Lan-
glès. VI. p. 118., ubi in caritate annonae per integrum mensem
duas fornaces igne ardentes esse narrat, in quas qui pretia rebus
statuta excederent conjicerentur venditores. De Particip. יָקִד et
יָקְדָא (vs. 11. 21.) vid. Win. p. 34. coll. כְּחוּב vs. 17., נִחֹת 4, 10.
20., נְזִק 6, 3. — כָּל־קֳבֵל דְּנָה] „quod ceteri omnes procidis- 8.
sent, soli vero Schadrach, Meschach et Abednego imperatum
recusassent, ut vs. 12. dicitur." Ros. קְרַבוּ] vid. ad 2, 29.
וַאֲכַלוּ קַרְצֵיהוֹן דִּי יְהוּדָיֵא] *et comederunt frusta eorum*, *Ju-*
daeorum i. e. *διέβαλον τοὺς Ἰουδαίους*, Alex. Theodot., (*mali-*
tiose) *accusaverunt Judaeos*, Hieron. Quo sensu אֲכַל קַרְצֵי דִּי
dicitur Ezech. 22, 9. Prov. 11, 13. 20, 19. al., syr. ܐܟܠ ܩܪܨܐ
Luc. 16, 1. al., arab. أكل لحمه comedit carnem alicujus Cor.
49, 12. Haman p. 353. ed. Freyt. Cf. apud Latinos *rodere car-*
nem alicujus Martial. 6, 64. al. Similitudo sumta est a canibus
rabidis, qui frusta corporibus ablata avide vorant. Iterum le-
gitur haec locutio infra 6, 25. Di pronominis suffixo, nominibus
praemisso vid. ad 2, 20. de [illegible] ad 2, 15. [illegible] 9.
[illegible] cf. ad 2, 4. [illegible] 2, 49. [illegible] diis tuis. 12.
Loquuntur de diis alienis in universum. K'ri et libri haud pauci:
לֵאלָהָךְ, quae Critici alicujus correctio videtur, ut consentiat
Singularis [illegible] infra vs. 14." Ros. Possit tamen et ipsum
לֵאלָהַיִךְ Pluralis esse, cf. ad 2, 4. Eadem scripturae diversitas

13. infra vs. 18. — בֵּאדַיִן גֻּבְרַיָּא אִלֵּךְ הֵיתָיוּ] „*tunc viros hos ad-*
duxerunt, i. e. adducti sunt, impersonaliter loquendi formula, ut
supra 2, 13." Ros. Sed tertia plur. masc. Aph. verbi אֲתָה infra
sonat הַיְתִיו, ut solet in his verbis, velut in eodem nexu 6, 25.
הַיְתִיו גֻּבְרַיָּא אִלֵּךְ, et ibid. vs. 17. 5, 3., nec quidquam proficitur
coll. הֵתָיוּ Jes. 21, 14., nam ejus quod hoc Danielis loco habetur
הֵיתָיוּ manifesto eadem est ratio, qualis tertiae sing. fem. הֵיתָיִת
infra 6, 18., quae est forma passiva ex Aphel formata: וְהֵיתָיִת
אֶבֶן *et allatus est lapis*. Itaque et hoc הֵיתָיוּ significabit *ad-*
ducti sunt. In eadem sententia est Buxt., qui in Lex. p. 247.
„regulariter, inquit, esset הֶאְתִיוּ ... Terminatio feminina in
Chirek (הֵיתָיִת) omnino insolens est." Causa hujus terminationis
ponenda videtur in *Kamez* vocali, quae servanda erat propterea,
quod illa ejecta (הֵיתָיִת) vix ulla formae passivae nota reliqua
14. fuisset. — הַצְדָּא] *num consilium deliberatum* hoc est? num de
industria ita fecistis? צְדָא manifesto idem est quod hebr. צְדִיָּה
Num. 35, 20. 22. Nebucadnezar tribus Judaeis, quibus bene
cupit, occasionem offert se excusandi eo, quod odorationem non
consilio sed casu et fortuito aut imprudentia intermisissent; hinc
15. ad adorandam statuam denuo evocat. — כְּעַן הֵן אִיתֵיכוֹן עֲתִידִין
דִּי בְעִדָּנָא דִּי תִשְׁמְעוּן — תִּפְּלוּן וגו'] Miror Lengerkium verba
haec cum Häverniko sic struentem: *si audiveritis — procidatis*.
Nam דִּי תִשְׁמְעוּן pendet ex בְּעִדָּנָא, תִּפְּלוּן vero est referendum
ad דִּי prius pendens ex עֲתִידִין, ut haec prodeat sententia: *jam
igitur, si, quo tempore audiveritis —, procidetis et adorabitis
imaginem, quam feci*, ad verbum: *jam igitur, si fueritis pa-
rati, ut, tempore quo audiveritis —, procidatis* est. Ita autem
deest apodosis, *bene est*, qualis ἀποσιώπησις est Luc. 13, 9: *κἂν
μὲν ποιήσῃ καρπόν· εἰ δὲ μήγε, εἰς τὸ μέλλον ἐκκόψεις αὐτήν*
Quodsi fructus tulerit, bene est, manebit; *sin minus, posthac
eam exscindes*. cf. *Köster. Erläut. der heil. Schrift* p. 97. sq.
ubi tamen quae ex sermone hebraeo afferuntur exempla Exod.
32, 32. 1 Sam. 12, 14. 15. Zach. 6, 15. maxime dubia sunt; vid.
ad eos locos not. Quid? quod et hoc Danielis loco verba sic
sumi possunt, ut nihil desideretur: *jam igitur, certe vos eritis
parati* (i. e. firmiter spero, persuasum habeo, vos futuros esse
paratos, cf. not. ad vs. 14.), *ut, quo tempore audiveritis —,
procidatis* etc. Quum vero *ecce* apud hunc scriptorem constanter
sit אֲרוּ 7, 2. 5. 6. 7. 13. vel אֲלוּ 2, 31. 4, 7. 10. 7, 8., הֵן vero

ubique significat, cf. 2, 5. 8. 3, 15 (זְמַן ...) 18. 4, 24. 5, 16. al., praeferenda videtur [illegible]. Ceterum vides ex hoc loco, כָּהֵל exprimendo Futuro inservientem non solum cum Inf. praemisso ל (Win. p. 93. sq.), verum etiam cum ipso Fut. praecedente דִּי conjungi, prorsus ut in sermone syriaco ܨܒܐ (Hoffm. p. 342.).
יְשֵׁיזְבִנְכוֹן] Fut. formae Peel cum Nun epenth. ut יְשֵׁיזְבִנָּךְ 6, 17. cf. Win. p. 39. 43. — לָא חַשְׁחִין אֲנַחְנָא עַל דְּנָה פִּתְגָם לַהֲתָבוּתָךְ] 16.
non necesse habemus de hoc, ad hanc rem i. e. ad verba tua minacia *verbum tibi respondere.* De significatu verbi חֲשַׁח cf. Esr. 6, 9. 7, 20. חַשְׁחִין pro חָשְׁחִין Win. p. 76. De Infinitivo objecto בְּרֵם postposito vid. ad 2, 16. LXX, Theodotion et recentiorum nonnulli sic reddunt: οὐ χρείαν ἔχομεν ἡμεῖς περὶ τοῦ ῥήματος τούτου ἀποκριθῆναί σοι (הֲתִיב absolute sumto), haud invita Grammatica, ut existimavit C. B. Michaelis coll. Esr. 6, 11: פִּתְגָמָא דְנָה, nam pronomen saepius cum vi, qualis hic quoque cogitari possit *(tale verbum)*, praeponitur, ut 2, 36. 4, 15. (cf. Ges. Gr. ampl. p. 706.), sed repugnante accentu et praeter necessitatem. — Interpretes praeter Lengerkium omnes: *Ecce,* 17.
deus noster, quem colimus, potest liberare nos — et e manu tua, rex, liberabit. Sed cf. not. ad vs. superiorem. Itaque praestare videtur ea ratio, quam secutus est Lengerke, quae haec est: *Si — liberare potuerit* (per consilia sua, si consentaneum fuerit consiliis suis divinis, ut liberet) — *liberabit.* ו *(tum)* incipit apodosin, ut saepius. — לֵאלָהָיךְ] vid. ad 2, 20. 18.
לֵאלָהַיִךְ] K'ri לֵאלָהָךְ ut supra vs. 12., ubi vid. not. — וְצֶלֶם] 19.
אַנְפּוֹהִי אֶשְׁתַּנּוּ] Pro אֶשְׁתַּנִּי (אֶשְׁתַּנִּיו); quod convenit cum nomine recto, ut primario, K'ri praeter necessitatem legi vult אֶשְׁתַּנִּי. cf. 2, 42. Eandem structuram Hebraeos frequentare notum. לְמֵזֵא] cf. ad vs. 2. חַד שִׁבְעָה עַל דִּי חֲזֵה לְמֵזְיֵהּ] *septuplo magis quam* (antea) *visum erat accendere eam.* חַד cardinalibus praemissum multiplicativa efficit, ut apud Syros ܚܕ. Sic Jer. 17, 18. מִשְׁנֶה duplum Chaldaeus reddit חַד תְּרֵין, Syrus ܚܕ ܒܬܪܬܝܢ. cf. Win. p. 112. 6. Hoffmann. p. 305. annot. 3. Quod ad sensum cf. vs. 22., ubi fornax dicitur אַתּוּנָא אֵזֵה יַתִּירָא. עַל דִּי חֲזֵה לְמֵזְיֵהּ *magis quam* (antea) *visum erat (als man für gut befunden hätte) accendere eam*, erat enim jam ante accensa, vs. 6, ad incutiendum multitudini pavorem. Participio Pail חֲזֵה, quod illi tribuimus, significatum recte tribui, intelligitur ex

Targ., in quibus illud [illegible] significat [illegible] [illegible] quod videtur [illegible] et Lev. [illegible] 2 Sam. [illegible] 19. Jes. 32, [illegible] cf. Buxtorf Lex. chald. p. 307 sq. [illegible] quam [illegible], [illegible] Rosenmüllerus, Lengerke et alii. Quum vero, quo tempore haec agebantur, fornax jam accensa esset, praestat prior ratio. Gesenio primaria volendi notio placuit, is enim: *quam unquam visum*

20\. *erat (als je gesehn worden)*. — בְּהַדָּבְרֵהּ] h. e. inter satellites

21\. suos; cf. not. ad 2, 14. — Quod Judaei cum suis vestibus (de quibus vid. Ges. Lex.) in fornacem projecti esse dicuntur, ratio

22\. est, quod res eo fit mirabilior, cf. vs. 27. — *Quare quum verbum*, mandatum *regis severum*, durum, *et fornax accensa esset valde*, *viros illos, qui ascendere fecerunt* (in fornacem) *Schadrachum* . . . *occidit eos flamma ignis*. מִן־דִּי eo quod, ob id quod (מִן de causa), idem fere quod praecedens כָּל־קֳבֵל דְּנָה. מַחְצְפָה Rosenmüllerus, Lengerke et alii cum Buxtorf. p. 813 sq. *urgens, festinum* significare volunt, quo significatu voc. et supra 2, 15. acceperunt. Sed *severum*, *durum* mandatum intelligendum esse, cognoscitur ex eo, quod statim explicandi causa additum legitur וְאַתּוּנָא אֵזֵה יַתִּירָה *et fornax accensa esset valde*. De vi primaria voc. vid. ad 2, 15. — דִּי הַסִּקוּ לְ *qui ascendere fecerunt Schadrachum* rel. appositam scalam ad ostium in superiore parte fornacis, ubi in flammas illos injicerent. Aliud

23\. ostium in inferiore parte fornacis erat, vs. 26. — *At illi tres viri* . . . licet satellites ignis flamma exstinxisset, *delapsi sunt* cet. *Delapsi sunt* redde, non cum Gesenio, Winero, Lengerke et aliis *dejecti sunt*, nam, quum, qui Judaeos in fornacem injecturi erant, postquam ad ostium pervenissent miserosque homines protrusissent, flammis ipsi perirent, Judaei rectius profecto *delapsi* quam *dejecti esse* dicuntur. „Post hunc versum in translatione Alexandrina inserti leguntur *septem et sexaginta* versus (postea etiam in graecam Theodotionis, syriacam et latinam translati), quibus [illegible] [illegible] [illegible] continebant) de quibus in codicibus hebraicis [illegible] nihil exstitisse [illegible] verbis ostendam [illegible] „Haec quae Hebraei legunt; media (quae) sequuntur usque ad finem cantici trium puerorum in Hebraico non habentur [illegible]. Sane in Chaldaeis, [illegible] versum 23. et 24. non bene cohaerere legenti apparet.“ Rel. [illegible] optime [illegible]

ut ipse scriptor, cum tres in fornacem projecti erant, regem
subito obstupuisse narrat, et tunc demum, qua de re obstupuerit,
illos vel potius regem dicentem inducit, nam quod sic exponitur,
quasi agatur res (θαυμαστῶς), id ad commovendos audientium
animos maxime est efficax. De additamento graeco plura dicere
non est hujus loci. Vide si libet de Wette Einl. §. 258. — חֲזֵה] 24.
quod per ostium in latere fornacis (תְּרַע vs. 26.) non tres sed
quatuor viros conspiceret, vs. 25. וְקָם] de sella. לְהַדָּבְרוֹהִי]
administris suis? הַדָּבְרִין nihil est aliud nisi Plur. nominis par-
ticipialis formae Peal verbi דְּבַר duxit, rexit, gubernavit cum
ה prosthetico, significantis ducem, rectorem, gubernatorem =
מְדַבְּרָא Targ. Prov. 11, 14., cf. מְדַבַּר Jes. 11, 6. et Aph. מַדְבַּר
Ps. 80, 2. ducens (gregem, populum). Quod ה (ut ppst ac) habet
Dagesch, non obstat, quo minus habeatur pro prosthetico, sic
enim et א prosth. scriptum reperitur, ut גַּן et אַגַּן, hortus.
Praeter necessitatem neque ullo adjutus exemplo chaldaico Gese-
nius ה voc. הַדָּבְרִין esse vult articulum hebr., qui cum ipso vo-
cabulo coaluerit, ut alibi Arabum articulus, cum nonnullis voc. he-
braeis. — מְהַלְּכִין] quod etiam infra 4, 34. legitur, non esse 25.
Part. Aph. sed Pael pro מְהַלְּכִין, C. B. Michaelis, et Rosenmül-
lerus inde dicunt verisimile fieri, quod infra 4, 26. in Pael מְהַלֵּךְ
legatur. Sed quid, quaeso, ex illo loco sequitur? Est מְהַלְּכִין
([illegible] est etiam hebr. מַהְלְכִים Zach. 3, 7. [illegible]
Jer. 29, 8., מַקְטְרִים 2 Chron. 28, 23.) purum putum Aphel, casu
praetermissum a Buxt. p. 611. וְרֵוֵהּ דִּי רְבִיעָאָה] De suff. vid.
ad 2, 20. p. 88. Eadem redundantia habetur versu proximo in
verbis עַבְדוֹהִי דִּי אֱלָהָא, iterum vs. 28. 29. al. Pro רְבִיעָיָא vel
[illegible] K'ri; רְבִיעָאָה, ut 2, 40. Ita etiam vs. 26. C'tib [illegible]
K'ri עִלָּאָה et sic ubique. דָּמֵה לְבַר אֱלָהִין] similis est filio
deorum, diis nato (cf. 7, 13: כְּבַר אֱנָשׁ filius hominis, homini
similis) i. e. angelo, genio tutelari a deo misso, vs. 28. cf. 4, 10.
14. cap. 10. [illegible] לִתְרַע אַתּוּן] ad ostium in latere fornacis, per 26.
quod spectatorem se praebuerat Judaeis in ignem dejectis. —
חָזַיִן לְגֻבְרַיָּא אִלֵּךְ דִּי לָא שְׁלֵט נוּרָא בְּגֶשְׁמְהוֹן] pro [illegible] 27.
[illegible] cf. not. ad Gen. 1, 4. — [illegible] 28.
vid. ad 2, 44. שַׁנִּיו] migrarunt, neglexerunt, ut Aph. Esr. 6,
11. 12. Eodem significatu in Pa. gaudet syr. [illegible] Pro [illegible]
corpora eorum [illegible] expresso [illegible] K'ri legi vult

[illegible] vere nisi [illegible], ut igitur [illegible]
[illegible] Alio modo sensum adjuvit Vulgatus: [illegible]
[illegible] mei, quod vidi, et interpretationem ejus dic mihi. —
7 ([illegible]) [illegible]] Et erant quidem visa capitis mei super cubili meo: vidi et [illegible] אַרְעָא], arbor erat in medio terrae. [illegible] patet quam hebr. אֵילָן, et arborem quamcunque significat, velut Gen. [illegible] Ps. 96, 12. בְּגוֹא esse in medio, non pro בְּ positum, ut saepius hebr. בְּתוֹךְ, plane intelligitur e versu proximo. Ceterum cf. quod Xerxi expeditionem in Graeciam suscepturo obtigisse dicitur somnium apud Herodot. 7, 19, ubi tertiam regi per somnium [illegible] visionem magos [illegible] interpretatos esse ad universam spectare terram, significareque, homines omnes servos ei futuros. Fuisse [illegible] visionem hujusmodi: [illegible] [illegible]. Quod ad imaginem ab
9. arbore desumtam cf. etiam Ezech. 31, 3 sqq. — [illegible] [illegible] fructum produxit) [illegible] [illegible] p. 138 [illegible] [illegible] [illegible] (ovibus), [illegible] [illegible]] sub ea in umbra conquiescebant bestiae agri. Gesenius, Winer, Rosenm., Lengerke et alii [illegible] (Aphel verbi טְלַל i. q. צָלַל Neh. 13, 19. ظلّ obumbrari) significare volunt umbram captare. Hanc vim habet quidem ظل, sed non nisi in Conj. X, quam constat desiderium exprimere. Vide igitur [illegible] quasi umbram agere, Schatten halten, i. e. sub umbra versari, in umbra requiescere, vel, quod eodem redit, obumbrare, [illegible] quae pronominis 3. pers. ellipsis in Aph. usitatissima est apud Syros (Hoffmann. p. 182). In Targg. [illegible] ([illegible]), quod sciam, ubique, ut Pa. טַלֵּל, est transit. obumbrare, operire, obtegere, velut Job. 40, 17: [illegible] obtegunt eum umbrae. Quo eodem significatu gaudet syr. [illegible] et Aphel. Hinc Buxtorf. in Lex. chald. p. 876. verba [illegible] red-didit: obumbrat bestias agri, quem sensum tamen illa ferre non possunt, nisi [illegible] impersonaliter capias aut [illegible] vim subr-

[illegible] credam, quod in [illegible] (Note [illegible] 11
[illegible] Exod. 10, 23. [illegible]
[illegible] aliquid [illegible] rejiciendum est [illegible]
locum parallelum [illegible] 12
[illegible]
[illegible] Quamquam [illegible]
sit generis, verbo potestatem masculino, quam feminino [illegible]
[illegible] Femininum Masorethae legi voluerunt propter [illegible]
[illegible] 18. [illegible]
(Ges. Gr. [illegible] p. 88. Winer [illegible] Lengerke) [illegible] 13
[illegible]
[illegible] Targ. Gen. 7, [illegible] Deut. 4, 17. 14, 5 [illegible]
[illegible] 14, [illegible] 52. Deut. [illegible] 4, [illegible]
[illegible] infra vs. 30, [illegible] 8 [illegible]
[illegible] Eccl. 8, 12. [illegible] infra [illegible]
[illegible] Gen. 41, [illegible]
Winer p. [illegible] 10.
vigil, [illegible] 20,
plur. [illegible] 14, [illegible] Partic. [illegible] Cant. 5, 2.
[illegible] vigil, [illegible] vigilavit (scholion codicis Alexandrini
apud Theodoret: [illegible] οὐδὲν ἕτερον [illegible]
ἄγγελον [illegible] quippe qui [illegible]
[illegible] (Polychron. [illegible] vs. 20 [illegible]
[illegible] Hieronymus ad Daniel. [illegible] significat
angelos, quod semper vigilent et ad dei imperium sint parati;
Henoch. 20, 1. ubi [illegible] vocantur angeli vigilantes; Ephraem.
[illegible] ubi vigiles [illegible] Seraphis Cherubisque; item
Satanae Adamum tentaturo non permissum a deo esse dicitur, „ut unus ex vigilibus [[illegible]] aut unus ex Seraphis Cherubisque" ad Adamum mitteretur; cf. etiam infra 10, 13. 20. 11, 1. Ezech. 1, 18.), et quidem tam *bonorum* (Henoch. 12, 2. 13, 11. 15, 1. 20, 1., cf. Barhebr. ad Gen. 6.) quam *malorum* 14
(Henoch. 1, 5. 10, 11. 13. 18. 12, 5. al.); hinc additur h. l. וְקַדִּישׁ *et is quidem sanctus.* Cf. in Zendavesta genii boni, quorum curae traditus est universus mundus, quique *ex alto hominum animas custodiunt* (Kleuker II. 257. Anhang I. 239.), iisque oppositi spiritus malevoli, humano generi infensi (Anhang I. 240.). Copiose et subtiliter de hoc loco exposuit Lengerke.

11\. [illegible] ut [illegible] 6, ubi vide not. [illegible]
propter [illegible] decussit, Imp. Aph. verbi [illegible], [illegible] decidit folium
(Jes. 34, 4. al.) [illegible] fructus; [illegible] vid. ad vs. 9. —
12\. [illegible] שָׁרְשׁוֹהִי בְּאַרְעָא שְׁבֻקוּ] Attamen radicem [illegible]
[illegible] (i. q. [illegible] Jes. 6, 13.), [illegible] ibid. 11, [illegible]
[illegible], ut quidem in vinculo ferri et aeris, [illegible]
quidem ferreo et aeneo colligatum vinculo, ne rumpatur et fun-
ditus perdatur; [illegible] וּבְטַל שְׁמַיָּא [illegible]] Haec
quoque arbori conveniunt, cf. Job. 14, 9.; Propria figuratis in iis
13\. [illegible], quae subjiciuntur. — לִבְבֵהּ מִן אֱנָשָׁא יְשַׁנּוֹן]
Gesenius, Winerus (sub שְׁנָא), Rosenmüllerus, de Wette cum Vulg.
cor ejus ab homine i. e. a corde humano ita, ut non amplius
sit, debeat esse humanum, mutabitur, מִן accepto significatione
privativa, apud Hebraeos frequenti. Quum vero שְׁנָא seq. מִן in
hoc scriptore semel atque iterum significet alius, diversus fuit
ab aliq. 7, 3. 7. 19. 23. 24. (cf. in Targ. Esth. 3, 8.), multo
simplicior, credo, haec erit interpretatio: cor ejus ab homine,
corde humano diversum reddetur, aliud quam humanum erit.
Lengerke sententiam non posse non hanc esse credit, cor ejus
ipsum hominibus mutabitur, coll. vs. 22.: [illegible] מִן אֲנָשָׁא
te ejicient ex hominibus, et vs. 30: מִן אֲנָשָׁא טְרִיד ex homi-
nibus ejectus est. Sed alia ratio est horum locorum. Nam
vs. 22. subjicitur [illegible] עִם חֵיוַת בָּרָא [illegible] cum bestiis
agri erit habitatio tua rel., et similia opponuntur vs. 30.; hoc
vero nostro prae ceteris loco subjicitur וּלְבַב חֵיוָא יִתְיְהִב לֵהּ
cor bestiae dabitur ei, quod in membro opposito cor regis non
nisi ut humana indole privandum dicatur postulat. Ceterum pro
[illegible] Masorethae legi volunt [illegible], sc. אֲנָשָׁא 22. 30. De plurali
propr. mutabunt, vid. not. ad 2, 30. וְשִׁבְעָה עִדָּנִין יַחְלְפוּן עֲלוֹהִי]
et septem tempora i. e. anni (cf. 7, 25. 12, 7. coll. 8, 14.)
praeteribunt super eum, „status ejus ille miser non prius finie-
tur, quam cursus solis annuus septies super eum redintegratus
14\. fuerit.“ Ros. — בִּגְזֵרַת עִירִין פִּתְגָמָא וּמֵאמַר קַדִּישִׁין שְׁאֵלְתָא]
*Decreto vigilum haec sententia, et dicto sanctorum hoc con-
silium* constat. Recte cum Rosenmüllero Lengerke monuit, re-
spondere tria verba בְּמֵאמַר קַדִּישִׁין שְׁאֵלְתָא tribus quae praecedunt
ita, ut מֵאמַר idem valeat quod גְּזֵרָה, et בְּ huic praemissum
repetendum sit ad illud; קַדִּישִׁין conveniat cum עִירִין, et שְׁאֵלְתָא
cum פִּתְגָמָא. שְׁאֵלָה *petitio, postulatio*, hinc *decretum, consi-*

[illegible]. cf. [illegible] Hoc dicitur, sententia de transferendo Nebucadnezare (vs. 11 — 13. 17 sqq.), quam angelus modo exposuit, decretum esse ex vigilanti consilio, a deo instituto eoque praeside habito (cf. vs. 21.), quale [illegible] Job. 1, 6. 2, 1. [illegible] Ros. Cf. infra 7, 9. Zach. 1, 15. Henoch 64, 4. [illegible]] vs. 22. 29. cf. ad 2, 18. [illegible]] et humillimum hominum, Vulg. cf. Win. p. 11. [illegible]] non [illegible] ut vulgo efferunt, cf. [illegible] vs. 22. 29. ubi Kri [illegible] [illegible] 5, 21; [illegible] 19. 20.
— [illegible]] Tale somnium. vid. not. ad 3, 16. [illegible]] Ma- 15.
sorethae: [illegible] = [illegible] (Win. p. 25.), exprimunt Syr.
Sed Theodot. et Vulg. [illegible] exprimunt, quod praeferendum, cf. 2, 4. al. Eadem scripturae discrepantia est vs. 15. et 5, 8. [illegible]
[illegible]] non quod somnio solvendo impar esset, sed propter 16.
horrenda quae somnio significata videret mala. Ceterum vid. Win. p. 60. 2. [illegible] [illegible]] Licet rex ipse sit, qui toto hoc scripto a se omnino de se loquitur (cf. vs. 1. 21.), tamen quasi de alio loquens tertia hic utitur persona loco primae. Qualem personae enallagen, Orientalibus non insuetam, vide et infra vs. 25 — 30., item 1 Reg. 1, 33. Esth. 8, 7. 8. Ros. Cf. Ges. Gr. ampl. p. 748. [illegible]] Masorethae [illegible] de quo vid. ad vs. 15. [illegible] [illegible] [illegible]] domine mi, somnium sit osoribus tuis, et interpretatio ejus hostibus tuis! Hoc quod somnio significatur, quam vellem hostibus eveniret tuis! Cf. hostibus eveniat apud Ovid. Am. 2, 10. al. [illegible] cf. vs. 21. et. al. [illegible] 2, 47. 5, 22. Targ. Prov. 23, 2. Kri hic et infra [illegible] a [illegible] forma Targumistis et Talmudicis maxime usitata. De plur. [illegible] pro [illegible] vid. ad 3, 16. de suffixo autem hujus et postremae vocis [illegible] vid. ad 2, 4. [illegible]] vs. 19.
[illegible] K'ri [illegible] [illegible]] vid. ad 2, 35. [illegible] 21.
[illegible]] quod superventurum est domino meo: cf. [illegible]
— [illegible]] Videlicet te ejiciunt, impune, hinc post. cf. 22.
[illegible] vs. 30. [illegible]] vid. ad 2, 20. [illegible]] i. e. [illegible] cf.
[illegible] vs. 30. coll. not. ad 2, 30. — [illegible]] Quod ... dice- 22.
runt, dictum, jussum fuit. [illegible]] vid. ad 2, 20. p. 88. [illegible]] Ante haec cogitando supple; id est, significat. cf. ad 2, 41. [illegible]] ex quo tempore, simulatque agnoveris. [illegible]] potestatem habere, imperare coelum, i. e. deum, vs. 14. 22. Coelum, dei sedes et domicilium, Chaldaeis et recentioribus Hebraeis dicitur [illegible] [illegible]

[illegible] Matth. [illegible] 26. [illegible]
[illegible] (Cf. apud Talmudicos [illegible]
[illegible]
24. [illegible] apud Buxtorf. p. [illegible] [illegible]
[illegible] placeat tibi, [illegible]
[illegible] iniquitates [illegible]
[illegible]
[illegible] prorogabitur [illegible]
[illegible] qualitasque [illegible]
[illegible] illud avertere possis [illegible]
[illegible]
[illegible] Exemplum [illegible]
[illegible] Hiskiae, regis, [illegible]
(20, [illegible]) et Ninivitarum, quibus [illegible] (Jon. 3, 4.) [illegible]
[illegible] Et tamen [illegible]
[illegible] et Ninive, [illegible] commutata [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] atque [illegible] 66
et Lengerke [illegible] explicandum videtur. Ex eo, quod
verbum hoc etiam cum [illegible] conjungitur [illegible] 32, 6 [illegible]
19, 20 [illegible] Onkel. [illegible] Gen. [illegible]
[illegible] intelligi puto, [illegible] nihil aliud esse quam [illegible]
[illegible] Ezech. [illegible] 17 [illegible] significatu [illegible] 5, 9
[illegible]
videlicet [illegible] vid. [illegible] 13 [illegible] 22 [illegible]
[illegible] 1839. [illegible] primaria
[illegible] Abrumpere vero dicitur pro [illegible]
ut apud Hebraeos Gen. 27, 40 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] p. 1840. [illegible]
[illegible]
[illegible] 15 [illegible]
[illegible]
[illegible]
25. [illegible] visa est a Daniele explicata [illegible]
[illegible]

[illegible] prima [illegible] regis [illegible] necessitate [illegible]
[illegible] hic loqui [illegible]
[illegible] in [illegible] 26.
[illegible] palatii [illegible] 2 Sam. [illegible] Certe
[illegible] est quod [illegible] scriptu-
[illegible] Babylonia [illegible] Teste 27.
Herodoto [illegible] COCCRXXX [illegible]
[illegible] (vid. [illegible] T. II. P. II. p. 9. sqq.
[illegible] urbem [illegible] qui vel
[illegible] vel novas [illegible] Ita
2 Chron. 11, 5. 6. [illegible]
[illegible] Bethlehemum, [illegible] Thecoam atque alias
Judaeae urbes [illegible] 2 Reg. 14, 22. [illegible]
[illegible] jam Deut. 2, 8. memoratur. At
ipsam Babylonem [illegible] Nebucadnezar, [illegible]
[illegible] urbis [illegible] ut ex
Megasthene [illegible] apud Eusebium Praep. Evang. 9, 41.
[illegible] haberetur,
ad illud tempus, [illegible] Nebucadnezar [illegible] regno [illegible]
restitutus. [illegible] ad v. 32. [illegible] est [illegible] ad Num. [illegible]
[illegible] in domum regni, [illegible] Vulg. in regno [illegible]
[illegible] Am. 7, 13. Quod [illegible] cum hoc versu
Jes. 10, 13. 14. 13, 19. [illegible] 10. sqq. 47, 8. [illegible] 30.
ad 3, 6. [illegible] ejus [illegible] ut aquilarum
pili (plumae). [illegible] ut Jer. 4, 31. [illegible]
[illegible] saepissime, [illegible] p. 614. [illegible]
[illegible] in eo quod statim sequitur [illegible] avium
ungues. [illegible] spatio v. 13. 31.
22. 29. [illegible]
Non potest [illegible] statui, hoc [illegible] Convenientia
potius ad ea quae praecedunt, rex priusquam [illegible] redires
oculos in coelum [illegible] Et enim significatum [illegible]
ipsum [illegible] coelestem
potentiam [illegible] v. 22. 29. ad 35. Postulare vero [illegible]
[illegible] preces [illegible] regem [illegible] quod mireris [illegible]
[illegible] ad 3, 33. [illegible] 32.
[illegible] nihili [illegible]
[illegible] 38. [illegible] 3, 26. [illegible] interpretes et [illegible]

bini exstent codices in una lectione consentientes, et idem codex modo per Aleph modo per He scribat. Quamobrem nec valde sollicitus fui de variis hisce lectionibus, quia א et ה literae sorores sunt, et qui vult scribere א, scribat, cui vero placet ה, scribat, ut inquit Kimchius sub initium Chronicorum.“ Et nuper *Beer* (*Inscriptiones et papyri vet. semit.* p. 16.): „Chaldaismi biblici orthographia hac in re non satis sibi constat, e. g. Dan. 2, 39: מַלְכוּ תְלִיתָאָה *regnum tertium*; ibid. vs. 40: מַלְכוּ רְבִיעָאָה תֶּהֱוֵא תַקִּיפָה *regnum quartum erit firmum*; ibid. vs. 42: מַלְכוּתָא תֶּהֱוֵא תַקִּיפָא *regnum erit firmum*; 6, 18: אֶבֶן חֲדָה *lapis unus*; Esra 4, 8: אִגְּרָה חֲדָה *epistola una*; Dan. 5, 12: רוּחַ יַתִּירָא *spiritus mirificus*; 4, 33: רְבוּ יַתִּירָה *multitudo mirifica*; 6, 13: יַצִּיבָא מִלְּתָא *firma est res*; 3, 22: מִלַּת מַלְכָּא מַחְצְפָה *edictum regis est saevum*; 7, 7: חֵיוָה דְחִילָה וְתַקִּיפָא *animal terribile et validum*; ibid. vs. 21: קַרְנָא עָבְדָה ... וְיָכְלָה *cornu faciens ... et comedens*; longe saepius tamen quam א, scriptum reperitur ה in femininis adjectivorum et participiorum.“ — אֲרַעָה
39. — מִנָּךְ] Recte Vulg. *minus te*. אֲרַעָה femininum nominis אֲרַע *quod inferius est* (ut legi vult K'ri), adverbialiter positum, non adjectivum, quod sonat אַרְעָי, אַרְעָאִי. „Vulgatus interpres addidit *argenteum*, non quod דִּי כְסַף legit, sed per modum interpretamenti. Quoniam enim vs. 32 pectus et brachia, quae regnum secundum adumbrabant, argentea fuerunt, et hic reliqua quoque regna, primum ab auro, tertium ab aere, quartum a ferro describuntur, hinc et secundi regni materiam adjicere interpreti visum est.“ Ros. Regnum *secundum* non posse esse regnum successorum Nebucadnezaris, praeter illud, quod supra de primo diximus, ostendit hoc, quod, quemadmodum quae sequuntur regna nova sunt, hoc quoque debet esse imperium novum. Plerique existimant esse Medopersicum. Est, historiam si sequeris. Nam quo tempore Babylon expugnata est, summum imperium ad Persas transierat, Herod. 1, 130. Ipsum scriptorem vero si consulis, intelligendum est regnum *Medorum*. Hoc enim successisse regno Babylonico opinatum esse scriptorem, discimus ex 6, 1., ubi mortuo Belschazare regnum Babylonicum occupasse dicitur Darius Medus (Cyaxares II.). cf. etiam 8, 3., ubi cornu sublimius (Persiam significans) posterius crevisse dicitur altero (Media). Pluribus de hac re exposuit *Lengerke* p. 91. sq. *Tertium* jam non
40. potest non esse regnum *Medopersicum*. — *Et regnum quartum*

(C'tib more syr. רְבִיעָיָא vel רְבִיעָאָ, Krit רְבִיעָאָה) *erit validum ut ferrum; quemadmodum ferrum omnia comminuit atque contundit*, *ut ferrum quod confringit*, ut ferrum confringens: (sic) *omnia ista* i. e. omnia regna metallis ante commemoratis comparata *comminuet atque confringet.* כָּל־קֳבֵל דִּי hic non *propterea quod*, *quandoquidem*, sed *quemadmodum* (pr. *eo ipso modo*, *quo*) significare videtur. Ita et infra 6, 11. (non autem vs. 41. 45. hujus cap., ut vult Rosenm.). At, inquit Gesenius in Lex. man., „neque probari potest haec significatio, neque contextui aptior est quam illa.“ Videtur tamen a primaria significatione quae haec est: *omni intuitu ejus quod*, non magis aliena esse quam altera illa, cf. hebr. מִפְּנֵי אֲשֶׁר et לִפְנֵי. Nec dixerim, hanc illa non esse aptiorem. Nam quae 6, 11. initio leguntur וְדָנִיֵּאל כְּדִי יְדַע דִּי רְשִׁים כְּתָבָא *Daniel autem*, *ubi cognovit*, *consignatum esse scriptum*, omnino postulare videntur, ut verba postrema כָּל־קֳבֵל דִּי הֲוָא עָבֵד מִן קַדְמַת דְּנָה sic reddantur (laudavit deum suum [nihil curans mandatum regium]) *eo ipso modo quo facere consueverat antehac.* Hoc vero qui prae manibus est, loco כָּל־קֳבֵל דִּי *quandoquidem* reddi non potest nisi hac conditione, ut verba, quibus est praepositum, juncta cum proxime praegressis, dicta esse putentur pro דִּי מְהַדֵּק וְחָשֵׁל כֹּלָּא (ut ferrum) *quod omnia comminuit atque contundit.* Quod durius. Ad hoc accentus cum iis quae sequuntur illa cohaerere docent. Bene igitur LXX ὃν τρόπον, et infra καθώς. Ante כָּל־אִלֵּין omissa est comparandi particula כֵּן. Regnum *quartum est* regnum *Alexandri et successorum*, cf. ad vss. seqq. De Romano imperio quominus cogites, vel hoc obstat, „quod Romani, ut jam monuit *Beomanus* (*de monarchia quarta* 1671.), prioribus tribus monarchiis non successerunt. Euphrates enim ut plurimum imperii eorum terminus fatalis fuit, quem prudentiores imperatores ipsi statuerunt. Jam vero trans Euphratem magna pars imperii priorum monarchiarum sita erat, quam quia in suam ditionem Romani reddere non potuerunt, nec novam monarchiam condidisse dici possunt. Ut enim imperio alicui novum successisse dicatur, non sufficit, ut novum istud in amplitudinem aliquam diffundatur, sed oportet etiam, ut prius ab hoc vincatur, cedatque victae nationis et nomen et imperium in nationem victricem, tanquam praedominantem. Ideo Babylonii, cum monarchia exciderent, cesserunt victi victoribus Persis, nationi

praedominanti (cf. sup.), et Persicum imperium non ante debitum dici poterat, quam Alexander M. subjugata natione Persica illud in Graecam nationem transferret." Cf. etiam cap. 8. et 11. inprimis vs. 21., ubi Antiochus Epiphanes quasi digito monstratur.
41. וְדִי חֲזַיְתָה רַגְלַיָּא וְגו'] *Et quod vidisti pedes et digitos partim ex argilla figuli, partim ex ferro,* proprie: aliquid *de illis argillam figuli et* aliquid *de illis ferrum,* vid. ad vs. 33., etiam de C'tib et K'ri. Ante verba quae sequuntur, cogitando supplendum est הוּא *id est, significat.* Ita et vs. 42. 43. 4, 23. מַלְכוּ פְלִיגָה תֶּהֱוֵא] *regnum divisum erit.* Intellige regnum Alexandri post ejus mortem in plura regna divisum, Aegyptum, Macedoniam, Asiam superiorem, Thracen, Asiam anteriorem, et mortuo Antigono Syriam. cf. 7, 7. 8. וּמִן נִצְבְּתָא דִּי פַרְזְלָא לֶהֱוֵא בַהּ] *et de firmitate ferri erit* aliquid *in eo.* נִצְבָּה *firmitas* a נְצַב, arab. *perstitit firmus fixusque, erectus stetit,* hebr. Niph. *firmiter statit* Ps. 39, 6. Minus congrua est usitatior (etiam apud Syros) significatio *plantationis* aut *plantae, radicis* = *originis, indolis* (cf. أصل *radix, origo, genus*), ab eodem verbo, chald. et syr. *plantavit,* propr. *erexit, constituit,* quae significatio placuit Vulgato: *quod tamen de plantario ferri orietur,* et Theodotioni: *καὶ ἀπὸ τῆς ῥίζης τῆς σιδηρᾶς ἔσται ἐν αὐτῷ.* Magis placet *Beer,* qui: *et fundamenti ferrei aliquid erit in eo,* vid. sup. p. 86. ad vs. 20. De לֶהֱוֵא vid. ibidem. כָּל־קֳבֵל דִּי חֲזַיְתָה וגו'] Haec verba non videntur cum Lengerke referenda ad מַלְכוּ פְלִיגָה תֶּהֱוֵא, ita ut quae post illa sequuntur וּמִן נִצְבְּתָא דִּי פַרְזְלָא לֶהֱוֵא בַהּ sententiam interjectam efficiant, nam priora illa verba ampliore explicatione non egent; sed videntur ad ea referenda esse, quae proxime praecesserunt: et (attamen) de firmitate ferri erit aliquid in eo, *quandoquidem vidisti* **ferrum** (cum accentu efferendum) *mixtum cum luto argillae,* ut vates dicat, regnum divisum quidem sed etiam facta divisione firmum futurum esse, de qua re accuratius exponitur versu seq. חֲסַף טִינָא sensu non differt ab חֲסַף דִּי פֶחָר.
42. *Et* quod attinet, vel si mavis, quod vidisti (vs. 41.) *digitos pedum partim ex ferro, partim ex argilla* (cf. vs. 33. 41. et de חֲסַף ad vs. 17.): *partim regnum erit validum, partim erit fragile,* proprie: pars, aliquid, *de summa regni erit validum et* aliquid *de eo* (vid. ad 1, 2.) cet. Praedicatum construitur

cum Genitivo, ut infra cap. 3, 19. nisi malis sic struere:
quoad partem de summa regnum erit validum etc., ita ut קְצָת
sit status absolutus, מִן־קְצָת accusativus adverbii, qua ratione
et simplex מִן hic et vs. 41. 33. „quoad partem de“ capi potest.
Cave tamen, ne קְצָת statum absol. esse credas ob id, quod habet
Kamez, quum infra 4, 31. status constr. habeat Pathach. cf.
vs. 18. 6, 8. 16. al. Ad rem quod attinet, bene Rosenmüllerus:
est haec „explicatio ejusdem quidem imaginis, sed quoad aliud
rei significatae momentum. Nam vs. 41. (init.) commixtio ferri et
luti ad divisionem regni, hic vero ad divisi regni statum, partim
validum (ut Syriae), partim debilem applicatur.“ — מִתְעָרְבִין 43.
לֶהֱוֹן בִּזְרַע אֲנָשָׁא וגו'] *commiscentes se erunt* (de לֶהֱוֹן vid. ad
vs. 20.), commiscebunt se sc. domini regnorum illorum (vs. 44.)
semine hominis, humano, i. e. affinitate sese conjungent; *sed non
erunt adhaerentes*, non adhaerebunt *alii aliis*, *en*, *quemadmodum
ferrum non miscetur* (firmiter) *cum argilla*. Sic Antiochus Theos
Berenicen uxorem duxit, Ptolemaei Philadelphi filiam. Quod
conjugium per biennium tantum duravit. Et Antiochus Magnus
Cleopatram, filiam suam, locavit in matrimonium Ptolemaeo Epi-
phani, et ipsum brevi solvendum. cf. 11, 6. 7. Similia post
Antiochi Epiphanis aetatem acciderunt, quae narrata vid. 1 Macc.
10, 51. sqq. et 11, 8. sqq. — וּבְיוֹמֵיהוֹן דִּי מַלְכַיָּא אִנּוּן] *Et* 44.
diebus, temporibus *eorum*, *regum horum* (vid. ad vs. 20. p. 88.),
successorum Alexandri. וּמַלְכוּתָה לְעַם אָחֳרָן לָא תִשְׁתְּבִק] *et
regnum illud populo alii non relinquetur*, quemadmodum Chaldaei
regnum suum Medis (ex sententia scriptoris), Medi Persis, Persae
Graecis relinquere coacti sunt. Pro מַלְכוּתָה stat. emph. libri
nonnulli exhibent מַלְכֻוּתֵהּ, expressum a Vulg. Theodot. al., *im-
perium s. dominatio* (cf. hebr. מַלְכוּת) *ejus*, regni, quod prae-
ferendum duxit Lengerke. תִּשְׁתְּבִק per Chirek ut הִתְרְחִצוּ 3, 28.
Win. p. 36. Sic etiam quod statim sequitur Aph. תַּדִּק. Signi-
ficari *regnum Messiae*, recte jam statuerunt Judaei et Porphyrius.
Hieron. ad תַּדִּק וגו': „Quod Judaei et impius Porphyrius male
ad populum referunt Israel, quem in fine seculorum volunt esse
fortissimum, et omnia regna conterere et regnare in aeternum.“
Ad quod vere Rosenmüllerus: „quatenus Messias ex Hebraica
gente oriundus, et ejus regni initia in Hebraico populo futura
sperabantur, Judaeorum illa et Porphyrii sententia minime repu-
dianda, sed probanda potius erit.“ — כָּל־קֳבֵל דִּי וגו'] Perti- 45.

nent haec usque ad וְדַהֲבָא ad vs. superiorem. De verbis אַלּוּ וגו' בְּיַדַיִן et וְחַדִּקַת vid. not. ad vs. 34. — אֱלָהּ רַב וגו׳] Epilogus. לְהַחֲוָיָא] vid. ad vs. 26. מְהֵימַן] iterum 6, 5., Part. pass. Aph. v. אֲמַן, cf. syr. ܡܗܝܡܢܐ, coll. Hoffmann. Gr. syr. p. 207. annot. 3., nam quae habentur in Win. Gr. chald. p. 50. non
46. sufficiunt. De ה cf. id. p. 36. — נְפַל עַל אַנְפּוֹהִי וּלְדָנִיֵּאל סְגִד וגו׳] „ut hominem plane divinum, divino dignum honore." Ros. Vere tamen Lengerke intelligi monuit e versu seq., divinum quidem honorem Danieli habuisse Nebucadnezarem, verum non ut deo, sed ut dei ministro atque interpreti, coll. Jos. Arch. 11, 8. 5., ubi Alexander ad genua procumbens Jojadae, pontificis maximi, οὐ τοῦτον, inquit, προσεκύνησα, τὸν δὲ θεὸν, οὗ τῇ ἀρχιερωσύνῃ αὐτὸς τετίμηται. Sic jam Hieronymus: „Et hoc possumus dicere, quod causas adorandi et immolandarum hostiarum, et incensi atque sacrificii ipse rex exposuerit, dicens ad Danielem: *vere deus vester deus deorum est* (46.); ergo non tam Danielem, quam in Daniele adorat deum, qui mysteria re-
47. velavit." — מִן קְשֹׁט דִּי] *ex veritate*, verum *est, quod*. cf. מִן יַצִּיב *ex certo*, certo. אֱלָהֲכוֹן] Danielis et sociorum, vel in
48. universum: Judaeorum. — וְרַב סִגְנִין וגו׳] *et ut summum praefectum* cet. Manifestum est enim, verba illa pendere ex הַשְׁלְטֵהּ.
49. — וּמַנִּי עַל עֲבִידְתָּא] i. e. eos constituit *procuratores*, Danieli subjectos. וְדָנִיֵּאל בִּתְרַע מַלְכָּא] *et Daniel fuit*, versatus est *in porta regis*, aula regia, vid. Ges. Lex.

1. CAP. III, 1—30. Martyrium sociorum Danielis. — צְלֵם דִּי דְהַב וגו׳] Videtur iis, quae hic legimus de statua formae plane monstrosae et, si vel maxime fuerit confecta ex ligno et obducta auro, immensi pretii, ansam dedisse fama de statua aurea Beli in templo Babylonis, duodecim cubitorum, Herodot. 1, 183., et alia (nisi est eadem) in tecto templi, quadraginta pedum, Diod. Sic. 2, 9. בְּבִקְעַת דּוּרָא בִּמְדִינַת בָּבֶל] cf. Gen. 11, 2:
2. בִּקְעָה בְּאֶרֶץ שִׁנְעָר. — תִּפְתָּיֵא] vid. ad 2, 5. לְמֵתֵא] Inf. Pe.
3. ut לְמִזֵּא infra vs. 19. Win. p. 59. — וְקָאֲמִין] K'ri: וְקָיְמִין, ut
4. 2, 38. al. — עַמְמַיָּא אֻמַּיָּא וְלִשָּׁנַיָּא] *o populi, nationes et linguas* i. e. quicunque et cujuscunque nationis et idiomatis estis.
5. — קַיתְרֹס סַבְּכָא פְּסַנְתֵּרִין סוּמְפֹּנְיָה] Haec quatuor nomina videntur graecae originis esse, קִיתָרֹס s. קִיתְרֹס, K'ri: קַתְרֹס, κίθαρις; סַבְּכָא et שַׂבְּכָא (vs. 7. 10. 15.), σαμβύκη, σαμβύκη,

[illegible], [illegible] (ab [illegible] metro, carmine, in quo instrumentum [illegible] 21
[illegible] fuerit, [illegible] sed audacius hoc est); סַבְּכָא
et פְּסַנְתֵּרִין (vs. 7.), ψαλτήριον E. Gr. ann. §. 107.; סוּמְפֹּנְיָה
et [illegible] (vs. 10. C'tib), συμφωνία. — בַּהּ שַׁעֲתָא] iterum vs. 15. 6.
4, 30. 5, 5., eo ipso (temporis) momento, ut בֵּהּ זִמְנָא eo ipso
tempore vs. 7. 8. 4, 33. Win. p. 55. 6. Qua eadem ratione
fortasse capiendum est etiam quod 2 Reg. 13, 20. legitur בָּא שָׁנָה
(pro בְּ ה בָּא, ut habent a prima manu cod. R. 2. K. 1., cf. בְּעָא
pro בָּעָה Ezech. 36, 5.): eo ipso anno, quod expresserunt Vulg.
Syr. Ar. cf. Ezech. 14, 4. בָּהּ בְרֹב גִּלּוּלָיו (ubi K'ri בָּא) pro eo,
ei re, pro multitudine idolorum suorum i. e. pro illa ipsa multi-
tudine id. s. cf. Ges. Gr. ampl. p. 788. אַתּוּן נוּרָא יָקִדְתָּא
[illegible]] cf. Jerem. 29, 22., ubi tamen fornacis non fit mentio.
Hoc supplicii genus usu receptum fuit Persis, Brisson. p. 577.,
et ipsis Hebraeis 2 Sam. 12, 31. Persis etiamnum videtur usita-
tum esse, cf. Chardin, voyages en Perse (1671 — 77.) par Lan-
gles. VI. p. 118., ubi in caritate annonae per integrum mensem
duas fornaces igne alitas esse narrat, in quas qui pretia rebus
statuta excederent conjicerentur venditores. De Particip. יָקִד et
יָקִדְתָּא (vs. 11. 21.) vid. Win. p. 34. coll. יָכִל vs. 17., נָחִת 4, 10.
20., נָזִק 6, 3. — כָּל־קֳבֵל דְּנָה] „quod ceteri omnes procidis- 8.
sent, soli vero Schadrach, Meschach et Abednego imperatum
recusassent, ut vs. 12. dicitur." Ros. קְרִבוּ] vid. ad 2, 29.
וַאֲכַלוּ קַרְצֵיהוֹן דִּי יְהוּדָיֵא] et comederunt frusta eorum, Ju-
daeorum i. e. διέβαλον τοὺς Ἰουδαίους, Alex. Theodot., (mali-
tiose) accusaverunt Judaeos, Hieron. Quo sensu אֲכַל קַרְצֵי דִּי
dicitur Ezech. 22, 9. Prov. 11, 13. 20, 19. al., syr. أكل [illegible]
Luc. 16, 1. al., arab. أكل لحمه comedit carnem alicujus Cor.
49, 12. Haman p. 353. ed. Freyt. Sic apud Latinos rodere car-
nem alicujus Martial. 6, 64. al. Similitudo sumta est a canibus
rabidis, qui frusta corporibus ablata avide vorant. Iterum le-
gitur haec locutio infra 6, 25. [illegible] pronominis suffixo, nomini
praemisso vid. ad 2, 20. de [illegible] ad 2, 5. [illegible] 9.
[illegible]] cf. ad 2, 4. [illegible] ad 2, 49. לֵאלָהָךְ] diis tuis. 12.
Loquuntur de diis alienis in universum. K'ri et libri haud pauci:
לֵאלָהָךְ, quae Critici alicujus correctio videtur, ut consentiat
Singularis [illegible] infra vs. 14." Ros. Posuit tamen ubi ipsum
[illegible] Pluralis esse, cf. ad 2, 4. Eadem scripturae diversitas

13. infra vs. 18. : — בֵּאדַיִן גֻּבְרַיָּא אִלֵּךְ הֵיתָיוּ] „tunc viros hos adduxerunt, i. e. adducti sunt, impersonaliter loquendi formula, ut supra 2, 13." Ros. Sed tertia plur. masc. Aph. verbi אֲתָה infra sonat הַיְתִיו, ut solet in his verbis, velut in eodem nexu 6, 25.: הַיְתִיו גֻּבְרַיָּא אִלֵּךְ, et ibid. vs. 17. 5, 3., nec quidquam proficitur coll. הֵתָיוּ Jes. 21, 14., nam ejus quod hoc Danielis loco habetur הֵיתָיוּ manifesto eadem est ratio, qualis tertiae sing. fem. הֵיתָיִת infra 6, 18., quae est forma passiva ex Aphel formata: וְהֵיתָיִת אֶבֶן et allatus est lapis. Itaque et hoc הֵיתָיוּ significabit adducti sunt. In eadem sententia est Buxt., qui in Lex. p. 247. „regulariter, inquit, esset הַאֲתָיוּ ... Terminatio feminina in Chirek (הֵיתָיִת) omnino insolens est." Causa hujus terminationis ponenda videtur in Kamez vocali, quae servanda erat propterea, quod illa ejecta (הֵיתִית) vix ulla formae passivae nota reliqua
14. fuisset. — הַצְדָּא] num consilium deliberatum hoc est? num de industria ita fecistis? צְדָא manifesto idem est quod hebr. צְדִיָּה Num. 35, 20. 22. Nebucadnezar tribus Judaeis, quibus bene cupit, occasionem offert se excusandi eo, quod odorationem non consilio sed casu et fortuito aut imprudentia intermisissent; hinc
15. ad adorandam statuam denuo evocat. — כְּעַן הֵן אִיתֵיכוֹן עֲתִידִין דִּי בְעִדָּנָא דִּי תִשְׁמְעוּן — תִּפְּלוּן וגו'] Miror Lengerkium verba haec cum Häverniko sic struentem: si audiveritis — procidatis. Nam דִּי תִשְׁמְעוּן pendet ex בְּעִדָּנָא, תִּפְּלוּן vero est referendum ad דִּי prius pendens ex עֲתִידִין, ut haec prodeat sententia: *jam igitur, si, quo tempore audiveritis —, procidetis et adorabitis imaginem, quam feci*, ad verbum: *jam igitur, si fueritis parati, ut, tempore quo audiveritis —, procidatis* etc. Ita autem deest apodosis, *bene est*, qualis ἀποσιώπησις est Luc. 13, 9: *κἂν μὲν ποιήσῃ καρπόν· εἰ δὲ μήγε, εἰς τὸ μέλλον ἐκκόψεις αὐτήν Quodsi fructus tulerit*, bene est, manebit; *sin minus, posthac eam exscindes.* cf. *Köster. Erläut. der heil. Schrift* p. 97. sq. ubi tamen quae ex sermone hebraeo afferuntur exempla Exod. 32, 32. 1 Sam. 12, 14. 15. Zach. 6, 15. maxime dubia sunt; vid. ad eos locos not. Quid? quod et hoc Danielis loco verba sic sumi possunt, ut nihil desideretur: *jam igitur, ecce, vos eritis parati* (i. e. firmiter spero, persuasum habeo, vos futuros esse paratos, cf. not. ad vs. 14.), *ut, quo tempore audiveritis —, procidatis* etc. Quum vero *ecce* apud hunc scriptorem constanter sit אֲרוּ 7, 2. 5. 6. 7. 13. vel אֲלוּ 2, 31. 4, 7. 10. 7, 8., הֵן vero

ubique significat, ut 2, 5. 8. 3, 15 (עֲתִיד זְמַן) 18. 4, 24. 5, 16.
al., praeferenda videtur [illegible]. Ceterum vides ex hoc loco,
עֲתִיד exprimendo Futuro inservientem non solum cum Inf. prae-
misso ל (Win. p. 93. sq.), verum etiam cum ipso Fut. praecedente
דִּי conjungi, prorsus ut in sermone syriaco ܥܬܝܕ (Hoffm. p. 342.).
יְשֵׁיזְבִנְכוֹן] Fut. formae Peel cum Nun epenth. ut יְשֵׁיזְבִנָּךְ 6, 17.
cf. Win. p. 39. 43. — לָא חַשְׁחִין אֲנַחְנָא עַל דְּנָה פִּתְגָם לַהֲתָבוּתָךְ] 16.
non necesse habemus de hoc, ad hanc rem i. e. ad verba tua
minacia verbum tibi respondere. De significatu verbi חֲשַׁח cf.
Esr. 6, 9. 7, 20. חַשְׁחִין pro חַשְׁחִין Win. p. 76. De Infinitivo
objecto פִּתְגָם postposito vid. ad 2, 16. LXX, Theodotion et
recentiorum nonnulli sic reddunt: οὐ χρείαν ἔχομεν ἡμεῖς περὶ
τοῦ ῥήματος τούτου ἀποκριθῆναί σοι (הֲתִיב absolute sumto),
haud invita Grammatica, ut existimavit C. B. Michaelis coll. Esr.
6, 11: פִּתְגָמָא דְנָה, nam pronomen saepius cum vi, qualis hic
quoque cogitari possit (tale verbum), praeponitur, ut 2, 36. 4, 15.
(cf. Ges. Gr. ampl. p. 706.), sed repugnante accentu et praeter
necessitatem. — Interpretes praeter Lengerkium omnes: *Ecce,* 17.
*deus noster, quem colimus, potest liberare nos — et e manu
tua, rex, liberabit.* Sed cf. not. ad vs. superiorem. Itaque
praestare videtur ea ratio, quam secutus est Lengerke, quae
haec est: *Si — liberare potuerit* (per consilia sua, si consen-
taneum fuerit consiliis suis divinis, ut liberet) — *liberabit.*
ו *(tum)* incipit apodosin, ut saepius. — לְאֱלָהָיךְ] vid. ad 2, 20. 18.
לֵאלָהָיךְ] K'ri לֵאלָהָךְ ut supra vs. 12., ubi vid. not. — וּצְלֵם 19.
אַנְפּוֹהִי אֶשְׁתַּנִּו] Pro אֶשְׁתַּנִּי (אֶשְׁתַּנִּיו); quod convenit cum no-
mine recto, ut primario, K'ri praeter necessitatem legi vult אֶשְׁתַּנִּי.
cf. 2, 42. Eandem structuram Hebraeos frequentare notum.
לְמֵזֵא] cf. ad vs. 2. חַד שִׁבְעָה עַל דִּי חֲזֵה לְמֵזְיֵהּ] *septuplo magis
quam* (antea) *visum erat accendere eam.* חַד cardinalibus prae-
missum multiplicativa efficit, ut apud Syros ܚܕ. Sic Jer. 17, 18.
מִשְׁנֶה duplum Chaldaeus reddit תְּרֵין [illegible] Syrus ܚܕ ܠܬܪܝܢ, cf.
Win. p. 112. 6. Hoffmann. p. 305. annot. 3. Quod ad sensum
cf. vs. 22., ubi fornax dicitur אֵזְיָא [illegible] עַל דִּי חֲזֵה לְמֵזְיֵהּ
magis quam (antea) *visum erat (als man für gut befunden
hätte) accendere eam,* erat enim jam ante accensa vs. 6.
ad incutiendum multitudini pavorem. Participio Peil מְזֵא statui
quem illi tribuimus, significatum recte tribui, intelligitur ex

Targ., in quibus illud [illegible] significat [illegible], cupidi- [illegible] quod videtur [illegible] Lev. [illegible] Jes. 32, [illegible] 18 [illegible] Rosen-
müllerus, Lengerke et alii. Quum vero, quo tempore haec age-
bantur, fornax jam accensa esset, praestat prior ratio. Gesenio
primaria volendi notio placuit, is enim: quam unquam visum
20. erat (als je gesehn worden). — בְּחַיְלֵהּ] h. e. inter satellites
21. suos; cf. not. ad 2, 14. — Quod Judaei cum suis vestibus (de
quibus vid. Ges. Lex.) in fornacem projecti esse dicuntur, ratio
22. est, quod res eo fit mirabilior; cf. vs. 27. — Quare quum ver-
bum, mandatum regis severum, durum, et fornax accensa esset
valde, viros illos, qui ascendere fecerunt (in fornacem) Scha-
drachum . . . occidit eos flamma ignis. מִן־דִּי eo quod, ob id
quod (מִן de causa), idem fere quod praecedens כָּל־קֳבֵל דִּי.
מַחְצְפָה Rosenmüllerus, Lengerke et alii cum Buxtorf. p. 813. sq.
urgens, festinum significare volunt, quo significatu voc. et supra
2, 15. acceperunt. Sed severum, durum mandatum intelligen-
dum esse, cognoscitur ex eo, quod statim explicandi causa
additum legitur וְאַתּוּנָא אֵזֵה יַתִּירָה et fornax accensa esset
valde. De vi primaria voc. vid. ad 2, 15. — דִּי הַסִּקוּ וגו' qui
ascendere fecerunt Schadrachum rel. appositam scalam ad ostium
in superiore parte fornacis, ubi in flammas illos injicerent. Aliud
23. ostium in inferiore parte fornacis erat, vs. 26. — At illi tres
viri . . . licet satellites ignis flamma exstinxisset, delapsi sunt
cet. Delapsi sunt redde, non cum Gesenio, Winero, Lengerke
et aliis dejecti sunt, nam, quum, qui Judaeos in fornacem in-
jecturi erant, postquam ad ostium pervenissent miserosque ho-
mines protrusissent, flammis ipsi perirent, Judaei rectius profecto
delapsi quam dejecti esse dicuntur. „Post hunc versum in trans-
latione Alexandrina inserti leguntur septem et sexaginta versus
(postea etiam in graecam Theodotionis, syriacam et latinam
translati), quibus Azariae precatio et trium [illegible] hymnus in
deum continentur, de quibus in codicibus hebraicis et Hieronymi
aetate nihil exstitisse, haec ejus verba ostendunt: „Hucusque
Hebraei legunt; et quae sequuntur usque ad finem cantici
trium puerorum in Hebraico non habentur.“ . . . Nunc in Chal-
daicis, ut nunc leguntur, versum 23. et 24. non bene cohaerere
legenti apparet.“ Rel. [illegible] optime cohaerent. Nec sine consilio

7*

ut ipse scriptor, cum tres in fornacem projecti erant, regem subito obstupuisse narrat, et tum demum, qua de re obstupuerit, inde vel potius regem dicentem inducit, nam quod sic exponitur, quasi agitur res (δραματικῶς), id ad commovendos audientium animos maxime est efficax. De additamento graeco plura dicere non est hujus loci. Vide si libet de Wette Einl. §. 258. — [הֲוָה] 24.
quod per ostium in latere fornacis (תְּרַע vs. 26.) non tres sed quatuor viros conspiceret, vs. 25. — [וְקָם] de sella. [לְהַדָּבְרוֹהִי]
administris suis. הַדָּבְרִין nihil est aliud nisi Plur. nominis participialis formae Peal verbi דְּבַר duxit, rexit, gubernavit cum ה prosthetico, significantis ducem, rectorem, gubernatorem = מְדַבְּרָא Targ. Prov. 11, 14., cf. מְדַבֵּר Jes. 11, 6. et Aph. מַדְבַּר Ps. 80, 2. ducens (gregem, populum). Quod ה (ut ipsi ac) habet Dagesch, non obstat, quo minus habeatur pro prosthetico, sic enim et א prosth. scriptum reperitur, ut אַגַּן et גַּן hortus. Praeter necessitatem neque ullo adjutus exemplo chaldaico Gesenius ה voc. הַדָּבְרִין esse vult articulum hebr., qui cum ipso nomine coaluerit, ut alibi Arabum articulus cum nonnullis voc. hebraeis. — [מְהַלְּכִין] quod etiam infra 4, 34. legitur, non esse 25.
Part. Aph. sed Pael pro מְהַלְּכִין, C. B. Michaelis, et Rosenmüllerus inde dicunt verisimile fieri, quod infra 4, 26. in Pael מְהַלֵּךְ legatur. Sed quid, quaeso, ex illo loco sequitur? Est מְהַלְּכִין (מַהְלְכִין) est etiam hebr. מַהְלְכִים Zach. 3, 7. מַהְלְכִים Jer. 29, 8., מַלְקִירִים 2 Chron. 28, 23.) purum putum Aphel, casu praetermissum a Buxt. p. 611. — [נְבוּכַדְנֶצַּר בְּרִיכָא] De suff. vid. ad 2, 20. p. 88. Eadem redundantia habetur versu proximo in verbis עַבְדוֹהִי דִּי אֱלָהָא, iterum vs. 28, 29. al. Pro עִלָּאָה vel עִלָּיָא K'ri; רְחוּצָה ut 2, 40. Ita etiam vs. 26. C'tib עִלָּאָה, K'ri כְּלָאָה et sic ubique. [דָּמֵה לְבַר אֱלָהִין] similis est filio deorum, diis nato (cf. 7, 13. בַּר אֱנָשׁ filius hominis, homine natus) i. e. angelo, genio tutelari a deo misso, vs. 28. cf. 4, 10. 14. cap. 10. — [לִתְרַע אַתּוּן] ad ostium in latere fornacis, per 26.
quod spectatorem se praebuerat Judaeis in ignem dejectis. — [חֲזַיִן דִּי לָא] pro חֲזַיִן בְּגֻבְרַיָּא אִלֵּךְ דִּי לָא שְׁלֵט נוּרָא בְּגֶשְׁמְהוֹן 27.
[הִתְחֲנִאוּ] שְׁלֵט נוּרָא בְגֶשְׁמְהוֹן cf. not. ad Gen. 1, 4. — [שְׁנוֹ] 28.
vid. ad 2, 44. — [שַׁנִּיו] migrarunt, neglexerunt, ut Aph. Esr. 6, 11. 12. Eodem significatu in Ps. gaudet syr. ܫܢܐ. Pro פִּתְגָּמָא corporum ipsorum expresso, a scribis omnibus K'ri legi vult

29. Sing. [illegible], ut consonat cum [illegible], vs. 27. — כָּל־עַם אֻמָּה וְלִשָּׁן] cf. vs. 4. — שָׁלָה] pro vulgari שָׁלוּ (= שָׁלוּת, cf. ad 2, 5), ut legi jubet K'ri, 6, 5. Esr. 4, 22. 6, 9. *error, delictum, scelus* a שְׁלָה *erravit*. C'tib שלה efferendum esse שָׁלָה, nec nisi orthographia diversum esse a שָׁלוּ K'ri, vidit jam Buxt. s. v., ubi: „Dan. 3. v. 29. scribitur, ait, שָׁלָה, et legitur שָׁלוּ *error*." הַדָּמִין יִתְעֲבֵד וגו׳] vid. not. ad 2, 5. — כִּדְנָה] sunt qui reddant *sicut hic*, deum videlicet Schadrachi et reliquorum. Sane דְּנָה ut masculinum usurpatur supra 2, 43., infra 6, 29. Sed post praefixum כ non nisi in feminea et neutrali significatione usurpatur, ut sit *secundum hoc* i. e. hoc modo, *ita*. Sic quoque Jer. 10, 11. Esr. 5, 7." Ros. —

CAP. III, 31 — IV, 34. Nebucadnezaris somnium et insania.

32. Cf. not. ad 4, 34. — אָתַיָּא וְתִמְהַיָּא] „Utitur Plurali, quia quae sequitur narratio seriem quasi mirabilium complectitur, mirabile somnium, mirabilem ejus interpretationem, et mirabilem eorum
33. quae hoc somnium praesignificavit eventum." Ros. — וְשָׁלְטָנֵהּ עִם דָּר וְדָר] *et dominatio ejus est cum generatione et generatione* = cum omnibus generationibus i. e. quamdiu hominum generationes erunt, per omnia secula. Eadem phrasis legitur infra 4, 31. cf. Ps. 72, 5: יִירָאוּךָ עִם שָׁמֶשׁ: *reverebuntur te cum sole* i. e. quamdiu sol erit, et Ovid. Amor. 1, 15, 16: Nulla Sophocleo veniet jactura cothurno, Cumque sole et luna semper Aratus erit. Eodem sensu accipitur לִפְנֵי Ps. 72, l. l. et vs. 17.

1. Cap. 4. רַעְנַן] *virens*, florens rebus secundis, voc. apud Hebraeos satis frequens, in sermone aram. praeter hunc locum non legitur. „רַעֲנָן proprie usurpatur in profusa laxitate, unde רַעֲנָן ut epitheton invaluit *arborum laete crescentium et ramis prominulis ac propendulis superbientium*. Id Arabibus رعن a rad. رغن *prominuit cum laxitate*. Hinc geminata tertia רַעֲנַן *valde prominuit et propendit*. Hoc in arbore non *virorem* tantum, sed et *vigorem summum* supponit." Schultens ad Job. 15, 32.
2. וְהַרְהֹרִין עַל מִשְׁכְּבִי וְחֶזְוֵי רֵאשִׁי יְבַהֲלֻנַּנִי] *et cogitationes super cubili meo et visa capitis mei me conturbabant*. — הַרְהֹרִין sintne h. l. cogitata vigilantis, evigilantis, an somniantis, visa per somnium oblata, incertum est. Lengerkio placuit prius, coll. vs. 16. 5, 6. 10. et supra 2, 29. 30; sed paxus posterius videtur

postulare. In Targg. vox constanter scribitur הַרְהוּר significatque
cogitationem, a radice הַרְהַר cogitare, scrutari, speculari, propr.
mente concipere, cf. Buxtorf. p. 633.; quod hic legitur הַרְהֹר
convenit cum syr. ܗܘܪܗܪܐ, cui Castellus (p. 231. edit. Michael.)
significationem tribuit *phantasmatis*, *imaginationis*, quae tamen
incertae auctoritatis videtur. Ceterum Rosenmüllerus verba וְהַרְהֹרִין
עַל מִשְׁכְּבִי ab iis quae subjiciuntur sejuncta sic capi vult: *et
cogitationes meae erant super* rel. Sed ita, opinor, scriptor
voci הַרְהֹרִין aut suffixum primae pers. aut לִי addere debuisset.
Quod idem valet in locum 7, 1. — לְהַנְעָלָה] vid. ad 2, 25. — 3.
[וְעָלִּין] K'ri contracte עָלִּין. Sic et infra 5, 8. בַּשְׂדַּיָּא] cf. ad 4.
2, 2., K'ri כַּשְׂדָּאֵי, cf. ibid. ad vs. 5. — „Hic ut supra 2, 13. 5.
non abs re quaeritur, cur Daniel, quum tantam ex interpreta-
tione somniorum celebritatem jam esset indeptus (1, 20. 2, 47.),
non primus omnium, vel saltem una cum Chaldaeis, interpretandi
somnii causa, ad regem vocatus fuerit.“ Ros. Qua ipsa de causa,
quod haud verisimile esset, regem prius Chaldaeos vocasse ad
somnium interpretandum, quum eos priori suo somnio solvendo
impares expertus fuisset, Graecus Alexandrinus quae vs. 3 — 7.
leguntur omisisse videtur. Quod autem prius Chaldaeos interro-
gasse rex dicitur, ratio est, quod sapientia Danielis ita magis
explendescebat. וְעַד אָחֳרֵין] *Et ad postremum*, postremo, tan-
dem. אָחֳרֵין Plur. abstracti, adverbio exprimendo inserviens, ut
in hebraeo (L. Gr. crit. p. 501.), cf. אַחֲרִית *postremum* 11, 29.
K'ri אָחֳרֵן omisso Jod, cf. אִלֵּין 2, 44. et אִלֵּן 6, 7. al. — דִּי 6.
אֲנָה יָדְעֵת דִּי רוּחַ אֱלָהִין קַדִּישִׁין בָּךְ] *quem*, de quo, *ego scio*,
esse spiritum deorum sanctorum in te, vel דִּי prius ad בָּךְ re-
lato: *in quo (te) ego scio esse spiritum deorum sanctorum*.
וְכָל־רָז לָא אָנֵס לָךְ] *neque ullum arcanum tibi molestum esse*,
tibi negotium facessere. אָנֵס in Chaldaismo biblico praeter h. l.
non reperitur, in Targg. vero sexcenties legitur (locc. vid. apud
Buxt. p. 140. sq.) significatque *urgere*, *cogere*, *vi adigere*, *vim
inferre* al. Cf. syr. Pa. ܐܢܣ Sap. 14, 19. pro ἐκβιάζομαι po-
situm, et hebr. אָנַס *urgere*, *instare*. חֶזְוֵי חֶלְמִי דִי חֲזֵית וּפִשְׁרֵהּ
אֱמַר] Quasi praeter interpretationem somnii et ipsum somnium
cognoscere rex cupiat, ut cap. 2., quod tamen non ita esse intel-
ligimus e vs. 7. sqq. Itaque verbis אֱמַר חֶזְוֵי חֶלְמָא *dicere visa
somnii* non erit serviliter inhaerendum, sed statuendum, nihil illa

[illegible] mihi [illegible] somnii, ut igitur idem in
[illegible]. Alio modo sensum adjuvit Vulgatus: audi visionem
somnii mei, quod vidi, et interpretationem ejus dic mihi. —
7 וְחֶזְוֵי רֵאשִׁי עַל־מִשְׁכְּבִי] *Et visiones quidem capitis mei super
cubili meo: vidi* etc. — וַאֲלוּ אִילָן בְּגוֹא אַרְעָא] *arbor erat in medio
terrae.* אִילָן syr. ܐܝܠܢ, unde patet quam hebr. אִילָן, ut
arborem quamcunque significat, velut Gen. 1, 11. 12. Ps. 96, 12.
בְּגוֹא esse *in medio*, non pro בְּ positum, ut saepius hebr. בְּתוֹךְ,
plane intelligitur e versu proximo. Ceterum cf. quod Xerxi
expeditionem in Graeciam suscepturo obtigisse dicitur somnium
apud Herodot. 7, 19, ubi tertiam regi per somnium oblatam
visionem magos narrat interpretatos esse ad universam spectare
terram, significareque, homines omnes servos ei futuros. Fuisse
enim visionem hujusmodi: *visum sibi esse Xerxem coronari oleae
frondibus, ramosque oleae universam obumbrare terram, deinde vero
evanescere coronam capiti impositam.* Quod ad imaginem ab
9 arbore desumtam cf. etiam Ezech. 31, 3 sqq. — וְאִנְבֵּהּ שַׂגִּיא]
et fructus ejus magnus. אִנְבֵּהּ pro אִבֵּהּ (a rad. אבב, quae est
fructum produxit) resoluto Dag. forti in Nun, v. Win. p. 10.
G. Gr. ampl. p. 138. — וּמָזוֹן לְכֹלָּא־בֵהּ] *et cibus pro omnibus
in eo*, i. e. cibus in eo erat pro omnibus; non: cibus erat pro
omnibus qui in eo erant (avibus), cf. verba hujus v. extrema. —
תְּחֹתוֹהִי תַּטְלֵל חֵיוַת בָּרָא] *sub eo in umbra requiescebat bestia
agri.* Gesenius, Winer, Rosenm., Lengerke, et alii תַּטְלֵל (Aph.
verbi טְלַל i. q. צָלַל Neh. 13, 19. = ظلّ *obumbrari*) significare
volunt *umbram captare*. Hanc vim habet quidem ظلّ, sed non
nisi in Conjug. X., quam constat desiderium exprimere. Vide
igitur num אַטְלֵל quasi *umbram agere*, *Schatten halten*, i. e.
sub umbra versari, in umbra requiescere, vel, quod eodem redit,
obumbrare, sc. se, quae pronominis 3. pers. ellipsis in Aph. usitatissima est apud Syros (Hoffmann. p. 182). In Targg. אַטְלֵל
(אַטֵּל), quod sciam, ubique, ut Pa. טַלֵּל, est transit. *obumbrare,
operire, obtegere*, velut Job. 40, 17: יְטַלְּלוּנֵּהּ טִלְלִין *obtegunt
eum umbrae.* Quo eodem significatu gaudet syr. ܛܠܠ et Aphel.
Hinc Buxtorf. in Lex. chald. p. 876. verba תַּטְלֵל חֵיוַת בָּרָא reddidit: *obumbrat bestias agri*, quem sensum tamen illa ferre non
putaverim, nisi תַּטְלֵל impersonaliter capias aut תְּחֹתוֹהִי vim subj.

[illegible] credas, quod in ipsa [illegible] fuit. [illegible] 11
[illegible] Exod. 10, 23. [illegible] neque surrexerunt de loco suo [illegible] aliquid [illegible] rejiciendum [illegible] locum parallelum [illegible] pro [illegible] posita [illegible] 12
[illegible]: sub umbra ejus cubabat bestia agri, [illegible] Kri [illegible] Quamquam [illegible] communis sit generis, verbo potest tam masculino, quam feminino jungi" Rosl. Femininum Masorethae legi voluerunt propter locum parall. vs. 18. [illegible] sing. [illegible] (Ges. Gr. ampl. p. 88. Win. Lengerke) [illegible] 13
[illegible] (mutato [illegible]) [illegible] Targ. Gen. 7, 14. [illegible] 11, 16. Deut. 4, 17. 14, 15. [illegible] Levit. 14, 52. Deut. 22, 6. [illegible] 4, [illegible] infra vs. 30, [illegible] loco vs. 18 [illegible] Ezech. 5, 12, [illegible] infra vs. 14. Ps. 104, 12 [illegible] Gen. 41, 15, cf. Win. p. 51. [illegible] 10. vigil, [illegible] hic est vs. 20, plur. [illegible] 4, 14. [illegible] Part. [illegible] Mal. 2, 12. Cant. 5, 2. [illegible] vigil, [illegible] rad. [illegible] vigilavit (scholion codicis Alexandrini apud Theodot.: τὸ δὲ ἴρ οὐδὲν ἕτερον σημαίνει [illegible] καὶ ἄγγελον [illegible] ἑρμηνεύεται), [illegible] angelorum, quippe qui [illegible] sibi creditam custodiant (Polychron. ad vs. 20 [illegible] καὶ ἐγρήγορον καὶ ἄγγελον; Hieronymus ad Dan. 4, significat angelos, quod semper vigilent et ad dei imperium sint parati." Henoch. 20, 1. ubi [illegible] vocantur angeli vigilantes, Ephraem. Syr. I. p. 26. ubi vigiles insigniuntur Seraphis Cherubisque; [illegible] Satanae Adamum tentaturo non permissum a deo esse dicitur, „ut unus ex vigilibus [ܥܝܪܐ ܡܢ ܚܕ] aut unus ex Seraphis Cherubisque" ad Adamum mitteretur; cf. etiam infra 10, 13. 20. 11, 1. Ezech. 1, 18.), et quidem tam *bonorum* (Henoch. 12, 2. 13, 11. 15, 1. 20, 1., cf. Barhebr. ad Gen. 6.) quam *malorum* 14
(Henoch. 1, 5. 10, 11. 13. 18. 12, 5. al.); hinc additur h. l. וְקַדִּישׁ *et is quidem sanctus.* Cf. in Zendavesta genii boni, quorum curae traditus est universus mundus, quique *ex alto hominum animas custodiunt* (Kleuker II. 257. Anhang I. 239.), iisque oppositi spiritus malevoli, humano generi infensi (Anhang I. 240.). Copiose et subtiliter de hoc loco exposuit Lengerke.

11. [illegible] ... 2, 6, ubi vide not. — [illegible] propter הרך dejectio, Imp. Aph. verbi נתר, ... decidit folium (Jes. 34, 4. al.); flores, fructus; ... vid. ad vs. 9. —
12. [בְּרַם עִקַּר שָׁרְשׁוֹהִי בְּאַרְעָא שְׁבֻקוּ] Attamen radicem s. stirpem radicum ejus (i. q. מַצֶּבֶת Jes. 6, 13.) ... ibid. 11, in terra relinquite, et quidem in vinculo ferri et aeris, et tum quidem ferreo et aeneo colligatum vinculo, ne rumpatur et funditus perdatur; in gramine agri. [וּבְטַל שְׁמַיָּא יִצְטַבַּע] Haec quoque arbori conveniunt, cf. Job. 14, 8. Propria figuratis in iis
13. deinde succedunt, quae subjiciuntur. — [לִבְבֵהּ מִן־אֲנָשָׁא יְשַׁנּוֹן] Gesenius, Winerus (sub שְׁנָה), Rosenmüllerus, de Wette cum Vulg.: cor ejus ab homine i. e. a corde humano ..., ita ut non amplius sit, qualis esse debeat humanum, mutabitur; מִן accepto significatione privativa, apud Hebraeos frequenti. Quum vero שְׁנָה seq. מִן in hoc scriptore semel atque iterum significet aliud, diversum fuit ab aliq. 7, 3. 7. 19. 23. 24. (cf. in Targ. Esth. 3, 8.), multo simplicior, credo, haec erit interpretatio: cor ejus ab humano, corde humano diversum reddetur, aliud quam humanum erit. Lengerke sensum non posse non hunc esse credit: cor ejus ipsius hominibus mutabitur, coll. vs. 22: לָךְ טָרְדִין מִן־אֲנָשָׁא te ejicient ex hominibus, et vs. 30: מִן־אֲנָשָׁא טְרִיד ex hominibus ejectus est. Sed alia ratio est horum locorum. Nam vs. 22. subjicitur: וְעִם־חֵיוַת בָּרָא לֶהֱוֵה מְדֹרָךְ cum bestiis agri erit habitatio tua rel., et similia opponuntur vs. 30.; hoc vero loco praemissis iis subjicitur וּלְבַב חֵיוָא יִתְיְהִב לֵהּ cor bestiae dabitur ei, quod in membro opposito cor regis non nisi ut humano [illegible] privandum dicatur postulat. Caeterum pro אֲנָשָׁא Masorethae legi volunt אֱנָשָׁא, ut vs. 22. 30. De plur. propt. mutabunt, vid. not. ad 2, 30. [וְשִׁבְעָה עִדָּנִין יַחְלְפוּן עֲלוֹהִי] et septem tempora i. e. anni (cf. 7, 25. 12, 7. coll. 8, 14.) praeteribunt super eum, „status ejus ille miser non prius finietur, quam cursus solis annuus septies super eum redintegratus
14. fuerit." Ros. — [בִּגְזֵרַת עִירִין פִּתְגָמָא וּמֵאמַר קַדִּישִׁין שְׁאֵלְתָא] Decreto vigilum haec sententia, et dicto sanctorum hoc consilium constat. Recte cum Rosenmüllero Lengerke monuit, respondere tria verba מֵאמַר קַדִּישִׁין שְׁאֵלְתָא tribus quae praecedunt ita, ut מֵאמַר idem valeat quod גְּזֵרַת, et ב huic praemissum repetendum sit ad illud; קַדִּישִׁין conveniat cum עִירִין, et שְׁאֵלְתָא cum פִּתְגָמָא. שְׁאֵלָא petitio, postulatio, hinc decretum, consi-

[illegible] cf. [illegible] voluntas. Hoc dicitur, sententia de transferendo Nebucadnesare (vid. [illegible] 13. 17. sqq.), quam singulari modo exponit; decretum esse in coelesti consilio, a deo instituto atque praeside habito (cf. vs. 21.), qualis [illegible] Job. 1, 6. 2, 1. [illegible] Ros. Cf. infra 7, 9. Zend. 1. 15. Henoch 14, 4. [illegible]] vs. 22. 29. cf. ad 2, 18. [illegible] [illegible]] et humillimum hominum, Vulg. cf. Win. p. 11. [illegible]] non [illegible] ut vulgo efferunt, cf. [illegible] vs. 22. 29. ab. Kri [illegible] [illegible] 5, 21; 7, 4. 6. 7. 19. 20. — [illegible] [illegible]] Tale somnium. vid. not. ad 3, 16. [illegible]] Mas. 15.
soretheca: [illegible] = [illegible] (Win. p. 25.), expressum a Syro. Sed Theodot. et Vulg. [illegible] exprimunt, quod praeferendum, cf. 2, 4. al. Eadem scripturae discrepantia est vs. 16. et 5, 8. [illegible]
[illegible]] non quod somnio solvendo impar esset, sed propter 16.
horrenda, quae somnio significata videret multa. Ceterum vid. Win. p. 60. 2. [illegible] [illegible]] licet rex ipse sit, qui tota hac scripta a se ea mittere de se tacere (cf. vs. 1. 31.), tamen quasi de alio loquens tertia hic utitur persona loco primae. Quam personae enallagen, Orientalibus non insuetam, vide et infra vs. 26 — 30., item 1 Reg. 1, 33. Esth. 8, 7. 8. Ros. Cf. Gesen. Gr. ampl. p. 742. [illegible]] Masorethae [illegible], de quo vid. ad vs. 15. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]] domine mi, somnium inimicis tuis, et interpretatio ejus hostibus tuis! i. e. quod somnia significatur, quam vellem hostibus eveniret! Cf. hostibus eveniat apud Ovid. Am. 2, 10. al. [illegible] cf. 2. [illegible] a et abs. [illegible] 2, 47. 5, 22. Targ. Prov. 23, 2. Kri hic et infra [illegible] a [illegible] forma Targumistis et Talmudicis maxime usitata. De plur. [illegible] pro [illegible] vid. ad 3, 16. de suffixo autem hujus et postremae vocis [illegible] vid. ad 2, 4. [illegible] [illegible]] vel divers 19.
[illegible] [illegible] K'ri [illegible] [illegible]] vid. ad 2, 35. [illegible] [illegible] 21.
[illegible]] quod superventurum est domino meo: cf. hebr. [illegible]
— [illegible] [illegible]] Videlicet te ejicient, imperio, hinc porro cf. 22.
[illegible] vs. 30. [illegible]] vid. ad 2, 20. [illegible]] i. e. vescerie, cf. [illegible] vs. 30. coll. not. ad 2, 30. — [illegible] [illegible]] Quod dixero dicerunt 23.
[illegible], dictum, jussum fuit. [illegible] [illegible] [illegible]] vid. ad 2, 20. p. 88. [illegible] [illegible]] Ante haec cogitando supple; id. not. signi-ficat. cf. ad 2, 41. [illegible] [illegible] [illegible]] ex quo tempore, simulatque agnoveris. [illegible] [illegible] [illegible]] potestatem habere, imperare coelum, i. e. deum, vs. 14. 22. Coelum, dei sedes et domicilium, Chaldaeis et recentioribus Hebraeis dicitur pro deo ipso, quem lo-

[illegible]

[illegible] quae in [illegible] quod [illegible] prima [illegible] regio [illegible] Extra necessitatem [illegible] regionis [illegible] scripturae [illegible] hic loqui [illegible] [illegible] i. e. in [illegible] 26
plano palatii [illegible] 2 Samuel [illegible] Caete-
rum [illegible] quod [illegible] plane [illegible] scriptae
[illegible] Babylonis [illegible] Teste 27
Herodoto [illegible] Babylon [illegible] patebat stadiis CCCCLXXX [illegible] i. e. [illegible]
[illegible] vid. [illegible] T. II. P. II. p. 9. [illegible]
[illegible] aedificatio urbium [illegible] quoque dicitur, qui vel
[illegible] vel novis aedificiis augent et exornant. Ita
2 Chron. 11, 5. 6. Rehabeamus [illegible] in [illegible]
[illegible] Bethlehemum, [illegible] Thecoam atque alias
Judaeae urbes [illegible] 2 Reg. 14, 22. [illegible]
[illegible] aedificatio [illegible] Deut. [illegible] memoratur. At
ipsam Babylonem praesertim a Nabucadnezare [illegible] vetustate
collapsa restituta [illegible] urbis [illegible] adjecit, uti ex
Megasthene refert Abydenus apud Eusebium Praep. Evang. 9, 41.
[illegible] Tertiam [illegible] apud Eusebium [illegible]
ad illud tempus, a quo Nabucadnezar [illegible] regno iterum [illegible]
restitutus [illegible] ad vs. 34. [illegible] ad Num. [illegible]
[illegible] in domino regni [illegible] Vulg. in regnum [illegible]
[illegible] Am. 7, 13. Quod [illegible] cum hoc versu
[illegible] 14. 13, 19. 34, 10 [illegible] 47, 8. [illegible] 30.
ad [illegible] pili ejus [illegible] ut aquilarum
pili (plumae). [illegible] Pars [illegible] toto [illegible] ut Jer. 4, 31. [illegible]
[illegible] et aliis saepissime, [illegible] Gesenius p. 614. Sic
[illegible] in eo quod statim sequitur [illegible] ut aves
ungues. [illegible] i. e. tempus [illegible] vs. 13. 31.
22. 29. [illegible]
Non [illegible] hoc [illegible] Convenienter
potius ad ea quae praecesserunt [illegible] priusquam [illegible] redires
oculos in coelum [illegible] Et enim [illegible] erat
[illegible] in [illegible] statu [illegible] coelestem
potentiam agnoverit, vs. 22. 29. [illegible] 32. Postulat vero [illegible]
[illegible] preces fundere regem est quod miremur [illegible]
[illegible] ad 3, 32. [illegible] 32.
[illegible] omnino nihili aestimantur [illegible] Pro [illegible]
[illegible] 38. 3, 8 [illegible] 26. [illegible] interprete et [illegible]

13. infra vs. 18. — בֵּאדַיִן גֻּבְרַיָּא אִלֵּךְ הֵיתָיוּ] „*tunc viros hos adduxerunt*, i. e. adducti sunt, impersonaliter loquendi formula, ut supra 2, 13." Ros. Sed tertia plur. masc. Aph. verbi אֲתָה infra sonat הַיְתִיו, ut solet in his verbis, velut in eodem nexu 6, 25: הַיְתִיו גֻּבְרַיָּא אִלֵּךְ, et ibid. vs. 17. 5, 3., nec quidquam proficitur coll. הֵיתָיוּ Jes. 21, 14., nam ejus quod hoc Danielis loco habetur הֵיתָיוּ manifesto eadem est ratio, qualis tertiae sing. fem. הֵיתָיִת infra 6, 18., quae est forma passiva ex Aphel formata: וְהֵיתָיִת אֶבֶן *et allatus est lapis*. Itaque et hoc הֵיתָיוּ significabit *adducti sunt*. In eadem sententia est Buxt., qui in Lex. p. 247. „regulariter, inquit, esset הַאֲתִיוּ . . . Terminatio feminina in Chirek (הֵיתָיִת) omnino insolens est." Causa hujus terminationis ponenda videtur in *Kamez* vocali, quae servanda erat propterea, quod illa ejecta (הֵיתָיִת) vix ulla formae passivae nota reliqua

14. fuisset. — הַצְדָּא] *num consilium deliberatum* hoc est? num de industria ita fecistis? צְדָא manifesto idem est quod hebr. צְדִיָּה Num. 35, 20. 22. Nebucadnezar tribus Judaeis, quibus bene cupit, occasionem offert se excusandi eo, quod odorationem non consilio sed casu et fortuito aut imprudentia intermisissent; hinc

15. ad adorandam statuam denuo evocat. — כְּעַן הֵן אִיתֵיכוֹן עֲתִידִין דִּי בְעִדָּנָא דִּי תִשְׁמְעוּן — תִּפְּלוּן וגו׳] Miror Lengerkium verba haec cum Häverniko sic struentem: *si audiveritis — procidatis*. Nam דִּי תִשְׁמְעוּן pendet ex בְּעִדָּנָא, תִּפְּלוּן vero est referendum ad דִּי prius pendens ex עֲתִידִין, ut haec prodeat sententia: *jam igitur, si, quo tempore audiveritis —, procidetis et adorabitis imaginem, quam feci*, ad verbum: *jam igitur, si fueritis parati, ut, tempore quo audiveritis —, procidatis* est. Ita autem deest apodosis, *bene est*; qualis ἀποσιώπησις est Luc. 13, 9: κἂν μὲν ποιήσῃ καρπόν· εἰ δὲ μήγε, εἰς τὸ μέλλον ἐκκόψεις αὐτήν *Quodsi fructus tulerit*, bene est, manebit; *sin minus, posthac eam excindes*. cf. *Köster. Erläut. der heil. Schrift* p. 97. sq. ubi tamen quae ex sermone hebraeo afferuntur exempla Exod. 32, 32. 1 Sam. 12, 14. 15. Zach. 6, 15. maxime dubia sunt; vid. ad eos locos not. Quid? quod et hoc Danielis loco verba sic sumi possunt, ut nihil desideretur: *jam igitur, quod vos eritis parati* (i. e. firmiter spero, persuasum habeo, vos futuros esse paratos, cf. not. ad vs. 14.), *ut, quo tempore audiveritis* —, *procidatis*, est. Quum vero *ecce* apud hunc scriptorem constanter sit אֲרוּ 7, 2. 5. 6. 7. 13. vel אֲלוּ 2, 31. 4, 7. 10. 7, 8., הֵן vero

ubique significat, ut 2, 5. 8. 3, 15. (לָהֵן) 18. 4, 24. 5, 16. al., praeferenda videtur ἀποσιώπησις. Ceterum vides ex hoc loco, כְּדִי exprimendo Futuro inservientem non solum cum Inf. praemisso ל (Win. p. 93. sq.), verum etiam cum ipso Fut. praecedente דִּי conjungi, prorsus ut in sermone syriaco ܨܒܐ (Hoffm. p. 342.).
יְשֵׁיזְבִנְכֹן] Fut. formae Peel cum Nun epenth. ut יְשֵׁיזְבִנָּךְ 6, 17.
cf. Win. p. 39. 43. — לָא חַשְׁחִין אֲנַחְנָא עַל דְּנָה פִּתְגָם לַהֲתָבוּתָךְ] 16.
non necesse habemus de hoc, ad hanc rem i. e. ad verba tua minacia verbum tibi respondere. De significatu verbi חֲשַׁח cf. Esr. 6, 9. 7, 20. חַשְׁחִין pro חָשְׁחִין Win. p. 76. De Infinitivo objecto פִּתְגָם postposito vid. ad 2, 16. LXX, Theodotion et recentiorum nonnulli sic reddunt: οὐ χρείαν ἔχομεν ἡμεῖς περὶ τοῦ ῥήματος τούτου ἀποκριθῆναί σοι (חָתִיב absolute sumto), haud invita Grammatica, ut existimavit C. B. Michaelis coll. Esr. 6, 11: פִּתְגָמָא דְנָה, nam pronomen saepius cum vi, qualis hic quoque cogitari possit (tale verbum), praeponitur, ut 2, 36. 4, 15. (cf. Ges. Gr. ampl. p. 706.), sed repugnante accentu et praeter
necessitatem. — Interpretes praeter Lengerkium omnes: *Ecce,* 17.
deus noster, quem colimus, potest liberare nos — et e manu tua, rex, liberabit. Sed cf. not. ad vs. superiorem. Itaque praestare videtur ea ratio, quam secutus est Lengerke, quae haec est: *Si — liberare potuerit* (per consilia sua, si consentaneum fuerit consiliis suis divinis, ut liberet) — *liberabit.*
ו (*tum*) incipit apodosin, ut saepius. — לֶהֱוֵא] vid. ad 2, 20. 18.
לֵאלָהָיךְ] K'ri לֵאלָהָךְ ut supra vs. 12., ubi vid. not. — וּצְלֵם 19.
אַנְפּוֹהִי אֶשְׁתַּנִּו] Pro אֶשְׁתַּנִּי (אֶשְׁתַּנִּיו); quod convenit cum nomine recto, ut primario, K'ri praeter necessitatem legi vult אֶשְׁתַּנִּי. cf. 2, 42. Eandem structuram Hebraeos frequentare notum.
לְמֵזֵא] cf. ad vs. 2. חַד שִׁבְעָה עַל דִּי חֲזֵה לְמֵזְיֵהּ] *septuplo magis quam* (antea) *visum erat accendere eam.* חַד cardinalibus praemissum multiplicativa efficit, ut apud Syros ܚܕ. Sic Jer. 17, 18. מִשְׁנֶה *duplum* Chaldaeus reddit עַל חַד תְּרֵין Syrus ܚܕ ܬܪܝܢ. cf. Win. p. 112. 5. Hoffmann. p. 305. annot. 3. Quod ad sensum, cf. vs. 22., ubi fornax dicitur אַתּוּנָא אֵזֵה יַתִּירָה. עַל דִּי חֲזֵה לְמֵזְיֵהּ *magis quam* (antea) *visum erat* (*als man für gut befunden hätte*) *accendere eam*; erat enim jam ante accensa vs. 6. ad incutiendum multitudini pavorem. Participio Peil חֲזֵה eam, quam illi tribuimus, significationem recte tribui, intelligitur ex

Targ., in quibus illud [illegible] significat [illegible], [illegible]
[illegible] quod videtur e. gr. ut Lev. 4, 10. 2 Sam. 7, 19.
Jes. 22, 18. [illegible] Lex. chald. p. 223. [illegible]
[illegible] quae [illegible], [illegible] Rosen-
müllerus, Lengerke et alii. Quum vero, quo tempore haec age-
bantur, fornax jam accensa esset, praestat prior ratio. Gesenio
primaria volendi notio placuit, is enim: *quam unquam visum*
20. *erat (als je gesehn worden).* — [בְּחַיְלָה] h. e. inter satellites
21. suos; cf. not. ad 2, 14. — Quod Judaei cum suis vestibus (de
quibus vid. Ges. Lex.) in fornacem projecti esse dicuntur, ratio
22. est, quod res eo fit mirabilior, cf. vs. 27. — *Quare quum ver-
bum, mandatum regis severum, durum, et fornax accensa esset
valde, viros illos, qui ascendere fecerunt* (in fornacem) *Scha-
drachum* . . . *occidit eos flamma ignis.* [כָּל־קֳבֵל דְּנָה] eo quod, ob id
quod (מִן de causa), idem fere quod praecedens כָּל־קֳבֵל דְּנָה.
מַחְצְפָה Rosenmüllerus, Lengerke et alii cum Buxtorf. p. 813. sq.
urgens, festinum significare volunt, quo significatu voc. et supra
2, 15. acceperunt. Sed *severum, durum* mandatum intelligen-
dum esse, cognoscitur ex eo, quod statim explicandi causa
additum legitur וְאַתּוּנָא אֵזֵה יַתִּירָה *et fornax accensa esset
valde.* De vi primaria voc. vid. ad 2, 15. — דִּי הַסִּקוּ וגו׳ *qui
ascendere fecerunt Schadrachum* rel. appositam scalam ad ostium
in superiore parte fornacis, ubi in flammas illos injicerent. Aliud
23. ostium in inferiore parte fornacis erat, vs. 26. — *At illi tres
viri* . . . licet satellites ignis flamma exstinxisset, *delapsi sunt*
cet. *Delapsi sunt* redde, non cum Gesenio, Winero, Lengerke
et aliis *dejecti sunt*, nam, quum, qui Judaeos in fornacem in-
jecturi erant, postquam ad ostium pervenissent miserosque ho-
mines protrusissent, flammis ipsi perirent, Judaei rectius profecto
delapsi quam *dejecti esse* dicuntur. — Post hunc versum in trans-
latione Alexandrina inserti leguntur *septem et sexaginta* versus
(postea etiam in graecam Theodotionis, syriacam et latinam
translati), quibus Azariae precatio et trium virorum hymnus in-
clusus continentur; de quibus in codicibus hebraicis et Hieronymi
aetate nihil exstitisse, haec ejus verba ostendunt: „Hucusque
Hebraei legunt; (mediaque) sequuntur usque ad finem cantici
trium puerorum in Hebraico non habentur.“ . . . Sane in Chal-
daicis, ut nunc leguntur, versum 23. et 24. non bene cohaerere
legenti apparet.“ Rel. haec optime cohaerent. Nec sine consilio

[illegible] scriptor, cum tres in fornacem projecti essent, regem subito obstupuisse narrat, et tum demum, qua de re obstupuerit, dicit vel potius regem dicentem inducit, nam quod sic exponitur, quod agitur res (δραματικῶς), id ad commovendos audientium animos maxime est efficax. De additamento graeco plura dicere non est hujus loci. Vide si libet de Wette Einl. §. 258. — הֲוָה] 24.
quod per hominem in latere fornacis (94 הֲוָה vs. 26.) non tres sed quatuor viros conspiceret, vs. 25. וְקָם] de sella. לְהַדָּבְרוֹהִי]
administris suis. הַדָּבְרִין nihil est aliud nisi Plur. nominis participialis formae Peal verbi דְּבַר duxit, rexit, gubernavit cum ה prosthetico, significantis ducem, rectorem, gubernatorem = מְדַבְּרָא Targ. Prov. 11, 14., cf. מְדַבַּר Jes. 41, 6. et Aph. מַדְבַּר Ps. 80, 2. ducens (gregem, populum). Quod ה (ut [illegible]) habet Dagesch, non obstat, quo minus habeatur pro prosthetico, sic enim et א prosth. scriptum reperitur, ut אגן et אגן hortus. Praeter necessitatem neque ullo adjutus exemplo chaldaico Gesenius ה voc. הַדָּבְרִין esse vult articulum hebr., qui cum ipso vocabulo coaluerit, ut alibi Arabum articulus cum nonnullis vocc. hebraeis. — מְהַלְּכִין] quod etiam infra 4, 34. legitur, non esse 25.
Part. Aph., sed Pael pro מְהַלְּכִין, C. B. Michaelis et Rosenmüllerus inde dicunt verisimile fieri, quod infra 4, 26. in Pael מְהַלֵּךְ legatur. Sed quid, quaeso, ex illo loco sequitur? Est מַהְלְכִין [illegible] ut etiam hebr. מַהְלְכִים Zach. 3, 7. [illegible] Jer. 29, 8., מַלְקִירִים 2 Chron. 28, 23.) purum putum Aphel, casu praetermissum a Buxt. p. 611. — וְרֵוֵהּ דִּי רְבִיעָיָא] De suff. vid. ad 2, 20. p. 88. Eadem redundantia habetur versu proximo in verbis עַבְדוֹהִי דִּי אֱלָהָא, iterum vs. 28. 29. al. Pro רְבִיעָיָא vel רְבִיעָאָה K'ri רְבִיעָאָה, ut 2, 40. Ita etiam vs. 26. C'tib עִלָּיָא, K'ri עִלָּאָה et sic ubique. דָּמֵה לְבַר אֱלָהִין] similis est filio deorum, i. e. diis nato (cf. 7, 13. בַּר אֱנָשׁ filius hominis, homine natus) i. e. angelo, genio tutelari a deo misso, vs. 28. cf. 4, 10. 14. cap. 10. — לִתְרַע אַתּוּן] ad ostium in latere fornacis, per 26.
quod spectatorem se praebuerat Judaeis in ignem dejectis. —
הַדָּבְרֵי דִּי לָא שְׁלֵט נוּרָא בְּגֶשְׁמְהוֹן [illegible] pro [illegible] 27.
הִתְהַלְּכוּ [illegible] בְּגֶשְׁמְהוֹן [illegible] cf. not. ad Gen. 1, 4. — [illegible]] 28.
vid. ad 2, 44. שַׁנִּיו] migrarunt, neglexerunt, ut Aph. Esr. 6, 11. 12. Eodem significatu in Pa. gaudet syr. [illegible]. Pro גֶּשְׁמְהוֹן corpora ipsorum expresso; ut veteribus omnibus, K'ri legi vult

28. Sing. גֶּשְׁמְהוֹן, ut conveniat cum גֶּשְׁמְהוֹן vs. 27. — כָּל־עַם אֻמָּה וְלִשָּׁן] cf. vs. 4. — שָׁלָה] pro vulgari שָׁלוּ (= שָׁלוּתָה cf. ad 2, 5.), ut legi jubet K'ri, 6, 5. Esr. 4, 22. 6, 9. error, delictum, scelus a שְׁלָה erravit. C'tib שלה efferendum esse שָׁלָה, nec nisi orthographia diversum esse a שָׁלוּ K'ri, vidit jam Buxt. s. v., ubi: „Dan. 3. v. 29. scribitur, ait, שָׁלָה, et legitur שָׁלוּ error." — הַדָּמִין יִתְעֲבֵד וגו׳] vid. not. ad 2, 5. — כִּדְנָה] „sunt qui reddant sicut hic, deum videlicet Schadrachi et reliquorum. Sane דְּנָה ut masculinum usurpatur supra 2, 43., infra 6, 29. Sed post praefixum כ non nisi in feminea et neutrali significatione usurpatur, ut sit secundum hoc i. e. hoc modo, ita. Sic quoque Jer. 10, 11. Esr. 5, 7." Ros.

CAP. III, 31 — IV, 34. Nebucadnezaris somnium et insania.

32. cf. not. ad 4, 34. — אָתַיָּא וְתִמְהַיָּא] „Utitur Plurali, quia quae sequitur narratio seriem quasi mirabilium complectitur, mirabile somnium, mirabilem ejus interpretationem, et mirabilem eorum
33. quae hoc somnium praesignificavit eventum." Ros. — וְשָׁלְטָנֵהּ עִם דָּר וְדָר] et dominatio ejus est cum generatione et generatione = cum omnibus generationibus i. e. quamdiu hominum generationes erunt, per omnia secula. Eadem phrasis legitur infra 4, 31. cf. Ps. 72, 5: יִירָאוּךָ עִם שָׁמֶשׁ reverebuntur te cum sole i. e. quamdiu sol erit, et Ovid. Amor. 1, 15, 16: Nulla Sophocleo veniet jactura cothurno, Cum sole et luna semper Aratus erit. Eodem sensu accipitur לִפְנֵי Ps. 72. l. l. et vs. 17.

1. Cap. 4. רַעְנַן] virens, florens rebus secundis, voc. apud Hebraeos satis frequens, in sermone aram. praeter hunc locum non legitur. „רַעֲנָן proprie usurpatur in profusa laxitate; unde רַעֲנָן ut epitheton invaluit arborum laete crescentium et ramis prominulis ac propendulis superbientium. Id Arabibus رعن a rad. رعن prominuit cum laxitate. Hinc geminata tertia רַעֲנָן valde prominuit et propendit. Hoc in arbore non virorem tantum, sed et vigorem summum supponit." Schultens ad Job. 15, 32. —
2. וְהַרְהֹרִין עַל מִשְׁכְּבִי וְחֶזְוֵי רֵאשִׁי יְבַהֲלֻנַּנִי] et cogitationes super cubili meo et visa capitis mei me conturbabant. — הַרְהֹרִין sintne h. l. cogitata vigilantis, evigilantis, an somniantis, visa per somnium oblata, incertum est. Longerkio placuit prius, coll. vs. 16. 5, 6. 10. et supra 2, 29. 30; sed paullus posterius videtur

postulabat. In Targg. vox constanter scribitur הִרְהוּר significatque *cogitationem*, a radice הַרְהֵר *cogitare, scrutari, speculari*, propr. *mente concipere*, cf. Buxtorf. p. 633.; quod hic legitur הַרְהֹר convenit cum syr. ܗܘܪܗܪܐ, cui Castellus (p. 231. edit. Michael.) significationem tribuit *phantasmatis*, *imaginationis*, quae tamen incertae auctoritatis videtur. Ceterum Rosenmüllerus verba וְהַרְהֹרִין עַל מִשְׁכְּבִי ab iis quae subjiciuntur sejuncta sic capi vult: *et cogitationes meae erant super* lect. Sed ita, opinor, scriptor voci הַרְהֹרִין aut suffixum primae pers. aut לִי addere debuisset. Quod idem valet in locum 7, 1. — לְהַנְעָלָה] vid. ad 2, 25. — 3.
עָלִּין] K'ri contracte עָלִין. Sic et infra 5, 8. כַּשְׂדָּיֵא] cf. ad 4.
2, 2., K'ri כַּשְׂדָּאֵי, cf. ibid. ad vs. 5. — „Hic ut supra 2, 13. 5.
non abs re quaeritur, cur Daniel, quum tantam ex interpretatione somniorum celebritatem jam esset indeptus (1, 20. 2, 47.), non primus omnium, vel saltem una cum Chaldaeis, interpretandi somnii causa, ad regem vocatus fuerit." Ros. Qua ipsa de causa, quod haud verisimile esset, regem prius Chaldaeos vocasse ad somnium interpretandum, quum eos priori suo somnio solvendo impares expertus fuisset, Graecus Alexandrinus quae vs. 3 — 7. leguntur omisisse videtur. Quod autem prius Chaldaeos interrogasse rex dicitur, ratio est, quod sapientia Danielis ita magis exsplendescebat. וְעַד אָחֳרֵין] *Et ad postremum, postremo, tandem*. אָחֳרֵין Plur. abstracti, adverbio exprimendo inserviens, ut in hebraeo (E. Gr. crit. p. 501.), cf. אַחֲרִית *postremum* 11, 29.
K'ri אָחֳרָן omisso Jod, cf. אִלֵּין 2, 44. et אִלֵּךְ 6, 7. al. — דִּי 6.
אֲנָה יִדְעֵת דִּי רוּחַ אֱלָהִין קַדִּישִׁין בָּךְ] *quem*, de quo, *ego scio*, *esse spiritum deorum sanctorum in te*, vel דִּי priore ad בָּךְ relato: *in quo (te) ego scio esse spiritum deorum sanctorum*. וְכָל־רָז לָא אָנֵס לָךְ] *neque ullum arcanum tibi molestum esse*, tibi negotium facessere. אָנֵס in Chaldaismo biblico praeter h. l. non reperitur, in Targg. vero sexcenties legitur (locc. vid. apud Buxt. p. 140. sq.) significatque *urgere, cogere, vi adigere, vim inferre* al. Cf. syr. Pa. ܐܢܣ Sap. 14, 19. pro ἐκβιάζομαι positum, et hebr. אָנַס *urgere, instare*. חֶזְוֵי חֶלְמִי דִּי חֲזֵית וּפִשְׁרֵהּ אֱמַר] Quasi praeter interpretationem somnii et ipsum somnium cognoscere rex cupiat, ut cap. 2., quod tamen non ita esse intelligimus e vs. 7. sqq. Itaque verbis אֱמַר חֶזְוֵי חֶלְמָא *dicere visa somnii* non erit serviliter inhaerendum, sed statuendum, nihil ille

[illegible] nisi [illegible] somnii, ut igitur [illegible] his [illegible]. Alio modo sensum adjuvit Vulgatus: *sancti* [illegible] *somnii mei, quod vidi, et interpretationem ejus dic mihi* [illegible]
7 [illegible] רֵאשִׁי [illegible]] *Et erant quidem* [illegible] *capitis mei super cubili meo: vidi, et* [illegible] בְּגוֹא אַרְעָא [וַאֲלוּ] *arbor erat in medio terrae.* [illegible] [illegible] patet quam hebr. אִילָן, et *arborum* quamcunque significat, velut Gen. 1, 11. 12. Ps. 96, 12. [illegible] esse *in medio,* non pro בְּ positum, ut saepius hebr. [illegible], plane intelligitur e versu proximo. Ceterum cf. quod Xerxi expeditionem in Graeciam suscepturo contigisse dicitur somnium apud Herodot. 7, 19, ubi tertiam regi per somnium oblatam visionem magos narrat interpretatos esse ad universam spectare terram, significareque, homines omnes servos ei futuros. Fuisse enim visionem hujusmodi: [illegible] *sibi Xerxem coronari oleae fronde, ramosque oleae universam occupare terram, deinde vero coronam capiti impositam* [illegible]. Quod ad imaginem ab
9. arbore desumtam cf. etiam Ezech. 31, 3 sqq. — [illegible] [illegible]] *et fructus ejus magnus,* [illegible] pro [illegible] (a rad. [illegible] *fructum produxit*) [illegible] Dag. forti in Nun, [illegible] p. 13. [illegible] p. 138. [illegible] לְכֹלָּא [illegible] *pro omnibus in eo,* i. e. [illegible] in eo erat pro omnibus, nam cibus erat pro omnibus qui in eo erant (avibus), [illegible] hujus vs. [illegible]. [illegible]] *sub eo in umbra requiescebat bestia agri.* Gesenius, Winer, Rosenm. Lengerke, et alii [illegible] (Aph. verbi טְלַל i. q. צְלַל Neh. 13, 19. [illegible] *obumbrari*) significare volunt: *umbram captare.* Hanc vim habet quidem [illegible], sed non nisi in Conjug. X., quam constat desiderium exprimere. Vide igitur ne sit אַטְלֵל quasi *umbram agere, Schatten halten,* i. e. sub umbra versari, in umbra requiescere, vel, quod eodem redit, *obumbrare,* [illegible] quae pronominis 3. pers. ellipsis in Aph. usitatissima est apud Syros (Hoffmann. p. 182). In Targg. אַטְלֵל (אַטֵּל), quod sciam, ubique, ut Pa. טַלֵּל, est transit. *obumbrare, operire, obtegere,* velut Job. 40, 17: יְטַלְּלוּנֵיהּ טְלָלַיָּא *obtegunt eum umbrae.* Quo eodem significatu gaudet syr. [illegible] et Aphel. Hinc Buxtorf. in Lex. chald. p. 876, verba תַּטְלֵל חֵיוַת בָּרָא reddidit: *obumbret bestias agri,* quem sensum tamen illa ferre non putaverim, nisi תַּטְלֵל impersonaliter capias aut, [illegible], vim subr[illegible]

[illegible]

Satanae Adamum tentaturo non permissum a deo esse dicitur, „ut unus ex vigilibus [[illegible]] aut unus ex Seraphis Cherubisque“ ad Adamum mitteretur; cf. etiam infra 10, 13. 20. 11, 1. Ezech. 1, 18.), et quidem tam *bonorum* (Henoch. 12, 2. 13, 11. 15, 1. 20, 1., cf. Barhebr. ad Gen. 6.) quam *malorum* (Henoch. 1, 5. 10, 11. 13. 18. 12, 5. al.); hinc additur h. l. וְקַדִּישׁ *et is quidem sanctus.* Cf. in Zendavesta genii boni, quorum curae traditus est universus mundus, quique *ex alto hominum animas custodiunt* (Kleuker II. 257. Anhang I. 239.), iisque oppositi spiritus malevoli, humano generi infensi (Anhang I. 210.). Copiose et subtiliter de hoc loco exposuit Lengerke.

11 [illegible] בְּחַיִל] [illegible] עִפְיֵהּ [illegible] 6, ubi vide not. [illegible] אַנְבֵּהּ [illegible]
propter [illegible] [illegible] Imp. Aph. verbi [illegible] illo decidit folium
(Jes. 34, 4. al.) et flores fructusque pilude [illegible] vid. ad vs. 9. [illegible]
12 [illegible] שָׁבְקוּ [illegible] בְּאַרְעָא [illegible] Attamen radicem [illegible]
[illegible] radicum ejus (i. q. [illegible] Jes. 6, [illegible] ibid. 11, [illegible]
[illegible] relinquite, et quidem in vinculo ferri et aeris, et [illegible]
quidem ferreo et aeneo colligatam vinculo, ne rumpatur et fun-
ditus perdatur; cf. [illegible] apud [illegible] בְּדִתְאָא] Haec
quoque arbori conveniunt, cf. Job. 14, 8. Propria [illegible] in iis
13 [illegible] quae subjiciuntur. — [illegible] מִן אֲנָשָׁא יְשַׁנּוֹן [illegible]
Gesenius, Winerus (sub [illegible]), Rosenmüllerus, de Wette cum Vulg.
cor ejus ab homine i. e. a corde humano [illegible] ita ut non amplius
sit, debeat esse humanum, mutabitur, [illegible] accepto significatione
privativa, apud Hebraeos frequenti. Quum vero [illegible] in
hoc scriptore semel atque iterum significet aliud, diversus fuit
ab aliq. 7, 3. 7. 19. 23. 24. (cf. in Targ. Esth. 3, 8.), multo
simplicior, credo, haec est interpretatio: cor ejus ab homine,
corde humano diversum reddetur, aliud quam humanum erit.
Lengerke [illegible] non posse non hunc esse credit: cor ejus
[illegible] mutabitur, coll. vs. 22: [illegible] מִן אֲנָשָׁא [illegible]
[illegible] ejicient ex hominibus, et vs. 30: [illegible] מִן אֲנָשָׁא [illegible] ex homi-
nibus projectus est. Sed alia ratio est locorum. Nam
vs. 22. subjicitur: [illegible] חֵיוַת בָּרָא [illegible] cum bestiis
agri erit habitatio tua [illegible] similia opponuntur vs. 30.; hoc
vero [illegible] loco subjicitur [illegible] חֵיוָא [illegible]
cor bestiae dabitur ei, quod in membro opposito cor regis non
nisi ut humanum [illegible] dicitur postulat. Caeterum pro
אֱנָשָׁא Masorethae legi volunt אֲנָשָׁא, sc. ut vs. 22. 29. De plur.
propr. mutabunt, vid. not. ad 2, 30. וְשִׁבְעָה עִדָּנִין יַחְלְפוּן עֲלוֹהִי]
et septem tempora i. e. anni (cf. 7, 25. 12, 7. coll. 8, 14.)
praeteribunt super eum, „status ejus ille miser non prius finie-
tur, quam cursus solis annuus septies super eum redintegratus
14 fuerit.“ Ros. — בִּגְזֵרַת עִירִין פִּתְגָמָא וּמֵאמַר קַדִּישִׁין שְׁאֵלְתָא]
Decreto vigilum haec sententia, et dicto sanctorum hoc con-
silium constat. Recte cum Rosenmüllero Lengerke monuit, re-
spondere tria verba מֵאמַר קַדִּישִׁין שְׁאֵלְתָא tribus quae praecedunt
ita, ut מֵאמַר idem valeat quod גְּזֵרַת, et בּ huic praemissum
repetendum sit ad illud; קַדִּישִׁין conveniat cum עִירִין, et שְׁאֵלְתָא
cum פִּתְגָמָא. שְׁאֵלָא petitio, postulatio, hine decretum, consi-

[illegible] Hoc dicitur, [illegible] Nebucadnezaris (vs. [illegible] sqq.), quam [illegible] modo exponit; [illegible] consilio, [illegible] instituto aeque praeside habito (cf. vs. [illegible]), quale [illegible] Joh. 1, 6. [illegible] Ros. Cf. infra 7, 9. Zend. [illegible] 1, 15. Henoch 54, 4. [illegible]] vs. 22. 29. cf. ad 2, 26. [illegible]] et humilitatem [illegible] Vulg. cf. Win. p. 11. [illegible]] non [illegible] ut vulgo efferunt, cf. [illegible] vs. 22. 29. et Kri [illegible] et 5, 31; 7, [illegible] 6. 7. 19. 29. — [illegible]] Tale [illegible] vid. not. ad 3, 18. [illegible]] [illegible] 15.
[illegible] = [illegible] (Win. p. 25.), exprimunt [illegible] Syr. Sed Theodot. et Vulg. [illegible] exprimunt, quod praeferendum, cf. 2, 4. al. Eadem scripturae discrepantia est vs. 16. et. 5, 8. — [illegible]] non quod [illegible] impar esset, sed propter 16.
[illegible] quae [illegible] significata videntur [illegible]. Ceterum vid. Win. p. 60. [illegible]] [illegible] licet rex ipse sit, qui [illegible] hoc scripto [illegible] de se [illegible] (cf. vs. 1. 21.), tamen quasi de alio loquens tertia his utitur persona loco primae. Qualem personae enallagen, Orientalibus non insuetam, vid. et infra vs. 26 — 30., item 1 Reg. 1, 33. Esth. 8, 7. 8. [illegible] Ros. Cf. Ges. Gr. ampl. p. 742. [illegible]] [illegible] de quo vid. ad [illegible] 5. [illegible]] domine [illegible] [illegible] [illegible], et interpretatio ejus hostibus tuis! [illegible] quod [illegible] significatur, quam vellem hostibus [illegible] Cf. hostibus [illegible] apud Ovid. Am. 2, 10. [illegible] [illegible] 2, 47. 5, 22. Targ. Prov. 23, 2. Kri hic et infra [illegible] a [illegible] forma Targumicis et Talmudicis maxime usitata. De plur. [illegible] pro [illegible] vid. ad 3, 16. [illegible] de suffixo [illegible] hujus et postremae [illegible] vid. ad 2, 4. [illegible]] [illegible] 19.
[illegible] K'ri [illegible]] vid. ad 2, 35. [illegible] 21.
[illegible]] quod superventurum est [illegible] cf. [illegible] — [illegible]] Videlicet te ejiciens [illegible], hinc [illegible] 22.
[illegible] vs. 30. [illegible]] vid. ad 2, 29. [illegible]] i. e. [illegible], cf. [illegible] vs. 30. coll. not. ad 2, 30. — [illegible]] Quod [illegible] dicere 23.
[illegible] dictum, [illegible] fuit. [illegible]] vid. ad 2, 20. p. 88. [illegible]] Ante haec cogitando supple: id est, significat. cf. ad 2, 41. [illegible]] ex quo tempore, [illegible] agnoveris. [illegible]] potestatem habere, imperare coelum, i. e. deum, vs. 14. 22. Coelum, dei sedes et domicilium, Chaldaeis et recentibus Hebraeis dicitur pro deo ipso, [illegible]

[illegible] quia [illegible] quod [illegible]
[illegible] prima [illegible] significasse, regis [illegible] Extra necessitatem
[illegible] regionem [illegible] hic [illegible]
[illegible] In textu 26.
[illegible] palatii. cf. 2 Sam. 11, 2 [illegible]
[illegible] quod [illegible] scriptor
[illegible] Babylonem [illegible] Teste 27.
[illegible] Babylonem [illegible] COCODRILUS(?) [illegible]
[illegible] (vid. [illegible])
[illegible] aedificare urbem [illegible] quoque [illegible], qui vel
[illegible] vel [illegible] eorum [illegible] Ita
2 Chron. 11, 5. [illegible] Bethlehemum, [illegible] atque alias
Judaeae urbes, [illegible] Reg. [illegible]
urbem [illegible] Deut. 12, [illegible] memoratur. At
ipsam Babylonem [illegible] Nabucadnezar, [illegible]
[illegible] urbis [illegible]
Megasthenes [illegible] apud Eusebium Praep. Evang. 9, 41.
[illegible] Eusebium [illegible]
ad illud tempus, a quo Nabucadnezar [illegible]
[illegible] ad vs. 32. [illegible] ad Num. [illegible]
[illegible] in domum regni [illegible] Vulg. In regnum [illegible]
[illegible] Am. 7, 13. Quod [illegible] cum hoc versu
Jes. 10, 13. 14, 13. 19. [illegible] 30.
ad [illegible] pili ejus [illegible] ut aquilarum
pili (plumae). Pars [illegible] comparatur, ut Jer. 4, 31. [illegible]
[illegible] Eichhorn(?) [illegible]
[illegible] in eo quod statim sequitur [illegible] ut avium
ungues. [illegible] vs. 13. 31.
22. 29. [illegible]
Non potest statui, hoc [illegible] Conveniunt
potius ad ea quae praecedunt [illegible]
oculos in coelum [illegible] Et enim [illegible]
ipsum [illegible] coelestem
potentiam agnoverit, vs. 22. 29. cf. 33. [illegible]
[illegible] preces [illegible] regem [illegible] mireris [illegible]
[illegible] ad 3, 32. [illegible] 32.
[illegible] Pro [illegible]
[illegible] 38. [illegible] interpretes et [illegible]

graphi, quos inspexi, *quasi nihil*, nihilum significare videntur, ut Job. 6, 21.“ Sed vid. not. ad Ezech. 21, 32. Etiam in Chaldaismo tam biblico quam targumico talia desiderantur exempla. Itaque crediderim, כְּלָה (כְּלָא) hic ut alias significare *non*, כְּ vero esse intensivum (de quo vid. Ges. Lex. man. p. 459.), ut כְּלָה proprie sit *omnino non*, חֲשִׁיבִין autem absol. positum sit, pronum ut Jes. 53, 3: בְּסִירִין וְלָא חֲשִׁיבִין *contempti et non aestimati*. Quod libri aliquot scripti et editi exhibent כְּלָא, quippe idem omnino non fundit, ut mireris, illud placuisse J. D. Michaeli in Suppl. p. 1391. Ceterum eadem quae hic sententia legitur Jes. 40, 17: כָּל־הַגּוֹיִם כְּאַיִן נֶגְדּוֹ מֵאֶפֶס וָתֹהוּ נֶחְשְׁבוּ לוֹ. Subjicit וּכְמִצְבְּיֵהּ עָבֵד בְּחֵיל שְׁמַיָּא וְדָאְרֵי אַרְעָא] *et pro lubitu suo*, propr. secundum velle (inf. Pe.) suum *agit cum* (cf. עֲבַד עִם id. Esr. 6, 8.) *exercitu coeli, stellis earumque incolis et incolis terrae* (cf. Jes. 24, 21. ibique not.) i. e. cum naturarum universitate. וְלָא אִיתַי דִּי יְמַחֵא בִידֵהּ] *neque est qui cohibeat eum*, propr. *qui percutiat manum ejus* (pulset in manum ejus). cf. Eccl. 8, 4. מַן יֵימַר לֵיהּ מָה עֲבַדְתְּ] *et quis illo, qui percutiat manum ejus, eum cohibeat?* Apud Talmudicos Sanhedr. fol. 19. b. מחא בידיה *quis cohibeat eum?* Hi vero מחו saepius omittunt. Plura exempla dabit Buxtorf. p. 1186. Ceterum simillima sententia legitur Jes. 43, 13. מִי יְשִׁיבֶנָּה] cf. Jes. 14, 27. Job. 33, 9, 12. al. — בֵּהּ זִמְנָא מַנְדְּעִי יְתוּב עֲלַי וְלִיקָר מַלְכוּתִי הַדְרִי וְזִוִי יְתוּב עֲלַי] *Eo ipso tempore intellectus meus rediit mihi, et quidem ad honorem regni mei, gloriae meae et splendoris mei rediit mihi.* Ita struenda esse verba Lengerke recte monuit intelligi ex accentu. Quod ad Genitivum הַדְרִי וְזִוִי pariter atque מַלְכוּתִי pendentes ex לִיקָר, confer etiam vs. 27: וְלִיקָר הַדְרִי *ad honorem gloriae meae*. Minus bene igitur Rosenmüllerus secundum hemistichium sic struxit: *et ad honorem regni mei gloria mea et splendor meus revertebatur ad me*. De וְזִוִי הַדְרִי vid. not. ad 3, 6. וְלִי הַדָּבְרַי וְרַבְרְבָנַי יְבַעוֹן] *et me, quod non sine vi est praemissum, administri mei et principes mei quaerebant*. De הַדָּבְרִין vid. ad 3, 24, de יְבַעוֹן Win. p. 58. וְעַל מַלְכוּתִי הָתְקְנַת] *et super regnum meum confirmatus sum*, i. e. in regnum repositus, restitutus sum. cf. 2 Sam. 7, 12: וַהֲכִינֹתִי אֶת־מַמְלַכְתּוֹ *et confirmabo regnum ejus*; 1 Reg. 2, 46: וְהַמַּמְלָכָה נָכוֹנָה *regnum confirmatum fuit*, 1 Sam. 20, 31: לֹא תִכּוֹן אַתָּה וּמַלְכוּתֶךָ *non confirmaberis tu vel regnum tuum*. Ceterum pro-

[illegible] in Chaldaicis [illegible] [illegible], ad quod statim sequitur. [illegible] 13. 15. 16. 20. sq., 24. sq., [illegible] coll. Win. p. 26. [illegible] pro [illegible] vid. 2, 28. [illegible] vid. ad 3, 25. — Qui, quam hoc capite narratur historiam [illegible] aliquid subesse credunt, laudant quae ex Abydeno (suspectae fidei scriptore) hausta tradidit Eusebius *Praep. Evang.* IX, 41, ubi (placuit enim graeca reddere verbis latinis): „Ego vero in ea, quam Abydenus de Assyriorum scripsit historia, de Nabuchodonosoro haec, ait, reperi. Megasthenes, inquit, auctor est, Nabucodrosorum Herculi ipsi fortitudine atque animo praestitisse, atque in Libyam et Iberiam impetu facto, utraque jam domita, colonias in dextram Ponti plagam deportasse. Quibus peractis, Chaldaei ferunt, eum, reversum in regiam sedem (ἀναβάντα ἐπὶ τὰ βασιλήϊα, quod vulgo reddunt: conscenso palatio) divinitus repente afflatum, quod sequitur vaticinium effudisse: Ille ego Nabucodrosorus, o Babylonii, imminentem urbi calamitatem praenuncio, quam Parcae aversurae, nec Belus generis nostri auctor, nec regina Beltis persuadere unquam poterunt. Persicus veniet mulus, qui daemonum vestrorum usus auxilio durum cervicibus vestris jugum imponet. Atque hujus cladis auctor etiam Medus quidam erit, quo ante Assyrii magnopere gloriabantur. O utinam ipse, priusquam cives ita mecum proderet, aut Charybdi quadam aut profundo pelago haustus atque absorptus periret; aut alias abreptus invias per solitudines ferro vagaretur, ubi nullius neque urbis neque hominis vestigium appareat, sed ferae duntaxat libere pascantur, volucresque circumvolent, adeoque solus medios inter scopulos ac voragines jactaretur. Mihi quoque, priusquam haec ei tam nefaria mens injecta sit, feliciorem exitum sortiri liceat. Haec effatus hominum ex oculis repente sublatus evanuit . . . Ac rursus, nonnullis interjectis: Nabuchodonosorus, inquit, regno potitus Babylonem intra quindecim dierum spatium (!) triplici muro cinxit, atque Armacalen Acracanumque fluvios ab Euphrate ortos alio derivavit. Tum Sipparenorum urbis in gratiam paludem fodit, cujus ambitus parasangas quadraginta, altitudo vero ulnas viginti obtineret . . . palatiumque suum arboribus consitis, pensiles hortos vocabat, exornavit.“

CAP. V, 1 — VI, 1. Belschazaris convivium, regni Babylonici expugnatio. — בֵּלְשַׁאצַּר מַלְכָּא] qui idem filius dicitur 1.

[illegible] Babylonicis scriptoribus, Beroso, apud Josephum c. Apionem 1, 20. [illegible] apud Eusebium Praep. Evang. 9, 40. 41; Chron. [illegible] 1, 50. [illegible] Ναβόννηδος [illegible] Λαβύνητος [illegible] Megasthenes apud Euseb. Chron. [illegible] Berosusque, qui Chaldaeam scripsit historiam, et Josephus, qui [illegible] post Nebuchadnezar, qui regnavit [illegible] filius, qui vocabatur Evilmerodach (cf. 2 Reg. 25, 27. Jer. 52, 31.) [illegible] Josephus, quod post mortem Evilmerodach in regnum [illegible] Neriglissar [illegible] Baltasar (Nabonnedus) regnum [illegible] vs 30. [illegible] Cyrus [illegible] Esth. 1, 3. [illegible] Nec [illegible] epulis Romanorum imperatoribus. [illegible] Silvar. 4, 2, 32. de Domitiano: *Hic cum Romanis proceres [illegible]* Suspicor [illegible] epulo illo celebri, quod [illegible] rex Chaldaeorum suis magnatibus dedit, cum jam obsessa esset a Medis Persisque urbs Babylon, die quodam festo anniversario; cujus notitiam quum Persae haberent scirentque Babylonios illo epulis indulgere liberius, et vino inebriari, elegerunt noctem, quae diem illum insequeretur, qua Babylonem expugnarent. Ros. [illegible] 30. [illegible] quod non nisi [illegible] solemniter celebrari solebat; alias enim rex seorsum a proceribus epulabatur. Certe [illegible] Persicis hoc moris

2. fuisse narrat Athenaeus Deipnosoph. lib. 4. cap. 10. — בִּטְעֵם חַמְרָא] *in gustu vini*, ἐν τῇ γεύσει τοῦ οἴνου Theodot., i. e. cum regi et proceribus magis magisque vinum allubuisset. LXX: *ἐνυψούμενος ἀπὸ τοῦ οἴνου*, Vulg.: *jam temulentus.*

לְהַיְתָיָה לְמָאנֵי דַּהֲבָא וְכַסְפָּא] e templo, Bell. 1, 2. דִּי הַנְפֵּק נְבוּכַדְנֶצַּר אֲבוּהִי] „Quod Balthasaris patrem Nabuchodonosor vocat, non facit errorem scientibus Sanctae Scripturae consuetudinem, qua patres omnes proavi et majores vocantur.“ Hieron. Verum vs. 13. et 22. ita comparati sunt, ut אַב et בַּר vix aliter atque *proprie* accipi possint. cf. sup. ad vs. 1. מִן הֵיכְלָא דִּי בִירוּשְׁלֶם] cf. quoad דִּי 6, 14. Esr. 6, 2. coll. Win. p. 93. 3. Ges. Gr. ampl. p. 749. וְיִשְׁתּוֹן בְּהוֹן] vid. Win. p. 104. 1. coll. not. ad Gen. 44, 5. שֵׁגְלָתֵהּ וּלְחֵנָתֵהּ] Cf. quae ad Jes. 47, 1. e Curtio 5, 1. attulimus verba *Nihil urbis* rel. De suffixo cf. ad 2, 30. — וְאִשְׁתִּיו] Praet. Pe. cum א prosth. Win. p. 58. — 5. בַּהּ־שַׁעֲתָה] vid. ad 3, 6. נְפַקָה אֶצְבְּעָן] K'ri: נְפַקוּ. „Quae varietas inde orta, quod nomen אֶצְבַּע apud Chaldaeos utriusque est generis, feminini quidem ut plurimum, aliquando tamen et masculini, uti supra 2, 41. 42. post id ipsum nomen, eadem de causa, sequebatur Pronomen suffixum femininum מִנְּהֵן secundum K'ri, at masculinum מִנְּהוֹן secundum Cthibh.“ Ros. Terminationem pluralem masculinam אֶצְבְּעִין habes Targ. Jerem. 52, 21. Quod Lengerke observat, nomen pl. fem. tanquam abstractum cum verbo sing. fem. junctum esse, nescio quo tendat, cum נפקת sit tertia fem. Pluralis = נְפַקָא. לָקֳבֵל נֶבְרַשְׁתָּא] *e regione lychnuchi*. Convivium enim noctu agebatur, vs. 30. נֶבְרְשָׁא (apud Rabbinos נִבְרֶשֶׁת), emphat. נֶבְרַשְׁתָּא *lychnuchus*, *lucerna* (Targ. Zeph. 1, 12. pro נֵר) syr. ܢܒܪܫܐ, arab. نِبْرَاس; cf. quod Syrus dedit ܢܒܪܫܐ, 2 Reg. 8, 19. pro נִיר, positum. Buxtorfius p. 1290. R. Saadiam notare monet, נֶבְרַשְׁתָּא „juxta quosdam sic dici, quasi נֵר בַּר שַׁתָּא *lucerna filia anni* i. e. per totum annum ardens,“ quod quaesitum. Secundum Gesenium est a נְבַרְשׁ, syr. Ethp. ܐܬܢܒܪܫ *inflammatus est*, *luxit*, *micuit*; נְבַרְשׁ vero conflatum ex נְהַר i. q. נהר (Cod. Nasor. III. p. 74. lin. 13. Ges. Lex. man. edit. germ. 4. p. XXII. cf. ibid. p. 519.) et אֵשׁ. Posset etiam, ut alia a me facta expediendae vocis pericula silentio praeteream, absque ullius literae mutatione compositum esse נֶבְרַשְׁתָּא ex נִבְרְשָׁא *ramus* et אֶשָּׁא, ut proprie exprimeret *ramos s. brachia ignis*, i. e. brachia, super quae lumina accenduntur (cf. not. ad Ezech. 24, 5.) h. e. *candelabrum brachiis s. cornibus instructum (Armleuchter)*, quo etymo admisso Ethp. ܐܬܢܒܪܫ

esset denominativum, velut ܡܠܟܘܬܐ a ܡܠܟܐ. Sed maxime
dubicus hic campus est, in quo vicei periclitentur homines
doctiores. פַּס יְדָא propr. *extremitatem manus*, extremam manum
i. e. h. l. *anteriorem manum digitorum*, hinc Theodotion: τοὺς
ἀστραγάλους τῆς χειρός, Vulg. *articulos manus.* Alias est *palma*,
πλάξ, quae et ipsa pars extrema manus est, ut 1 Reg. 18, 44:
כְּכַף יַד אִישׁ, et ad pedes relatum: *planta.* Sic et syr. ܦܣܬܐ
apposito ܐܝܕܐ infra 10, 10. 1 Reg. 18, 44., et seq. ܕܪܓܠܐ Deut. 2, 5.
28, 35. Similiter אַפְסַיִם de *extremitatibus* i. e. *plantis pedum*
dicitur Ezech. 47, 3: מֵי אָפְסָיִם *aquae plantarum*, quae nonnisi
6. plantas pedum tegunt. — אֱדַיִן מַלְכָּא זִיוֺהִי שְׁנוֺהִי] *Tum rex*,
Nomin. absol., *color ejus mutatus est ei*, metu subito expalluit.
זִיו *splendor* 2, 31. 4, 33., plur. זִיוִין hic et vs. 9. 10. 7, 28.
de colore faciei hilari vividoque (cf. E. Gr. min. §. 360.) cf.
arab. زِيّ *forma, habitus externus.* Suffixum in שְׁנוֺהִי, licet
שְׁנָא per se sit verbum intransitivum, Lengerke positum vult pro
pronomine reflexivo. Quae res caret exemplo, ut nihil dicam
de eo, quod, cum Subjectum cum Praedicato sit numeri pluralis,
pro שְׁנוֺהִי probabiliter scriptum esset שְׁנוֺהִי. Sequor equidem
Rosenmüllerum, Gesenium Gr. ampl. p. 730., Winerum Gr. chald.
p. 91. suffixum in dativo reddentes (cf. E. Gr. crit. p. 620.),
coll. vs. 9: זִיוֺהִי שָׁנַיִן עֲלוֺהִי *color ejus mutatus est apud eum*,
7, 28: זִיוַי יִשְׁתַּנּוֺן עָלַי, 10, 8. (hebr.): הוֺדִי נֶהְפַּךְ עָלַי.
וְקִטְרֵי חַרְצֵהּ מִשְׁתָּרַיִן] *et ligamenta lumbi ejus solverunt se*, ejus
vertebrae conciderunt. Pro hebr. חֲלָצַיִם Chaldaei non modo in
Plurali dicunt חַרְצַיִן, ut Exod. 28, 42., sed etiam in Sing. חַרְצָא,
ut Deut. 33, 12. Eodem modo Syri suo utuntur ܚܨܐ, cujus
Sing. habes Gen. 35, 11. al. וְאַרְכֻבָּתֵהּ דָּא לְדָא נָקְשָׁן] cf. Nah.
2, 11, Hor. Od. 1, 23, 8: *et corde et genibus tremit*, Ovid.
7. Metam. 2, 180: *et subito genua intremuere timore.* — בְּחַיִל]
cf. ad 2, 25. [לְאַשְׁפַיָּא] Kri: לְאָשְׁפַיָּא, vid. ad 2, 5. כָּל־קֳבֵל דִּי]
דִּי ante orationem rectam, ut 2, 25. al. וְהַמְנִיכָא דִי דַהֲבָא עַל
צַוְּארֵהּ] הַמְנִיכָא cum ה prosth. (cf. ad 3, 24.), Kri: הַמְנִיכָא.
syr. ܗܡܝܢܟܐ, ܡܝܢܟܐ, etiam sine ה prosth. מניכא Gen. 41, 42.
Onk. et מוֹנִיכָא Prov. 1, 9., est ex graeco μανιάκης (quo h. l.
usi sunt LXX et Theodot.), ut jam monuit Buxtorfius in Lex.

chald. p. 1228. *Μανιάκην* vero Suidas ὁ περιαυχένιος κόσμος explicat, Polybius autem 2, 31: χρυσοῦν ψέλλιον, ὃ φοροῦσι περὶ τὰς χεῖρας καὶ τὸν τράχηλον οἱ Γαλάται. De origine vid. Ges. Torques et armillas Xenophon Cyrop. 1, 3, 2. Persas a Medis mutuatos esse narrat. Idem ibid. 8, 5, 18. ejusmodi ornamenta habere nemini citra regis beneficium licuisse monet. וְתַלְתִּי בְמַלְכוּתָא יִשְׁלַט] *et tertius in regno dominabitur.* תַּלְתִּי praeter hunc locum in Chaldaismo sive biblico sive targumico nusquam reperitur, sed pro eo dicitur תְּלִיתַאי, תְּלִיתָי. Infra vs. 16. et 29. pro תַּלְתִּי positum est תַּלְתָּא, stat. emph. vocis תְּלָת, *tertii ordinis* s. *loci*, *tertio loco*, cf. שְׁלִשִׁיָּה Jes. 15, 5. et מִשְׁנֶה. Lengerke ad vs. 16. non quidem dubitat תַּלְתָּא habere pro stat. emph. vocis תַּלְתִּי; is vero sonaret, opinor, תַּלְתָּאָה vel תַּלְתַּיָּא.
— עָלְלִין] K'ri עָלִּין ut 4, 4. וּפִשְׁרָא] K'ri וּפִשְׁרָא = וּפִשְׁרַהּ, 8.
vid. ad 4, 15. — וְזִיוֹהִי שָׁנַיִן עֲלוֹהִי] *et color ejus mutatus* 9.
est apud eum. Cf. loca parallela ad vs. 6. allata. De עַל *apud*
vid. not. ad Jer. 8, 18. et Dan. 2, 1. — מַלְכְּתָא] „Regina in- 10.
telligenda videtur non Belschazaris uxor, nam vs. 2. 3. 23. conjuges ejus convivio ipsi adfuisse dicuntur, sed Nebucadnezaris vidua. Narrat enim vs. 11. 12. de rebus cum Daniele sub Nebucadnezaris regno gestis, quod facere vix quisquam melius noverat, quam Nebucadnezaris vidua.“ Ros. Cf. Hieron. ad h. l. „Hanc Josephus aviam Balthasaris, Origenes matrem scribunt, unde et novit praeterita, quae rex ignorabat. Evigilet ergo Porphyrius, qui eam Balthasaris somniatur uxorem, et illudit plus scire, quam maritum.“ Regis *matrem* intelligendam esse, ex eo quoque colligimus, quod imperantis modo loquitur cum rege. Etiam apud Hebraeos magna fuit matris regis auctoritas, 1 Reg. 15, 13. 2 Reg. 24, 12. 15. לָקֳבֵל מִלֵּי מַלְכָּא וגו'] *propter* (i. q. מִפְּנֵי, ut Esr. 4, 16.) *rem* (ut 2, 23. et ibid. vs. 15. 17.) *regis* etc. Vulg. *pro re, quae acciderat regi et optimatibus ejus.* עַלַּלַת] K'ri עַלַּת, velut Targ. Ruth. 3, 6. cf. supra Particip. vs. 8. וַאֲמֶרֶת] cf. ad 2, 34. מַלְכָּא לְעָלְמִין חֱיִי] vid. ad 2, 4.
זִיוָיךְ] K'ri זִיוָךְ, cf. ad 2, 4. — דִּי רוּחַ אֱלָהִין קַדִּישִׁין בֵּהּ] 11.
cf. 4, 5. אֲבוּךְ] vid. ad vs. 1. נַהִירוּ] vid. ad 2, 22. et 5. וּמַלְכָּא נְבֻכַדְנֶצַּר אֲבוּךְ וגו'] „Haec verba pro Nominativis absolutis capienda sunt. ... Hoc quidem magis convenit cum accentibus, quam ἐπανάληψιν statuere in fine versus, cum Vulgato, qui haec in Nominativo expressit, extremas vero versus voces

sic reddidit: *pater, inquam, tuus, o rex!*" Haec Rosenmüllerus, qui consentientem habet Lengerke. Mihi vero placet Hieronymus. Manifestum est enim, cum vi repeti אֲבוּךְ. Nam quum virtutes Danielis laudare, tum praecipue jam Nebucadnezarem ab illo in re simili consilium petiisse cum gravitate monere, e re
12. fuit. — כָּל־קֳבֵל דִּי — הִשְׁתְּכַחַת בֵּהּ בְּדָנִיֵּאל] *quandoquidem spiritus eximius et scientia et intelligentia interpretantis somnia et declarationis aenigmatum et solventis nodos* i. e. quaestiones difficiles *inventa est in eo, Daniele.* מְשַׁרֵא ק׳ pariter atque מפשר ח׳ ex שָׂכְלְתָנוּ pendere apparet; ex quo efficitur, etiam quod in medio positum est אַחֲוָיַת א׳ pro Genitivo, qui ab eodem illo שׂכלתנו regatur, habendum esse. Quod ad קִטְרִין *nodos*, res implexas, quaestiones difficiles cf. Oedipus in Senecae *Oed.* vs. 101. 102: Nodosa sortis verba et implexos dolos Ac triste carmen alitis solvi ferae. De בֵּהּ בְּדָנִיֵּאל vid. ad 2, 20. p. 88.
13. sup. — הֻעַל] Hoph. pro Ittaph. ut vs. 15. 16. 20. cf. ad 4, 33. אַנְתְּה הוּא דָנִיֵּאל] Interrogatio, ad quam nulla exspectatur responsio. דִּי מִן־בְּנֵי וגו׳] „Pronomen relativum דִּי Vulgatus *quem* expressit, ad ipsum Danielem relatum. Sed Theodotion et Graecus Venetus utuntur Pronomine femineo *quam*, ad nomen quod proxime praecedit גָּלוּתָא referentes, quod rei magis conveniens videtur." Ros. אַבִי] „In forma grammatica nominis אַבִי duplex est ἀνωμαλία, prima, quod tonus ex ultima syllaba ad penultimam retractus est, altera, quod syllaba penultima, quae vocalem longam requirebat, brevem habet." Ros. Quod idem monuisse satis habuit Lengerke. Exspectabas sane אֲבִי = אָחִי Gen. 4, 9. 1 Reg. 2, 15. s. אֲבִי coll. אֲבוּהִי supra vs. 2. et אֲבוּהָי Gen. 2, 25., vel certe retracto tono אָבִי. Sed nusquam alias reperitur אבי *pater meus* sive in biblico sive in targumico Chaldaismo. „Affixum primae personae hic (in voce אַב) inusitatum est, pro quo semper dicitur κατ' ἐξοχὴν sub forma emphatica אַבָּא." Buxtorf. Lex. p. 9. cf. Win. Gramm. p. 81. Itaque non dubito equidem quod hic habetur אבי legere אַבִי *abh*, more syriaco, quo Suffixum 1. sing. non pronuntiatur, coll. ܐܒܝ id. quamquam scripto per Sekofo (Hoffmann. Gr. syr. p. 273. sq.). In quam sententiam jam incidisse video C. B. Michaelem in Lum. syr. §. XIII., cf.
14. Ges. Thes. p. 11. Gr. ampl. p. 209. — עֲלָךְ] K'ri עֲלָךְ. vid. ad
15. 2, 4. — דִּי כְתָבָה דְנָה יִקְרוֹן וּפִשְׁרֵהּ לְהוֹדָעֻתַנִי] *ut scriptum hoc legerent, ejusque interpretationem ad indicandum mihi* =

ejusque interpretationem ut mihi indicarent. Cf. not. ad 2, 16. 17. 18., etiam quoad accusativum infinitivo praemissum. — תּוּכַל] 16.
forma hebraica, ut 2, 10. Chaldaicam commendat K'ri תִּכֻּל.
וְהַמְנִיכָא] vid. ad vs. 7. וְתַלְתָּא בְּמַלְכוּתָא תִּשְׁלַט] et tertii ordinis, tertio loco in regno dominaberis, vid. ad 1 1. — לֶהֱוְיָן] 17.
sint, maneant, vid. ad 2, 20. וּנְבָזְבְּיָתָךְ] vid. ad 2, 6. — אַנְתָּה 18.
מַלְכָּא] cf. ad 2, 29. — זָאְעִין] K'ri זָיְעִין. cf. 2, 38. al. מַחֵא] 19.
„מחא in pluribus codicibus et libris nonnullis antiquioribus typis exscriptis, veluti in Bombergiano a. 1524. in quaternis, et Athiano a. 1665. per Pathach מַחֵא scriptum est, Participium Aphel verbi חֲיָא pro מַחְיֵא, per crasin. Minus accurate in editionibus recentioribus per Kamez מָחֵא legitur, quod est Participium Peal verbi מְחָא percussit (expressum a Theodotione: *καὶ οὓς ἐβούλετο αὐτὸς ἔτυπτεν*, Vulgato: *et quos volebat, percutiebat*, et Graeco Veneto). Participium Aphel verbi חֲיָא poscit oppositio et membrorum parallelismus. Quemadmodum in membro proximo opponuntur invicem מָרִים *exaltans* et מַשְׁפִּל *humilians*, ita hic קָטֵל *occidens* et מַחֵא *vivificans*." Ros. Pro Particip. Aph. verbi חֲיָא habendum esse מַחֵא, verissime monuit vir doctus. Male vero receptam scripturam מָחֵא idem damnavit. Potest illa quidem haberi pro Participio Pe. verbi מְחָא, quod ipsum veteribus, quos memoravi, fraudi fuit; at potest eadem esse Part. Aph. verbi חֲיָא, pariter atque מַחֵא. Quemadmodum enim syr. ܡܰܚܶܐ in Part. Aph. habet et ܡܚܐ (pro ܡܚܝܐ, ejecta secunda rad. mobili) et ܡܚܐ (servato Olaf characteristico quasi in compensationem omissae Jod literae) Hoffmann p. 219. conf. [illegible] cf. ibid. p. 183. annot. 2., sic etiam verbi chald. חֲיָא Part. Aph. sonare potest et מָחֵא (pro מַחְיֵא, cf. Winer p. 58. coll. ibid. p. 36. 5.) et מַחֵא (= מְאַחֵא, ܡܰܚܶܐ). Bene igitur utraque scriptura habet. — דָּם] Particip. Peil, ut שִׂים 3, 29. — וִיקָרָא 20.
הֶעְדִּיו מִנֵּהּ] et dignitatem abstulerunt i. e. ea ablata est (vid. ad 2, 30.) ab eo. Pro וִיקָרָא nonnulli libri alia orthographia וִיקָרָה. cf. p. 91. sq. — וְלִבְבֵהּ עִם חֵיוְתָא שַׁוִּי] et cor ejus 21.
cum bestiis posuit (3. sing. Pa. verbi שְׁוָא). Quis? Deusne vs. 18. sq.? At ille remotior est: An Nebucadnezar (ut הּ— ejus sit pro [illegible] ipsius Win. p. 93. sq.)? At vere Ch. B. Michaelis „commutatio cordis in ferinum, ait, Nebucadnezari non ut efficienti sed ut patienti convenit, coll. 4, 13. 22. 29." An denique

impersonaliter capienda est tertia sing.? Win. p. 102. 3. a. Displicet hoc quoque, quia impersonaliter loquendi forma usurus, scriptor quum alias tum in hoc ipso versu (יְטַעֲמוּנָּךְ) et eo qui proxime est praegressus (הֶעְדִּיו) tertia *Pluralis* utitur. Itaque non dubito, puncta שַׁוִּי vocis pertinere ad tertiam Plur. quae in libris pluribus et scriptis et editis ad marginem legi jubetur שַׁוִּיו *posuerunt* = positum est, שׁוי vero esse Participium Peil, efferendum שְׁוִי (v. שְׁוִי s. שְׁוִי cf. ad 2, 30.), *positum*. Quarum scripturarum utra sit praeferenda non est difficile dictu. Quamquam enim שַׁוִּיו plurimum commendatur tum eo quod ו posterius ante עִם facillime excidisse potest, tum iis, quae de usu tertiae Plur. supra monuimus (cf. inprimis יְשַׁגּוֹן 4, 13.), praeferendum tamen erit שַׁוִּי, ut quod receptas literas intactas relinquat. Est autem שְׁוָא עִם *posuit* aliquem *cum* aliquo: *similem reddidit* aliquem alicui, cf. שִׁוָּה עִם Ps. 18, 34., חֶשְׁבַּ עִם Ps. 88, 5.

22. עֲלִיהִ] cf. ad 4, 14. — *Non submisisti animum*, כָּל־קֳבֵל דִּי כָל־דְּנָה יְדַעְתְּ] *omni intuitu ejus quod* i. e. non obstante eo quod, quamvis *haec omnia scires*. Sed ferri potest etiam Rosenmülleri et Lengerkii interpretatio haec: „*non humiliasti cor tuum*, quod tamen facere debuisses, *quoniam omne hoc noveras*. Explicatur causa, cur Belschazar debuisset altos suos spiritus

23. deprimere.“ — וְקֳדָמַיִךְ] K'ri וְקֳדָמָךְ, vid. ad 2, 4. דִּי נִשְׁמְתָךְ בִּידֵהּ וגו'] *cujus in manu anima tua et apud quem* (דִּי לֵהּ) *omnes viae tuae* i. e. vicissitudines fortunae, cf. hebr. אֹרְחוֹת

24. Job. 8, 13 Prov. 1, 19. — בֵּאדַיִן] *Tunc*, quum contra coeli dominum ita superbires. Theodot. διὰ τοῦτο, Vulg. idcirco, qua translata notione, Rosenmüllero probata, recte monuit Lengerke non opus esse. Quod idem valet in hebr. אָז Jer. 22, 15. 16., ubi quae erravimus ut corrigas rogo, al. פַּסָּא דִי־יְדָא] vid. not.

25. ad vs. 5. — *Et hoc est scriptum quod signatum est: Numeratum, Numeratum, Pensum et Partientes*. מְנֵא Particip. Peil, ita et תְּקֵל et פְּרֵס vs. 28. Win. p. 34. 1. Verbum פְּרַס ut hebr. פָּרַס est *fregit in partes, divisit*, velut panem, hebr. Jes. 58, 7. al., chald. 1 Sam. 9, 13. 2 Reg. 4, 39. „Participium Plurale activum, impersonaliter accipiendum, ponitur pro Participio Singularis passivo פְּרֵס, quod ipsum vs. 28. legitur.“ Ros. Rei notissimae uno defungar exemplo טָרְדִין 4, 22. 29., pro quo ibid. vs. 30. et 5, 21. positum est טְרִיד. Quod autem Participio plurali activo, non sing. passivo, usus est scriptor, ratio esse

videtur, quod hic auditur nomini *Persarum*, פַּרְסִין (quod nos tangere quodammodo studuimus vocabulo *Partientes*), qua ipsa de causa etiam Pathach vocali unus esse videtur, פַּרְסִין scribens, non, quod exspectabas, פָּֽרְסִין, quamquam Participium plurale Pe. et alibi haud raro scriptum reperitur קָמַ֫לִין, ut in hoc ipso scriptore שָׂנְאִין 4, 16., חָשְׁחִין 3, 16., ubi vid. not. Interpretationem horum verborum exhibet vs. qui subjicitur. — *Haec* 26.
est interpretatio verbi illius: Numeratum: numeravit deus imperium tuum idque consummavit i. e. quod attinet ad primam vocem *Numeratum*, ea significat hoc: certum annorum, quibus durare deberet, numerum imperio tuo constituit, isque jam plenus est. Alio sensu Job. 31, 4. dicitur: *nonne deus omnes gressus meos numerat* i. e. omnia instituta ac studia mea perspecta habet? — *Pensum: pensus es in trutina, et inventus deficiens* 27.
s. *mancus* i. e. justo levior. תְּקִ֫לְתָּא Praeteritum passivum e Participio Peil formatum, ut פְּרִיסַת vs. 28. et alia 7, 4 6 11. 14. Win. p. 37. sq. Ceterum cf. Job 31, 6: *pendat me in trutina justa et cognoscat deus meam integritatem*; coll Pers. Sat. 4, 10. de bono judice: Scis etenim justum gemina suspendere lance Ancipitis librae. — *Partitum: partitum est regnum tuum* 28.
et datum est Medo et Persae. Lengerke פְּרַס hic et supra esse vult *perrumpere, praecipitare, evertere* i. q. פְּרַץ, negans ille, regnum Babylonicum recte dici *divisum* inter Medos et Persas. Verum פְּרַס ubique est *frangere* in partes, *dividere, discindere* (cf. sup ad vs. 25.), etiam apud Rabbinos, Buxt. p 1825. sq. cf. ibid. et sqq. nomina derivata; nec video, quid obstet, quo minus regnum, cujus in locum cesserat regnum *Medopersicum*, divisum dicatur Medos inter atque Persas. — וְהַמְנִיכָא] vid. ad 29.
vs. 7. שַׁלִּיט תַּלְתָּא] *dominator tertii ordinis* s. loci, vid. ad l. l. — בֵּהּ בְּלֵילְיָא קְטִיל בֵּלְשַׁאצַּר וגו׳] *Ea ipsa nocte* (vid. not. ad 30.
3, 6.) *occisus est Belschazar, Chaldaeorum rex.* Longe aliter tamen Berosus, scriptor domesticus, qui loco ad vs. 1. laud. anno imperii septimo decimo Nabonnedum narrat a Cyro in aperto campo victum fugatumque in Borsippensium urbem munitam se recepisse, mox, cum Cyrus expugnata Babylone exercitum ad Borsippensium urbem movisset, a victoris clementia impetrasse, ut in Caramaniam dimitteretur, *ibique reliquum vitae tempus exegisse in eaque provincia diem obisse supremam*, „*Ναβόννηδος μὲν οὖν τὸ λοιπὸν τοῦ χρόνου διαγενόμενος ἐν ἐκείνῃ τῇ*

χρόνῳ καταστρέψαι τὸν βίον.“ cf. Megasthenes apud Euseb. Praep. ev. 9, 41., Chron. arm. p. 58: „Cui (Nabonedocho) Cyrus Babylone capta Carmaniae principatum dedit.“ Violentam Nabonnedi mortem neque Herodotus commemorat.

1. Cap. 6. *Et Darius Medus accepit*, occupavit *regnum*, *cum annos sexaginta duos natus esset*. Qui h. l. *Darius Medus*, et infra 9, 1. *Darius*, *Achaschveri filius* vocatur, est *Cyaxares* II. Xenophontis, Medorum rex, filius Astyagis (Cyrop. 1, 5. 2.), Cyri avunculus et mox socer (8, 5. 19.), cujus auspiciis Babylonem ille expugnavit. Non diversum esse Darium ab illo Cyaxare primum, ut vere monuit Lengerke p. 219. sq., intelligitur ex iis quae cap. superiore de fatali ista nocte narrata sunt, deinde e cap. 6, 29. et 10, 1. coll. 11, 1., tum ex aetate, qua fuisse dicitur Darius Medus, quo tempore Babylon expugnata est, coll. cum Cyrop. 8, 5. 19., denique ex eo, quod Darii natura capite hoc 6. iisdem fere signis describitur, quibus illam descripsit Xenophon. Vixisse vero istum Cyaxarem II. (Astyagem inter et Cyrum) est quod cum Lengerkio p. 220. sq. et aliis dubites, Astyagem enim locupletissimi quique auctores ultimum Medorum regem faciunt. Eum post triginta quinque annorum imperium a Cyro victum esse et mortuum nullis relictis liberis narrat Herodot. 1, 109. 130., quocum consentiunt Ctesias Pers. 2, 5., Dionys. Hal. 1, 1. Justin. 1, 6. 16. sq. 7, 1. Strabo 9. p. 735. 15, p. 1662. Diod. Sic. 2, 34. Quae apud Jes. cap. 45. sqq. de imminente Babylonis excidio leguntur orationes non nisi Cyrum memorant, non aliter Chronicor. et Esrae libri, incipitque qui *Βὴλ καὶ Δράκων* inscriptus est liber apocryphus verbis his: *καὶ ὁ βασιλεὺς Ἀστυάγης προσετέθη πρὸς τοὺς πατέρας αὐτοῦ καὶ παρέλαβε Κῦρος ὁ Πέρσης τὴν βασιλείαν αὐτοῦ.* Idem ille Astyages, non Darius, ibidem vs. 30. sq. Danielem leonibus objici sinit; ad haec Dan. 11, 1. pro בִּשְׁנַת אַחַת לְדָרְיָוֶשׁ הַמָּדִי Alexandrinus et Theodotion habent: *ἐν τῷ ἐνιαυτῷ τῷ πρώτῳ τοῦ Κύρου τοῦ βασιλέως*. Sed haec hic sufficiunt. Plura qui legere cupit docte et subtiliter disputata hac de re, adeat Lengerkium l. l. Ceterum Chaldaei, ut Syri (hinc etiam recentiores Hebraei), si decades et unitates componuntur, majorem minori numero praeponunt (שִׁתִּין וְתַרְתֵּין), G. Gr. ampl. p. 617. Hoffmann. Gr. syr. p. 275. 3.

CAP. VI, 2—29. Daniel leonibus objectus. — וַהֲקִים עַל 2.
מַלְכוּתָא לַאֲחַשְׁדַּרְפְּנַיָּא מְאָה וְעֶשְׂרִין] Verum ipse Xenophon, qui cum hoc scriptore in aliis concinit, *Cyro* visum esse scribit, satrapas mittendos esse ad populos imperio subjectos, *ἐπεὶ δ' ἐν Βαβυλῶνι ἦν, ἐδόκει αὐτῷ σατράπας ἤδη πέμπειν* (rex quidem) *ἐπὶ τὰ κατεστραμμένα ἔθνη*, Cyrop. 8, 6, 1. cf. 5, 19. Teste autem Herodoto 3, 89. *Darius Hystaspis* demum, tributi cogendi causa, in satrapias imperium distribuit, easque viginti numero, *ἀρχὰς κατεστήσατο εἴκοσι, τὰς αὐτοὶ καλέουσι σατραπηΐας*.
לְהֶוֺן] vid. ad 2, 20. — וְעֵלָּא מִנְּהוֹן] *et super eos* (הֲקִים *con-* 3.
stituit vs. 2.). עֵלָּא, עֵיל, hic עֵלָּא, seq. מִן *supra a, super*, ut עֵיל מִן אָעַיָּא *supra a lignis, super ligna* Gen. 22, 9., סָלִיק עֵיל מִנָּךְ pro hebr. יַעֲלֶה עָלֶיךָ Deut. 28, 43. Onk. סָרְכִין תְּלָתָה] *praesides tres.* סָרַךְ pl. סָרְכִין hic et vs. 4. 8.; in Targ. סָרְכָא Prov. 6, 7., pl. סָרְכִין Exod. 5, 6. Deut. 1, 15. 20, 5. 29, 9., ubique pro שׁוֹטֵר positum. (cf. etiam סַרְכַן id. de Josepho Targ. Jon. Gen. 41, 41. et al.) Veteres h. l. *ἄνδρας ἡγουμένους, τακτικοὺς, ἐπιστάτας, principes* reddiderunt. Gesenius „de etymo, ait, nihil definio. Simplicissima tamen videtur ea ratio, qua סָרַךְ compositum statuitur ex שַׂר ﺳﺮ *princeps* et terminatione Persarum servili ־ַךְ, ut in voce גִּנְזַךְ.“ Cf. ejusd. Gr. ampl. p. 516. sq. Possit tamen, ut equidem auguror, סָרַךְ esse Nomen participiale Pe. verbi chaldaici סְרַךְ = סְרַג = שְׂרַג *ordinare, disponere ad lineam.* Nam quum pro שְׂרַג saepius dicatur סְרַג (Buxt. p. 2521.), סְרַג vero affine sit verbo סְרַךְ, hoc potuit etiam notionem induere verbi שְׂרַג, maxime in derivato. דִּי לְהוֹן וגו'] דִּי non est cum de Wette, Lengerke et aliis habendum pro nota relationis jungenda cum לְהוֹן, quod ne facias obstant verba postrema, sed significat *ut*, in hanc sententiam: *ut essent satrapae illi reddentes iis rationem et rex non esset jacturam faciens*, quod ad reditus provinciarum, cf. not. ad vs. 2. יָהֲבִין טַעְמָא *reddere rationem.* Bene Syrus טַעְמָא reddidit ܡܢܝܢܐ *computatio, supputatio, ratio*, Matth. 18, 23. — Peal verbi נְזַק habes et Targ. Ps. 91, 7., sed transitive. De forma Participii נָזִק vid. ad 3, 6. — עֲשִׁית לַהֲקָמוּתֵהּ] Alex. *ἐβουλεύσατο καταστῆσαι*, Vulg. *cogitabat constituere eum.* עֲשִׁית pro עֲשִׁית Win. 4.
p. 35. l. a. In Targg. frequentatur Ithp. — עִלָּה] *causam*, 5.
occasionem, praetextum. Kimchi ad 1 Reg. 2, 28 בר שׁוטבא: בר

עד קִטְלֵהּ. עִלָּה לְהַשְׁכָּחָה] *donec inveniret ille aliquam occasionem occidendi eum.* Syr. ܥܠܬܐ, ܥܠܠܬܐ id. ab ܥܠ Pa. *effecit, causam praebuit*, Ethp. *excusavit se*, velut ܐܬܥܠܠ ܒܟܘܪܗܢܐ *excusavit se praetextu morbi*, Castell. edit. Michael. p. 650. arab. عِلَّة id. מִצַּד מַלְכוּתָא] *ex parte imperii, administrationis* „Aucupabantur aliquid, in quo Danielem dicere possent vel dolose vel negligenter vel imperite regis regnique negotia administrasse, ut hoc modo a regni administratione eum depellerent." Ros.

6. מְהֵימַן] vid. ad 2, 45. שָׁלוּ] cf. ad 3, 29. — דִּי] orationi rectae praemissum, ut infra vs. 14., supra 2, 25. 5, 7. al. לָהֵן הַשְׁכַּחְנָא עֲלוֹהִי בְּדָת אֱלָהֵהּ] *nisi* (ut infra vs. 8., supra 2, 11. al.) *invenerimus* eam (causam) *contra eum in lege dei ipsius*, nisi forte effecerimus, ut sacrorum quae profitetur studio ductus obedientiam regi detrectet. דָּת de *lege divina*, *religione*, vid. ad 2, 9. Sic apud Rabbinos דת הנוצרים *lex Nazaraeorum* dicitur religio Christianorum, דת הישמעאלים *lex Ismaëlitarum* religio Muhammedanorum.

7. — הַרְגִּשׁוּ עַל מַלְכָּא] *cum impetu adorti sunt regem.* רְגַשׁ Aph. *strepitum facere*, sq. עַל *cum strepitu, tumultuose accurrere ad* alqm, etiam vs. 12. 16., Targ. Ruth 1, 19: אַרְגִּישׁוּ כָּל־יָתְבֵי קַרְתָּא עֲלֵיהוֹן *turmatim accurrerunt omnes habitatores urbis ad eas*, in Ithp. Jer. 3, 23: אִתְרַגְּשָׁא עַל טוּרַיָּא. Ceterum הַרְגִּישׁ pro אַרְגִּשׁ proxime accedit ad formam hebraicam, cf. 5, 29. coll. Win. p. 36. לְעָלְמִין חֱיִי]

8. vid. not. ad 2, 4. — סָרְכֵי מַלְכוּתָא] quorum unus fuit Daniel, vs. 3. הַדָּבְרַיָּא] vid. ad 3, 24. לְקַיָּמָה קְיָם מַלְכָּא] *statuere statutum regis* i. e. regium. Ita et LXX στῆσαι στάσει βασιλικῇ, Vulg. *ut decretum imperatorium exeat*, e recentioribus Lengerke (coll. vs. 13.) et alii. Rosenmüllerus accentui distinctivo voci קְיָם apposito inhaerens reddit *ut stabiliat statutum rex*, coll. vs. 9. ex quo tamen nihil colligi potest. Fatendum vero est, neque e vs. 13. pro priore illa interpretatione aliquid colligi posse. וּלְתַקָּפָה אֱסָר] *et confirmare interdictum.* אֱסָר *id quo quis ligatur, prohibetur ne aliquid faciat, interdictum.* אָסַר apud Rabbinos: *ligare et vetare*, hinc אָסוּר *vetitum*, אִיסּוּר *prohibitio*, opp. הִתִּיר *solvere et permittere*, hinc מֻתָּר *licitum*, הֶיתֵּר *permissio*, — ut אלו מותרים ואלו אוסרים *hi permittunt et illi vetant*, לא לאסור ולא להתיר *neque ad vetandum neque

ad permittendum. His adde notata in Ges. Lex. man. עַד־יוֹמִין
תְּלָתִין] intra triginta dies. עַד ut hebr. Jud. 3, 26. (ubi cf. not.)
1 Reg. 18, 45. 2 Reg. 9, 22. — דִּי לָא לְהַשְׁנָיָה] quod non sit 9.
ad immutandum, quod non liceat immutare, revocare, abrogare,
vid. Win. p. 99. coll. usu Hebraeorum Ges. Gr. min. § 129.
adn. 1. Ew. § 544. ex. (ed. 2.). כְּדָת מָדַי וּפָרַס וגו'] „Nam
quae regis nomine scripta sunt ejusque annulo obsignata, revo-
cari non possunt" Esth. 8, 8., cf. ibid. 1, 19. De דָּת vid. ad
2, 9. — וְכַוִּין פְּתִיחָן לֵהּ] et fenestrae apertae erant ei, ha- 11.
bebat autem fenestras apertas. כַּוִּין פְּתִיחָן fenestrae apertae
tales erant, quarum cancelli (חֲרַכִּים Cant. 2, 9.) pro lubitu claudi
et aperiri possent, 2 Reg. 13, 17., opp. כַּוִּין פְּתִיחָן = חַלּוֹנוֹת
אֲטֻמוֹת fenestris clausis velut templi Ezech. 40, 16. 41, 16. 26.,
quarum cancelli ad parietem affixi erant, cf. 1 Reg. 6, 4., ut
quos aperiri non necesse esset. cf. Böttcher. Proben p. 312.
Cancellos Daniel inter orandum apertos habebat, ne quid pro-
spectum impediret ejus coeli plagae, ubi urbs Hieros. erat sita
(cf. ad seqq.), quod ipsum tamen in causa fuit, cur orantem alii
possent observare. בְּעִלִּיתֵהּ] in cubiculo suo superiore, quo se-
cedebant Hebraei orandi causa, Judith 8, 5. sq. Act. 1, 13. sq.
10, 9. נֶגֶד יְרוּשְׁלֶם] Jovae sedem, ad quam faciem orantes, sive
intra sive extra terram patriam viverent, convertere solebant,
1 Reg. 8, 38. 44. 48. 2 Chron. 6, 29. 34. 38. Orientem versus
inter precandum faciem et veteres Christiani convertebant, Orig.
hom. 5. in Num. Opp. II. p. 284., Muhammedanos vero constat
orantes etiamnum converti ad eam coeli plagam, qua Mecca est
sita. וְזִמְנִין תְּלָתָה בְיוֹמָא הוּא בָּרֵךְ עַל־בִּרְכוֹהִי וגו'] „Tria sunt
tempora, quibus deo flectenda sunt genua; tertiam horam (Act.
2, 15. i. e. nonam matutinam apud nos), sextam (Act. 10, 9.
i. e. duodecimam) et nonam (Act. 3, 1. 10, 30. cf. Dan. 9, 21.
i. e. tertiam) ecclesiastica traditio intelligit." Hieron. בָּרֵךְ Par-
ticip. Pe. non Praet. Pa. — כָּל־קֳבֵל דִּי הֲוָא עָבֵד מִן־קַדְמַת דְּנָה]
quemadmodum (propr. ob ipso modo quo; proprie ut) fuerat
faciens, facere consueverat antehac. „Particulam compositam
כָּל־קֳבֵל דִּי sunt qui h. l. pro causali quandoquidem capiant,
quasi dicatur, non ex contemtu mandati regii preces suas per-
egisse, verum quod ita facere consuevisset. Quod quaesitum
videtur. Capiendo est illa particula et hic ut supra 2, 40. sicut,
quemadmodum" Rot. Recte quidem. Vide ad illum locum; quo

quae disputavimus confirmatur exemplo Eccl. 5, 15., ubi hebraica
כָּל־עֻמַּת שֶׁבָּא כֵּן יֵלֵךְ eadem prorsus ratione qua, prorsus sic
(et כַּאֲשֶׁר vs. 14.) venit, sic abit s. decedit. Chaldaeus reddidit
his verbis: ... eo ipso modo
quo, prorsus ut venit in mundum hunc, sic cet. Ceterum מִן
קֳדָמַת דְּנָה propr. est a priore tempore hujus rei, i. e. tempore
quod hanc rem praecesserat i. e. antehac; legitur et Esra 5, 11.
12 הַרְגִּשׁוּ] cum impetu advenerunt (vs. 7.) „in Danielis domum,
ut dum precantem derepente adorirentur et in ipso facto depre-
henderent." Ros. ... Gen. 42, 21. pro ... Wint.
13. p. 36. 4. קָדָם vid. ad 2, 39. Ad reliqua cf. not. ad vs. 8.
14. cf. 9. ... Ad ... cf. not. ad 5, 2.
15. ... בְּאֵשׁ עֲלוֹהִי] valde malum fuit s. visum est apud eum, i. e.
valde displicuit ei, cf. Targ. Gen. 21, 12: ... ne
malum sit in oculis tuis pro hebr. ... et opp.
... bonum fuit apud eum, infra vs. 24., nec non
supra 4, 24. ... Gen. 40, 16. Jon., Esth. 2, 9. et
Esr. 5, 11. ... et super Danielem posuit ani-
mum sollicitum, sollicitus fuit pro Daniele. ... in Targumim
frustra quaesiveris. Est id. q. arab. بال animus sollicitus, a بال
alteri, consumi, sollicitudine affici, cf. P. infra 7, 25. ... et
et III. curare, respicere aliquem, sollicitudine ducere. ...
... Job. ... 8. ...
et usque ad occasum solis studuit eripere liberare eum. ...
non est, ut Buxtorfius opinatur p. 1613, infinitivus Pa. irregu-
laris cum Jod paragogico, sed status constr. nominis plur. abstr.
... tanquam ex sing. ... = hebr. ... Legitur
et Num. 25, 4. Jon. ... cum occasu solis. cf.
et ... id., ut Ps. 50, 1 ... ab ortu
solis ad occasum ejus; ... 4 ... ad
mare magnum versus occasum solis. Pro ... conari, labo-
rem dare, moliri, in Targumim et apud Rabbinos frequenter
... emollita, velut Eccl. 1, 17 ... studium
inveni. Nequaquam tamen hoc solo loco habetur ... pro-
positum. Nomen derivatum habes ... Esr. 4, 15.
Thren. 1, 1. rebellio, utpote a moliendo (...), non
a mittendo (... i. q. ...), quia rebellare cogitantes crebris
mittunt ad eum, a quo auxilium flagitant, ... ut cum Kimchio

existimavit Buxtorfius p. 2335. Quid quod pro בְּאִשְׁתַּדָּלוּתֵיהּ *cum ille luctaretur* Gen. 32, 25, Onk. in Targ. Hierosol. legitur eodem significatu בְּשַׁדְּרוּתֵיהּ (Inf. Pa.), quamquam hic mendum subesse vult Buxt. p. 2333. et 35. Ceterum שְׁדַר *mittere, emittere* et אִשְׁתַּדַּר, שְׁדַל *moliri, studere* a communi stirpe profecta esse videntur. cf. arab. سدر *demisit,* سدل id. et *profectus fuit,* VII. *demissus fuit, festinavit,* شكر V. *festinus fuit ad rem peragendam.* — Cunctantem iterum admonent de lege. [דִּי כָל ... לָא 16.
לְהַשְׁנָיָה] vid. ad vs. 9. — [הוּא יְשֵׁיזְבִנָּךְ] *is te liberet!* cf. ad 17.
3, 15. — [וְהֵיתָיִת אֶבֶן חֲדָה] *Et allatus est lapis.* De הֵיתָיִת 18.
vid. quae notavimus ad 3, 13.; חֲדָה pro articulo indefinito est positum, ut 2, 31. [וְשֻׂמַת עַל פֻּם גֻּבָּא] *et positus* (Praet. ex hebr. Participio Paul formatum, cf. not. ad 5, 27.) *ad os foveae.* Quasi vero leonum cavea, quae non potest non esse ampla et patens, tabula lapidea claudi potuisset! Scriptor manifesto de cisterna cogitavit, Gen. 29, 3. 8. 10. Cf. quae ab *Höstio (Nachrichten von Maroko u. Fes,* in Rosenm. A. u. N. Morgenl. IV. p. 359.) describitur leonum fovea, haud procul a palatio regis Marocoani, spatiosa illa, aperta et muro circumdata. Sic Höstius (placuit enim verba ejus latine reddere): „Fovea leonum constat caverna terrae ampla, quatuor angulorum, intergerino divisa in duo cubicula. Cui intergerino est janua, quae superne claudi et patefieri possit. Custodes leonum (qui fere Judaei esse solent) projecto in unum cubiculum pabulo leones eum in locum eliciunt, quo facto clausa desuper janua alterum cubiculum expurgant. Totum sub divo est nec nisi muro cinctum, ultra quem possis in foveam despicere. In eam nonnunquam capite plectendi projiciuntur." [וְחַתְמַהּ מַלְכָּא בְּעִזְקְתֵהּ וגו׳] cf. Matth. 27, 66. [דִּי לָא תִשְׁנֵא צְבוּ בְּדָנִיֵּאל] *ne mutaretur,* ne perimeretur *placitum de Daniele.* צְבוּ *voluntas* hoc loco est *propositum, consilium,* ut שְׁאֵלָא 4, 14., בְּ vero indicat eum, quem consilium respicit. Gesenius, Rosenmüllerus et alii צְבוּ *rem, causam* significare volunt, coll. syr. ܨܒܘ, redduntque: *ne quid mutaretur circa Danielem.* Sic jam Theodotion: ὅπως μὴ ἀλλοιωθῇ πρᾶγμα ἐν τῷ Δανιήλ. Sed praestat cum Winero, Lengerkio et aliis acquiescere in notione primaria. — [וּבָת טְוָת] 19.
et pernoctavit incoenatus. Ita et Vulg., Theodotion: ἐκοιμήθη

ἄδειπνος, et affl. טְוָת, צְוָת (كَيّ, بَاتَ med. Je) in Targumim saepissime dicitur pro לִין, ut Gen. 32, 21. 24, 54. טְוָת (cf. קְצָת al.) *jejunium* a טְוָא = طوى *famem voluntariam passus est, jejunavit*. Legitur etiam in Talm. Berach. fol. 55. 2: טוותא i. e. טְוָת. Est vero טְוָת acc. adverbialis (cf. E. Gr. min. §. 515.): pernoctavit *jejunium*, jejunando. וְדַחֲוָן לָא הַנְעֵל קָדָמוֹהִי] *et concubinas non admisit ad se*. דַּחֲוָה prob. *concubina* a דְּחָה *impellere, prŏjicere*, دحا id. et *subigere feminam*, دحا id., cf. etiam دَحّ et similia. De הַנְעֵל cf. ad 2, 25. וְשִׁנְתֵּהּ נַדַּת עֲלוֹהִי] *et somnus ejus fugit apud eum*, vid. ad 2, 1. coll. 5, 9: זִיוֹהִי שָׁנַיִן עֲלוֹהִי *color ejus se mutavit apud eum*, et 7, 28: וְזִיוַי

20\. יִשְׁתַּנּוֹן עֲלַי. — בִּשְׁפַרְפָּרָא יְקוּם בְּנָגְהָא] *cum aurora surrexit, cum luce matutina*. De *aurora* שְׁפַרְפָּרָא (sic) in Targumim semel atque iterum dicitur, velut Jes. 58, 8. pro שַׁחַר, ibid. 62, 1. pro נֹגַהּ. Syr. ܫܦܪܐ id., cf. arab. سفر I. IV. *illuxit aurora*. נָגְהָא de *luce matutina* ut hebr. נֹגַהּ Prov. 4, 18. Jes. l. l., cf. in Targg. כּוֹכַב נָגְהָא de *Lucifero* Jes. 14, 12. Esth. 10, 3. et arab. نَجْر id. a rad. نَجَرَ *splenduit*. Gesenius in Lex. man. בְּנָגְהָא nescio cur, reddere maluit *ad lucernam*. Quod idem bis dicitur: *cum aurora, cum luce matutina*, id rei vim addit, quasi dicatur *cum primo diluculo*, cf. quod subjicitur בְּהִתְבְּהָלָה *festinanter*.

22\. 23. — מַלְכָּא לְעָלְמִין חֱיִי] cf. not. ad 2, 4. — כָּל־קֳבֵל דִּי וגו׳] *quandoquidem coram vos, eo judice, innocentia inventa est in me, atque etiam coram te, te judice est*. Male is, cujus interpretationem exscripsit Rosenmüllerus: *quoniam et erga eum innocens inventus sum, nec adversum te quidem, rex, scelus commisi*. —

24\. בֵּאדַיִן מַלְכָּא שַׂגִּיא טְאֵב עֲלוֹהִי] *Tum rex* (Nomin. absol.), *valde bonum fuit apud eum* i. e. ea res valde placuit ei, cum laetitia affecit. Gesenius, Winerus, Lengerke et alii טְאֵב עֲלוֹהִי reddunt *laetus fuit apud se*, טְאֵב personaliter accepto, coll. طاب et hebr. טוֹב Ruth. 3, 7. 1 Sam. 25, 36. 2 Sam. 13, 28. Esth. 1, 10., ubi tamen non nisi de corde dicitur. Ad hoc cf. opp. בְּאֵשׁ עֲלוֹהִי vs. 15., coll., praeter locum ibi laudatum, בְּאִישׁ פִּתְגָמָא *mala fuit haec res* in oculis ejus, displicuit ei Gen. 21, 11., לָמָה בָּאִישׁ לִבָּךְ *quare male se habet cor tuum* 1 Sam. 1, 8. al. וְהַנְסַק]

25\. cf. ad 4, 33. — דִּי אֲכַלוּ קַרְצוֹהִי דִּי דָנִיֵּאל] *qui comederant*

fenestra ejus, Danielis, i. e. qui eum malitiose accusaverant, vide ad 3, 8. — וּלְגֹב אַרְיָוָתָא רְמוֹ אִנּוּן בְּנֵיהוֹן וּנְשֵׁיהוֹן] [illegible] duce Persarum aliorumque antiquorum populorum lege, per quam unius ob noxam saepe propinqui omnes occidebantur. Ammian. Marc. 23, 6, 81: „Leges apud eos (Persas) impendio formidatae: inter quas diritate exsuperant latae contra ingratos et desertores, et abominandae aliae, per quas ob noxam unius omnis propinquitas perit.“ Curt. 6, 11: „Lege cautum erat (apud Macedones), ut propinqui eorum, qui regi insidiati erant, cum ipsis occiderentur.“ Nec apud Hebraeos ejusmodi exempla desunt, Jos. 7, 24. sq. 2 Sam. 21, 5. sqq., quamquam lex Mosaica id fieri vetabat, Deut. 24, 16. Cf. etiam Ezech. cap. 18. — וְלָא מְטוֹ לְאַרְעִית גֻּבָּא] עַד דִּי שְׁלִטוּ בְהוֹן אַרְיָוָתָא *et nondum attigerant fundum foveae, quum leones iis potiti sunt*. עַד דִּי *usque dum*, de quo minus accurate exposuerunt interpretes, hic ipsum temporis terminum significat (cf. עַד אָחֳרֵין 4, 5.), ut idem valeat quod *ubi, quum*. Hinc eodem sensu Hebraei dicunt: לֹא יָצָא הָעִיר הַתִּיכֹנָה וּדְבַר יְהוָה הָיָה אֵלָיו לֵאמֹר *nondum egressus erat mediam urbem, quum* (pr. *et*) *Jova eum sic allocutus est* 2 Reg. 20, 4. et בַּל נִטָּעוּ ... וְגַם נָשַׁף בָּהֶם *nondum plantati sunt —, quum* (pr. *und auch schon*) *eos ille afflat* Jes. 40, 24. Poterat igitur pro עַד דִּי שְׁלִטוּ in eandem sententiam scribi וּשְׁלִטוּ. Ceterum cf. de שְׁלִטוּ not. ad 2, 29. — לְחָיֵּין] vid. ad 2, 20. — דִּי הוּא וגו׳] 27.
nam ipse est deus vivens, durans in perpetuum, וּמַלְכוּתֵהּ דִּי לָא תִתְחַבַּל *et regnum ejus* (est) id *quod non pereat*. Ita et infra 7, 14: *dominatio ejus est dominatio perpetua, quae non cesset*, וּמַלְכוּתֵהּ דִּי לָא תִתְחַבַּל *et regnum ejus* id *quod non pereat*. Itaque nihil hic pleonasmi est, ut voluerunt alii. —
וּבְמַלְכוּת כּוֹרֶשׁ פָּרְסָיָא] cujus tertio anno Danieli patefacta sunt 29.
quae leguntur cap. 10. et seqq.

CAP. VII. „Absoluta parte libri *historica*, quae de Danielis et sociorum fatis in aula tum Nebucadnezaris et Beltschazaris tum Darii Medi exposuit, jam ad alteram, *propheticam*, partem procedit, in qua visiones quae Danieli obtigerunt propheticae secundum annos regum continentur, unde hoc capite ad annum Belschazaris primum regreditur.“ Ros. Atque hoc quidem capite dicit de quatuor animalibus totidem regnorum signis et de regno Messiae. — חֵלֶם חֲזָה וְחֶזְוֵי רֵאשֵׁהּ עַל מִשְׁכְּבֵהּ] somnium 1.

vidit, et visiones capitis sui in cubili suo: vid. ad 4, 2. 6. בֵּאדַיִן
חֶלְמָא כְתַב] Tum, expergefactus, somnium hoc literis mandavit:
vid. quae notavimus ad Jes. 8, 1. coll. infra 8, 26. et 12, 4.
רֵאשׁ מִלִּין אֲמַר] summam rerum (מ' ut 2, 16. cf. inf. vs. 28.),
quas viderat, dixit i. e. scripto exposuit, narravit. רֵאשׁ summa,
id quod praecipuum somnio continebatur, cf. רֹאשׁ praecipuum
(aromatum) Exod. 30, 23. Ita e veteribus Vulgatus (qui verba
haec bis expressa cum proximo versu conjunxit): brevi sermone
comprehendit summatimque perstringens ait. Non nisi summam
2. rerum narratam esse, intelligitur ex vs. 4. 9. 11. — עִם לֵילְיָא]
noctu, prout nostrates: bei Nacht, עִם de tempore, quo durante
aliquid fit, cf. supra 3, 33. אַרְבַּע רוּחֵי שְׁמַיָּא מְגִיחָן לְיַמָּא רַבָּא]
quatuor venti coeli prorumpebant in mare magnum, oceanum.
Quatuor venti coeli, 8, 8. Ezech. 37, 9., a quatuor coeli plagis
Jer. 49, 36. גוח prorumpere, de mari prorumpente ex abysso
Job. 38, 8., Aph. אָגִיחַ id., maxime ad pugnam Jud. 20, 33: מְגִיחַ
מִמְּקוֹמוֹ prorumpebat (manus militum in insidiis posita) e loco
suo, al., syr. ܓܳܚ id. Barhebr. 333., cf. hebr. גִּיחַ Ezech. 32, 2.
al. Ad imaginem cf. si libet Virg. Aen. 1, 82. sqq.: Ac venti
velut agmine facto Qua data porta ruunt et terras turbine per-
flant. Incubuere mari cet. et Ovid. Trist. 1, 2, 25. sqq. Sisti
terrarum orbem magnis vicissitudinum turbis commovendum, ap-
3. paret. — Et quatuor animalia grandia ascenderunt (alia post
alia, cf. vs. 4. sqq.) e mari, diversa alia ab aliis i. e. quatuor
regna grandia, alia post alia, exstiterunt in orbe terrarum, cf.
4. vs. 17. coll. not. ad Jes. 27, 1. — קַדְמָיְתָא כְאַרְיֵה] Primum,
quo intelligitur regnum Chaldaeorum, cf. 2, 38., erat sicut leo,
fortitudine praecellens, cf. Gen. 49, 9. Jes. 29, 2. ibique not.,
Jer. 4, 7. al. וְגַפִּין דִּי נְשַׁר לַהּ] et alae aquilae erant ei, quibus
significatur pernicitas, qua Chaldaei in rebus gerendis usi sunt,
cf. Jes. 46, 11. Thren. 4, 19. al. חָזֵה הֲוֵית עַד דִּי מְּרִיטוּ גַפַּהּ]
spectator fui (praetermittit, quae tempore, quod interna fuit,
animali acciderant, cf. not. ad vs. 1.), donec evulsae sunt (מְּרִיטוּ
Praet. e Particip. Peil, vid. ad 5, 27.) alae ejus (vid. ad 4, 14.),
donec animal (regnum Chaldaeorum) admiranda illa velocitate
privatum est. Cf. ad imaginem Cic. ad Attic. 4, 2.: „Qui mihi
pennas inciderant, nolunt easdem renasci.“ — וּנְטִילַת מִן אַרְעָא וגו׳]
et sublatum est de terra et pedibus instar hominis erectum

stetit (de הֳקִימַת vid. ad 4, 33.) *et cor hominis datum est ei*, hominis instar pedibus tardius incedere et mitescere coactum est, i. e. Chaldaei amiserunt, quibus in alios populos saevierant, viribus immanibus, mansuescere coeperunt. Similiter jam Hieronymus: „Babylonii homines et humilis fragilisque naturae se esse intellexerunt.“ — *Et en, animal aliud, secundum, simile ursae*, quo 5.
significatur regnum Medorum, cf. 2, 39., *et ad latus unum erectum stetit*, altero pedum priorum incubuit, altero stetit (similem figuram exhibet imago lapidibus Babyl. incisa ap. Münter. *Religion d. Babyl.* p. 112. et Hammer. *Fundgr.* III. 3. Tab. 2. Fig. 3.), *et tres costae erant in ore ejus inter dentes ejus*, *et sic dicebatur ei: surge, vora carnem multam!* Quod bestia uno pede stat, altero incubat eademque costas in ore habet, eo significari videtur Media requiescens a pugna proxime et feliciter pugnata cum Babylonia; ternarius vero numerus costarum, quem Lengerke non debebat pro rotundo habere (cf. vs. seqq.) indicat, opinor, tres, in quas Darius Medus universum regnum distribuit (6, 3.), provincias majores. Pro שְׂטַר, quod idoneum sensum non fundit, legendum שְׂטַר *latus* (i. q. targumicum סְטַר), quod exhibent libri scripti et editi 26. et expresserunt LXX, Theod. Syr. Vulg. Saad. Aben-Esra, quodque confirmatur et eo quod in libris 11. scriptum reperitur סְטַר. Pro הֳקִימַת „in plerisque libris editis legitur הֲקִימַת, in aliis, veluti in Bibliis Bombergianis anni 1525. in quaternis, הֳקִמַת, quod ipsum Masora impressa h. l. requirit. Sed recte in Bibliis a Menasse Ben-Israel Amstel. a. 1635 editis הֳקִימַת legitur, et id ipsum exhibere codicem manuscriptum Leidensem cum adjecta nota Masorethica *bis ita reperiri*, hic et vs. 4., testatur Coccejus in Lex. s. v. קום.“ Ros. Orta videtur forma illa activa e falsa scriptura שְׂטַר, cui quum *dominatus* significationem tribuissent, הקימת non potuerunt non active accipere hoc modo: *et dominatum unum erexit* (הֲקִימַת), ut Buxt. Lex. p. 2380. sq. עֲלַע *costa* i. q. hebr. צֵלָע Gen. 2, 21. 22., mutato צ in ע ut alias. Legitur etiam Gen. 44, 19., ubi metaph. sumitur: עֲלַע מִבֵּית אַבָּא *costa ex domo patris*, i. e. proles domus paternae. — אָחֳרִי כִּנְמַר] Intellige 6.
regnum Medopersicum, 2, 39. וְלַהּ גַּפִּין אַרְבַּע וגו׳] *Alae* velocitatem significant, qua Cyrus in terras longe dissitas victricia arma protulit (cf. inprimis Jes. 46, 11.) quaternarius vero numerus illius velocitatis insignem gradum indicat. וְאַרְבְּעָה רֵאשִׁין]

לְמַלְכְּוָתָא] Quatuor capita sunt quatuor reges, prob. Cyrus, Cambyses, Darius Hystaspis, Xerxes, quem scriptor perperam pro ultimo Persarum rege habuit, vid. not. ad 11, 2. וְשָׁלְטָן יְהִיב
7. לַהּ] a deo. cf. 4, 14. 22. 29. — חֵיוָה רְבִיעָיָא] regnum Alexandri et successorum, cf. 2, 40. 41. וְדְחִילָא אֵימְתָנִי וגו'] viribus et atrocitate. וְקַרְנַיִן עֲשַׂר לַהּ] *et cornua* i. e. reges (vs. 24.) *decem erant ei*, i. e. regno Alexandri post ejus mortem in plura regna diviso, vel potius Syriae tantum s. Seleucidarum regno, quod hoc loco prae reliquis respici intelligitur ex eo, quod versu seq. cornu aliud undecimum, quo significatur Antiochus Epiphanes Seleucidarum ortus familia, *inter decem haec cornua excrevisse* i. e. ejusdem cum illis stirpis fuisse dicitur. Intelligendi igitur decem qui sequuntur Seleucidae: 1) *Seleucus* I. Nicator, imperii Syr. conditor, 2) *Antiochus* I. Soter, 3) *Antiochus* II. Theos, 4) *Seleucus* II. Callinicus, 5) *Seleucus* III. Ceraunus, 6) *Antiochus* III. Magnus, 7) *Seleucus* IV. Philopator (11, 20.), 8) *Heliodorus* et 9) *Ptolemaeus* IV. Philometor, rex Aegypti, qui Seleuco Philopatore insidiis Heliodori oppresso (Appian. B. Syr. cap. 45. §. 65.) regnum utrique appetivere, 10) *Demetrius* I. Soter, Seleuci Philopatoris filius, qui quo tempore pater interiit, Romae fuit, quo ille eum Antiochi Epiphanis in locum
8. obsidem miserat. — מִשְׂתַּכַּל הֲוֵית בְּקַרְנַיָּא וַאֲלוּ] *Attendi equidem ad cornua, et ecce.* שְׂכַל Ithpa. seq. בְּ *animum advertere ad*, ut infra 9, 13. hebr. Hiph. קֶרֶן אָחֳרִי וגו'] *cornu aliud* cet. Quo cornu certo certius est significari Antiochum Epiphanem, cf. not. ad ea quae subjiciuntur, porro vs. 21. 25. 8, 8. seqq. ibid. vs. 22. seqq. 11, 21. seqq. 30. seqq. זְעֵירָה] *parvum*, i. e. imbecillum 8, 9. et contemtum 11, 21., initio quidem, progressu temporis *majus* i. e. potentius 8, 9. 24. et reliquis terribilius futurum 7, 20. סִלְקַת בֵּינֵיהֵון] *ascendit*, succrevit *inter ea*, decem cornua vs. 7., propr. *inter eos*, reges, qui cornibus significantur. Pari modo scriptor vs. 19. 20. 8, 9. al. genere mascul. utitur, quia menti ejus obversantur reges, quos animalia et cornua indicant. Itaque facile carebis illo בֵּינֵיהֵן quod legi vult K'ri. Quod autem cornu hoc *inter illa excrevisse* dicitur, id regem eadem cum regibus supra dictis stirpe oriundum significat. Similiter infra 8, 8. 9. ex uno de quatuor cornibus, quibus totidem significantur regna, in quae Alexandri regnum post ejus mortem distractum est, aliud cornu

exiisse dicitur, et ipsum Antiochum Epiph. familia Seleucidarum oriundum indicans. Vs. 24. hujus cap. in interpretatione somnii dicitur: *et alius* (rex) *surget post illos.* וּתְלָת מִן קַרְנַיָּא קַדְמָיָתָא אֶתְעֲקַרוּ מִן קֳדָמַיהּ] *et tria de cornibus illis prioribus evulsa sunt ab eo.* Cf. infra vs. 20: וּנְפַלוּ מִן קֳדָמַיהּ תְּלָת, et in interpretatione vs. 24: וּתְלָתָה מַלְכִין יְהַשְׁפִּל. Intelligendi sunt *Heliodorus*, *Ptolemaeus* IV. Philometor, rex Aegypti, et *Demetrius* I. Soter, Seleuci IV. filius, ab Antiocho Epiphane ope Eumenis et Attali regum regno Syr. pulsi, 11, 21. Ceterum Rosenmüllerus et אֶתְעֲקַרוּ tertiam Pluralis masculinam, et אֶתְעֲקַרָה (אֶתְעֲקַרָא), tertiam Pluralis femininam, quemadmodum nota Masorethica legi jubet, ait locum habere posse, quum קֶרֶן generis sit communis. Malo equidem lectores ad ea remittere, quae observavi supra ad בֵּינֵיהוֹן; coll. etiam vs. 20: נְפַלוּ, K'ri נְפַלָה (נְפַלָא) al. עַיְנִין כְּעַיְנֵי אֲנָשָׁא בְּקַרְנָא־דָא] *Oculis humanis* Lengerke nonnisi hoc significari existimat, intelligendum esse *hominem.* Quum vero oculi perspicaciae et prudentiae imago sint, ut in Cherubis Ezech. 1, 18. 10, 12. Apoc. 4, 6. 5, 6., Antiochi autem quanta fuerit calliditas et in expediendis rebus impeditis sagacitas, dicatur 8, 23. 25. 11, 21. 23. 32. al., eam vim equidem hic quoque sub *oculis* subjiciendam putaverim, eoque lubentius, quod infra vs. 20. vates simpliciter dicit, cornu illi *fuisse oculos* (עַיְנִין לַהּ). וּפֻם מְמַלִּל רַבְרְבָן] *et os magna loquens* (cf. דִּבֵּר גְּדֹלוֹת Ps. 12, 4.), sermones temerarios et impios in deum, vs. 11.: מְמַלִּל מִלַּיָּא רַבְרְבָתָא, vs. 25: וּמִלִּין לְצַד עִלָּאָה יְמַלִּל, ubi Theodoret. *βλασφήμους λόγους*, 11, 36: וְעַל אֵל אֵלִים יְדַבֵּר נִפְלָאוֹת; cf. 8, 11. 12. 25. 1 Macc. 1, 24. Quid quod dixisse fertur, se in adyto templi Hierosolymitani imaginem vidisse viri cum libro inequitantis asino, Judaeosque asinum adorare, Diod. Sic. 34, 1. — Antequam judicium, praeside deo, incipit, ejus describitur 9.
apparatus. חָזֵה הֲוֵית] *Spectator fui*, contemplabar omnia illa, de quibus supra dictum est. עַד דִּי כָרְסָוָן רְמִיו] *donec sellae*, quas praeter deum genii coelestes, judicii participes futuri, occuparent (cf. vs. 10.), *collocatae sunt.* רְמָא *jecit*, hinc *posuit*, *collocavit*; ut hebr. יָרָה Gen. 31, 51. cf. syr. ܡܫܪܝܬܐ *fundatio*, *fundamentum* ab eadem rad. De vi passiva tertiae Plur. vid. ad 2, 30. וְעַתִּיק יוֹמִין יְתִב] *et antiquus dierum* i. e. deus *consedit* ad judicium habendum, Theodoretus: διὰ τοῦ παλαιοῦ τῶν

ἡμερῶν διδάσκεται τὸ αἰώνιον. cf. ὁ αἰώνιος Bar. 4, 10. 20.
seqq. Reverentia ducti recentiores nomen dei exprimere solent
imaginibus et attributis, Apoc. 1, 4. 4, 2. Henoch 24, 21: *au-
gustus solio insedit.* לְבוּשֵׁהּ כִּתְלַג חִוָּר] „כִּתְלַג per accentum
Munach cum חִוָּר arctius conjungitur, ut ejus adjectivo. Quan-
quam autem nix ordinarie non alia nisi *alba* esse soleat, per
diplasiasmum tamen *alba* adjicitur, ut tertium comparationis,
quod nivem inter et habitum dei intercedit, tanto sit evidentius."
C. B. Michaelis. Tunica alba imago est sanctitatis. כָּרְסְיֵהּ שְׁבִיבִין
דִּי נוּר] „Significatur severitas in judicando." Ros. Vere tamen
Lengerke monuit, deum sive punientem sive beantem semper
comparere igne circumdatum. גַּלְגִּלּוֹהִי נוּר דָּלִק] „Erat igitur
thronus currui impositus eoque vectus, ad instar illius, quem
Ezechiel cap. 1. et 10. describit." Ros. Ad גַּלְגַּל, diversum ab
10. אוֹפָן, vid. not. ad Ezech. 13, 13. — נְהַר דִּי נוּר נָגֵד] *fluvius
ignis manavit.* נְגַד *trahere*, *protrahere*, et intrans. *trahere*,
protrahere se, ut hebr. מָשַׁךְ, velut de aquis Deut. 8, 7: אַרְעָא
נָגְדָא נַחְלִין דְּמַיִין *terra trahens rivos aquarum*, Jes. 48, 21:
נְגַדוּ מַיָּא *fluunt aquae*, al. אֲלָפִים] ut מַלְכִים Esr. 4, 13., K'ri:
אַלְפִין. יְשַׁמְּשׁוּנֵּהּ] pro יְשַׁמְּשׁוּנֵּהּ Win. p. 43. רִבּוֹן] ut Targ.
1 Sam. 18, 7. 8, Jon. 4, 11. Cant. 5, 10. al. plur. praecedentis רִבּוֹ
(pro רִבּוֹת, רִבְוָת, cf. not. ad 2, 5. 22.) convenit cum syr. ܪ̈ܒܘ
plur. nominis ܪܒܘ (i. q. ܪ̈ܒܘܬܐ), K'ri: רִבְבָן ut Targ. Ps. 68, 18.
a רִבְבָה = רְבָבָה, רִבְבָת. דִּינָא יְתִב] *judicium consedit* i. e. consede-
runt judices (genii coelestes praeside deo). דִּין metonymice (ut
judicium Cic. Verr. 2, 18.): *judices*, *senatus*, quemadmodum
etiam dicitur בֵּית דִּין, quare nequaquam damnare debebat Len-
gerke quod est in cod. Ambros: ܘܒܝܬ ܕܝܢܐ ܝܬܒ, quippe quod
non sit, ut existimavit vir doctissimus: „*et in domo judicii*
(ܒܝܬ posito pro ܒܒܝܬ) *sedit* scil. antiquus dierum," sed hoc
significet: *et domus judicii consedit*, consederunt judices. Con-
sederunt autem ad exercendum judicium quo exteros populos
imperio privarent punirentque, Judaeorum vero piorum jura de-
fenderent atque tuerentur, vs. 22. 26. 27. וְסִפְרִין פְּתִיחוּ] *et
libri aperti sunt.* „Significantur publici actorum commentarii,
qui in judiciis, cum sententia in delinquentes dicenda est, pro-
ducuntur, productique aperiuntur, ut delinquentium nomina, facta
et emergentia inde damna recitentur, et secundum illa judicium

feratur." Ros. cf. Apoc. 20, 12. coll. 5, 2. — עַד — חָזֵה הֲוֵית 11.
דִּי קְטִילַת חֵיוְתָא] Spectator fui, defixos habui oculos in illum
judicii apparatum vs. 9, 10.; tunc, judicii facto initio (בֵּאדַיִן
non esse cum Rosenmüllero praecedentibus, sed iis quae subjiciuntur annectendum docet accentus) spectator fui ob sonum verborum temerariorum, quae cornu illud (vs. 8.) loquebatur, arrectis auribus exspectabam sententiam de illo, cujus tam essent temerarii sermones, spectator fui, donec tandem interficeretur illud animal, quartum puta, vs. 7. memoratum i. e. imperium Alexandri et successorum, quod pro cornu, quod ex illo excrevit, undecimo (vs. 8.), i. e. pro Antiocho Epiphane, est positum (cf. vs. 26.); quoniam universum imperium macedonicum graecum cum Antiocho Epiphane interiisse cogitatur (οὐ γὰρ μόνον ὁ Ἀντίοχος ἀπώλετο, ἀλλὰ καὶ ἡ μακεδονικὴ ἀρχὴ πᾶσα κατελύθη Polychron.). וְהוּבַד] vid. ad 4, 33. וִיהִיבַת לִיקֵדַת אֶשָּׁא] Ad rem cf. Jes. 66, 24. ibique allatos locos Judith 16, 17. Sir. 7, 17., quibus adde Henoch 10, 16. 17. al. 4 Esr. c. 7: hi traduntur in flammas ignis qui ardet in inferno ad eversionem cet. Matth. 5, 22. 18, 9. Marc. 9, 43. sqq. Jud. 6. 7. Apocal. 14, 10. 11. 19, 20.
20, 10. — — Reliqua autem animalia (Nomin. absol.), intellige 12.
primum, secundum et tertium vs. 4. 5. 6., ablatum est (propr. abstulerunt, vid. not. ad 2, 30.) imperium eorum (suffixum masc. rem significatam i. e. reges pro regnis respicit) et spatium vitae (propr. Dauer an Leben) datum iis ad tempus usque et horam, usque ad certum terminum, quem cuique convenire judicaverat deus. Rosenmüllerus cum Ch. B. Michaele et aliis verba hujus commatis in Plusquamperfecto capienda existimat (ablatum, ablatum fuerat), haud invita grammatica, sed praeter necessitatem, quamquam reliquis illis animalibus (imperiis) dominatio non tum demum adempta est, quum supplicium de ultimo animali sumtum est, sed priusquam hoc dominationem accepisset. Scriptor enim ex eo, in quo supra constitutus erat, loco ac tempore rem narrat, utens Praeterito absoluto. cf. not. ad Jos. 3, 1. Quod autem imprimis de regno quarto exponit, reliqua non nisi obiter et supplementi loco tangit, causa est, ni fallor, quod potissimum Antiochi aetatem, utpote qua ipse viveret, ad se suosque pertinere putabat scriptor. Lengerke וּשְׁאָר חֵיוָתָא reliqua animalia non vult significare tria vs. 4 — 6. memorata imperia, sed quaecunque integra stabant, quo tempore regnum quartum corruit,

coll. vs. 14. 27., et quod ad imaginem, 8, 4. Quam sententiam,
quum comma 12. ad tria illa imperia relatum aliquid languidi
habeat, amplecterer et ego, nisi repugnare videretur orationis
nexus. Nam si quis quatuor, quae memoravit, regnorum unum
interiisse dicit, tum etiam *reliqua* suo tempore cecidisse narrat:
reliqua illa vix alia esse poterunt, quam quae praeter istud
13. quartum memorata sunt imperia tria. — עִם עֲנָנֵי שְׁמַיָּא] *cum*
i. e. in *nubibus coeli*, iis vectus, cf. *μετὰ τῶν νεφελῶν* Apoc. 1, 7.,
pro quo *ἐπὶ τῶν νεφελῶν* Matth. 24, 30. 26, 64. et *ἐν νεφέλαις*
Marc. 13, 26. — כְּבַר אֱנָשׁ אָתֵה הֲוָא] aliquis *instar filii hominis
venit*. Qui forma humana nubibus vectus venisse dicitur, est
Messias, cf. vs. 14. 18. 22. 27. coll. 2, 34. 35. 44. 45. Hominis
figura illi tribuitur, quia aliter a mortalibus cogitari nequit.
Eadem figura sunt genii coelestes, cum hominum in conspectum
veniunt 8, 15. 10, 16. הַקְרְבוּהִי] qui deum solio insidentem
ministri circumstabant angeli vs. 10., nisi mavis passive accipere
14. (2, 30). — וּמַלְכוּתֵהּ דִּי לָא תִתְחַבַּל] *et regnum ejus* (est) id,
15. *quod non pereat*. cf. 6, 27. ibique not. — אֶתְכְּרִיַּת רוּחִי אֲנָה
דָנִיֵּאל בְּגוֹ נִדְנֶה] *Moerore affectus est animus meus, meus, Da-
nielis, in medio*, intimo *corpore*, propter tantas quae eventurae
essent rerum conversiones. cf. ad rem 4, 16. כְּרָא, Ithp. vel
potius Ethp. (cf. 4, 16. 7, 8.) *aegrotare, dolere, moerore affici*,
ut syr. ܟܪܐ, et ܟܪܗ in Ethp. ܐܬܟܪܗ. cf. Prov. 23, 35: הִכּוּנִי
בַל חָלִיתִי *percutiunt me, et non doleo*. Ad verba אֲנָה דָנִיֵּאל
cf. Esr. 7, 21: וּמִנִּי אֲנָה אַרְתַּחְשַׁסְתְּא *a me, me*, inquam,
Artachschasta, infra 8, 1., coll. not. ad Gen. 4, 26. et Win. p. 91.
Ges. Gr. ampl. p. 228. — נְדַן, cum He parag. נִדְנָה, *vagina* Targ.
1 Sam. 17, 51. 2 Sam. 20, 8: חַרְבָּא בְּנִדְנַהּ *gladius in vagina sua*,
hoc loco translate de *corpore*, quasi animi vagina et involucro,
ut apud Talmudicos, Sanh. f. 108. 1.: *ne revertatur anima ipso-
rum* לִנְדַנָה *in vaginam suam*. cf. Plin. H. N. 7, 52. (ed. Bas.
1554 p. 121.): „donec cremato eo inimici remeanti animae velut
16. vaginam ademerint,“ collato insuper Ges. l. c. — עַל חַד מִן
קָאֲמַיָּא] i. e. ad unum ex angelis, qui solium dei ministri circum-
stabant vs. 10. — וַאֲמַר לִי וּפְשַׁר מִלַּיָּא יְהוֹדְעִנַּנִי] Non fuit, quod
hunc locum vexarent Lengerke et alii. Redde sic: *et dixit mihi*
id (quod ex ipso quaesiveram), *et interpretationem rerum mihi*
indicavit. Futurum יְהוֹדְעִנַּנִי pro Praeterito est positum, ut

supra 6, 20. in verbis בֵּאדַיִן מַלְכָּא בִּשְׁפַרְפָּרָא יְקוּם tum rex cum
aurora surrexit, al. — *Illa animalia magna, quae sunt* (דִּי אִנִּין 17.
= אֲשֶׁר הֵן) *quatuor*: *quatuor reges surgent de terra*, signi-
ficant, quatuor reges surrecturos esse de terra. Invito accentu
Rosenmüllerus, Lengerke et alii: *illa animalia* ... (sunt) *quatuor*
reges, (qui) *surgent* cet. cf. 2, 41—43. et infra vs. 23. 24.
Quod, quum simpliciter dicere potuisset: *quatuor animalia magna*,
divisim dicit: *animalia magna*, *quae sunt quatuor*, eo recte
C. B. Michaelis significari ait, duo in bestiis hisce, generatim
consideratis, spectari inprimis debere, primo magnitudinem, de-
inde quaternarium numerum, ut hoc ipso intelligatur, regna,
quae significentur, futura esse magnitudine sua ac definito numero
ab aliis mundi regnis distincta. Quod ad reliqua bene Rosen-
müllerus „*regibus* intelliguntur, ait, integrae regum in iisdem
regnis sibi invicem succedentium series sive *regna*, uti e versu
23. apparet, ubi expresse dicitur, animal quartum *regnum*, מַלְכוּ,
significare quartum, et e vs. 24., ubi ex regno hoc quarto decem
dicuntur reges exstituri esse. (*Regem* pro *regno* positum habes
et supra 2, 38. et infra 8, 21. cf. ibid. vs. 20. 22.) *Surgent*
i. e. existent, singuli, puta, suo tempore et alii post alios. In
Futuro autem hic loquitur, quum tamen anno Belschazaris primo,
quo Danieli haec visio objecta dicitur vs. 1., primum horum
regnorum jam ad finem properaret, quia, licet primum jam con-
sisteret, tamen posteriora tria adhuc exstitura erant.“ Quaenam
intelligenda sint regna vidimus ad vs. 4. 5. 6. 7. — וִיקַבְּלוּן 18.
מַלְכוּתָא קַדִּישֵׁי עֶלְיוֹנִין] *Tum*, quum regna illa quatuor exstite-
rint, *accipient*, occupabunt *regnum sancti Altissimi*, dei summi,
עֶלְיוֹנִין (Win. p. 108.) = אֱלָהָא עִלָּיָא 5, 18. *Sancti dei summi*
dicuntur *Judaei* (oppositi populis alienos deos colentibus) vs. 21.
25. 27 (עַם קַדִּישֵׁי עֶלְיוֹנִין, cf. 8, 24: עַם קְדשִׁים, 12, 7: עַם קֹדֶשׁ.
Ad rem cf. vs. 13. 14. ibique not. — אֱדַיִן] generalem totius 19.
visi explicationem edoctus. צְבִית לְיַצָּבָא] *volui veritatem*, libuit
veritatem cognoscere. Pro יַצִּבָא *verum*, *certum* tres libri Erfurt.
et nonnullae editiones antiquiores exhibent יַצָּבָא Inf. Pa. *subtilius*
aliquid *quaerere*, *accurate investigare*, propr. *auf den Grund*
gehen, non: *certum dicere* aut *edocere*, uti volunt Gesenius,
Rosenmüllerus et alii. Damnant hanc scripturam viri docti coll.
יַצִּיבָא vs. 16. monentque, videri originem debere ל literae.
Possit tamen ob illud ipsum, quod a יַצִּיבָא vs. 16. differt neque

usquam alibi reperitur, non mediocriter defendi. Eam tamen jam veteres expressisse non dixerim pro certo, quanquam id veri similius. Syrus: ܠܡܨܛܒܬܐ (inf. Pa.) *investigare*, LXX: *ἐξακριβώσασθαι*, Vulg. *diligenter discere*. בְּלַהוֹן] K'ri בְּלַהֵן. Sed menti scriptoris obversantur reges (regna), vid. not. ad vs. 8. וְטִפְרַיהּ דִּי נְחָשׁ] Quo signo ea quae vs. 7. legitur descriptio
20. animalis hic aucta est. — וְעַל] pendet ex לְיַצָּבָא צְבִית vs. 19. קַרְנַיָּא עֲשַׂר דִּי בְרֵאשַׁהּ] vs. 7. וְאָחֳרִי דִּי סִלְקַת] *et de alio, quod ascendit*, vs 8. וּנְפַלוּ וגו׳] *et coram quo deciderunt*. Cogitatione repetendum est דִּי. Pro וּנְפַלוּ K'ri וּנְפַלָה (וּנְפַלָא), vid. ad vs. 8. וְקַרְנָא דִכֵּן וגו׳] *et hoc quidem cornu*, erant *ei et oculi et os temeraria loquens*. Subito ad describendi rationem delabitur. מְמַלִּל ut יְמַלִּל vs. 25. Win. p. 34. וְחֶזְוַהּ רַב מִן חַבְרָתַהּ] *et species ejus major* erat *sociis ejus* i. e. reliquis cornibus (Win. p. 94. sq. Ges. Gr. ampl. p. 759.) = specie reliquorum cornuum, cf. not. ad 4, 30. חֵזוּ, חֶזְוָא hic *adspectus, species, forma*, cf. ܚܙܘܐ, nec non חִיזָיוֹן id. Quod ad rem cf.
21. not. ad vs. 8. — Quod supra vs. 8, non memoraverat, cornu illud undecimum (Antiochum Epiph.) *cum sanctis* i. e. Judaeis (vs. 18.), *proelium gessisse iisque praevaluisse*, memorat hoc
22. loc. cf. vs. 25. — עַד דִּי אֲתָה עַתִּיק יוֹמַיָּא] non in perpetuum, sed per aliquod tempus (quod accuratius definitur vs. 25.), *donec videlicet venit antiquus dierum* (vs. 9.). וְדִינָא יְהִב לְקַדִּישֵׁי עֶלְיוֹנִין] *et jus redditum est sanctis Altissimi*, i. e. donec pervicerunt Judaei. Quae aliis placuit *judicii, potestatis judicandi* significatio aliena est ab hoc loco. Recte locum jam Abarbanel explicuit his verbis: אמר דינא יהיב על הממשלה והכבוד שיתן לישראל i. e. *dicit* דינא יהיב *ob dominatum et honorem, quem dabit* (deus) *Israeli*, et mox: שכר (leg. עָנֵין) חמין הוא השכר וגם כן העונש אשר יבא על האויבים *namque* vox דין *est merces, verum etiam poena, quae superveniet hostibus*. הֶחֱסִנוּ] Win.
23. p. 36. et 40. — Quum igitur de animali quarto, cornibus ejus decem, item de cornu undecimo regnoque sanctis tradito certi quid cognoscere cuperem, כֵּן אֲמַר] *sic illa dixit*, חֵיוְתָא רְבִיעָיְתָא מַלְכוּ רְבִיעָיָא תֶּהֱוֵא בְאַרְעָא] *animal quartum: regnum quartum existet in terra*. Minus bene Rosenmüllerus et alii: *animal quartum regnum quartum erit* cet. Verba sic ut struximus struenda esse, docet accentus, cf. supra vs. 17. ibique not. Ad

sum vid. not. ad vs. 7. — וְקַרְנַיָּא עֲשַׂר מִנַּהּ מַלְכוּתָה עַשְׂרָה 24.
[מַלְכִין יְקֻמוּן et cornua decem: ex eo ipso regno (de quo
vs. 23.) decem reges exsurgent, qui quinam sint vidimus ad vs. 7.
De verbis מִנַּהּ מַלְכוּתָה cf. not. ad 3, 6. Quod ad reliquam
versus partem vid. quae notavimus ad vs. 8. coll. quae ad verba
וְהוּא יִשְׁנֵא מִן קַדְמָיֵא hoc loco notavit Rosenmüllerus, qui „di-
versum, ait, ab iis qui ipsum (Epiphanem) in regno praecesse-
runt vates eum dicit propterea quod factis suis insanis regia
dignitate se plane indignum praebuit, ita ut cum advenis vilis-
simis compotaret, et in publicis balneis lavaret, etiam cum fre-
quentissima plebis turba conspurcatus, atque aliquando forte
obviis, quos numquam viderat, insperatis muneribus afficeret, uti
Polyb. 26, 10. et Athenaeus Deipnosoph. 5, 5. et 10, 10. referunt.
Et Diod. Sic. in Fragm. libri 31. inter alia dicit, *fuisse Antiochi
consilia quaedam et facta prorsus regia atque admiratione
digna, quaedam contra abjecta adeo et vilia, ut ab omnibus
spernerentur.* Hinc *Epiphanes* quippe *vocatus, sed ob res gestas
Epimanes* (ἐπιμανής, insanus) *nominandus*, uti Polybius ait.
Praeterea (quod quidem inprimis spectari hoc loco mihi videtur)
a decem, qui ipsum antecedebant, regibus Antiochus diversus fuit
et in eo, quod quum illi Judaeos in sacris suis exercendis non
turbarent, hic sub supplicii poena summo numini sacra fieri
legemque Mosaicam observari vetaret (cf. vs. 21. 25.)." De
יְהַשְׁפִּל cf. ad vs. 22. — וּמִלִּין לְצַד עִלָּאָה יְמַלִּל] *et verba in* 25.
latus i. e. *adversus* i. e. *contra Altissimum loquetur*, cf. ad rem
not. ad vs. 8. וּלְקַדִּישֵׁי עֶלְיוֹנִין יְבַלֵּא] *et sanctos Altissimi con-
sumet*. בְּלָא proprie ut hebr. בַּלֹּתוֹ 1 Chron. 17, 9. Quantopere
populum Judaicum vexaverit Antiochus, narrat 1 Macc. cap. 1.
וְיִסְבַּר לְהַשְׁנָיָה זִמְנִין וְדָת] *et cogitabit mutare tempora* (sacra)
et legem. Quae a Buxtorfio p. 1425. sqq. verbi סְבַר recensentur
significationes *exspectare*, *sperare*, *putare*, *cogitare*, *judicare*
all (cf. [illegible] et hebr. שָׂבַר) manifesto omnes ad *portandi* quam
recte primo loco posuit potestatem redeunt, nam qui aliquid
exspectat, sperat, cogitat vel., onus quasi cogitationum et affec-
tuum secum portat. Vulg. *putabit quod possit mutare*, Theodot.
ὑπονοήσει τοῦ ἀλλοιῶσαι. זִמְנִין *tempora stata*, hoc loco de
temporibus sacris, *diebus festis* i. q. hebr. מוֹעֲדִים, cf. Jes. 33, 20:
קִרְיַת מוֹעֲדֵנוּ, Targ. זִמְנַיָּא 'ק. דָּת *lex divina*, ut 6, 6. ubi cf.
not. Ad rem cf. 1 Macc. 1, 41. seqq. וְיִתְיַהֲבוּן בִּידֵהּ עַד עִדָּן

וְעִדָּנִין וּפְלַג עִדָּן] et dabuntur (sancti Altissimi, Judaei) in manum ejus, ab eo affligentur usque ad i. e. per (vid. not. ad 6, 8.) tempus et duo tempora (Plur. pro Dual. Win. p. 67. 108., Ges. Gr. ampl. p. 665. sq. ut fortasse hebr. חֲבָלִים, si quidem sanum hoc sit, Ezech. 47, 13.) et dimidium temporis i. e. per tres annos (cf. 4, 13.) et dimidium = 12, 7: מוֹעֵד מוֹעֲדִים וָחֵצִי et 9, 27: חֲצִי שָׁבוּעַ dimidium hebdomadis annorum. Terminus a quo: tempus quo urbs Hieros. ab Antiocho capta est i. e. an. 145 Sel. (168 a. Chr.) prob. mens. Ijar; terminus ad quem: mors Antiochi i. e. an. 148. Sel. mens. Schebat. cf. vs. 11. 26, 8, 14. 25. 9, 27. 11, 45. Secundum judaicam computandi rationem metiendos esse
26. illos tres annos et dimidium annum, apparet. — Sed judicium considebit, considebunt judices (vid. ad vs. 10.) et dominatum ejus auferent delendum et perdendum in perpetuum (cf. 6, 27.).
27. — וּרְבוּתָא דִּי מַלְכְוָת וגו'] et potestas regnorum est. i. e. potestas, quam singula regna possederant (cf. vs. 12.), universa in hoc regnum conferetur. — יְהִיבַת וגו'] auspice Messia, vs. 14. Quae hic promittuntur nullum eventum habuisse sciunt omnes, et praeter alios fassus est Theodoretus: οἱ δὲ ἅγιοι τοῦ Ὑψίστου οὐ μετὰ Ἀντίοχον τὴν βασιλείαν ἐδέξαντο. εἰ δὲ καὶ ἰσχύν τινα ἔλαβον οἱ μακάριοι Μακκαβαῖοι, ἀλλ᾽ οὐκ ἐπὶ πλεῖστον κ. τ. λ.
28. Cf. quae notavimus in Prooemio p. 76. — עַד כָּה סוֹפָא דִי מִלְּתָא] Hactenus, hic finis rei i. e. visi ejusque interpretationis. Rosenmüllerus: „usque huc finis sermonis illius, finitus hic est sermo, quem angelus huc usque perduxerat." Sed praestat prior ratio. cf. quod statim sequitur מִלְּתָא et inprimis רֵאשׁ מִלִּין vs. 1. ibique not. עַד כָּה propr. i. q. עַד כְּעַן Esr. 5, 16. hoc loco est hic, quemadmodum Latini quoque suo utuntur hactenus. cf. עַד אָחֳרֵין postremo 4, 5. אֲנָה דָנִיֵּאל שַׂגִּיא רַעְיוֹנַי יְבַהֲלֻנַּנִי] vid. not. ad 2, 29. וְזִיוַי יִשְׁתַּנּוֹן עֲלַי] et color meus se mutavit apud me, vid. not. ad cap. 5. vs. 6. et 9. וּמִלְּתָא בְּלִבִּי נִטְרֵת] et rem in mente mea servavi, quod non est, ut voluerunt nonnulli: de re intente animo cogitavi, eam animo volvi, sed hoc significat: rem continui, silentio texi, cf. vs. 1. coll. 8, 26. 12, 4. 9. ibique not.

CAP. VIII. Quae ab hoc cap. usque ad libri finem leguntur iterum hebraice sunt scripta. Inest in hoc cap. aliud visum de regno medo-persico, de regno Alexandri, de regnis in quae post mortem Alexandri ejus regnum distractum est quatuor, et

de Epiphane. — חָזוֹן נִרְאָה אֵלַי אֲנִי דָנִיֵּאל] *visum apparuit* 1.
mihi, mihi, Danieli, animo, puta, inter vigilandum a corpore abstracto, non per somnium, ut voluit Theodoretus, cf. infra vs. 17. 18. (coll. 10, 7. 8.) et in contrariam partem 7, 1. ubi additum *et visa capitis in cubili*, coll. 4, 2. 7. Ad verba אֵלַי אֲנִי דָנִיֵּאל vid. not. ad 7, 15. — אַחֲרֵי הַנִּרְאָה אֵלַי] *post* illud (visum) *quod apparuerat mihi*. Articulus praepositus Praeterito נִרְאָה vim habet pronominis relativi, ut Jos. 10, 24., ubi vid. not., al. — בַּתְּחִלָּה] *principio* i. e. antehac, ut Gen. 13, 3. 41, 21. 43, 18. 20. Jes. 1, 26. Respicitur visum de quo 7, 1. Rosenmüllerus: „*principio* ejusdem regni, anno Belschazaris primo." Verum בַּתְּחִלָּה nihil esse nisi *antea*, nec per se hic significare initium imperii Belschazaris, cognoscitur ex eo, quod infra 9, 21. eadem illa vox visum respicit, de quo 8, 15. seqq., objectum Danieli anno Belschazaris tertio. — וָאֶרְאֶה בֶּחָזוֹן וגו׳] „In hac 2.
igitur urbe tunc, cum ipsi haec visio obtingeret, fuisse sibi visus est, quamvis corpore Babylone esset, ibique Belschazari regi in administrandis regni negotiis ministraret, ut infra vs. 27. dicitur, quemadmodum Ezechiel, cum exul apud Chaboram fluvium degeret, in visione Hierosolymis fuit, Ezech. 8, 3. 40, 20. Urbem Susam autem Danielis tempore exstitisse eique notam fuisse (fuisse posse), quamvis non sit cur dubitemus (erat enim antiquissima, Herod. 5, 53. 54. 7, 151. Strabo 15, 3, 2.), tamen ejus tempore prae regni Babylonici urbibus nequaquam illa ita insignis fuerit, ut cur in eam potissimum Daniel per ecstasin raptus fuerit ratio idonea appareat. Sed vix dubium est, Danielem in visione in Susam ideo translatum sisti, quod ea urbs regia illius regni futura esset, quod bicornis arietis imagine (vs. 3. 4.) significatur, id est Persici (vs. 20.)." Ros. — Sic jam Theodoretus: τὰ *Σοῦσα* μητρόπολις ἦν πάλαι *Περσῶν* (inde a Cyri tempore, Strabo 15.). ἐπειδὴ τοίνυν τὴν τῆς περσικῆς βασιλείας [illegible] κατάλυσιν, ἀναγκαίως ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει δοκεῖ βλέπειν τὴν ἀποκάλυψιν. — וַאֲנִי הָיִיתִי עַל־אוּבַל אוּלָי] quemadmodum infra 10, 4. ad Tigrim, et Ezechiel ad Chaboram fluvium Ez. 1, 1. 3. 3, 15. 23. al. — Rosenmüllerus ad Ps. 137, 1. „Fluminum mentio ideo pertinet, ait, quod synagogae apud flumina collocari solebant, quia Judaei obstricti erant ad manus suas ante preces abluendas; illa vero puriores aquas subministrant, quam alia aquarum receptacula. Unde et prophetis in exilio

degentibus visiones ad flumina obvenisse legimus. Alii exsules
ad Euphratem, occidentalem Babyloniae terminum, consedisse
putant, vultu ad patriae terras, cujus desiderio tenebantur, plagas
converso." Quod posterius, a Gesenio (in Ephem. Hall. 1826.
Suppl. 60.) prolatum, convenit quidem Psalmo laudato, at non
convenit locis Prophetarum. Verum et prius illud longius peti-
tum mihi videtur. Quod ad *flumina* se recipiunt *lugentes* et
vates, causa nulla alia esse videtur, quam quod solitudinem et
aquarum placida murmura quaerunt, qui volunt dolori indulgere
3. aut secum ipsi meditari. — והנה איל אחד — ולו קרנים והקרנים
גבהות] *Ariete uno duo habente cornua eaque sublimia* signifi-
catur regnum unum, in quod duo Medorum et Persarum regna
ampla inde a Cyri tempore coaluerunt, regnum *Medo-Persicum*,
cf. vs. 4. 7. 20. Ad קרנים vid. E. Gr. min. § 383. edit. 2.
והאחת גבהה מן השנית והגבהה עלה באחרנה] Cornu *sublimius*,
quod *posterius ascendisse* dicitur, est *Persia*, alterum *Media*, cf.
4. not. ad 2, 39. — ראיתי את־האיל מנגח ימה וצפונה ונגבה וכל']
Vidi illum arietem cornibus *ferientem* alia animalia, ut statim
subjicitur, *occidentem versus, aquilonem versus et meridiem
versus* etc. Ad occidentem Persarum regibus paruerunt Baby-
lonia, Mesopotamia, Syria, Asia minor; ad aquilonem Colchis,
Armeniaque Iberia et Caspii maris accolae; ad meridiem Judaea,
Aegyptus, Aethiopia, Libya. Non dicit: *orientem versus*, ab
oriente enim Persae venerant ipsi Jes. 41, 2. 46, 11. Ad struc-
turam ראיתי את־האיל מנגח *vidi arietem ferientem*; cf. Gen.
27, 6. ibique nott. xi Θηρία πάλιν τὰς ἄλλας βασιλείας
καλεῖ. Theodoret. והגדיל] *fastuose agit*, ut Threm. 1, 9. Alii:
res magnas gessit, ut 1 Sam. 12, 24. Sed cf. infra vs. 8. 11.
5. et 25. — Qui nunc venit *hircus caprinus*, significat regnum
Macedonicum, et quod in fronte illius est *cornu*, indicat *Alexan-
drum*, cf. inter se vs. 8. 9. 21. *Ab occidente*, מן המערב
venisse dicitur hircus, quia Macedonia Persidi ad occasum sita
erat. Verbis ואין נוגע בארץ incredibilis qua terras victor per-
volavit velocitas depingitur; cf. Virg. Aen. 7, 808. sq. de Camilla;
— cursuque pedum praevertere ventos. Illa vel intactae segetis
per summa volaret Gramina nec — קרן חזות cornu adspectus
s. speciei i. e. *cornu spectabile, conspicuum* (cf. איש מראה vir
spectabilis magnitudinis 2 Sam. 23, 21. Keri), κέρας θεωρητὸν
7. Theodot., *cornu conspicuum* Syr., *cornu insigne* Vulg. — ויבא

גְּדֹלָה vs. 8. 21. Cf. tamen etiam not. ad vs. 8. — וְלֹא הָיָה 7.
מַצִּיל לָאַיִל מִיָּדוֹ] Possint haec ita strui, ut לָאַיִל pendeat ex הָיָה: *nec fuit liberator arietis* (arieti liberator) *ex manu illius*, non habuit aries, qui ipsum liberaret cet. Nescio tamen, an melius verba sic capias: *nec fuit, qui liberationem afferret arieti* (cf. E. Gr. crit. p. 594.) *ex manu illius*, coll. Jon. 4, 6: לְהַצִּיל לוֹ מֵרָעָתוֹ. Plerique, ut de Wette, Lengerke, לְ voci אַיִל praemissum pro nota accusativi positum putant, ut saepius apud recentiores (Jer. 40, 2. al.), more Chaldaeorum, quod sane in hoc libro, qui magna ex parte chaldaice est scriptus, nihil miri
haberet. — וַתַּעֲלֶנָה חָזוּת אַרְבַּע תַּחְתֶּיהָ] *et ascenderunt*, suc- 8.
creverunt *insignia* (cf. vs. 5.) *quatuor* (cf. בָּקָר שְׁנַיִם Num. 7, 17.) *loco illius*. Quaenam sint ista *insignia*, cognoscitur e nexu, qui *cornua* intelligenda docet, et e vs. 22. coll. 21. Est igitur חָזוּת pro קַרְנוֹת חָזוּת positum, similiter ut vs. 9. הַצְּבִי pro אֶרֶץ הַצְּבִי, vs. 11. הַתָּמִיד pro עֹלַת הַתָּמִיד, 9, 23. al. Theodot.: ἕτερα *τέσσαρα κέρατα*, Vulg. *quatuor cornua*, accuratius Syrus: *conspicua quatuor*. Sic interpretandum praeter Rosenmüllerum, Lengerkium et alios existimat Gesenius quoque propter comma 5., „sine quo statuere possis, חָזוּת esse i. q. דְּמוּת Ez. 1, 5. 26. 28. (al.), et vertendum: aliquid *instar quatuor cornuum*." Thes. p. 461. Quid vero, si קֶרֶן חָזוּת vs. 5. eundem ferat sensum, ita ut חָזוּת non sit Genitivus sed Accusativus, significentque verba *cornu quoad adspectum* s. *adspectu* i. e. *aliquid instar cornu?* Non obstat, quod cornu illud vs. 8. et 21. *magnum* vocatur, quemadmodum, quod quae vs. 8. memorantur quatuor cornua infra vs. 22. priori cornu *viribus imparia* dicuntur, non impedit, quo minus חָזוּת אַרְבַּע, si libet, reddas *quatuor insignia* cornua. Solet enim in describendis quae objecta sunt visis eorumque explicationibus ita versari vates, ut saepius, quo loco primum memoranda erat res aliqua, eam praetermittat aut leviter tangat, tum vero inferiore aliquo loco, oblata iterum illius memorandi occasione, eam suppleat aut accuratius describat. Sic pro iis quae 2, 34. leguntur verbis *abscissus est lapis*, vs. 45. legimus *de monte abscissus est lapis*; sic quae 7, 7. habetur descriptio animalis quarti, ibidem vs. 19. aucta est verbis *et ungues ejus erant aenei*; similiter *cornu parvum*, quo 7, 8. significatur Antiochus Epiphanes, ibidem vs. 20. *majus reliquis* vocatur; idemque vs. 21. ejusdem capitis *cum sanctis proelium gessisse iisque*

praevaluisse dicitur, quod vs. 8. non fuerat commemoratum. Potest igitur חָזוּת utroque loco per leges grammaticas non magis quam per sensum accipi pro נִרְאָה. Quidquid autem statueris, non opus esse puto conjectura quae de Wettio placuit Michaelis (Suppl. p. 704.) utroque loco legentis חֲזוֹת *acumina*, a rad. חָזַז (خَزّ *transfixit*), reddentisque vs. 5: *cornu acutum*, vs. 8: *quatuor acumina*. Sed redeamus ad rem. Quae loco fracti cornu majoris excreverunt quatuor cornua, totidem regna significant (vs. 22.) orta e regno Alexandri, regna, puta, quae tenuerunt *Seleucus Nicator*, *Cassander*, *Ptolemaeus Lagi*, *Lysimachus* i. e. *Syriam* cum Babylonia, Media al., *Macedoniam* cum Thessalia cet., *Aegyptum* cum Phoenice, Judaea rel., *Thraciam* cum Asia minori rel. לְאַרְבַּע רוּחוֹת הַשָּׁמָיִם] Quod si regna illa unum alteri comparaveris, Syriacum orientale, Macedonicum occidentale,
9. Aegyptium australe, Thracium septentrionale fuit. — וּמִן הָאַחַת מֵהֶם יָצָא קֶרֶן אַחַת מִצְּעִירָה] *Et ex uno de istis* quatuor cornibus i. e. e familia Seleucidarum *exiit*, succrevit *cornu unum* i. e. rex quidam (vs. 23.) isque Antiochus Epiphanes *a parvo*, a parvis initiis, vid. infra. מֵהֶם pro מֵהֶן scribentis animo observati sunt qui cornibus significantur reges pro regnis (cf. vs. 23. coll. 22.); vid. not. ad 7, 8. Etiam in יָצָא scriptorem de re significata i. e. de Antiocho rege cogitasse videri possit. Quum vero sexcenties in masculino genere ponatur verbum Subjecto feminino praemissum, id hoc quoque loco factum esse statuere satius erit. מִצְּעִירָה, compositum ex צָעִיר, fem. צְעִירָה et מִן, Ewaldus Gr. crit. p. 515. *non parvum, non adeo parvum* interpretatus est, idemque voluisse videtur Theodotion, reddens ἰσχυρόν. Quod non ferendum esse vel quod subjicitur ostendit וַתִּגְדַּל יֶתֶר. Gesenius in Gramm. ampl. p. 518. et in utroque Lex. מִצְּעִירָה significare credit *subparvum, parvulum*, pr. quod prope abest a parvo, coll. מִגֹּאֵל *proximus a Goële* Ruth. 2, 20. et syr. ܡܢܬܠܬܐ *nudius tertius*, proximus ab hesterno die. In hanc sententiam, quam suam fecerunt Rosenmüllerus et Winerus, jam Vulgatus interpretatus est *modicum*. Sed vide not. ad Ruth. l. l. Lengerke conferendum putavit מֵאֶפֶס, מֵאַיִן Jes. 40, 17. 41, 24. Minus tamen quod in istis exemplis inest מִן in hunc locum convenit, sive illud sensu partitivo sumis, sive materiam indicare credis (vid. ad priorem loc. not.). Praestat haud dubie מִצְּעִירָה

reddere, ut fecimus, *a parvo*, a parvis initiis (quemadmodum etiam Fassiunt in Jahn. Annal. philol. 1832. IV. 2. p. 161. statuisse video), qui sensus quum iis quae subjiciuntur optime convenit, tum praecipue loco parallelo 7, 8. ubi vid. not. Erat quippe *nec satis potens* initio Antiochus *idemque contemtus* et „talis, ut ait Rosenmüllerus, ut, si res penes regni ordines stetisset, dignitatem regiam, quam ille dolis et scelere consequutus est, *neutiquam in eum collaturi fuissent*, ut infra 11, 21. dicitur.“ יֶתֶר.] *insignem in modum*, adv. ut Jes. 56, 12. וְאֶל־הַנֶּגֶב] i. e. in Aegyptum 11, 5. sqq., in quam Antiochus quater bellum intulit, cf. 11, 22. seqq. 1 Macc. 1, 18. seqq. וְאֶל־הַמִּזְרָח] Intellige ejusdem ultimis vitae annis susceptam in Persidem et regiones ultra Euphratem sitas expeditionem, 1 Macc. 3, 31. sqq. 6, 1. sqq. וְאֶל־הַצֶּבִי] = וְאֶל־אֶרֶץ הַצְּבִי *et in terram decoram* 11, 16. 41. (cf. vs. 45.) i. e. in terram Israeliticam, cf. Jer. 3, 19. Ezech. 20, 6. 15. coll. ad priorem locum not., quam ita vocabant, quia decus et corona est omnium aliarum terrarum, ut recte observavit Aben-Esra ad hunc qui prae manibus est locum, cf. ll. ante ll. Eodem nomine utuntur Rabbini. Ceterum hanc in Judaeam invasionem redux ex Aegypto fecit Antiochus, 1 Macc. 1, 20. sqq. — Increvit cornu illud non solum in varias 10.
terras, Aegyptum, Persidem, Judaeam (vs. 9.), verum etiam ad ipsum *exercitum coelestem* i. e. contra ipsos Jovae cultores, Judaeos (עַם קְדֹשִׁים vs. 24.). Ἀστέρας δὲ αὐτοὺς ὠνόμασε διὰ τὸ περιφανὲς καὶ λαμπρὸν τῆς εὐσεβείας. Theodoret. cf. 12, 3. Henoch. 43, 1. 2. 104, 2. מִן הַצָּבָא *de exercitu*, partem ejus; est enim quod dicitur מִן partitivum. Ad rem vid. 7, 21. 1 Macc. 1, 25. sqq. 2, 35. sqq. 5, 2. 12. 13. — וְעַד שַׂר הַצָּבָא הִגְדִּיל] 11.
i. e. et usque ad ipsum deum (vs. 25.), cf. 7, 8. ibique not. 11, 36. Verbum masculinum הִגְדִּיל, ut quod statim sequitur הֵרִים eum respicit, quem cornu significat, Antiochum. cf. ad 7, 8. וּמִמֶּנּוּ הֵרִים הַתָּמִיד] *et ab eo* (deo) *abstulit* (cornu illud i. e. Antiochus) *sacrificium perpetuum*, ne illi amplius offerretur. K'ri: וּמִמֶּנּוּ הוּרַם הַתָּמִיד, quod vel sic capi posset: *et ab eo* (cornu, Antiocho) *ablatum est sacr. perp.*, quemadmodum accepit C. B. Michaelis, vel sic: *et ab eo* (deo) *ablatum est sacr. perp.* (vid. sup.), quod magis placeret, quia etiam suffixum vocis מִקְדָּשׁוֹ in fine commatis ad *deum* est referendum. Verum quod proxime praecedit הִגְדִּיל, ostendit, retinendum esse הֵרִים, estque altera

illa scriptura haud dubie orta ex visiono הֻשְׁלַךְ. הַתָּמִיד hic ut vs. 12. 13. 11, 31. 12, 11. pro עֹלַת הַתָּמִיד (cf. ad vs. 8.) *holocaustum perpetuum* i. e. quotidianum, et matutinum et vespertinum, quod nunquam licuit intermitti. Abolitum est ab Antiocho
12. cum reliquo dei cultu, 1 Macc. 1, 21. seqq. 45. seqq. — וְצָבָא תִּנָּתֵן עַל הַתָּמִיד בְּפָשַׁע] *Et exercitus*, populus Judaeorum *traditur* ad perniciem, pessumdatur *una cum sacrificio perpetuo pro scelere* i. e. pro re scelesta, sacrificiis impuris. צָבָא, quod quia est nomen collectivum construi potest cum verbo feminino (cf. Jes. 40, 2.), hic non potest alius esse quam is, qui vs. 10. 11. ita vocatur, *exercitus coelestis*, i. e. populus Judaeorum. Articulo facile caremus, cf. קֹדֶשׁ vs. 14. cum eodem vs. 13. Populum Judaeorum ut intelligamus, postulat etiam vs. 13., ubi hic locus respicitur. Idem illud comma, 13. puta, docet, נָתַן hic esse *tradere* ad perniciem, pessumdare, ut 11, 6. al., עַל vero esse *superaddentis*, ut Gen. 32, 12. al., siquidem pro eo, quod h. l. habetur צָבָא תִּנָּתֵן עַל הַתָּמִיד, vs. 13. dicitur: תֵּת וְקֹדֶשׁ וְצָבָא מִרְמָס *dare et sacrarium et exercitum conculcandum*. Idem ille versus sensum aperit פֶּשַׁע vocis, ut quae vi non possit diversa esse ab הַפֶּשַׁע שֹׁמֵם *scelus vastans* vs. 13. Eo autem significari *contraria sacrificiorum*, i. e. sacrificia *scelesta*, impura, quae templum *vastarent* i. e. polluerent, profanarent, quum ex illo ipso loco, (quippe quo הַפֶּשַׁע שֹׁמֵם compositum sit cum הַתָּמִיד) quodammodo colligi potest, tum praecipue intelligitur ex 11, 31: וְהֵסִירוּ הַתָּמִיד וְנָתְנוּ הַשִּׁקּוּץ מְשׁוֹמֵם *et auferent sacrificium perpetuum et ponent abominandum vastans*, et 12, 11: מֵעֵת הוּסַר הַתָּמִיד וְלָתֵת שִׁקּוּץ שֹׁמֵם *a tempore sublati sacrificii perpetui et positi abominandi vastantis* (quibus locis pro פֶּשַׁע habes planius illud שִׁקּוּץ, videsque inter se opposita הַתָּמִיד et שִׁקּוּץ שֹׁמֵם), coll. 1 Macc. cap. 1. de sacrificiis puris ab Antiocho sublatis eorumque in locum illatis sacrificiis impuris. Quod פֶּשַׁע praepositum habet בְּ, est בְּ pretii. In eandem sententiam locum hunc interpretatus est Lengerke, si discesseris ab eo, quod בְּפֶשַׁע *propter scelus* reddidit, quod fere eodem redit. Aliorum opiniones enumerare longum. וְתַשְׁלֵךְ אֱמֶת אַרְצָה] *et projiciet* (cornu illud, Antiochus) *veritatem* i. e.
13. legem divinam (ut 9, 13.) *in terram*. — *Tum audivi sanctum unum* i. e. aliquem angelorum, Gabrielem, puta, qui postea demum vati conspiciendum se praebet (vs. 16. seq.) *loquentem de*

dissolvente, calumniante; *et dixit sanctus alius*, is qui animum vatis a corpore abstractum comitabatur, *ad certum illum qui loquebatur* i. e. ad Gabrielem: *quousque illa visio, sacrificium perpetuum et scelus vastans, dare et sacrarium et exercitum conculcandum* (conculcatio et sacrarii et exercitus)? i. e. quamdiu durabunt, quae visio illo significata sunt, inferenda pro sacrificiis puris impura, profanatio templi piorumque oppressio? וָאֶשְׁמְעָה — מְדַבֵּר *et audivi loquentem*, vid. ad vs. 4. Pro וָאֶשְׁמְעָה Masorethae notant in nonnullis libris legi וָאֶשְׁמָעָה, ad quod cf. אֶפְשְׂעָה Jes. 27, 4. E. Gr. min. §. 294. coll. not. ad Jud. 9, 8. אֶחָד — אֶחָד hic, quod fugit interpretes, est *unus — alius*. קָדוֹשׁ apud recentiores de *angelis* Zach. 14, 5. Job. 5, 1. 15, 15. Ps. 89, 6. 8., cf. supra 4, 10. ibique not. Verba וַיֹּאמֶר אֶחָד קָדוֹשׁ לַפַּלְמוֹנִי הַמְדַבֵּר de Wette sic reddenda putavit: *loquebatur videlicet (?) sanctus ad quendam, qui dixerat:* quousque cet. Sed quae tandem necessitas urget, ut ab usitato loquendi modo, quo דַבֵּר absolute ponitur, אָמַר vero ita usurpatur, ut dicta sequantur, hic recedamus? Verba manifesto eo quo cepimus modo capienda sunt. Quid locutus sit Gabriel, non dicitur, neque attinet dicere. Loquebatur, si libet, de instante miseria. De פַּלְמוֹנִי, *certus quidam*, conflato ex פְּלֹנִי אַלְמֹנִי cf. G. Gr. ampl. p. 860. E. Gr. min. §. 230. 2. Articulus, quem non negligere debebant interpretes, respicit priorem illum angelum, Gabrielem. Ad verba עַד־מָתַי et rel. Rosenmüllerus „mirum est, ait, angelum de ea, quae Danieli objecta est, visione loqui tanquam de ea, quae sibi ipsi obtigerit; neque enim sibi a Daniele narratam fuisse dicitur.“ At nihil quod mireris supererit, si cum Lengerkio Danielem illum angelum inter visa ipsi objecta *comitem* habuisse statueris, quemadmodum angelos habuere comites Zacharia et Johannes (in Apoc.). הֶחָזוֹן *illa visio* (vs. 12.) i. e. ea quae illa visione significata sunt. Quae sequuntur usque ad finem commatis, adjecta accuratioris explicationis causa, cum הֶחָזוֹן *appositione* cohaerent, ut vere monuit Lengerke. הַפֶּשַׁע שֹׁמֵם *illud* (vs. 12.) *scelus vastans*, שֹׁמֵם transit. ut 12, 11. = מְשֹׁמֵם 11, 31., cf. שַׁמּוֹת Ezech. 36, 3: יַעַן בְּיַעַן שַׁמּוֹת וְשָׁאֹף אֶתְכֶם *propterea quod vastant et captant vos*, ibique not. Ante adjectivum deest articulus, ut saepius apud recentiores, cf. not. ad Jer. 22, 26. De sensu verborum הַפֶּשַׁע שֹׁמֵם et reliquorum vid. supra ad vs. 12. Vau geminum *et* = *et*, ut 1, 3. al. —

14. [וַיֹּאמֶר אֵלַי] *dixitque* angelus ille, quem loquentem audiveram, quique ab altero interrogatus fuerat (Gabriel), *ad me*. „Expectares אֵלָיו *ad eum*, qui interrogaverat, idque expresserunt veteres omnes. Nullus tamen codicum hebraeorum, quotquot hodie exstant, exhibet אֵלָיו, quod si umquam in textu exstitisset, vix credibile est, ex eo plane evanuisse. Sed tribuendum est hoc scriptoris negligentiae.“ Ros. Apposite tamen Gabriel non ad alterum angelum sed ad ipsum Danielem se convertit, quippe cujus nomine esset interrogatus, quique interea propius accessisset. [עַד עֶרֶב בֹּקֶר אַלְפַּיִם וּשְׁלֹשׁ מֵאוֹת וְנִצְדַּק קֹדֶשׁ] *ad vespero-matutina bis mille et trecenta* i. e. ad totidem dies integros (cf. Gen. 1, 5. 8. 13. rel. coll. *νυχθήμερον* 2 Cor. 11, 25. nec non Jes. 38, 12. ibique not.), *tum integrum fiet*, praestabitur *sanctuarium*, ejus sanctitas, quae profanata erat ab Antiocho, restituetur. Theodotion et Vulgatus: *καθαρισθήσεται τὸ ἅγιον*, *mundabitur sanctuarium*. Ges. Win. Ros. Lengerke et alii: *vindicabitur* ab injuriis. Prius commendatur loco 9, 24. ex. *Initium* bis mille et trecentorum dierum secundum judaicam rationem computandorum esse videtur anni 142. Sel. mensis Sivan, quo tempore sacra publica prob. intermitti coepta sunt; *finis*: anni 148. Sel. mensis Schebat, quo mortuus est Antiochus. Sacra jam ante annum 143. Sel. intermitti coepta esse, colligimus ex 1 Macc. 1, 11—15. 2 Macc. 4, 9. seqq.: *ὑπισχνεῖτο (Ἰάσων) διαγράψαι (ἀργυρίου τάλαντα) πεντήκοντα πρὸς τοῖς ἑκατὸν, ἐὰν συγχωρηθῇ διὰ τῆς ἐξουσίας αὐτοῦ, γυμνάσιον καὶ ἐφηβίαν αὐτῷ συστήσασθαι . . . ἐπινεύσαντος δὲ τοῦ βασιλέως . . . εὐθέως ἐπὶ τὸν ἑλληνικὸν χαρακτῆρα τοὺς ὁμοφύλους μετῆγε . . . καὶ τὰς μὲν νομίμους καταλύων πολιτείας, παρανόμους ἐθισμοὺς ἐκαίνιζεν. ἀσμένως γὰρ ὑπ᾽ αὐτὴν τὴν ἀκρόπολιν γυμνάσιον καθίδρυσε καὶ τοὺς κρατίστους τῶν ἐφήβων ὑποτάσσων ὑπὸ πέτασον ἦγεν. ἦν δ᾽ οὕτως ἀκμή τις ἑλληνισμοῦ καὶ πρόσβασις ἀλλοφυλισμοῦ διὰ τὴν τοῦ ἀσεβοῦς καὶ οὐκ ἀρχιερέως Ἰάσωνος ὑπερβάλλουσαν ἀναγνείαν, ὥστε μηκέτι περὶ τὰς τοῦ θυσιαστηρίου λειτουργίας προθύμους εἶναι τοὺς ἱερεῖς, ἀλλὰ τοῦ μὲν ναοῦ καταφρονοῦντες καὶ τῶν θυσιῶν ἀμελοῦντες ἔσπευδον μετέχειν τῆς ἐν παλαίστρᾳ παρανόμου χορηγίας* cet. cf. etiam vs. 32. Terminum mille et trecentorum dierum, e quo computationis fieri debet finis, ponendum esse in morte Antiochi Epiphanis, intelligitur ex vs. 25.

hujus cap., cf. 7, 25. ibique not. — וְהִנֵּה עֹמֵד לְנֶגְדִּי] satis 15.
magno intervallo remotus, cf. vs. 17. כְּמַרְאֵה גָבֶר] „Angeli hominum specie solent apparere, quia inter ea, quae nobis conspicua sunt, nihil est quod ad illos propius accedat.“ Grot. cf. etiam ad 7, 13. Ceterum גָּבֶר voce nomen tangitur Gabrielis. —
קוֹל אָדָם] *vocem humanam* alius cujusdam genii coelestis, qui se 16.
non praebet conspiciendum. בֵּין אוּלָי] i. e. inter utramque illius ripam, quasi qui loquebatur genius impenderet aquis. גַּבְרִיאֵל וגו׳] unus est quatuor summorum angelorum, qui circumstant solium dei, ad ministeria ejus semper parati. Sunt autem hi: מִיכָאֵל, גַּבְרִיאֵל, אוּרִיאֵל, רְפָאֵל. *Michael* memoratur infra 10, 13. 21. 12, 1., *Gabriel* praeter hunc locum infra 9, 21. Luc. 1, 19. 26., *Raphael* Tob. 12, 15. al., *Uriel* in Bibliis non commemoratur. Hieronymus: „consequenter, quia visio de proeliis erat regumque certaminibus, imo regnorum successionibus, Gabriel, qui praepositus est proeliis, huic officio mancipatur.“ Sed proeliis praepositum fuisse Gabrielem, ex mero nomine collegisse videtur Hieronymus, ut qui subjiciat: „*Gabriel* enim in linguam nostram vertitur *fortitudo* vel *robustus dei*.“ Ut hoc loco sic infra et
Luc. ll. ll. divini nuntii et interpretis munere fungitur. — נִבְעַתִּי 17.
וָאֶפְּלָה עַל פָּנָי] cf. ad Jos. 6, 5. coll. Ezech. 1, 28. 43, 3. al. כִּי לְעֶת־קֵץ הֶחָזוֹן] *nam ultimum tempus spectat haec visio* i. e. proximum quod Messiae adventum praecedit tempus maxime calamitosum, quo expiatur culpa impiorum, piorum virtus explenatur i. e. tempus Antiochi Epiphanis, vs. 19. 9, 24. 26. 27. 11, 35. 36. 12, 10. Statim ab initio quanti discriminis sit visio
dicit, quo vatem adspectu suo perterritum excitet. — אֲשֶׁר יִהְיֶה 19.
בְּאַחֲרִית הַזָּעַם] Bene sensum jam exposuit Theod. his verbis: *τὰ ἐσόμενα ἐπ᾽ ἐσχάτων τῆς ὀργῆς τοῖς υἱοῖς τοῦ λαοῦ σου.* vid. not. ad vs. 17. כִּי לְמוֹעֵד קֵץ] *nam spectat* id (illa visio) *tempus ultimum* = כִּי לְעֶת־קֵץ הֶחָזוֹן vs. 17. cf. vs. 26. —
Quod divinus interpres, priusquam de Antiocho dicit vs. 23. sqq., 20.
de regno Medorum et Persarum et de regno Alexandri regnisque ex hoc ortis quatuor exponit vs. 20—22., quum visa Danieli objecta ad ultimum, id est, Antiochi Epiphanis (vid. ad vs. 17.) tempora pertinere dixisset vs. 17. 19., causa est, quod in visis, antequam Antiochus depingeretur vs. 9. sqq., regnorum quae ante fuerunt imagines adumbratae sunt vs. 3. seqq., quas et ipsas ordine explicandas putavit genius coelestis. Ad rem de qua vs. 20,

vid. not. ad vs. 3. 4. *Reges Medorum et Persarum* pro eorun-
21. dem *regno* sunt positi. —. Explicantur hoc commate quae dicta
sunt vs. 5—7. ubi vid. not. *Rex Graeciae*, collective accipien-
dus, hinc pro regno, ut antea. *Rex primus:* Alexander. „Ha-
buit quidem Graecia sive Macedonia jam ante illum suos reges;
ii vero hic, ubi Graeci respectu habito ad Persarum imperium,
ab ipsis expugnatum, considerantur, in censum non veniunt."
Ros. cf. 1 Macc. 1, 1: *καὶ ἐγένετο μετὰ τὸ πατάξαι Ἀλέξανδρον
τὸν Φιλίππου τὸν Μακεδόνα, ὃς ἐξῆλθεν ... καὶ ἐπάταξε τὸν
Δαρεῖον βασιλέα Περσῶν καὶ Μήδων, καὶ ἐβασίλευσεν ἀντ᾽ αὐτοῦ*
22. *πρότερος ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα.* —. *Et fractum cornu, et exstiterunt
quatuor loco ejus* i. e. et quod attinet fractum cornu et quod
exstiterunt rel., id significat: *quatuor regna ex ea gente ex-
sistent, sed non cum robore illius* (cornu majoris), sed illi vi-
ribus imparia. Explicatur his comma 8. ubi vid. not. Quod
ad structuram cf. 2, 41—43. 7, 17. 23. 24. al. Errat Ewaldus
Gr. crit. p. 540. apodosin a וַתַּעֲמֹדְנָה incipere credens. מַלְכֻיוֹת
E. Gr. min. §. 395. Quod sequitur יַעֲמֹדְנָה est pro תַּעֲמֹדְנָה.
Ratio formae in hoc Danielis libro non tam ex archaismo ducenda
videtur cum C. B. Michaele et Rosenmüllero (cf. Gen. 30, 38.
1 Sam. 6, 12. coll. Ew. Gr. min. §. 282. 1. edit. 2.) quam cum
Lengerkio ex Chaldaismo. Suffixum in בְּכֹחוֹ eum respicit, quem
23. cornu majus significat, Alexandrum, cf. not. ad 7, 8. — Quae
vs. 23—25. leguntur explicationem continent eorum quae dicta
sunt vs. 9—14. ad quos vid. not. וּבְאַחֲרִית מַלְכוּתָם] *Et in
fine regni eorum*, successorum Alexandri. Sic scribit, quasi
supra vs. 22. pro מַלְכֻיוֹת scripsisset מְלָכִים. כְּהָתֵם הַפֹּשְׁעִים]
ubi compleverint peccatores, intellige פִּשְׁעֵיהֶם *peccata sua* (pec-
catorum mensuram ab ipsis quasi implendam), quod objectum
facile suppletur e subjecto. cf. 9, 24. et שָׁלֵם עָוֹן *plena est culpa*
Gen. 15, 16.; *ἀναπληρῶσαι τὰς ἁμαρτίας* 1 Thess. 2, 16. al. Pec-
catores intelligendi sunt *Judaei*; vid. not. ad vs. 17. At, inquit
Rosenmüllerus, „minus concinne auctor loquutus fuisset, si verba
כְּהָתֵם הַפֹּשְׁעִים ad alios referenda voluisset, quam qui pronomine
suffixo praecedentis מַלְכוּתָם denotantur. Quemadmodum פֶּשַׁע
supra vs. 12. 13. de Antiochi Epiphanis impietate dici vidimus,
ita et hic הַפֹּשְׁעִים impii sunt Graecorum. Recte igitur Graecus
Alex. et Theodotion sensum expresserunt ita: *πληρουμένων τῶν
ἁμαρτιῶν αὐτῶν.*" Verum פֶּשַׁע vs. 12. 13. de Antiochi Epiphanis

impietate dici nequaquam vidimus. Id vero quamquam doctissimi viri sententiam infirmat, tamen minoris esset discriminis, modo, qui ante Antiochum reges fuere, sive hoc ipso capite, sive alio quocunque hujus libri פֹּשְׁעִים dicti invenirentur. At nusquam ita dicuntur Alexander et successores. Vocatur tamen regnum eorum *confringens*, *vorans*, *conculcans*, *fastuose agens* al. 2, 40. 7, 7. 19. 23. 8, 8. 11, 3., ita ut, siquidem verba כְּהָתֵם הַפֹּשְׁעִים hunc sensum ferant: *ubi exsaevierint violenti illi tyranni*, quem tamen dubito an ferant, quum פָּשַׁע propr. sit *deficere* ab aliquo, illa ad eos qui Antiocho antecesserunt reges utique referri posse videantur. Conferendi tunc sunt similes transitus qui leguntur supra vs. 8: וּכְעָצְמוֹ *atque ubi invaluit*, 11, 4: וּכְעָמְדוֹ *atque ubi constiterit*, qui sane ad amplectendum illum sensum facile aliquem allicere possint. Bene tamen notandum est, hoc loco non scriptum esse כְּהָתֵמָּם פִּשְׁעֵיהֶם *ubi compleverint illi peccata sua*, sed subjecto nominatim expresso: כְּהָתֵם הַפֹּשְׁעִים *ubi compleverint peccatores*. Quam ipsam ob causam nihil obstat, quo minus verba referas ad *Judaeos*. Quod si feceris, neque vim inferre voci פֹּשְׁעִים necesse habebis (cf. Jes. 48, 8. 59, 13. et saepe, = מֹרְדִים, בֹּגְדִים), et sensum videbis, qui firmetur loco 9, 24. וְיַעֲמֹד מֶלֶךְ עַז־פָּנִים] *exsistet rex durus facie* „i. e. saevus, immitis, ut Deut. 28, 50. גּוֹי עַז פָּנִים *populus durus facie* est אֲשֶׁר לֹא יִשָּׂא פָנִים לְזָקֵן *qui non habet rationem senis*, וְנַעַר לֹא יָחֹן *et pueri non miseretur*.“ Ros. Sic etiam Lengerke propter vs. 25. (?). Graecus Alex. et Theodotion, quos sequutus est Vulgatus, e recentioribus Gesenius: ἀναιδὴς προσώπῳ, *impudens facie*, *perfrictae frontis*, quod nescio an sit praeferendum coll. 7, 8. 20., ubi cum calliditate, de qua hic statim, *temeritas* Antiochi notata est. וּמֵבִין חִידוֹת] *et peritus insidiarum*, insidiosus, dolosus; cf. not. ad 7, 8. Regnum interfecti Seleuci Philopatoris filio, Demetrio, debitum dolose occupavit 11, 21., idem, tanquam regem pupillum Philometorem ab injuriis defensurus, tota fere Aegypto potitus est, proceribus Philometoris pecunia corruptis ibid. vs. 23. seqq., idem denique urbem Hierosolymitanam per insidias captam expilavit, incendit civiumque caedibus implevit 1 Macc. 1, 30. sqq. 2 Macc. 5, 24. sqq. — וְעָצַם 24. כֹּחוֹ וְלֹא בְכֹחוֹ] *Et invalescent vires*, opes *ejus*, *sed non viribus ipsius*, quae initio modicae erant, vid. not. ad 7, 8. 8, 9., verum fraudibus ac dolis vs. 25. 11, 23. וְנִפְלָאוֹת יַשְׁחִית] *et mirabi-*

libus modis (Job. 37, 5.) *perdet.* וְהִצְלִיחַ וְעָשָׂה] cf. vs. 12:
וְעָשְׂתָה וְהִצְלִיחָה. וְהִשְׁחִית עֲצוּמִים וְעַם קְדֹשִׁים] *et perdet numerosos*, multos (= רַבִּים vs. 25., cf. Joel 1, 6. Ps. 35, 18. et imprimis Prov. 7, 26.) *atque etiam populum sanctorum*, in his multis et ipsos Jovae cultores, Judaeos. Sic capiendum esse
25. locum, docent vs. 10. 12. ibique not. — וְעַל שִׂכְלוֹ וְהִצְלִיחַ מִרְמָה
בְּיָדוֹ] C. B. Michaelis: „*et ob prudentiam suam feliciter procedere faciet fraudem in manu sua* i. e. molimina sua, quae per nequitiam et dolum concepit, ea, qua pollebit prudentia, feliciter exsequetur." Potest tamen etiam intransitive accipi הִצְלִיחַ ut Jud. 18, 5., non obstante generis differentia, quae inter ipsum et nomen proximum est (cf. ad vs. 9.), in hanc sententiam: *et ob prudentiam* vel potius *astutiam ejus successum habebit*, bene succedet *fraus in manu ejus*. Quid? quod appositum *in manu ejus* hanc alteram structuram videtur postulare. cf. quae, ut vere auguratur Lengerke, ante oculos scriptoris obversabantur verba Jes. 53, 10: וְחֵפֶץ יְהוָה בְּיָדוֹ יִצְלָח. Quod ad ו rel. praemissum verbo הִצְלִיחַ, proprie: *(und ob seiner Schlauheit), so gelingt*, vid. E. Gr. min. §. 613. ed. 2. Ad rem vid. notata ad vs. 23. וּבִלְבָבוֹ יַגְדִּיל] cf. ad vs. 4. וּבְשַׁלְוָה יַשְׁחִית רַבִּים] בְּשַׁלְוָה hic et 11, 21. 24. *in media securitate* i. e. *inopinato*, plane ut chald. מִן שָׁלְיָא Targ. Prov. 3, 25. 6, 15. al. pro hebr. פֶּתַע, פִּתְאֹם, syr. ܡܢ ܫܠܝܐ Num. 6, 9. al. ܡܢ ܫܠܝ Luc. 2, 13. Pertinet huc etiam illud בַּצָּהֳרַיִם *meridie* i. q. *inopinato*, ubi de impetu hostili sermo est, Jer. 6, 4. 15, 8. ad quos locos vid. not. Quoad rem cf. 1 Macc. 1, 30: *καὶ ἐλάλησεν αὐτοῖς λόγους εἰρηνικοὺς ἐν δόλῳ καὶ ἐνεπίστευσαν αὐτῷ καὶ ἐπέπεσεν ἐπὶ τὴν πόλιν ἐξάπινα κ. τ. λ.* וְעַל שַׂר שָׂרִים יַעֲמֹד] Non solum contra Judaeos surget vs. 24. 25., verum etiam adversus *ipsum deum*, cf. vs. 10. 11. וּבְאֶפֶס יָד יִשָּׁבֵר] *et*, tandem vero, *sine manu*, nemine hominum movente (cf. ad 2, 34.) i. e. vi divina *frangetur*, peribit. Intelligendus est morbus et interitus Antiochi terribilis, cf. 2 Macc. 9, 4. 5: *οὕτω γὰρ ὑπερηφάνως εἶπε· πολυάνδριον Ἰουδαίων Ἱεροσόλυμα ποιήσω παραγενόμενος ἐκεῖ. ὁ δὲ παντεπόπτης κύριος ὁ θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ ἐπάταξεν αὐτὸν ἀνιάτῳ καὶ ἀοράτῳ πληγῇ. ἄρτι δὲ αὐτοῦ καταλήξαντος τὸν λόγον, ἔλαβεν αὐτὸν ἀνήκεστος τῶν σπλάγχνων ἀλγηδὼν, καὶ πικραὶ τῶν ἔνδον βάσανοι* et seqq. vs. 7—28. Alibi tamen mors Antiochi aliter

describitur. — וּמַרְאֵה הָעֶרֶב וְהַבֹּקֶר אֲשֶׁר נֶאֱמַר אֱמֶת הוּא] *Et* 26.
visio illa de vesperis et matutinis, quae dicta est i. e. quae dicta, explicata est visio de sacrificiis per bis mille et trecentos dies intermittendis (vs. 14.), *vera est*, quae illa significantur eventum habebunt. וְאַתָּה סְתֹם הֶחָזוֹן כִּי לְיָמִים רַבִּים] *tu vero conclude illam visionem* literis mandatam (cf. 7, 1.), ut intacta servetur (vid. infra), *nam in dies multos est*, spectat tempora remota, cf. Ezech. 12, 27: הֶחָזוֹן אֲשֶׁר הוּא חֹזֶה לְיָמִים רַבִּים וּלְעִתִּים רְחוֹקוֹת הוּא נִבָּא *visio, quam ille* (Ezechiel) *videt, in dies multos est, et in tempora remota ille vaticinatur*, et supra vs. 17: כִּי לְעֶת־קֵץ הֶחָזוֹן et vs. 19: כִּי לְמוֹעֵד קֵץ. „*Tu autem occlude istam visionem* i. e. visi hujus enarrationem et explicationem exacte perscriptam ita include, ut nihil addi nec demi possit, et archetypum ipsum immutatum servetur usque ad eventum, et tum cum eventu possit conferri. Idem quod hic Danieli injungitur infra 12, 4. 9. (Eadem de causa Jesaia 8, 16. oraculum complicare et obsignare jubetur; cf. ibid. vs. 1. 30, 8. nec non supra not. ad 7, 28.). Quod autem h. l. Daniel visionis quae ipsi obtigit enarrationem et explicationem literis consignatam includere jubetur, utpote ad remota tempora spectantem, libri scriptor eo fine addidit, ut vaticiniis, quae hoc libro continentur, divinam auctoritatem conciliaret. Negat hoc quidem Hengstenberg, qui Imperativos סְתֹם et חֲתֹם (12, 4.) pro Futuris capiendos esse perhibet, ut hoc dicatur, vaticinia illa clausa i. e. non intellecta fore usque suum exitum sint habitura. Sed esse verba illa *occlude et obsigna vaticinia* proprio sensu intelligenda, nos dubitare non sinit quod scriptor Apocalypseos 22, 10. hunc aperte imitatus, etsi sensu contrario, Jesum ad Joannem ita loquentem inducit: *ne obsignes verba prophetiae hujus libri, quia tempus prope est*; non occludenda et celanda, sed promulganda jubet vaticinia, quod brevi exitum suum sint habitura.“ Ros. — וַאֲנִי דָנִיֵּאל נִהְיֵיתִי וְנֶחֱלֵיתִי יָמִים] *Ego vero* 27.
Daniel defeci et aegrotavi aliquot dies, aliquamdiu, ob horrendas, quae eventurae essent, rerum vicissitudines. De נִהְיֵיתִי vid. not. ad 2, 1. יָמִים *dies aliquot*, ut Neh. 1, 4. Gen. 40, 4., cf. שָׁנִים *aliquot anni* infra 11, 6. 8. וָאָקוּם וגו׳] viribus recollectis. וָאֶשְׁתּוֹמֵם עַל הַמַּרְאֶה וְאֵין מֵבִין] „*obstupui autem super hac visione, neque erat qui intelligeret*, neque ego, neque alius quisquam.“ Ros. Sic etiam de Wette, Lengerke et alii. Quum

vero visa sibi objecta vates *occludere et continere* jussus sit (vs. 26. cf. 7, 28.), concinnior, credo, sensus prodibit, si verba postrema reddideris *neque intellexi*, quod fieri posse praegressa prima persona nemo negabit. cf. 12, 8: וַאֲנִי שָׁמַעְתִּי וְלֹא אָבִין. „Reges audierat et eorum nomina noscebat, futura cognoverat et quo tempore futura essent dubius fluctuabat. Itaque quod solum facere poterat, stupebat ad visionem et dei scientiae cuncta relinquebat.“ Hieron. Ceterum eam ipsam ob causam, quod Daniel visa silentio tegere debebat, verba וְאֵין מֵבִין] etiam sic explicari possint: *nec quisquam* (praeter me) *novit* rem, visa mihi objecta.

1\. CAP. IX. De septuaginta hebdomadibus annorum. בִּשְׁנַת —

2\. וגו' אַחַת לְדָרְיָוֶשׁ בֶּן־אֲחַשְׁוֵרוֹשׁ] vid. not. ad 6, 1. — אֲנִי דָּנִיֵּאל בִּינֹתִי בַּסְּפָרִים מִסְפַּר הַשָּׁנִים] *ego Daniel consideravi in libris* (sacris) *numerum annorum* i. e. cogitavi de illo. Praeter omnem necessitatem Lengerke non sine vi reddit: *cogitavi de libris*, de (praepositionem saepe cogitando repetendam esse constat) *numero annorum*. בְּ ante הַסְּפָרִים manifesto est בְּ loci, מִסְפַּר ה' vero accusativus objecti, quocum idem illud *attendendi, considerandi* verbum constructum habes Deut. 32, 7. Ps. 5, 2. al. „At repugnat accentus voci בַּסְּפָרִים appositus.“ Molestum est, fateor. Sed idem iniquus Lengerkio. Deletor! neque enim in talibus haerendum est. Porro, si is quem fecimus sensus esset, vir doctissimus scriptorem ait dicturum fuisse בִּינֹתִי מִסְפַּר הַשָּׁנִים בַּסְּפָרִים postposito בַּסְּפָרִים, quod non nego sed pernego. cf. E. Gr. crit. p. 635. min. §. 555. Quod interpositum est בַּסְּפָרִים, postpositum מִסְפַּר הַשָּׁנִים, ratio est, quod ad hoc posterius pertinet quod sequitur אֲשֶׁר rel. De בִּינֹתִי vide si libet E. Gr. min. §. 245. Ceterum quum סְפָרִים articulo munitum significare debeat *librorum* sacrorum *congeriem omnibus notam atque usurpatam*, in qua, ut intelligitur ex iis quae subjiciuntur, inter alia fuerint Jeremiae vaticinia, talis vero congeries vix cogitari possit absque Pentateucho, Pentateuchum autem Esrae et Nehemiae temporibus nondum junctum exstitisse aliis libris cognoscatur ex Neh. cap. 8. seqq. 2 Macc. 2, 13., Lengerke non sine magna veri specie הַסְּפָרִים, τὰ γράμματα, indicium esse suspicatur aetatis, quae fuit *post* exilii tempus (cf. etiam vs. 11. 13.). אֲשֶׁר הָיָה וגו' דְבַר יְהוָה] Lengerke: *ubi pervenerat effatum Jovae ad Jeremiam, vatem, se completurum esse pro ruinis Hierosolymo-*

rum septuaginta annos. אֲשֶׁר ad בַּסְּפָרִים relatum pro אֲשֶׁר שָׁם positum vult, nulla urgente necessitate. Rectius Syrus, Theodot., Rosenmüllerus אֲשֶׁר ad הַשָּׁנִים אֲשֶׁר referunt; sed quod sic interpretantur: ὅς (ἀριθμὸς τῶν ἐτῶν) ἐγενήθη λόγος κυρίου cet. *qui* (numerus annorum) *fuit effatum Jovae* pro: quem pronunciavit Jova cet., id durius est neque apto cum sequentibus vinculo cohaerens. Struo sic: *quem* (annorum numerum) *effatus erat Jova ad Jeremiam vatem, completurum esse sese pro ruinis Hierosolymorum,* videlicet *septuaginta annos*, proprie: *welche* (Zahl der Jahre) *ein Ausspruch Jehova's ergangen war ... voll zu machen* cet. Pendet enim אֲשֶׁר, referendum ad בְּמִסְפַּר הַשָּׁנִים; ex לְמַלֹּאות (ad formam לֹת, cf. insuper E. Gr. crit., p. 121.), לְמַלֹּאות vero ex הָיָה דְבַר יְהוָה, ut infra vs. 12. אֶל־הַנָּבִיא ex דְּבָרָיו. Dicit igitur, illo anno cogitasse se de septuaginta annorum numero, per quos duraturam esse Hierosolymorum calamitatem Jova Jeremiae vati praedixisset. Intelligenda sunt quae Jer. 25, 11. 12. 29, 10. (cf. et 30, 18. 31, 38.) hodie leguntur. „Cur Daniel illa Jeremiae vaticinia primo Darii anno attente considerasse dicitur, ratio videtur fuisse haec, quod tunc illud temporis spatium, quo urbs Hieros. ex decreto divino vastata jacere debuit, ad finem vergere putaret. (Jam enim anni effluxerant sexaginta novem.) Quod eum movit ad fundendas suo ceterorumque exulum nomine preces, quae sequuntur, ut deus quod olim per Jeremiam promisisset, nunc Judaeis, etsi immerentibus, pro sua clementia praestare vellt.“ Ros. — לְבַקֵּשׁ תְּפִלָּה וְתַחֲנוּנִים] *Quaerere preces* 3.
et supplicationes est animum s. cogitationes intendere ad fundendas preces. — וָאֶתְוַדֶּה] הַטָּאתִי וְחַטַּאת עַמִּי (vs. 20.) 5. seqq. 4.
Quae sequuntur preces miram habent similitudinem earum, quae leguntur Neh. 9, 6. seqq. הַבְּרִית וְהַחֶסֶד] *foedus et clementiam* i. e. foedus quo promisisti clementiam, clementiam foedere promissam (piis); nam eodem foedere et mala minatus erat (impiis) Deut. 7, 9. 10. al. vid. ad vs. 11. לְאֹהֲבָיו וּלְשֹׁמְרֵי מִצְוֹתָיו] esse volunt pro לְאֹהֲבֶיךָ וּלְ׳ מִצְוֹתֶיךָ. Sed nihil miri habet tertia persona praegresso שֹׁמֵר, non reddendo *qui servas* (ut si latine scriberes) sed *qui servat*. Non magis placet, quod tertiam pro secunda positam dicunt Num. 16, 6., ibi enim sic struendum est: *hoc facite: capite vobis batillos,* קֹרַח וְכָל־עֲדָתוֹ capiat *Corach et universa turba ejus*, non: *Corache et rel.* — וְסוֹר] G. Gr. 5.
min. §. 128, 4. E. §. 540. ed. 2. — כַּיּוֹם הַזֶּה] *hodie, hoc* 7.

tempore, ut Jer. 44, 6. ubi vid. not. coll. not. ad 25, 18. ibid.
Rosenmüllerus: „*sicut hoc die*, quemadmodum nunc manifestum
est et praesens rerum nostrarum status ostendit,“ ut כ non tem-
poris sed similitudinis nota sit. לְאִישׁ יְהוּדָה וּלְיֹשְׁבֵי יְרוּשָׁלִַם]
qua ratione saepius composita reperitur urbs primaria cum terra.
Causam vid. ad Jes. 1, 1. בְּכָל־הָאֲרָצוֹת אֲשֶׁר הִדַּחְתָּם שָׁם] jam
ante exsilii tempus (vid. ad Jes. 11, 11.) et ipsius exsilii tem-
9. pore. — Ab hoc loco identidem tertia pers. de deo utitur, tan-
quam ad se ipsum conversus, cf. Ps. 123, 1. seq. 125, 4. seq.
Apud dominum, deum nostrum, est misericordia et condonatio,
כִּי מָרַדְנוּ בוֹ] *nam rebellavimus in eum* i. e., interprete Len-
gerkio: quamquam peccavimus, deus tamen veniam dabit, *nam*
animo poenitentia commoto fatemur, *nos ab eo defecisse*, ut
igitur illud, quod Judaei delicta sua agnoscant, causa sit, cur
sperent, Jovam ipsis ea esse condonaturum, coll. vs. 15. extremo,
ubi tamen verba *domine* ... *peccavimus*, *impie egimus* poeni-
tentium esse clare apparet, quod hic pro nexu loci temere
sumitur. Quod idem laudavit dictum Ps. 25, 11. huc non per-
tinet (vid. infra ad vs. 17.). Praeterea ante לַאדֹנָי precario
suppletur *attamen*. Rosenmüllerus: „*nam rebellavimus in eum*,
nec tamen nos prorsus confecit, uti delictis nostris commeriti
sumus. In eo igitur conspicua est singularis dei clementia, quod
quum supplicia longe graviora nobis irrogare potuisset, nos ita
castigavit, ut nobis spes reliqua sit, fore, ut aliquando in inte-
tegrum restituamur.“ Quae et ipsa arbitraria interpretatio
videtur. Vates, ni fallor, hoc dicit: *apud dominum*, *deum*
nostrum (cum accentu efferendum) *est misericordia* rel. i. e.
solius dei ad misericordiam se veniam proponsi in arbitrio jam
posita est salus nostra, *nam defecimus ab eo*. cf. vs. 7. 8. ubi
dei justam causam esse dixit, *populum* vero *pudore suffusum*
11. *esse*. — וְסוֹר] vid. ad vs. 5. הָאָלָה וְהַשְּׁבֻעָה וגו׳] Levit. 26,
12. 14—39. Deut. 27, 15—26. 28, 15—68. — דְּבָרָיו] K'ri דְּבָרוֹ.
Veteres tamen omnes Pluralem expresserunt. Ceterum cf. ad vs. 2.
13. — אֵת כָּל־הָרָעָה הַזֹּאת בָּאָה עָלֵינוּ] Scribit in quarto casu אֵת
כָּל־הָרָעָה הַזֹּאת *omne hoc malum*, tanquam construens haec verba
cum לְהָבִיא vs. 12. (implevit verba sua ... se illaturum esse
nobis magnum malum ..., quemadmodum scriptum est in lege
Mosis, *omne hoc malum*), statim vero sui oblitus subjicit: בָּאָה
עָלֵינוּ *supervenit nobis*, quasi antecesserit Nominativus. Nequa-

quam enim probabile est quod Lengerkio placuit, voluisse scribere: כַּאֲשֶׁר כָּתוּב בְּתוֹרַת מֹשֶׁה אֵת כָּל־הָרָעָה הַזֹּאת (בָּן) בָּאָה עָלֵינוּ, in hoc enim difficillimus error fuisset, utpote facillime evitandus. Quidquid autem statueris, ut אֵת pro Nominativi signo habeas non opus erit. [וְלֹא חִלִּינוּ אֶת־פְּנֵי יְהוָה אֱלֹהֵינוּ] *nec gratiam quaesivimus Jovae, dei nostri.* Quam de חִלָּה פְּנֵי פ׳ locutionis vi primaria Gesenius in Thes. al. defendit sententiam eum per se probabilem tum firmatam linguis cognatis nollem impugnasset Kösterus (*Erläut. d. heil. Schrift* p. 196. sq.) ea de causa, quod illa phrasis nusquam significet *blandiri*, *adulari*, sed ubique *gratiam implorare.* Neque enim verum hoc est, nam prior significatio certe locum habet Prov. 19, 6., ita postulante nexu, nec si verum esset, aliquid quod Gesenio iniquum foret, inde sequeretur, quia qui gratiam implorat, pariter ut qui adulatur, illius, cujus gratiam quaerit, studet *faciem mulcere*, placidam reddere. Ipse חִלָּה פָּנִים propr. significare opinatur vel: *evacuare faciem* (a rugis) i. e. explicare frontem coll. arab. خَلَا *vacuus fuit*, II. *vacuum fecit*, *evacuavit*, vel: *componere vultum* a חָלַק *planum esse*, Pi. *complanare*, coll. חַלָּה *placenta.* Ad prius illud imprimis conferre potuisset derivatum خَلِيٌّ *vacuus* a moerore, moeroris expers; apud Hebraeos tamen evacuandi verba nusquam in hunc significatum transferuntur. Ad posterius quod attinet, חָלָה *planum esse* significare equidem non collegerim ex חַלָּה, ut quod referendum sit ad חָלַל. Quod in fine versus legitur הַשְׂכִּיל בַּאֲמִתֶּךָ יי׳ est *attendere ad veritatem dei* i. e. ad legem divinam (8, 12.). — [כִּי צַדִּיק יְהוָה עַל כָּל־מַעֲשָׂיו אֲשֶׁר עָשָׂה] 14.
nam justus est Jova in omnibus operibus suis (propr. ut nostrates quoque: *bei allen seinen Handl.*) *quae fecit.* cf. Neh. 9, 33. Sed vide, an non utroque hoc loco עַל *in*, *bei*, significet *non obstante* (vid. not. ad Jes. 53, 9. p. 443.), qui significatus imprimis Nehemiae loco convenit: אַתָּה צַדִּיק עַל כָּל־הַבָּא עָלֵינוּ וגו׳ *tu justus es in* = *non obstantibus omnibus* (malis vs. 32.), *quae nobis supervenere; recte fecisti, nos impie egimus.* Quo loco si illum significatum admiseris, eundem non poteris non transferre in hunc quoque, utpote quo scriptor Nehemiam sit imitatus. Simplicior tamen prior significatio videtur, — [וַתַּעַשׂ 15.
לְךָ שֵׁם כַּיּוֹם הַזֶּה] *et fecisti tibi nomen hoc tempore* (vid. ad vs. 7.). Lengerke et alii כַּיּוֹם הַזֶּה h. l. idem esse volunt quod

adhuc, ut apud Latinos melioris notae scriptores dicunt *hodie* pro eo quod in recentioribus invenitur *hodieque*. Scriptor tamen *hoc die*, *hoc tempore* dicens *illud tempus* respexisse videtur, de quo loquitur initio versus, id est tempus quo deus Israelitas eduxit ex Aegypto. Atque sic illa verba etiam Neh. 9, 10. capienda videntur, cepitque eo loco et de Wette reddens: *illo tempore*. Rosenmüllerus: „*sicut hoc die* i. e. quemadmodum hodie-
16. num celebratur.“ vid. ad vs. 7. — בְּכָל־צִדְקֹתֶיךָ] *pro omnibus*
a te juste i. e. benigne *factis*, cf. vs. 18: לֹא עַל צִדְקֹתֵינוּ כִּי
עַל רַחֲמֶיךָ הָרַבִּים *non propter recte facta a nobis sed propter*
magnam tuam misericordiam. מֵעִירְךָ יְרוּשָׁלַםִ וגו'] „Quoniam
Hierosolyma urbs dei, et populus Judaicus dei erat populus, ideo
probrum, quod populus a gentibus patiebatur, in ipsum simul
deum redundare videbatur, ut qui id quod suum erat, servare
ac tueri nequivisset.“ Ros. Planius hac de re dicitur vs. 17.
17. et 19. — לְמַעַן אֲדֹנָי] i. e. לְמַעַנְךָ (vs. 19.) *propter temet ipsum*
(Ges. Gr. ampl. p. 742.), propter nominis tui gloriam. cf. Jes.
37, 20. 35. 43, 25. 48, 9. 11. Ps. 25, 11. (ubi dicit vates, tanta
esse delicta sua, ut deus non possit ipsi ea condonare nisi
18. propter nominis sui gloriam) Ps. 115, 1. sq. — פְּקַחָה] ut vs. 19.
שְׁמָעָה, סְלָחָה. K'ri פְּקַח. אֲנַחְנוּ מַפִּילִים תַּחֲנוּנֵינוּ לְפָנֶיךָ] Hac
de locutione, quae iterum legitur vs. 20., vid. not. ad Jer. 36, 7.
20. — עַל הַר קֹדֶשׁ אֱלֹהָי] *pro monte* cet. cf. הִתְפַּלֵּל עַל פ' *inter-*
21. *cedere pro aliquo* Job. 42, 8. — וְעוֹד אֲנִי מְדַבֵּר בַּתְּפִלָּה] Colligit
se post interjecta nonnulla, ut vs. 1. 2. וְהָאִישׁ גַּבְרִיאֵל אֲשֶׁר
רָאִיתִי בֶחָזוֹן בַּתְּחִלָּה מֻעָף בִּיעָף נֹגֵעַ אֵלַי] *tum vir ille Gabriel,*
quem in visione videram antea, omni festinatione delatus ad
me pervenit. בַּתְּחִלָּה *antea*, vid. not. ad 8, 1. Respicitur visum, de quo 8, 15. מֻעָף plures ad rad. עוּף referunt cum Theodotione: *πετόμενος*, Vulgato: *volans*, et Syro. In qua interpretatione illud aliquam difficultatem creat, quod dubitari potest, an Hebraei, ut postea Christiani Apocal. 14, 6. et Muhammedani Cor. 35, 1. (p. 229. ed. Tauchn.) angelos sibi finxerint alatos. „Etsi in visionibus symbolicis Jes. 6, 2. Seraphis tribuuntur sex, et Ezech. 1, 6. Cherubis quatuor alae, tanquam signa velocitatis, qua divina jussa exsequuntur, tamen reliqui angeli, ubi eos cum hominibus agere legimus, nusquam alati et per aerem volantes describuntur. Gen. 28, 12. angeli scandunt scalas, quibus haud opus erat, si alas habuissent. Neque Gabriel supra 8, 13. 16. (ex quo loco

tamen nihil colligi potest, ibi enim angelus jam praesens adstat),
neque alius quidam angelus, de quo infra 10, 5. sqq., alati de-
scribuntur aut advolasse dicuntur." Ros. Ad hoc מֻעָף ad eandem
radicem referendum videtur, ad quam pertinet quod subjicitur
בִּיעָף. Quare quum יְעָף sit cursus celer, a יָעַף celeriter incessit,
cf. arab. وغف id. et deriv. תּוֹעָפוֹת, praestat verba sic interpre-
tari: *delatus cursu celerrimo s. omni festinatione.* Pro בִּיעָף
poterat aeque recte omissa praepositione poni יְעָף accusativus.
Bene LXX: *τάχει φερόμενος.* Gesenius in Lex. man. p. 432:
defatigatus valde, cursu. In qua explicatione displicet, quod
alia significatione מֻעָף sumitur, alia בִּיעָף. Praeterea convenit,
dici, Gabrielem festine venisse, sed festinatione defatigatum ve-
nisse, quantum ego judico, non convenit. Ideo et ea sententia
rejicienda est, quam secutus est vir Ill. in ed. germ. 4. Sprevisse
videtur festinandi significationem, quia in hebraico יָעַף praevalet
significatio fatigandi. Verum et priorem in usu fuisse, plane
apparet ex תּוֹעָפוֹת *celeritas*, nulla adjuncta notione fatigationis
Num. 23, 22. 24, 8.: כְּתוֹעֲפֹת רְאֵם לוֹ *ut bubali celeritas est illi.*
נָגַע אֶל־ *pervenire ad*, ut Jon. 3, 6. cf. supra 8, 7. — נֹגֵעַ אֵלַי.
כְּעֵת מִנְחַת עָרֶב] hora nona (tertia post meridiem apud nostrates),
cf. ad 6, 11. — וַיָּבֶן] *et intelligentiam dedit*, sensum loci 22.
aperuit (cf. 8, 16.); quod, quoniam caput est, statim initio
monetur, priusquam de singulis dicitur. — עֲצָמוֹת יְצָאוּנִי] a dei solio,
cf. 7, 9. sq. — יָצָא דָבָר] *exiit* e concilio coelesti (7, 10.) *ef-* 23.
fatum i. e. edita est de Jeremiae oraculo coelestium sententia
(quae sequitur vs. 24. seqq.). — חֲמוּדוֹת אָתָּה] i. e. אִישׁ חֲמֻדוֹת
10, 11. 19. — וּבִין בַּדָּבָר וְהָבֵן בַּמַּרְאֶה] *itaque attende ad hoc*
effatum hanc de Jeremiae oraculo sententiam, *et animum adverte*
ad hanc visionem, tibi in praesenti objectam. — *Hebdomadas* 24.
septuaginta decreverunt super populum tuum et super urbem
tuam sanctam, ad consummandum peccatum et ad complenda
delicta, et ad expiandam culpam et ad adducendam justitiam
perpetuam, et ad implendam visionem et prophetiam et ad
ungendum sanctissimum. „Nomen שָׁבֻעַ, quod in aliis V. T.
libris terminationem Pluralis femininam recipit, hic et infra 10,
2. 3. terminationem masculinam habet. Et hoc quidem loco eam
ideo elegisse videtur, ut concentus quidam cum שִׁבְעִים efficiatur;
quam formam deinde retinuit." Ros. Intelligendas esse *hebdo-*
madas non *dierum* sed *annorum* vel ex vs. 2. et tribus qui se-

Scias igitur et attendas! מִן מֹצָא דָבָר לְהָשִׁיב וְלִבְנוֹת יְרוּשָׁלַםִ עַד מָשִׁיחַ נָגִיד שָׁבֻעִים שִׁבְעָה] *Ab exitu effati* i. e. ab edito per Jeremiam oraculo *de restituendis et aedificandis Hierosolymis usque ad unctum aliquem, principem, hebdomades septem* erunt. דָבָר esse effatum Jeremiae, de quo vs. 2., certo certius est; in hoc enim lucem desiderat Daniel, eamque Gabriel paratus est accendere vs. 22. מֹצָא non potest aliter accipi atque יָצָא vs. 23., quod non effugere debebat Lengerkium et alios. Itaque מִן מֹצָא דָבָר וגו' significat: *ab edito* per Jeremiam *effato* est.; hoc autem, quoniam Jer. de instauranda post 70 ann. civitate dixit circa initium exsilii (dixit enim anno Jojakimi quarto 25, 11. cf. vs. 1., iterum post Jojachinum Babylonem abductum 29, 10. cf. vs. 2., tertio haud longe post urbem vastatam 30, 18. 31, 38.), est positum pro *ab initio exsilii, ab urbe vastata* (anno ante Chr. 588.), cf. sup. vs. 2. Ad דְּבַר לְהָשִׁיב וגו' *effatum, fore ut restituatur* est. cf. supra vs. 2: דְּבַר יְיָ לְמַלֹּאות; ad לְהָשִׁיב וְלִבְנוֹת cf. extremo commate: תָּשׁוּב וְנִבְנְתָה. De בָּנָה vid. si libet not. ad 4, 27. נָגִיד cum מָשִׁיחַ appositione cohaeret. Intelligendum esse *Cyrum*, docet, quod ad hunc principem *septem* annorum *hebdomades* i. e. anni XLIX abituri dicuntur; totidem enim ab urbe vastata ad Cyrum fere effluxerunt. *Unctus* (Jovae) vocatur Cyrus habita ratione loci Jes. 45, 1., ubi eodem appellatur nomine. Idem *princeps* dicitur, quo significatur, intelligendum esse *regem* aliquem (cf. 1, 22. al.), uncti enim sacerdotes quoque dicebantur Lev. 4, 3. 5. 16. Ceterum pars prima septuaginta hebdomadum spatii aptissime Cyro terminatur, qui Judaeis in patriam redeundi et templi instaurandi copiam fecit. Sequitur jam altera pars.

וְשָׁבֻעִים שִׁשִּׁים וּשְׁנַיִם תָּשׁוּב וְנִבְנְתָה רְחוֹב וְחָרוּץ וגו'] *Et per hebdomadas sexaginta duas restituetur et aedificabitur* (urbs) *quod ad plateam et fossam, idque in angustiis temporum.* וְשָׁבֻעִים וגו' intellige אַחֲרֵי הַשָּׁבֻעִים שִׁבְעָה *post primas illas septem hebdomadas*, coll. vs. 26. Deficiunt enim septem hebdomades, si, ut nonnullis placuit, sexaginta duae quae hic leguntur ab eodem cum septem hebdomadibus supra memoratis termino (urbe vastata) computantur; sic enim septem illae et sexaginta duarum septem primae in idem tempus incidunt et simul labuntur; contra, si septem hebdomades et sexaginta duae et una tempus efficiunt continuum, vs. 25. 26. 27. et vs. 24. optime concinunt (7 + 62 + 1 = 70). Quod ab initio exsilii ad mortem Anti-

Epiphanis non tantum temporis effluxit, quantum efficiunt septuaginta hebdomades (vid. ad vs. 24.), ea de causa cave licitum tibi putes exstinguere septem hebdomadas. Ante omnia ut scriptor secum ipse concinat curandum est, nec fas est illi vim inferri annalium vulgarium in gratiam. Quid? quod vulgares temporum annales ne tum quidem concinent, si septem hebdomadas (annos XLIX) abjeceris. vid. ad 24. Certo igitur persuasum habeo, computandas esse hebdomadas sexaginta duas ab eo tempore, quo septem hebdomades ante memoratae finem capiunt. i. e. a Cyro, id quod etiam firmatur iis, quae secunda hac epocha eventura dicuntur. Atque haec quidem de termino a quo hujus epochae. Terminum ad quem constituit Seleucus IV. Philopator (vs. 26.), qui urbem dudum haud dubie restitutam (Esr. cap. 1. seqq. Neh. 1. seqq. Hagg. 1. seqq.) denuo amplificasse videtur, nisi mavis existimare, finem capere secundam epocham cum Seleuco IV., non quod is ipse notabilem terminum fecerit, sed ea tantum de causa, quod is eum, a quo tertia epocha debuit initium capere, antecesserit, Antiochum Epiphanem puta. Ceterum sexaginta septem annorum spatium, quo septuaginta hebdomades annuae superant tempus praeterlapsum ab urbe expugnata usque ad mortem Antiochi Epiphanis (vs. 24.), non sine consilio fere totum in hanc secundam epocham conjectum est, utpote cujus insignis longitudo illam differentiam facillime posset tegere. Verba שָׁבֻעִים שִׁשִּׁים וּשְׁנַיִם Lengerke habet pro Nominativo absoluto. Quum vero תָּשׁוּב careat copula, praestat reddere *per hebdomadas* cet. Qua ratione quo minus reddas, non obstare, quod non continuo aedificatum est sed interjectis spatiis, vix monitu opus est. תָּשׁוּב וְנִבְנְתָה nonnulli, in his Gesenius, interpretati sunt *iterum aedificabitur*, שׁוּב verbo vicem adverbii tribuentes, invitis verbis parallelis לְהָשִׁיב וְלִבְנוֹת, quippe in quibus forma Hiphilica vim adverbii ferre non possit. Redde convenienter ad litt.: *restituetur et aedificabitur*. Subjectum Gesenius, Rosenm. Lengerke et alii faciunt id quod subjicitur, in hanc sententiam: *aedificabitur platea* cet., monentque, verbum in feminino poni propter usum collectivum vocabuli רְחוֹב Gr. hebr. §. 105. B. et. Verum quemadmodum supra post verba activa לְהָשִׁיב וְלִבְנוֹת urbs Hierosolymitana fuit objectum, sic illa post eadem verba passive posita hic erit subjectum, tum vero quae subjiciuntur efficiunt accusativum, partim (cf. Ges. Gr. min. §. 136. ex. Ew. Gr. min.

§. 512. 1.), ut haec prodeat sententia: *restituetur et aedificabitur* illa (urbs Hierosol.) *quod ad plateam et fossam*. Quod autem urbs aedificanda dicitur *quod ad plateam et fossam*, id, nisi me omnia fallunt, idem fere est quod מִבַּיִת וּמִחוּץ *intrinsecus et extrinsecus* i. e. per omnes partes. Qua interpretatione admissa haud necesse habebis, cum Gesenio, Rosenmüllero et aliis *fossae* notionem plus justo extendere. Est autem חָרוּץ, i. q. chald. חָרִיץ, חֲרִיצָא Targ. Jos. 11, 8. Job. 38, 25. (חֲרִיצֵי מַיָּא), *fossa*, dicta ab *incidendo*, *fodiendo*, חָרַץ. Quod ab Hitzigio prolatum Lengerkio placuit *aedificabitur platea*, *idque decretum est* (coll. vs. 26. 27.), *sed in angustiis* cet., id durius est, sive nexum spectes, nam duo postrema verba pertinent ad וְנִבְנְתָה רְחוֹב, sive grammaticam rationem, ut quae propter mutatum subjectum pro וְחָרוּץ postulasset וְהוּא חָרוּץ vel simile quid. *Fossae* significationem tuentur veteres omnes. וּבְצוֹק הָעִתִּים *idque in angustiis temporum*, temporibus difficilibus. „Intelliguntur, praeter alia, impedimenta Judaeis moenia urbis exstruentibus a Samaritanis aliisque vicinis gentibus objecta, de quibus vid. Neh. cap. 4." Ros. — Sequitur jam tertia

26. epocha, qua urbem restitutam (vs. 25.) iterum alia ratione vastatum iri dicit vs. 26. 27. (cf. 1 Macc. 1.); tum demum septuaginta hebdomades fore absolutas. וְאַחֲרֵי הַשָּׁבֻעִים שִׁשִּׁים וּשְׁנַיִם יִכָּרֵת מָשִׁיחַ] *Et post illas hebdomadas sexaginta duas exscindetur*, exstinguetur, perimetur *unctus* i. e. princeps *quidam* i. e. Seleucus IV. Philopator anno 176 ante Chr. insidiis Heliodori oppressus (vid. infra ad נָגִיד הַבָּא), id quod intelligitur ex eo, quod qui proxime venturus dicitur princeps (נָגִיד הַבָּא) est Antiochus Epiphanes, coll. loco parallelo 11, 20. 21. וְאֵין לוֹ] *et nemo* (unctus) *erit ei*, neque habebit imperii successorem et heredem legitimum (ungendo consecratum), sed, ut 11, 21. dicitur, talem, in quem, si res penes regni ordines stetisset, dignitatem regiam neutiquam collaturi fuissent. Quod ad אֵין cogitando suppleri debet subjectum non potest aliud esse quam quod proxime praegressum est: מָשִׁיחַ. Ad eundem hunc unctum, non, ut voluerunt alii, ad *populum* vs. 24. nimis longe remotum, referendum est לוֹ, ad quod cum Lengerke, ceteroqui recte interpretatus, suppleri velit [illegible], fateor me non intelligere. וְהָעִיר וְהַקֹּדֶשׁ יַשְׁחִית עַם נָגִיד הַבָּא] *Et urbem et sanctuarium perdet populus* i. e. exercitus *principis alicujus, qui venturus* i. e. illi

uncto successurus est, Antiochi Epiphanis, puta. Cf. ad rem 7, 21. 25. 8, 10. sqq. 24. sq. 11, 21. sqq. Falluntur, qui בָּא habent pro Praeterito, et pro relativo quod illi praemissum est הַ. Est הַבָּא Participium cum puro puto articulo, qui abeat a נָגִיד, quoniam hoc est *indefinite* capiendum, quum עַם sit *definita*, in hunc modum: exercitus *principis alicujus*, *ejus quidem*, *qui proxime venturus est*. Eadem de causa et 1 Sam. 25, 10. participium articulum habet, substantivum non habet. Facillime structura esset, si הַבָּא referretur ad עַם. Sed ita si struis, desideratur certe, qua qui sit ille נָגִיד agnoscatur, nota. Neque enim sufficit, quod is נָגִיד, non מָשִׁיחַ vocatur, siquidem etiam נָגִיד de *uncto* i. e. *legitimo* rege dicitur, 1 Sam. 9, 16. 10, 1. 13, 14. 2 Sam. 6, 21. 7, 8. al. Accedit, quod nomen, ad quod referendum est suffixum קִצּוֹ vocis, *definitum* sit necesse est. Atqui illud suffixum referri debet ad eum, qui proxime memoratur i. e. ad נָגִיד. *Venturum* principem jam supra monuimus significare *successurum* in locum uncti ante dicti; cf. 11, 21: וְעָמַד עַל־כַּנּוֹ נִבְזֶה. Possis tamen, quod *venturus* dicitur princeps, etiam eo referri, quod Antiochus imperium ad se transtulit *Roma adveniens*. Liv. 41, 19: „Seleucus, quem Philopatora Graeci vocavere, quum paternis cladibus fractas admodum Syriae opes accepisset, post otiosum, nullis admodum rebus gestis nobilitatum annorum duodecim regnum, minorem natu fratrem (Antiochum Epiphanem), misso Romam in ejus locum filio suo Demetrio, revocavit ex foederis legibus, quo mutari identidem obsides oportebat. Vix ille Athenas pervenerat, quum Seleucus insidiis Heliodori, unius ex purpuratis, oppressus interiit". Sic quoque insignem habemus notam, qua possit Antiochus agnosci. Et est sane, quo haec interpretatio magnopere commendetur, loc. inquam 11, 21., ubi verba וּבָא בְשַׁלְוָה *et inopinato veniet* omnes commentatores referenda esse ad Antiochum Româ venientem. Lengerke principem *invasurum* intelligit, eumque in *Persidem* (cf. ad rem 8, 9. p. 142.), coll. quae proxime sequuntur וְקִצּוֹ בַשֶּׁטֶף. Quasi in iis, quae praegressa sunt, mentio facta sit *populi* i. e. militum principis, ferri possit *invadendi* notio, quanquam, eam si exprimere voluisset scriptor, est quod credas, eum tale verbum *invadendi*, quod magis definitum esset, vel positurum pro בוֹא vel appositurum illi fuisse, ut si infra 11, 10. dicit: וּבָא וְשָׁטַף וְעָבָר. Nam quae a Lengerkio prolata sunt loca 11, 13. 16.

(21. huc non pertinet) 40. 41.; ad unum omnes ita comparati sunt, ut *veniendi* verbo subjiciendam esse notionem *invadendi* cognoscatur e nexu. Quod autem expeditionem *in Persidem* susceptam intelligi jubet vir doctissimus, id non potest ferri ullo modo. Nam quum הַבָּא absolute positum sit, ad illam invasionem referri tunc tantum posset, si Antiochus praeter illam fecisset nullam. At illum etiam in Aegyptum et in Judaeam irruptiones fecisse constat (vid. ad 8, 9.). Quod Lengerke conferri jubet quae subjiciuntur וְקִצּוֹ בַשֶּׁטֶף, eo nihil proficere illius interpretationem, ad illa verba videbimus. Praeterea, quo, quaeso, haec inter se vinculo cohaerent: *urbem et sanctuarium perdet populus principis alicujus, qui invasurus est (Persidem)?* Debebat certe, quoniam de Judaea hic agitur, de invasione in *Judaeam* facta cogitare vir doctissimus, vel, quod magis placeret, de irruptionibus Antiochi *in universum*. וְקִצּוֹ בַשֶּׁטֶף] ad verbum: *et finis ejus erit in inundatione*, vel, quod praeferam, relative: *et cujus finis erit sct.* Suffixum ad eum, qui *proxime* memoratus est, נָגִיד הַבָּא *principem venturum* referendum esse, apparet. Jam, quum שֶׁטֶף et שָׁטַף infra saepius de *copiis terras inundantibus* dicatur, 11, 10. 22. 26. 40., Antiochus autem *mortuus sit inter bellandum* (in Perside 8, 9.), facile inducatur aliquis, ut verbis hunc subjiciat sensum: *et mors eum opprimet in medio bello, inter bellandum*, non ut Lengerkio visum est: in bello contra Persidem futuro, de quo, quoniam generatim dicitur בַּשֶּׁטֶף (quasi: *ἐν τῷ κατακλύζειν*), nulla adjecta regionis nota, Antiochus autem plura bella gessit (vid. supra), temere cogitatur, quanquam illum durante bello Persico mortuum esse scimus. Nescio tamen, an melius sic verba explices: *et finis ejus erit in inundatione* i. e. *velut in inundatione* (ut jam vidit Theodotion: *ὡς ἐν κατακλυσμῷ*), omissa comparandi particula (cf. Jes. 21, 8. ibique not. Jer. 49, 20.) i. e. vi quadam ineluctabili oppressus peribit. Eandem imaginem habes Ps. 90, 5., ubi de deo homines repentina morte abripiente dicit psalmista: זְרַמְתָּם *torrentis instar abripis eos.* Ita autem ut statuam, praeter extrema verba vs. sequentis potissimum me movet id, quod duobus reliquis, quibus mors Antiochi pluribus memoratur, locis non regio, in qua ille sit de vita exiturus, sed, quae eum oppressura sit *vis fati ineluctabilis* describitur, locis, puta 8, 25: וּבְאֶפֶס יָד יִשָּׁבֵר, et 11, 45: וּבָא עַד־קִצּוֹ וְאֵין

עֹזֵר לוֹ. Ceterum constat, articulum in rebus, quibuscum comparatio instituitur, saepissime poni; idque etiam ibi fieri posse, ubi comparandi particula omittitur, docet Jerem. l. l. וְעַד קֵץ מִלְחָמָה נֶחֱרֶצֶת שֹׁמֵמוֹת] *et usque ad finem* (istius principis, Antiochi) *bellum erit, vastationes decretae.* Nexus: peribit iste tyrannus; durabit tamen calamitas, quam inferet populo, usque ad finem vitae illius. Qua de re accuratius exponitur vs. 27. Male nonnulli עַד קֵץ מִלְחָמָה reddunt *usque ad finem belli. Finis* non potest esse alius quam qui proxime memoratus est *Antiochi Epiphanis finis* (קִצּוֹ), qui idem tertiae epochae et totius septuaginta hebdomadum spatii est finis. *Bellum* intelligendum est Antiochum Ep. inter et Judaeos Maccabaeis ducibus gestum. נֶחֱרֶצֶת שֹׁמֵמוֹת, quod cum מִלְחָמָה appositione cohaeret, est propr. *decretum vastationum.* נֶחֱרָצָה *decisum, decretum* (cf. 1 Reg. 20, 40. Jes. 10, 22. coll. sup. not. ad vs. 24. p. 158.), maxime de *poena a deo decreta*, 11, 36: נֶחֱרָצָה נֶעֱשָׂתָה *decretum de poena* (poena decreta) *peragitur*, et infra vs. 27. hujus cap. *usque dum effundetur* כָּלָה וְנֶחֱרָצָה *exitium et poena decreta*, quae formula et Jes. 10, 23. et 28, 22. legitur. *Vastationes decretae* h. l. respiciunt urbem ab Antiocho vastatam templumque ab illo spoliatum atque profanatum; cf. supra: *et urbem et sanctuarium perdet populus principis venturi.* — וְהִגְבִּיר 27.
בְּרִית לָרַבִּים שָׁבוּעַ אֶחָד] *Et foedus firmum inibit* (princeps vs. 26. memoratus) *cum multis per unam hebdomadam.* Theodot. subjectum facit שָׁבוּעַ, ita ut tempori tribuantur, quae in tempore fiunt (cf. Prov. 27, 1. Job. 3, 3. 10. 30, 17. al.): καὶ δυναμώσει διαθήκην πολλοῖς ἑβδομὰς μία, quam quaesitam interpretationem placuisse Lengerkio est quod mireris. Neque enim longius abesse recte dicitur נָגִיד הַבָּא, siquidem sub finem commatis proxime praegressi ille aderat, nec, si longius abesset, id ullum faceret momentum, quum Antiochus hujus epochae primas partes agat, ad eundemque, quod gravissimum est, etiam quod statim sequitur verbum יַשְׁבִּית est referendum. Construitur הִגְבִּיר בְּרִית hoc loco, ut alibi כָּרַת בְּרִית, cum לְ, quia qui foederis leges scribit (Antiochus Ep.) potentior et dignitate superior est iis, quibus imponit (Judaeis). Quod autem Antiochus *foedus cum multis* sancire hic dicitur, id eo est referendum, quod ille multis Judaeorum auctor suasorque fuit, ut abjecto Jovae cultu Graecorum deos fictitios colerent. 1 Macc. 1, 11. seqq.: ἐξῆλθον ἐξ

Ἰσραὴλ υἱοὶ παράνομοι καὶ ἀνέπεισαν πολλούς, λέγοντες· πορευθῶμεν καὶ διαθώμεθα διαθήκην μετὰ τῶν ἐθνῶν τῶν κύκλῳ ἡμῶν, ὅτι ἀφ' ἧς ἐχωρίσθημεν ἀπ' αὐτῶν, εὗρεν ἡμᾶς κακὰ πολλά. καὶ ἠγαθύνθη ὁ λόγος ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτῶν. καὶ προεθυμήθησάν τινες ἀπὸ τοῦ λαοῦ καὶ ἐπορεύθησαν πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν ποιῆσαι τὰ δικαιώματα τῶν ἐθνῶν. καὶ ᾠκοδόμησαν γυμνάσιον ἐν Ἱεροσολύμοις κατὰ τὰ νόμιμα τῶν ἐθνῶν. καὶ ἐποίησαν ἑαυτοῖς ἀκροβυστίας, καὶ ἀπέστησαν ἀπὸ διαθήκης ἁγίας, καὶ ἐζεύχθησαν τοῖς ἔθνεσι κ. τ. λ. Ibid. 1, 41. seqq.: *καὶ ἔγραψεν ὁ βασιλεὺς Ἀντίοχος πάσῃ τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ εἶναι πάντας λαὸν ἕνα καὶ ἐγκαταλιπεῖν ἕκαστον τὰ νόμιμα αὐτοῦ. καὶ ἐπεδέξαντο πάντα τὰ ἔθνη κατὰ τὸν λόγον τοῦ βασιλέως. καὶ πολλοὶ ἀπὸ Ἰσραὴλ εὐδόκησαν τῇ λατρείᾳ αὐτοῦ, καὶ ἔθυσαν τοῖς εἰδώλοις καὶ ἐβεβήλωσαν τὸ σάββατον. καὶ ἀπέστειλεν ὁ βασιλεὺς βιβλία ἐν χειρὶ ἀγγέλων εἰς Ἱερουσαλὴμ καὶ τὰς πόλεις Ἰούδα, πορευθῆναι ὀπίσω νομίμων ἀλλοτρίων τῆς γῆς, καὶ κωλῦσαι ὁλοκαυτώματα καὶ θυσίαν καὶ σπονδὴν ἐκ τοῦ ἁγιάσματος, καὶ βεβηλῶσαι σάββατα καὶ ἑορτάς, καὶ μιᾶναι ἁγίασμα καὶ ἁγίους, οἰκοδομῆσαι βωμοὺς καὶ τεμένη καὶ εἰδωλεῖα, καὶ θύειν ὕεια καὶ κτήνη κοινά, καὶ ἀφιέναι τοὺς υἱοὺς αὐτῶν ἀπεριτμήτους, βδελύξαι τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἐν παντὶ ἀκαθάρτῳ καὶ βεβηλώσει, ὥστε ἐπιλαθέσθαι τοῦ νόμου καὶ ἀλλάξαι πάντα τὰ δικαιώματα. καὶ ὃς ἂν μὴ ποιήσῃ κατὰ τὸ ῥῆμα τοῦ βασιλέως, ἀποθανεῖται κ. τ. λ.* 2 Macc. 4, 9. seqq. (vid. sup. ad 8, 14.); ibid. 6, 1. seqq.: *ἐξαπέστειλεν ὁ βασιλεὺς γέροντα Ἀθηναῖον, ἀναγκάζειν τοὺς Ἰουδαίους μεταβαίνειν ἐκ τῶν πατρῴων νόμων καὶ τοῖς τοῦ θεοῦ νόμοις μὴ πολιτεύεσθαι κ. τ. λ.* cf. infra 11, 30. 32. 12, 10. Rosenmüllerus verba וְהִגְבִּיר בְּרִית לָרַבִּים sic explicat: „*et roborabit foedus multis* i. e. efficiet, ut multi Judaeorum suam in patria religione constantiam ostendant," haud profecto accommodate ad ea quae praegressa sunt et quae subsequuntur. שָׁבוּעַ אֶחָד *per unam hebdomadam* = *per bis mille et trecentos dies* 8, 14., ubi cf. not. וַחֲצִי הַשָּׁבוּעַ יַשְׁבִּית זֶבַח וּמִנְחָה] *et per dimidium illius hebdomadis cessare faciet*, tollet, abrogabit ille princeps *sacrificium cruentum et incruentum* i. e. universum cultum sacrum. הַשָּׁבוּעַ esse hebdomadam ante memoratam docet articulus. *Dimidium hebdomadis* = עִדָּן וְעִדָּנִין וּפְלַג עִדָּן *tempus et duo tempora et dimidium temporis* 7, 25. (ubi vide not.) et מוֹעֵד מוֹעֲדִים וָחֵצִי id.

12, 7. [וְעַל כְּנַף שִׁקּוּצִים מְשֹׁמֵם] Rosenmüllerus: „*et super alam detestationum vastans* erit, i. e. exercitui detestando vastator dux praeerit. Nomen כָּנָף, quod *alam* denotare constat, hic, ubi de bello (vs. 26.) et de vastatione agitur, *turmam militum*, *aciem* significare patet, ut Jes. 8, 8. 18, 1., quemadmodum synonymum אֲגַף *ala* Ezechieli saepe pro parte exercitus dicitur. . . . Praepositio עַל h. l. dignitatem et potestatem, quam quis in alios exercet, significat, ut, qui est עַל כְּנַף *super alam*, exercitum, sit qui ei praefectus, plane ut עַל הַבַּיִת qui est *super domum* dicitur praefectus palatio. Porro כְּנַף שִׁקּוּצִים *ala* s. *agmen abominationum* erit abominandum vel quod detestanda patrat. מְשֹׁמֵם *vastator*.“ Verum, ut alia taceam, de *parte exercitus* כְּנַף *ala* una dici vix potuit nisi opposita *alae alteri*. De *toto* autem *exercitu*, de *copiis militaribus* in universum et כְּנָף (Jes. 11. 11.) et אֲגַף (Ezech. 12, 14. 17, 21. 38, 6. 9. 22. 39, 4.) tantum in *Plurali* dicitur. Rectius cum Gesenio in Lex. man. ed. germ. 4. p. 898. seq. כָּנָף, saepius de *ora* s. *margine* terrae dictum, h. l. ad aedem translatum *extremum fastigium* templi significare dices, coll. πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ Matth. 4, 5. Luc. 4, 9. et apud Graecos ἀετός de tympano frontispicii triangulo templorum, reddesque sic: *et super pinnam abominationum* i. e. super templi pinnam profanatam *erit vastator* i. e. et cum templo a se profanato ad arbitrium aget vastator. In quam sententiam jam LXX et Vulg. (quanquam minus accurate sic interpretati, quasi כנף esset status absol., שקוצים משמם cohaererent appositione, essetque משמם nomen abstractum): καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν βδέλυγμα τῶν ἐρημώσεων ἔσται, Vulg.: *et erit in templo abominatio desolationis*. Potest tamen כְּנַף *ala (extrema pars, fastigium)* hoc nexu etiam *de ara altari holocaustorum ab Antiocho superimposita* (1 Macc. 1, 54. 6, 7. cf. 1, 59.) fortasse per contemtum sic dicta intelligi, in hanc sententiam: *et super ala*, ara *abominationum* i. e. super ara abominabili *erit* sacrificium (quod cogitatione repetendum esset ex זֶבַח וּמִנְחָה) *vastans* i. e. polluens, profanans, sacrificium impurum. Qui sensus vide quam sit facilis et ad ea quae proxime praecedunt maxime idoneus, ut quo admisso haec dicat scriptor: tollet iste princeps sacrificium cruentum et incruentum, eorumque in loco in ara abominabili (altari holocaustorum superstructa) offerentur sacrificia scelesta (cf. ad 8, 12.). Si liceret, כְּנַף habere pro 3. Praet. coll.

quod Jud. 5, 13. legitur יְרַד (et ipso secundum Ewaldum Gr. min. p. 157. ed. 2. et alios Praeterito, quanquam ex mea sententia Imperativo) vel legere כְּנַף, et quod sequitur שִׁקּוּצִים מְשֹׁמֵם transferre *abominandum vastans* (11,31: הַשִּׁקּוּץ מְשׁוֹמֵם et 12, 11: שִׁקּוּץ שֹׁמֵם), coll. קְדוֹשִׁים נֶאֱמָן *sanctus fidus* Hos. 12, 1., sensus prodiret haud incommodus hic: *et summum* (deum verum) *operit*, occultat *abominandum vastans*, deorum fictorum cultus templum polluens. Sic quidem עַל non esset praepositio, sed subst. *summitas*, hinc concr. *summus* de deo, ut fortasse Hos. 7, 16. 11, 7. Sed violentior haec expediendi loci ratio est, et illi, quam ante hanc protulimus, longe posthabenda. Verum et illi ipsi hoc obstare videtur, quod שׁוֹמֵם in fine commatis vix potest non referri ad *Antiochum Epiphanem*. Acquiescendum igitur in ea interpretatione videtur, quam primo loco dedimus. Si vero h. l. מְשֹׁמֵם et שׁוֹמֵם non est adjectivum sed substantivum, *vastatorem* Antiochum significans, etiam supra 8, 13. הַפֶּשַׁע שֹׁמֵם non erit *scelus vastans*, profanans (ut ibi ad vs. 12. judicavimus), sed *scelus* (sacrificium scelestum) *vastatoris*; atque infra 11, 31: הַשִּׁקּוּץ מְשׁוֹמֵם et 12, 11: שִׁקּוּץ שֹׁמֵם *abominandum* (sacrificium abominabile) *vastatoris*, non *vastans*. Sic molestus est quidem articulus nomini *constructo* praemissus 8, 13. et 11, 31. Sed tales enormitates etiam aliis locis iisque haud paucis reperiri constat, si tamen enormitas recte dicitur הַפֶּשַׁע שׁ׳, הַשִּׁקּוּץ מְשׁ׳ eum vi oppositum voci הַתָּמִיד. Ceterum „pro וְעַל כְּנַף שִׁקּוּצִים in codice quodam, quem Kenn. numero 313 signavit, legitur וּבַהֵיכָל יִהְיֶה שִׁקּוּץ *et in templo erit abominatio* (secundum alios: וּבַהֵיכָל יִהְיֶה שׁ׳). Quod ei, quod in nostris codicibus exstat, praeferendum putat J. D. Michaelis. Sed verissime monuit De Rossi in Varr. Lectt. ad h. l., scripturam illam perquam suspectam reddi conditione codicis illius a christiano homine procul dubio descripti a sinistra ad dextram additamque Vulgatam versionem habentis, ad quam proclive est cogitare vel suspicari fuisse hebraeum textum emendatum.“ Ros. וְעַד כָּלָה וְנֶחֱרָצָה תִּתַּךְ עַל שֹׁמֵם] *et quidem* (et durabit quidem ista calamitas) *donec exitium et quidquid poenarum decretum est* (cf. ad vs. 26.) *se effundet super vastatorem*. Lengerke: *et quidem usque ad consummationem* (irae divinae, 8, 19.) *et* usque dum *poena decreta se effundet* cet. coll. 11, 36: עַד כָּלָה זַעַם כִּי נֶחֱרָצָה נֶעֱשָׂתָה *donec consummata erit ira, nam poena decreta peragi-*

tur. Quum vero *irae* notio hoc qui prae manibus est loco expressa non sit, praeferenda est prior ratio, eoque magis, quod qui formulae כָּלָה וְנֶחֱרָצָה subesse supra dictus est sensus, idem eidem subest Jes. 10, 23. 28, 22. Rosenmüllerus: *et s.* tum vero *usque ad consummationem et hanc praecisam effundetur* est. i. e. (תִּתַּךְ impersonaliter accepto) tandem vero ad internecionem usque ingens malorum imber effundetur super vast., quae interpretatio manifesto abhorret a consilio scriptoris, quod hoc est, ut, quamdiu miseria ante descripta duratura sit, postremis verbis dicatur; cf. vs. 26. extr. וְעַד קֵץ מִלְחָמָה וגו׳. Ad imaginem ab imbribus desumtam cf. ibidem וְקִצּוֹ בַשֶּׁטֶף.

CAP. X—XII. Imperium macedonico-graecum usque ad mortem Antiochi Epiphanis. — בִּשְׁנַת שָׁלוֹשׁ לְכוֹרֶשׁ מֶלֶךְ פָּרַס] 1.
Cur anno Cyri *tertio* (quae temporis notatio pugnat cum 1, 21., ubi Daniel regum minister fuisse dictus est *usque ad Cyri regis annum primum*) facta esse dicantur quae hic narrantur causam vide ad vs. 2. דָּבָר נִגְלָה לְדָנִיֵּאל] vs. 21. 11, 2. seqq. וֶאֱמֶת הַדָּבָר וְצָבָא גָדוֹל] *et veritas est illud effatum et miseria magna* (vid. de צָבָא ad Jes. 40, 2.) i. e. verum est illud effatum et magnae miseriae, pertinens ad magnam miseriam, totum loquens de miseria, nam צָבָא גָדוֹל oraculum vocatur ab argumento, quod hic, plane ut 8, 17. al., statim ab initio aperitur. Neque vero integrum, quod hoc oraculo describitur, temporis spatium his verbis respicitur, sed Antiochi Epiphanis aetas (cf. 12, 1.), ut quae potissimum pertineret ad Judaeos, hoc quoque ut 8, 17., ubi eadem de causa visum Danieli objectum, quanquam adumbrat Medorum, Persarum, Alexandri et successorum regna usque ad Antiochum Epiph., tamen ad ultimum i. e. Antiochi tempus spectare dicitur. Alii tamen, ut Rosenmüllerus, verborum וְצָבָא גָדוֹל, צָבָא *militia* proprie sumto, sensum hunc faciunt: totum hoc vaticinium de *bellis* loquitur, quibus partim Graeci cum Persis, et Aegyptii cum Syris invicem, partim vero Antiochus Epiphanes contra populum Judaicum, partim denique angeli, boni et mali, sive in commodum, sive in damnum populi Judaici concertaturi sunt. Lengerke, צָבָא ita ut nos fecimus interpretatus maluit verba sic struere: *et verum est effatum et* quae illo annunciatur *miseria est magna.* Ita tamen vates pro צָבָא videtur scripturus fuisse הַצָּבָא. וּבִין אֶת־הַדָּבָר וּבִינָה לוֹ

וּבִינָה לוֹ בַּמַּרְאֶה] *Itaque attende ad hoc effatum, attende*, inquam, *ad* (eandem constructionem habes Deut. 32, 29. Ps. 73, 17. Prov. 14, 15.) *illud in hac visione* (patefactum), vel si mavis: *attende ad illud, ad hanc visionem* (ut 9, 23.), potuit enim semel mutata (לוֹ post acc.) iterum mutari constructio (בְּ). Videntur autem non angeli, cujus nondum est mentio facta, ad Danielem loquentis, sed scriptoris lecturos excitantis verba haec esse. cf. 12, 4. Potest tamen totus hic locus et alio modo accipi, quem nescio an praeferam, hoc puta: *et attendit* (Daniel) *ad hoc effatum, et intelligentia* (בִּינָה retracto accentu ob monosyllabum לוֹ) *ei obtigit in hac visione.* Obstare quidem huic interpretationi Rosenmüllerus et Lengerke monent tum quod 12, 8. legitur *audivi sed non intellexi*, tum quod לוֹ salva distinctione Masorethica ad Danielem referri nequeat, quia sic Athnachus, maxima intra versum distinctio, debuisset ad vocem גָדוֹל figi; quae quum ad nomen בֵּלְטְשַׁאצַּר reperiatur, versum ita distingui, ut in posteriori hemistichio Subjectum princeps sit vox הַדָּבָר, ad quam proinde referri et hoc pronomen debeat. Verum enim vero, quod infra Daniel *audivisse se at non intellexisse* dicit, id nequaquam impedimento est, quo minus ultima verba *et intelligentia ei* (Danieli) obtigit *in hac visione* reddamus. Neque enim, utrum sermones angeli (11, 2. seqq.) ipsi viso objecti (10, 7. 8. 16.) penitus ille intellexerit, hic quicquam refert, sed id unum quaeritur hoc loco, num angelus rerum futurarum cognitionem Danieli voluerit subministrare. Atqui hoc consilio venisse sese, angelus identidem affirmat; vs. 11: *attende ad verba, quae ego ad te loquar ... nunc enim ad te missus sum*, vs. 12: *a primo inde die, quo animum applicuisti ad consequendam cognitionem* (eorum quae populo tuo eventura essent) ... *auditae sunt preces tuae atque equidem veni ad preces tuas*, vs. 14: *veni ad docendum te id quod eveniet populo tuo postremo tempore*, vs. 21: *indicabo tibi id quod exaratum est in libro veritatis*, 11, 2. *jam tibi verum indicabo.* Ad distinctionem Masorethicam autem quod attinet, eam haud in magno discrimine ponendam

2. esse sciunt omnes. — בַּיָּמִים הָהֵם אֲנִי דָנִיֵּאל הָיִיתִי מִתְאַבֵּל] *Diebus illis* i. e. *anno tertio Cyri* (vs. 1.), quo tempore a Samaritanis aliisque Judaeorum adversariis in aula Persica impedimenta objiciebantur templi aedificationi needum sui juris facti erant Judaei; et quidem *mense primo* illius anni, Nisan dicto

(vs. 4.), maxime apto ad considerandam populi miseriam, ut quo dies festi azymorum ad recolendam Aegyptiacae miseriae memoriam agerentur, *ego Daniel luctui me dedi*, corpus meum graviter affligens et preces fundens pro salute populi, vs. 3. Orasse etiam, ut eorum, quae populo eventura essent, cognitio ipsi obtingeret, cognoscimus e vs. 12. coll. vs. 14. [שְׁלֹשָׁה שָׁבֻעִים יָמִים] „Dies non septem, ut lege Paschali constitutum erat (agebantur illa solemnia a vespera diei decimi quarti usque ad vicesimum primum mensis Nisan Exod. 12, 18.), sed ter septem, id est, viginti et unum Daniel exegit, ut dolorem solennem et extraordinarium prae se ferret." C. B. Michaelis. Quod ad יָמִים vide ad Gen. 29, 14. — [לֶחֶם חֲמֻדוֹת] opp. מַצּוֹת לֶחֶם עֹנִי *azyma s. panis miseriae*, qualia per totum Paschatis festum comedebant Deut. 16, 3. [וָסוֹךְ לֹא סָכְתִּי] Hieronymus: „Qui mos apud Persas et Indos hodie quoque servatur, ut pro balneis utantur unguentis." Plin. H. N. 13, 1. „Persas, ait, non tam ungi quam unguentis madere consuevisse." — וּבְיוֹם עֶשְׂרִים וְאַרְבָּעָה לַחֹדֶשׁ 4.
[הָרִאשׁוֹן] Cur, quum initium luctus prob. in mensis Nisan diem primum inciderit, ita ut tres illae hebdomades die primo et vicesimo una cum vulgari Paschatis festo expletae sint, tamen coeleste visum quarto demum et vicesimo die Danieli objectum sit, ratio se offeret vs. 13. וַאֲנִי הָיִיתִי עַל יַד הַנָּהָר הַגָּדוֹל הוּא [חִדָּקֶל] vigilans, non per ἔκστασιν aut per somnium; cf. vs. 7. De eo, quod significatio coelestis Danieli obtigit ad Tigrim fluvium, vid. quae observavimus ad 8, 2. — Idem qui hoc com- 5.
mate et proximo describitur genius *linteis indutus vestibus* apparet infra 12, 6. *supra aquas* (Tigris) *fluvii*, apparuitque supra 8, 16. *intra Ulaeum* fluvium. Fuisse illum primarii ordinis angelum, et hoc docet, quod 8, 16. Gabrielem de viso Danielem docere jubet, et intelligitur ex eo, quod 12, 6. alter eorum, qui ibid. vs. 5. memorantur, ex illo quaerit, quando res praedictae eventurae sint, et ab eo responsum fert. — Temere Lengerkius 7.
comites Danielis jam ante visum divinitus objectum fugisse ideoque וַיִּבְרְחוּ et quae sequuntur verba in plusquamperfecto reddenda existimat. Cur tandem fugerunt illi viri nisi terrore exanimati ob divinae naturae non quidem oculos sed animos ipsorum percellentis *praesentiam*? Verba וַיִּבְרְחוּ בְּהֵחָבֵא sic capienda sunt: *et aufugerunt abscondendo se* i. e. clam. Male de Wette, Lengerke et alii: *et aufugerunt et absconderunt*

8. se. — וְהוֹדִי נֶהְפַּךְ עָלַי לְמַשְׁחִית] *et vigor meus* i. e. vividus faciei color *se mutavit apud me in deformationem*. De prioribus verbis vid. not. ad 5, 6. et ad Jer. 8, 18.; מַשְׁחִית i. q.
10. 11. מִשְׁחַת. — וְהִנֵּה יָד וגו'] *Manum* Hengstenberg, Rosenmüller, Lengerke et alii non ejus esse volunt, de quo vs. 5. 6., viri linteis vestibus induti, quippe qui *supra aquas fluvii* fuerit (12, 6. 7.), sed alius et quidem alterius utrius illorum, qui ad ripam fluvii stabant (ibid. vs. 5.). Sed haec si res est, si, inquam, alteruter illorum angelorum Danielem erexit et tam longam ad eum orationem habuit vs. 11 — 12, 4., cur, quaeso, Daniel de duobus illis angelis infra 12, 5. tanquam de viris tunc primum a se visis loquitur (*et vidi ego Daniel*, *et ecce*, *duo alii stantes* cet.), quum idem ibid. vs. 6. 7. de angelo linteis vestibus induto tanquam de tali loquatur, quem cognitum habeat? Itaque satis dubia mihi videtur Rosenmülleri et reliquorum sententia. Si tamen, ut volunt illi viri, is, qui exanimatum erigit et deinceps usque ad 12, 4. cum Daniele loquitur, non est vir linteis vestibus indutus vs. 5. seq., sed alius, vicem illius in se suscipiens, isque alteruter eorum, qui in utraque Tigris ripa stabant, probabile est, intelligendum esse Gabrielem, ut qui jam supra ejusdem illius primarii genii interpretem egerit, 8, 16. In quam sententiam jam Theodoretus ad vs. 21: *εἰκὸς δὲ, τὸν διαλεγόμενον εἶναι τὸν ἅγιον Γαβριήλ· οὗτος γὰρ αὐτῷ καὶ ἤδη τὰς ἄλλας ἀποκαλύψεις ἡρμήνευσε.* אִישׁ חֲמֻדוֹת] cf. 9, 23. הָבֵן בַּדְּבָרִים וגו'] *attende ad verba* cet. cf. 8, 17. 9, 23. et supra ad vs. 1. וַעֲמֹד עַל עָמְדֶךָ] cf. 8, 17. 18. מַרְעִיד] *tremens*,
12. intrans. ut Esr. 10, 9. — אֲשֶׁר נָתַתָּ אֶת־לִבְּךָ לְהָבִין] *quo animum applicuisti ad consequendam cognitionem* i. e. ad intelligendum id quod eveniet populo tuo tempore postremo, אֵת אֲשֶׁר יִקְרָה לְעַמְּךָ בְּאַחֲרִית הַיָּמִים, ut infra vs. 14. dicitur. וּלְהִתְעַנּוֹת לִפְנֵי אֱלֹהֶיךָ] *et ad affligendum te coram deo tuo;* cf. vs. 3. coll. not. ad vs. 2. בִּדְבָרֶיךָ] *διὰ τοὺς λόγους σου* (Theodor.),
13. propter preces tuas. — Rationem reddit, cur, quum Danielis preces primo statim die exauditas esse dixerit (vs. 12.), tamen nunc demum, post trium hebdomadum et aliquot dierum intervallum (vs. 4.) advenerit. Fuisse quippe ipsi causam Judaeorum apud Persas agenti pugnandum cum angelo Persidi praefecto dies unum et viginti, nec prius conatuum suorum compotem factum se esse, quam Michaelem, unum de primis populi Judaici

patronis et defensoribus, certaminis socium nactus esset. וְשַׂר מַלְכוּת פָּרַס עֹמֵד לְנֶגְדִּי וגו'] *Princeps vero regni Persici stabat contra me*, restitit mihi cet. Qui princeps iterum memoratur vs. 20. Praeter hunc eo in quo versamur loco et vs. 21. 12, 1. memoratur *unus de primis principibus Judaeorum*, *Michael* (cf. ad 8, 16.), et infra vs. 20. hujus cap. mentio fit *principis Graeciae*. Etiam Alexandrinos ea imbutos fuisse opinione, qua ducti Judaei post captivitatem Babylonicam, deum, quum distinxisset orbis terrarum gentes, singulis populis singulos angelos rectores praefecisse existimabant, intelligimus ex eo, quod Alexandrinus interpres Deut. 32, 8., ubi haec leguntur: *quum sedes assignaret Supremus gentibus, quum dispararet filios hominum: constituit terminos tribuum* (Israel.) *pro numero filiorum Israelis*, pro alterius hemistichii verbis haec dedit: *ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων θεοῦ.* עֹמֵד לְנֶגְדִּי ס' sensu hostili hic capi, colligitur e nexu et vs. 20. וַאֲנִי נוֹתַרְתִּי שָׁם אֵצֶל מַלְכֵי פָרָס] *et ego ibi excellui* i. e. pervici *apud reges Persidis* i. e. obtinui, ut mea apud Persas consilia valerent, ut Persae in bonam de Judaeis flecterentur sententiam, res apud Persas Judaeorum in gratiam decerneretur. נוֹתַרְתִּי propr. *excellens factus sum* (ope socii, Michaelis) i. e. in certamine: *pervici*; cf. Hiph. Gen. 49, 4., יֶתֶר *excellentia*, et syr. ܝܬܪ Ethp. *praestans*, *excellens fuit*, ܡܝܬܪ et chald. יַתִּיר *excellens*, ܝܘܬܪܢܐ *excellentia* et al. Rosenmüllerus tamen verba sic potius interpretanda putavit: „quum voluissem prius venire, *relictus sum ego* i. e. retardatus sum, *apud reges Persiae* i. e. apud angelum regni Persici, quocum mihi concertandum fuit, a quo ne nunc quidem me expedivissem, nisi juvisset me Michael.“ Quae interpretatio
et ipsa defendi posse videtur. — וּבָאתִי לַהֲבִינְךָ אֵת אֲשֶׁר 14.
יִקְרָה וגו'] cf. vs. 12. כִּי עוֹד חָזוֹן לַיָּמִים] cf. 8, 17. 19. 26.
— וְהִנֵּה כִּדְמוּת בְּנֵי אָדָם נֹגֵעַ עַל שְׂפָתָי] Intelligendus est idem 16.
ille, qui Danielem antea erexit et cum eo hucusque est locutus vs. 10. seqq. Quod de illo dicit Daniel: *speciei humanae instar quiddam tetigit labia mea*, causa est, quod angelum nondum ausus erat intueri. *Labia tangit* angelus, ut ea, stupore compressa, aperiat et loquendi facultatem reddat vati; cf. quae proxime sequuntur. בַּמַּרְאָה נֶהֶפְכוּ צִירַי עָלַי] *ob visionem vertebant se super me terrores mei* i. e. me opprimebant quos

patiebar terrores. צִירִים alias *dolores parturientis*, hic *terrores*; utrique a contorquendo dicti; cf. חֲבָלִים et ضلّ Conj. V. *contorsit contraxitque sese ob dolorem famis vel verberum.* Quod
17. ad נֶהֶפְכוּ עָלַי vid. not. ad Jer. 8, 18. p. 533. sq. — וְהֵיךְ יוּכַל
עֶבֶד אֲדֹנִי זֶה לְדַבֵּר עִם אֲדֹנִי זֶה] *Et quomodo possit domini mei servus talis loqui cum domino meo tali* i. e. nec mirum, tantopere consternatum me esse (vs. 16.): quomodo enim ego, debilis homo, mihi sumere possim, ut tecum, tam illustri genio, sermones misceam? Errant de Wette, Lengerke et alii in eo, quod etiam זֶה prius ad אֲדֹנִי referunt. Ita enim intolerabilis tautologia inesset in his verbis. Verissime jam Rosenmüllerus: „utrumque Pronomen (dixerim potius adverbium coll. Gen. 27, 21. al.) demonstrativum זֶה hic exaggerat, prius quidem (ad עֶבֶד referendum) Danielis tenuitatem, posterius vero angeli majestatem et gloriam." In eo autem hic quoque fallitur, quod priora verba sic supplet: quomodo, quum ex visione illa tantopere consternatus sim, ut nullae vires supersint, quomodo ego possim cet. Manifesto enim, *cur* fuerit consternatus ex visione, ratio hic redditur. הֵיךְ ut 1 Chron. 13, 12. pro אֵיךְ, cf. E. Gr. min. §. 451. 2. וַאֲנִי מֵעַתָּה וגו'] Haec rursum esse narrantis non amplius loquentis ad angelum, vel ex iis colliges, quae vs. proximo sequuntur. Quod ad praepositum אֲנִי, vid. not. ad 2, 29.
18. — וַיֹּסֶף וַיִּגַּע בִּי וגו'] idem de quo vs. 16, ubi vid. not. —
19. אַל תִּירָא — שָׁלוֹם לָךְ] *ne metue, salus est tibi*, salvus es, integrae sunt res tuae. Sic et Gen. 43, 23: שָׁלוֹם לָכֶם אַל תִּירָאוּ,
20. Jud. 6, 23: שָׁלוֹם לְךָ אַל תִּירָא. — וַיֹּאמֶר הֲיָדַעְתָּ לָמָּה בָּאתִי
אֵלֶיךָ] „Postquam ex animi deliquio, quod passus erat, ad se rediisset Daniel, angelus eum interrogat, num recordetur eorum, quae supra vs. 14. ei dixerat, se ideo venisse, ut eum doceret, quae populo ipsius in futuris temporibus eventura essent." Ros. Quae cum ille silentio affirmet, pergit angelus: וְעַתָּה אָשׁוּב לְהִלָּחֵם עִם שַׂר פָּרָס] Dixerat angelus vs. 13. principem regni Persici, postquam sibi per dies viginti et unum restitisset, tandem juvante Michaele a se depulsum esse. Quare, quum nunc post peractam a se legationem, *se reversurum esse* dicat, *ut cum eodem illo principe denuo pugnet*, significat his verbis, adversarium antehac a se repressum haud omissurum esse, quin integrata pugna posthac populo Judaeorum noxa apud Persas

detrimenta importet, regnantibus puta Cambyse, Dario Hystaspide, Xerxe, 11, 2. Quibus igitur adversus Judaeos conatibus etiam in posterum se restiturum esse dicit adjutore Michaele (vs. 21.). וַאֲנִי יוֹצֵא וְהִנֵּה שַׂר־יָוָן בָּא] *ego vero quum fuero egressus, princeps veniet Graeciae*, quibus verbis indicat, se nunc quidem egressurum esse ad pugnandum cum principe Persarum (יָצָא enim sensu militari capiendum pariter ut quod sequitur בָּא) eumque se esse depulsurum; sed post illum venturum esse principem Graeciae (Judaeorum principem oppressurum usque ad mortem Antiochi Epiphanis). Verba וַאֲנִי יוֹצֵא nectenda esse iis, quae subjiciuntur, recte viderunt Masorethae, ut qui Athnachum fixerint ad פָּרָס. — אֲבָל אַגִּיד לְךָ אֶת־הָרָשׁוּם בִּכְתָב אֱמֶת] Haec 21
Lengerke cum iis, quae praecesserunt, sic copulanda putavit: *Veruntamen*, ne animum abjicias, quod tibi annunciavi, Judaeos post Persas dominos habituros esse Graecos, *indicabo tibi quod exaratum est in libro veritatis*, i. e. certissime eventura. Sed multo accommodatior ad consilium totius visionis hic erit sensus: *veruntamen*, priusquam mihi redeundum sit (20.), officio meo satisfacturus *indicabo tibi* cet. Nam idcirco, ut Danieli quae populo ejus eventura essent aperiret, ad illum missus erat angelus, vs. 1. 11. 12. 14. 20. *Liber veritatis* (probe distinguendus a commentariis qui memorati sunt 7, 10.) est liber reconditus apud deum, quo ejus decreta de iis, quae eventura sunt, certissime exsequenda, sunt consignata. cf. Ps. 139, 16. Apoc. 5, 1. sqq. Liber cui inscripta sunt decreta dei, etiam in Corano memoratur, ubi vocatur أُمّ الْكِتَاب *mater libri*, 13, 39. (p. 129. ed. Tauchn.) al., لَوْح مَحْفُوظ *tabula custodita* (apud deum), 85, 22. (p. 325.) et saepius. Reliqua hujus commatis verba et quae leguntur capitis proximi, quod cum hoc arctissime cohaeret, commate primo, in parenthesi interposita sunt: hinc initio versus 2. illius capitis, priusquam quid scriptum sit in libro veritatis enarret, denuo dicit: *jam tibi verum indicabo*. וְאֵין אֶחָד מִתְחַזֵּק עִמִּי עַל־אֵלֶּה] *Neque est ullus qui fortem se praestet mecum*, me adjuvet *contra illos*, principem primo Persarum, tum Graecorum, *nisi Michael, princeps vester*. הִתְחַזֵּק עִם seq. eodem quo hic significatu dicitur 1 Chron. 11, 10. 2 Chron. 16, 9. Quibus verbis haud obscure id quoque significat, instare Judaeis tempora valde calamitosa.

Cap. 11. Arctissimo hoc cum superiore capite vinculo junctum
1. esse jam supra monuimus, — Quemadmodum, inquit angelus,
hoc tempore Michael me *juvat* (10, 21.), sic *ego Michaelem juvi*
anno primo Darii Medi, i. e. Cyaxaris II., quo tempore Babylon
expugnata est, vid. not. ad 6, 1. וַאֲנִי — עָמְדִי *et ad me quod*
attinet — fuit stare meum i. e. *ego vero steti*, cf. Jes. 11, 3:
הֲרִיחוֹ *delectari ejus est* i. e. delectatur ille, Job. 9, 27: אִם אָמְרִי
si dicere meum est i. e. si dico. עָמַד לְ auxilio *adesse alicui*,
stare ab aliquo, cf. קוּם לְ id. Ps. 94, 16. לוֹ referendum esse
ad Michaelem (10, 21.), nemo erit cujus aperti sunt oculi, quin
videat, „Non obstat, quod angelus supra 10, 13. Michaelem ut
suum opitulatorem describit. Nam quum 10, 21. angelus se et
Michaelem *junctis viribus* dicat restitisse (et adhuc restituros
esse) principibus Persiae et Graeciae, hic apte dicere potuit, se
in pugna contra communes adversarios Michaeli ad eum juvan-
2. dum adstitisse.“ Ros. — וְעַתָּה אֱמֶת אַגִּיד לָךְ] *Jam igitur*, ut
officio meo satisfaciam, *veritatem*, ea quae populo tuo certissime
eventura sunt, *indicabo tibi*. Quibus verbis post interjecta non-
nulla (10, 21. med. et 11, 1.) redit angelus ad rem propositam,
vid. not. ad 10, 21. הִנֵּה עוֹד שְׁלֹשָׁה מְלָכִים עֹמְדִים לְפָרַס
וְהָרְבִיעִי יַעֲשִׁיר עֹשֶׁר גָּדוֹל מִכֹּל] Quum dicat, tres *adhuc* (עוֹד)
reges Persarum exstituros esse, manifestum est, intelligendos
esse tres *post* eum, qui tunc regnabat i. e. post Cyrum (10, 1.),
secuturos reges. *Quartus* vero (הָרְבִיעִי), ut recte monuit Len-
gerke, non est rex post illos tres futurus sed eorum ultimus
i. e. cum Cyro quartus; alioquin pro הָרְבִיעִי omisso articulo
רְבִיעִי scriptum esse deberet. Sed recte ita statui colligitur ex
eo quoque, quod etiam supra 7, 6. nonnisi *quatuor* Persarum
reges numerantur. Jam quum ille quartus pro iis quae hic de
eo dicuntur non possit non esse Xerxes, probabile est, reges
post Cyrum futuros tres ex sententia scriptoris esse *Cambysem*,
Darium Hystaspidem et *Xerxem*. Quod autem hic et supra
l. l. ultimum Persarum regem facit Xerxem, quum post illum
secuti sint Artaxerxes Longim., Darius Nothus, Artax. Mnemon,
Ochus, Darius Codom., causa est, quod, ut inquit Hieronymus,
„non curae fuit prophetali spiritui, historiae ordinem sequi, sed
praeclara quaeque perstingere.“ Xerxem *inter omnes eminuisse*
divitiis (יַעֲשִׁיר עֹשֶׁר גָּדוֹל מִכֹּל), tantis quidem, „ut cum flumina
multitudine (militum) consumerentur, opes tamen regiae super-

essent," ut ait Justin. Histor. 2, 10., res nota est. וּכְחֶזְקָתוֹ
בְעָשְׁרוֹ יָעִיר הַכֹּל אֵת מַלְכוּת יָוָן] *et cum invaluerit ille suis*
divitiis, *excitabit* insolentiâ sua ad bellum *universos*, *regnum*
Graeciae. כְּחֶזְקָתוֹ ut 2 Chron. 12, 1: כְּחֶזְקָתוֹ עָזַב אֶת־תּוֹרַת
יְהוָה *cum invaluisset* (Rehabeam) *reliquit legem dei*. cf. infra
vs. 4: וּכְעָמְדוֹ, et supra 8, 8: וּכְעָצְמוֹ, coll. not. ad vs. 23. ejusd.
cap. p. 149. Verba אֵת מַלְכוּת יָוָן cum הַכֹּל appositione cohae-
rent. Invita grammatica Vulgatus: *concitabit omnes adversum*
regnum Graeciae, et hunc sequuti Bertholdt et de Wette: *excitet*
omnia contra regnum Graeciae. Quem nos fecimus sensum Ma-
sorethas quoque fecisse docet accentus הַכֹּל voci appositus. Recte,
sed paullo liberius jam Syrus: *excitabit omnia regna Graecorum*,
Theodotion: *ἐπαναστήσεται πάσαις ταῖς βασιλείαις τῶν Ἑλλήνων*,
Alex. *ἐπαναστήσεται παντὶ βασιλεῖ Ἑλλήνων*. Ceterum quod
Xerxes Graeciam h. l. provocaturus dicitur, optime convenit cum
Alexandri M. epistola ad Darium Codom. apud Arrian. Expedit.
Alex. 2, 14, 7., ubi haec ille: *οἱ ὑμέτεροι πρόγονοι ἐλθόντες εἰς*
Μακεδονίαν καὶ εἰς τὴν ἄλλην Ἑλλάδα κακῶς ἐποίησαν ἡμᾶς,
οὐδὲν προηδικημένοι· ἐγὼ δὲ τῶν Ἑλλήνων ἡγεμὼν κατασταθεὶς
καὶ τιμωρήσασθαι βουλόμενος Πέρσας διέβην εἰς τὴν Ἀσίαν
ὑπαρξάντων ὑμῶν. — וְעָמַד מֶלֶךְ גִּבּוֹר וגו׳] Alexander Magnus. 3.
cf. 2, 40. 7, 7. 19. 23. 8, 5. sqq. 21. coll. ad verba וְעָשָׂה כִּרְצוֹנוֹ
Curt. 10, 5. 35: Fatendum est, cum plurimum virtuti debuerit,
plus debuisse fortunae, quam solus omnium mortalium in pote-
state habuit. Hujus siquidem beneficio agere videbatur gentibus,
quidquid placebat. De grammatica ratione verborum מָשַׁל מִמְשָׁל
רַב vid. E. Gr. min. §. 516. — וּכְעָמְדוֹ תִּשָּׁבֵר מַלְכוּתוֹ וְתֵחָץ 4.
לְאַרְבַּע רוּחוֹת הַשָּׁמָיִם] *Et cum constiterit*, *frangetur regnum*
ejus et dividetur in quatuor ventos coeli, distrahetur in quatuor
regna. cf. 2, 41. 7, 7. ex. 20. 24., inprimis autem 8, 8: וּכְעָצְמוֹ
נִשְׁבְּרָה הַקֶּרֶן הַגְּדֹלָה וַתַּעֲלֶנָה חָזוּת אַרְבַּע תַּחְתֶּיהָ לְאַרְבַּע רוּחוֹת
הַשָּׁמָיִם coll. ad hunc locum not., et ibid. vs. 22. וְלֹא לְאַחֲרִיתוֹ]
nec tamen ejus posteris. Erant quidem Alexandro duo filii,
Hercules e Barsine, Darii filia, et Alexander patre jam mortuo
natus e Roxana, sed utrumque occiderunt. וְלֹא כְמָשְׁלוֹ אֲשֶׁר מָשָׁל]
cf. 2, 41. 8, 22: אַרְבַּע מַלְכֻיוֹת מִגּוֹי יַעֲמֹדְנָה וְלֹא בְכֹחוֹ. „Ad
מָשָׁל, ait Rosenmüllerus, et hic et versu proximo Masorethae
notant, scribi per *Kamez* cum accentu *Sakeph katon*, quo tamen
alias syllaba brevis, qualis est secunda syllaba tertiae Praeteriti

masculinae verbi מָשַׁל, non fit longa. Indicatur igitur, מֹשֵׁל et hic et versu proximo non esse tertiam Praeteriti, sed adjectivum formae חָכָם." In qua re humani quid passus est vir doctissimus. cf. גֹּזֵל Ezech. 18, 12., nec non שֹׁאֵג Amos 3, 8., שֹׁגֵג Lev. 5, 18. (atque adeo שֹׁפֵט 1 Sam. 7, 17.); et in Fut. תַּצְלִיחַ infra vs. 27., תִּילְבָּשׁ Ezech. 17, 9. al. coll. G. Gr. ampl. p. 178. E. Gr. crit. p. 274. [כִּי תִנָּתֵשׁ מַלְכוּתוֹ וְלַאֲחֵרִים מִלְּבַד אֵלֶּה] nam s. sed (praegressa negatione) evertetur regnum ejus, utpote exstincta ejus familia, et aliis erit, obtinget praeter illos, Alexandri posteros (אַחֲרִיתוֹ). At, inquit Rosenmüllerus, „quum Alexandri posteri ei in regno successuri plane negentur, dici nequaquam potest, praeter illos et alios, illius regnum occupaturos esse. Quare אֵלֶּה referri oportet ad eos, qui quatuor partes, in quas Alexandri regnum dividetur, obtinebunt. Recte igitur Vulgatus: lacerabitur enim ejus regnum etiam in externos, exceptis his. Ad quae Hieronymus: „„Praeter regna quatuor, Macedoniae, Asiae, Syriae et Aegypti etiam in alios obscuriores et minores reges Macedonum regnum laceratum est. Significat autem Perdiccam et Crateron et Lysimachum. Nam Cappadocia et Armenia, Bithynia et Heraclia Bosphorusque et aliae provinciae de potestate Macedonum recedentes diversos sibi reges constituerunt."" Verum מִלְּבַד אֵלֶּה etiam sic capi potest, ut sit exclusis, remotis illis; quod si feceris, nihil obstabit, quo minus אֵלֶּה referas ad אַחֲרִיתוֹ, Alexandri posteros, ad quos multo facilius et commodius refertur quam ad eos, qui loco illorum regnum Alexandri obtinebunt, utpote quorum tantum eatenus mentio facta est, quatenus regnum Alexandri post ejus mortem in quatuor ventos coeli divisum i. e. in quatuor regna distractum iri dictum est. Leve mihi videtur, quod Lengerke, et ipse cum Hieronymo faciens, si ad Alexandri posteros referatur אֵלֶּה, languidam ejusdem rei repetitionem nasci dicit. Nihil enim languidi ibi est, ubi regnum alicujus non ejus posteris sed aliis obventurum esse
5. dicitur. — Inde ab hoc loco nonnisi de duobus regnis, ortis e regno Alexandri, loquitur, Aegypto et Syria. Qua de re bene Hieronymus: „Idcirco cetera regna dimittens tantum de Aegypti et Syriae narrat regibus, quia in medio Judaea posita nunc ab illis, nunc ab istis regibus tenebatur. Et scripturae s. propositum est, non externam absque Judaeis historiam texere, sed eam, quae Israeli populo copulata est." [וְיֶחֱזַק מֶלֶךְ הַנֶּגֶב] Et

potens erit rex austri: „Ptolemaeum indicat, filium Lagi, qui primus regnavit in Aegypto.“ Hieron. וּמִן שָׂרָיו וְיֶחֱזַק עָלָיו וּמָשָׁל *et unus ex ducibus ejus, is erit potentior illo et dominabitur.* Intelligendus est Seleucus Nicator, qui satrapes initio fuit Ptolemaei Lagi, dein sui juris factus firmato ab Euphrate ad Indum usque imperio regnoque condito Syriaco maximus post Alexandrum rex evasit, ob tantas victorias dictus Nicator. מִן partitivum, quod dicitur, hic *unum* ex numero indicat, ut Gen. 28, 11: וַיִּקַּח מֵאַבְנֵי הַמָּקוֹם *et sumsit unum de lapidibus illius loci*, cf. ibid. vs. 18., item ut Exod. 6, 25. al. Suffixum שָׂרָיו vocis referendum est ad eum, qui proxime est memoratus, regem austri, Ptolemaeum Lagi. וּמִן שָׂרָיו Nominativus absolutus est, et quod sequitur ו ἀποδοτικόν. Qua structura scriptor voluit illud, quod Seleucus Nicator primum Ptolemaei Lagi *satrapes fuerit*, cum vi exprimere i. e. significare, Seleucum, *quamvis* initio satrapen Ptolemaei, *tamen* postea illo potentiorem evasisse. Quod non reputasse videtur Lengerke interpretans: *et* (potens erit, cogitatione repetito יֶחֱזַק) *unus ex ducibus ejus*, qui si verum esset, pro eo quod sequitur ו videtur scribendum fuisse יֶחֱזַק. Prorsus rejicienda est explicatio Rosenmülleri, qui verba וּמִן שָׂרָיו ad praegressa trahit in hunc modum: et potens erit rex austri *et is quidem unus ex ducibus ejus* (Alexandri vs. 4.); sic enim quae subjiciuntur carent Subjecto. Quod ad מִמְשָׁל vid. supra ad vs. 4. — His lucem suam accendat Hieronymus. Is: 6.
„Primum Syriae regnavit Seleucus, cognomento Nicator (vs. 5.); secundus Antiochus, qui appellatus est Soter; tertius et ipse Antiochus, qui vocabatur Θεός. Iste adversus Ptolemaeum Philadelphum, qui secundus imperabat Aegyptiis, gessit bella quamplurima. . . . Volens itaque Ptolemaeus Philadelphus post multos annos molestum finire certamen, filiam suam, nomine Berenicen, Antiocho uxorem dedit, qui de priore uxore, nomine Laodice, habebat duos filios, Seleucum, qui cognominatus est Callinicus, et alterum, Antiochum. . . Antiochus autem (Theos) Berenicen consortem regni habere se dicens, et Laodicen in concubinae locum, post multum temporis (mortuo Ptolemaeo Philadelpho), amore superatus, Laodicen cum liberis suis reduxit in regiam. Quae metuens ambiguum viri animum, ne Berenicen reduceret, virum per ministros veneno interfecit. Berenicen autem cum filio, qui ex Antiocho natus erat, Icadioni et Genneo, Antiochiae

principibus, occidendam tradidit, filiumque suum, Seleucum Callinicum, in patris loco regem constituit." Hieron. וּלְקֵץ שָׁנִים] *Et praeteritis compluribus annis*, ut 2 Chron. 18, 2., cf. infra vs. 8. שָׁנִים *per aliquot annos*, vs. 13: לְקֵץ הָעִתִּים שָׁנִים *peracto aliquot annorum spatio*, coll. יָמִים 8, 27. יִתְחַבָּרוּ] *jungent sese* rex Aegypti et rex Syriae (vs. 5.). Intelligi Ptolemaeum Philadelphum et Antiochum Theon, affinitatis vinculo se juncturos, docent quae subjiciuntur. Praetermittitur qui Seleucum Nicatorem excepit Antiochus Soter tanquam qui momentum non haberet in rebus Judaeorum. וּבַת מֶלֶךְ־הַנֶּגֶב תָּבוֹא אֶל־מֶלֶךְ הַצָּפוֹן לַעֲשׂוֹת מֵישָׁרִים] *et filia regis austri*, Berenice, Ptolemaei Phil. Aegypti regis filia, *ingredietur ad regem septentrionis*, Antiochum Th. Syriae regem, *ad faciendum conciliatum*. בוֹא h. l. est *ingredi* in domum novi mariti, ut Jos. 15, 18. עָשָׂה מֵישָׁרִים qs. *facere recta* quae curva sunt et tortuosa, hinc *efficere conciliationem*. cf. vs. 17. וְלֹא תַעְצֹר כּוֹחַ הַזְּרוֹעַ] *nec vero illa retinebit vires praesidii s. adjutricis* (cf. Jes. 9, 19. 33, 2. ibique not.) i. e. non poterit Berenice efficere id, cujus causa Antiocho in matrimonium dabitur a patre, ut ipsa maneat pacis praesidium, adjutrix; vel הַזְּרוֹעַ relato ad Antiochum *socium* Ptolemaei: *nec vero illa retinebit*, in potestate tenebit, reget *vires socii*, non poterit efficere, ut apud socium patris, maritum suum, tantum, quantum initio matrimonii, semper valeat, quod eodem redit. Languet זְרוֹעַ, si cum Rosenmüllero et aliis generalis *virium*, *potentiae* significatio illi tribuitur. וְלֹא יַעֲמֹד וּזְרֹעוֹ] *nec stabit ipse* Ptolemaeus Phil. *aut* (cf. G. Gr. min. §. 149. 3.) *ejus praesidium*, filia, Berenice; non pervincent; vel (cf. supra): *nec stabit ipse*, Ptolemaeus, *aut socius ejus*, Antiochus; neuter eorum constabit. Theodotion: *καὶ οὐ στήσεται τὸ σπέρμα αὐτοῦ*, Vulgatus: *nec stabit semen ejus* (filius Berenices, Ptolemaei filiae) i. e. וְלֹא יַעֲמֹד זַרְעוֹ, quod praeter necessitatem post alios sequutus est de Wette. וְתִנָּתֵן הִיא וּמְבִיאֶיהָ וְהַיֹּלְדָהּ וּמַחֲזִקָהּ בָּעִתִּים] *et tradetur*, ad necem, puta, a Laodice ei inferendam, *ipsa et qui introduxerunt eam* in domum mariti: *et qui genuit eam*, pater, Ptolemaeus Phil., *et qui potitus est ea*, vel *et qui adhaeret ei* i. e. ejus maritus, Antiochus Theos, *istis temporibus*. נִתַּן hic eundem ut supra 8, 12. significatum habet. מְבִיאֶיהָ reddendum esse *qui introduxerunt eam* in domum mariti, eam connubio junxerunt, non:

qui adduxerant eam ex Aegypto confites, tum ex הַבָּאָה quod supra addrat intelligitur (cf. Jud. 12, 9.), tum ex iis cognoscitur quae subjiciuntur verbis *et qui genuit eam* cet., quibus, quinam sint illi מְבִיאֶיהָ dicitur. Ex iisdem illis verbis colligimus, temere a Rosenmüllero et aliis pro Plurali מְבִיאֶיהָ, quem veteres expresserunt omnes, legi Singularem, quanquam scriptum in pluribus libris. Quod sequitur geminum ו est *et* — *et*. וְהַיֹּלְדָהּ participium, quanquam suffixum additum habens, tamen ferre potest articulum, quoniam vim habet verbi: *qui genuit eam*. cf. E. Gr. crit. p. 582. sup. Rosenmüllerus et alii, quum נִתַּן h. l. sit *dare neci*, Ptolemaeus vero violentam mortem passus non sit, pro וְהַיֹּלְדָהּ legi volunt וְהַיַּלְדָּה *puer ejus*, quem cum matre Berenice Laodices jussu trucidatum esse supra vidimus. „Et exstitisse codices, qui וְהַיַּלְדָּה exhiberent, patet et inde, quod in codice quodam hispanico illud ipsum a prima manu scriptum reperit De Rossi, et hinc, quod Graecus Venetus τὸ τ' ἐκείνης τέκνον posuit. Theodotion καὶ ἡ νεᾶνις reddidit, quod ostendit, eum cum Pathach sub Jod sed omisso Mappik in He וְהַיַּלְדָה legisse. Scripturae וְהַיֹּלְדָהּ cum Pronomine suffixo obverti quidem possit, nominibus substantivis et adjectivis, quae pronomen suffixum additum habent, non praeponi articulum. Neque tamen desunt exempla praemissi articuli iis vocibus, quae Pronomen suffixum additum habent." Ros. Verum quod non vi, ut ceteri, sed *natura* mortuus est Ptolemaeus, id nequaquam movere interpretem potest, ut receptam scripturam relinquat. Saepe enim unum verbum ad plures refertur, etiamsi non in omnes aeque conveniat, idque tum maxime, cum brevitatis studiosus est scriptor, ut hic hoc loco. וּמַחֲזִקָהּ *qui prehendit eam*, *potitus est ea* (cf. vs. 21.), repudiata Laodice, vel *qui adhaeret ei* (propr. *adhaerens ejus*), i. e. maritus ejus, cf. יוֹשֵׁב, חֹשֵׁק et alia. Minus convenit quae a nonnullis coll. vs. 1. voci tribuitur *adjutoris* notio. בָּעִתִּים *istis temporibus*, quibus haec fient. — וְעָמַד מִנֵּצֶר 7.
שָׁרָשֶׁיהָ כַּנּוֹ] *Et surget aliquis de sobole radicum* (stirpis) *ejus*, filiae regis austri, Berenices (vs. 6.) *in locum illius*, Ptolemaei Philadelphi. מִן est partitivum ut vs. 5. De נֵצֶר cf. not. ad Jes. 11, 1. כַּנּוֹ accusativus loci, E. Gr. min. §. 511. Intelligendus est Ptolemaeus Euergetes, frater Berenices, qui occisa illa et mortuo Ptolemaeo Philadelpho patre hujus in locum successit. וְיָבֹא אֶל־הַחַיִל וגו'] *et veniet ad exercitum*, cum eo ad bellum

profecturus, *et ingredietur in munimenta regis aquilonis* (Syriae)
i. e. ea expugnabit, *et aget in iis ad arbitrium* i. e. locis munitis potitus aget cum hostibus quidquid placuerit, *et robur faciet*, multum valebit. מָעוֹז collective capiendum videtur ob בָּהֶם, quod tamen etiam ad Syros referri potest, cf. vs. 8. בּוֹא בְמָעוֹז *intrare, ingredi in munimenta* est *illa capere*. עָשָׂה significat quod nostrates dicunt *schalten, walten*, ad libidinem agere. Ad Syros si referendum est בָּהֶם, verba sic reddenda sunt: *et aget cum illis ad arbitrium*. Lengerke et alii בּוֹא בְּ esse volunt *proficisci in, contra*, et עָשׂוֹת בְּ *occupari* aliqua re, *intentum esse* alicui rei, quod posterius languet hoc nexu. Ad rem cf. Appian. de rebus Syr. 65: ταῦτα (eaedem intellige sororis et filii illius) τιννύμενος Λαοδίκην ἔκτεινε καὶ ἐς Συρίαν
8. ἐνέβαλε καὶ ἐς Βαβυλῶνα ἤλασε. — וְגַם אֱלֹהֵיהֶם עִם נְסִכֵיהֶם]
Suffixa ad Syros referenda esse facile est ad intelligendum. נָסִיךְ *simulacrum fusum* i. q. מַסֵּכָה. Quae significatio expressa a LXX, Theodot. et Vulg., quanquam praeter hunc locum non habetur, tamen certa est, cf. נָסַךְ. Quae Rosenmüllero placuit *principis* notio a nexu videtur alienior esse. Quod ad abducendos ab Aegyptiis Syrorum deos vid. not. ad Jes. 46, 1. כֶּסֶף וְזָהָב] „Haec, quia sine interveniente copula cum praecedentibus junguntur, C. B. Michaelis (quem secuti sunt de Wette, Lengerke et alii) existimat instar appositionis ad vasa illa sese habere, eorumque significare materiam, ut significent: ex argento aurove parata. Sed nil obstat, quo minus illa seorsim capiamus, ut rex Aegypti magnam argenti et auri vim e Syria asportare dicatur.“ Ros. Cf. infra Hieronymi locum. בַּשְּׁבִי יָבִא מִצְרָיִם] הֵבִיא בַשְּׁבִי locutio etiam de rebus usurpatur, ut Ps. 78, 61.; de quibus hoc loco eo facilius potuit dici, quod qui initio memorantur dii per ironiam pro personis habentur. Rem ipsam his exposuit Hieronymus: „Quum audisset (Ptolemaeus Euergetes) in Aegypto seditionem moveri, diripiens regnum Seleuci quadraginta millia talentorum argenti tulit, et vasa pretiosa simulacraque deorum, duo millia quingenta, in quibus erant et illa, quae Cambyses capta Aegypto in Persas portaverat. Denique gens Aegyptiorum idololatriae dedita, quia post multos annos deos eorum retulerat, *Euergetem* eum appellavit. Et Syriam quidem ipse obtinuit, Ciliciam autem amico suo Antiocho gubernandam tradidit, et Xantippo, alteri duci, provincias trans Euphratem.“ וְהוּא שָׁנִים

וְעָמַד מִמֶּלֶךְ הַצָּפוֹן] *tum ille per aliquot annos desistet a rege*
aquilonis i. e. a certamine cum illo. cf. Gen. 29, 35: וַתַּעֲמֹד
מִלֶּדֶת, coll. ad rem vs. 9. De שָׁנִים vid. ad vs. 6. — וּבָא וגו'] 9.
rex Syriae, Seleucus Callinicus, qui, quum post Ptolemaei ex
Syria discessum civitates, quae ab ipso defecerant, imperio suo
restituisset, veluti par viribus bellum Ptolemaeo intulit, sed nau-
fragium passus victusque proelio trepidus Antiochiam refugit.
Justin. 27, 2. — וּבָנָיו יִתְגָּרוּ וגו'] *Et filii ejus*, Seleuci Callinici 10.
duo filii: Seleucus Ceraunus et Antiochus Magnus, *bellum gerent*,
cum Ptolemaeo Philopatore, filio Euergetis, *et colligent multitu-
dinem exercituum magnorum.* Inchoatum est bellum a Seleuco
Ceraunno, continuatum post mortem illius ab Antiocho. Polyb.
5, 40. וּבָא בוֹא וְשָׁטַף וְעָבַר] *et invadet, et inundabit et trans-
ibit.* Quod subprimitur subjectum est Antiochus, qui ad Duram
usque (prope Caesaream) penetravit, ubi Ptolemaeo quatuor men-
sium inducias dedit. Polyb. 5, 49. 66. Ad בָּא בוֹא vid. G. Gr.
min. §. 128. 3. adn. 1. (ubi leg. Dan. 11, 10. 13.). שָׁטַף et עָבַר
de agmine irrumpente torrentis instar qui alveos excedit. cf.
infra vs. 22. 26. 40. וְיָשֹׁב] *et redibit*, bellum redintegrabit post
inducias. Polyb. ibid. 63. sqq. De redintegrato bello שׁוּב dicitur
et vs. 13. וְיָשֹׁב sine vi Jussivi pro וְיָשׁוּב. Sic etiam vs. 16.
וְיַעַשׂ, vs. 17. וְיָשֵׂם. Vid. ad Jer. 17, 8. Possit tamen, quoniam
quae hic leguntur sunt decreta dei de iis quae eventura sint,
etiam defendi Jussivus *(redeat, faciat, ponat).* וְיִתְגָּרוּ עַד מָעֻזֹּה]
et bellum gerent Antiochus et Ptolemaeus *usque ad arcem ejus*,
Ptolemaei, i. e. Raphiam prope Gazam, ubi victus est Antiochus.
cf. ad vs. 11. sq. Qui a Masorethis legi jubetur וְיִתְגָּרֶה singu-
laris ortus est e singulari proxime praegresso. — וְיִתְמַרְמַר מֶלֶךְ 11.
הַנֶּגֶב] Ptolemaeus Philopator. וְנִלְחַם עִמּוֹ עִם וגו'] vid. ad Deut.
34, 10. וְהֶעֱמִיד הָמוֹן רָב] Habuit Ptolemaeus ad Raphiam pe-
ditum LXX millia, equitum V millia, elephantes LXXIII. Polyb.
86. וְנִתַּן הֶהָמוֹן בְּיָדוֹ] i. e. et ipse summus belli dux erit. —
וְנִשָּׂא הֶהָמוֹן יָרוּם לְבָבוֹ וְהִפִּיל רִבֹּאוֹת] *Et efferet se illa multi-* 12.
tudo, exercitus Aegyptiacus, *crescet*, augebitur *animus ejus*,
Ptolemaei, *et prosternet myriades.* Quum acriter pugnatum esset,
et cornu quidem, cui Antiochus praefuerat, vicisset, alterum
tamen cum media acie succubuit, caesis ad decem millia et am-
plius, vivisque captis circiter quatuor millibus, nec non com-
pluribus elephantis. Polyb. l. l. Quod pro יָרוּם K'ri habet וְרָם

manum emendatricem sapit. וְלֹא יַעֲוֹז] *nec tamen validus erit.* Polyb. 87. Justin. 30, 1: „Spoliasset (Ptolemaeus Philopator) regno Antiochum, si fortunam virtute juvisset. Contentus tamen recuperatione urbium, quas amiserat, factaque pace, avide materiam quietis arripuit, revolutusque in luxuriam, occisa Eurydice uxore eademque sorore sua, Agathocleae meretricis capitur illecebris, et regii nominis ac majestatis oblitus, noctes in stupris,
13. dies in conviviis consumsit.“ — וְשָׁב] i. e. bellum redintegrabit, ut supra vs. 10. לְקֵץ הָעִתִּים שָׁנִים] *ad finem temporis aliquot annorum.* שָׁנִים, de quo vide ad vs. 6., cum הָעִתִּים appositione cohaeret. Renovavit autem bellum cum Aegypto Antiochus anno post cladem, quam apud Raphiam acceperat, tertio vel quarto decimo, quo tempore summam imperii Aegyptiaci tenebat Ptolemaeus Epiphanes, Philopatoris filius impubes. יָבוֹא בוֹא] vid. supra ad vs. 10. בְּחַיִל גָּדוֹל וגו'] Interea enim bellis cum Persis, Bactris, atque adeo Indis feliciter gestis regnum Antiochi in fastigium potentiae et gloriae evectum erat. Polyb. 11, 34: *διὰ γὰρ ταύτης τῆς στρατείας ἄξιος ἐφάνη τῆς βασιλείας οὐ μόνον τοῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν ἀλλὰ καὶ τοῖς κατὰ τὴν Εὐρώπην.* —
14. וּבָעִתִּים הָהֵם רַבִּים יַעַמְדוּ עַל מֶלֶךְ הַנֶּגֶב] „Ptolemaeo Philopatore mortuo adversus filium ejus, qui tunc quatuor annorum erat, et vocabatur Ptolemaeus Epiphanes, rupto foedere movit (Antiochus M.) exercitum. Tantae enim dissolutionis et superbiae Agathocles (Ptolemaei tutor) fuit, ut subditae prius Aegypti provinciae rebellarent, ipsaque Aegyptus seditionibus vexaretur, Philippus quoque, rex Macedonum, et Magnus Antiochus, pace facta, adversus Agathoclem et Ptolemaeum Epiphanem dimicarent, sub hac conditione, ut proximas civitates regno suo singuli de regno Ptolemaei jungerent. Et hoc est quod nunc dicit, multos consurgere adversus regem austri, Ptolemaeum scilicet Epiphanem.“ Hieron. וּבְנֵי פָּרִיצֵי עַמְּךָ יִנַּשְּׂאוּ וגו'] *et homines violenti,* factiosi, *populi tui efferent se,* Judaei quoque ab imperio Aegyptiaco deficient, Syriaco imperio se subjecturi, *ad confirmandam visionem* i. e. ut ratum faciant vaticinium de maximis olim ab Antiocho Epiphane populo Judaeorum inferendis malis (vs. 21. sqq. 7, 21. 25. 8, 9. sqq. 23. sqq. 9, 26. 27.), *et corruent,* in suum exitium ruent. Quod autem dicit, populares quoque vatis defecturos esse a rege Aegypti, id eo pertinet, quod Antiocho M. ex Aegypto redeunti sponte se adjunxere Judaei, receptoque in civitates ejus

exercitu, et militibus et elephantis abunde commeatum praebuere,
et praesidia ab Aegyptiis in arce Hierosolymitana relicta obsi-
denti alacriter opem tulere. Jos. Ant. 12, 3, 3. — „Antiochus 15.
volens Judaeam recuperare et Syriae urbes plurimas (quas, dum
ab eo bellum gereretur cum Attalo, Pergami rege, iterum occu-
paverat Scopas, dux Ptolemaei), Scopam juxta fontes Jordanis,
ubi nunc Paneas condita est, inito certamine fugavit, et cum
decem millibus armatorum obsedit (וְיִשְׁפֹּךְ סוֹלְלָה) clausum in
Sidone (עִיר מִבְצָרוֹת). Ob quem liberandum misit Ptolemaeus
duces inclytos, Eropum et Menoclem et Damoxenum (cum delecta
manu: עַם מִבְחָרָיו). Sed obsidionem solvere non potuit, donec
fame superatus Scopas manus dedit, et nudus cum sociis dimissus
est.“ Hieron. וּזְרֹעוֹת esse idem quod חֲיָלִים *agmina*, ostendit
quod sequitur יַעֲמֹדוּ; cf. vs. 22. 31. וְעַם מִבְחָרָיו Nominativus
absol. — [וְיַעַשׂ הַבָּא אֵלָיו כִּרְצוֹנוֹ] De וְיַעַשׂ vid. ad vs. 10. 16.
הַבָּא, is est מֶלֶךְ הַצָּפוֹן, Antiochus, vs. 15.; אֵלָיו i. e. אֶל־הַנֶּגֶב
ibid. = אֶל־מֶלֶךְ הַנֶּגֶב, adversus Ptolemaeum Epiphanem. וְיַעֲמֹד
בְּאֶרֶץ הַצְּבִי] vid. not. ad 8, 9. p. 143. וְכָלָה בְיָדוֹ] *et per-
fectio erit in manu ejus* i. e. rem perficiet, Judaeam quoque
universam sub imperium suum ditionemque subjunget. Quo minus
cum aliis reddas: *et internecio erit* cet., Rosenmüllerus et Len-
gerke vere monuerunt obstare, quae in Jos. Ant. 12, 3, 3. narrata
leguntur, de quibus vid. supra ad vs. 14. — Priora hujus versus 17.
verba Rosenmüllerus et alii sic sunt interpretati: *Et id aget,
ut veniat cum robore totius regni sui* i. e. Antiochus collectis
copiis suis omnibus Aegypti regem aggredi instituet, *et recti
s. probi* i. e. Judaei, Antiochi partes sequuturi (vid. ad vs. 14.),
cum eo, et perficiet, quae perficienda sibi proposuerat. Verum
in iis quae subjiciuntur tantum abest ut sermo sit de suscipienda
expeditione bellica, ut de jungenda affinitate dicatur. Ad hoc
יְשָׁרִים de Judaeis neque dicitur unquam generatim, neque apte
diceretur hoc loco, quandoquidem vs. 14. illi dicti sunt בְּנֵי
פָּרִיצֵי עַמְּךָ. Lengerke cum aliis pro וִישָׁרִים עִמּוֹ וְעָשָׂה legens
וּמֵישָׁרִים עִמּוֹ עָשָׂה hunc sensum fecit: *et id aget, ut veniat
contra robur totius regni ejus*, Ptolemaei i. e. non quidem co-
piis, sed tamen animo hostili Aegypti regem aggredi instituet,
et conciliatum cum eo faciet, hac ratione contra illum incita-
turus Romanos. Sed non opus est ista mutatione. Praebent
verba ut sunt sensum facilem eundemque maxime idoneum hunc:

Et id aget (Antiochus), ut ineat summum imperium totius regni illius (Ptolemaei) et conciliatum cum eo; et rem perficiet.

Est enim תֹּקֶף (a rad. ܬܩܦ *praevaluit*, ثقف *vicit*, *potitus est*, תָּקַף *oppressit*) proprie *praevalentia*, *Uebermacht*, hinc in republica *summum imperium*, בּוֹא בְּתֹקֶף *inire summum imperium*; יְשָׁרִים (cf. E. Gr. min. §. 360.) i. q. מֵישָׁרִים vs. 6., de quo significatu, cum יְשָׁרִים hic in eadem re positum sit, in qua supra est מֵישָׁרִים, non dubitare debebant interpretes, ante יְשָׁרִים vero, quod omnes fugit, cogitando repetendum est לָבוֹא בְּ: *et ut ineat conciliatum* (cf. בּוֹא בִבְרִית) *cum eo*. Indicatur autem postremis hisce verbis via et ratio, qua, ut superior evadat per universum regnum Ptolemaei, assequi conaturus sit Antiochus, id quod jam claris et disertis verbis dicitur his: וּבַת הַנָּשִׁים יִתֶּן־לוֹ לְהַשְׁחִיתָהּ] *et filiam mulierum* i. e. puellam *dabit* (Antiochus) *ei* (Ptolemaeo) *ad perdendum illud*, regnum Ptolemaei, מַלְכוּתוֹ. Intelligitur Cleopatra, quam Ptolemaeo Antiochus dicitur elocaturus eo consilio, ut illius auctoritate res Aegyptiacas ad suam voluntatem misceat suumque ad commodum regat gubernetque. Rosenmüllerus et alii suffixum ad Cleopatram referunt in hunc sensum: ut eam malis artibus instruat. Postulat tamen nexus, ut, quae sit jungendae affinitatis causa *princeps*, dicatur illo לְהַשְׁחִיתָהּ. וְלֹא תַעֲמֹד וְלֹא לוֹ תִהְיֶה] *Neque tamen illud stabit, nec ei succedet*, non eveniet, quod sibi propositum habuerit Antiochus de regundo ad arbitrium regno Ptolemaei. Hieronymus: „Volens Antiochus non solum Syriam et Ciliciam et Lyciam et alias provincias, quae Ptolemaei fuerant partium, possidere, sed in Aegyptum quoque regnum suum extendere, filiam suam Cleopatram ... despondit Ptolemaeo et tradidit, promissa ei dotis nomine Coele-Syria et Judaea... Neque vero obtinere potuit Aegyptum, quia Ptolemaeus Epiphanes et duces ejus, sentientes dolum, cautius egerent, et Cleopatra magis viri partes quam
18. parentis fovit." — וְיָשֵׁב פָּנָיו לְאִיִּים וְלָכַד רַבִּים] insulas puta et oras maritimas Asiae minoris. Quibus devictis Hellespontum trajecit, victricia arma in Europam prolaturus. Quod K'ri habet וְיָשֵׂם e vs. 17. ortum est. וְהִשְׁבִּית קָצִין חֶרְפָּתוֹ לוֹ] *sed cessare faciet imperator quidam*, Lucius Scipio in pugna apud Magnesiam *opprobrium ejus illi*, opprobrium, quod ille Romanos affecit bello sociis eorum illato. בִּלְתִּי חֶרְפָּתוֹ יָשִׁיב לוֹ] *praeterquam*

quod (pro ב׳ אֲשֶׁר) *opprobrium ejus convertet in ipsum.* Tantum enim apud Magnesiam cladem accepit Antiochus, ut ἦν βασιλεὺς Ἀντίοχος ὁ Μέγας dicerent homines, Appian. de reb. Syr.
c. 37. — וְיָשֵׁב פָּנָיו לְמָעוּזֵּי אַרְצוֹ] Victus a Romanis et intra 19.
Taurum regnare jussus in urbibus terrae a Romanis ipsi relictae praesidia posuit, vectigalia armata manu exegit, quinimo templa spoliavit. וְנִכְשַׁל וְנָפַל וְלֹא יִמָּצֵא] „Antiochus, quum gravi tributo pacis, a Romanis victus, oneratus esset, sive inopia pecuniae compulsus, sive avaritia sollicitatus, qua sperabat, se sub specie tributariae necessitatis excusatius sacrilegia commissurum, adhibito exercitu noctu templum Elymaei Jovis aggreditur. Qua re prodita, concursu incolarum, cum omni militia interficitur.“
Justin. 32, 2. — וְעָמַד עַל כַּנּוֹ מַעֲבִיר נוֹגֵשׂ הֶדֶר מַלְכוּת] *Et* 20.
surget in ejus loco aliquis qui transire faciet exactorem decus regni i. e. Judaeam, i. q. אֶרֶץ הַצְּבִי vs. 16. 41. cf. not. ad 8, 9. Intelligitur Seleucus Philopator, Antiochi M. filius, qui, ut satisfaceret promissis, quae pater Romanis fecerat, subditis gravia vectigalia imponere coactus Heliodorum, praefectum aerario, exactorem misit per Judaeam. cf. 2 Macc. 3, 4. sqq. וּבְיָמִים אֲחָדִים יִשָּׁבֵר וגו׳] *et brevi tempore* i. e. post paucorum (duodecim) annorum imperium *frangetur*, peribit, *neque ira nec bello* i. e. non in fervore pugnae, sine gloria bellica, sed morte infausta, insidiis oppressus Heliodori, vid. Livii locum allatum ad 9, 26. Lengerke illud *breve tempus* restringit ad id temporis spatium, quod a pecuniarum exactione usque ad mortem Seleuci elapsum est, in hunc sensum: *brevi* post istam exactionem cet. Quum vero verbis praegressis mera contineatur nota, qua qui sit ille, qui Antiocho successurus est, agnoscitur, nulla addita nota temporis, per quod ille pecunias exacturus sit, verba בְּיָמִים אֲחָדִים latius pateant necesse est. Idem לֹא בְאַפַּיִם seorsim acceptum vult significare *non facto quodam incogitato*, quod quaesitum
mihi videtur. — וְעָמַד עַל כַּנּוֹ נִבְזֶה] Antiochus Epiphanes, Se- 21.
leuci Philopatoris minor natu frater, contemtim habitus tum ob id, quod regnum Seleuci filio, Demetrio, debitum dolose occupavit (vid. ad finem hujus vs.) et ob alia fraudulenter facta (vs. 23. sqq. 1 Macc. 1, 30. sqq. 2 Macc. 5, 24. sqq., cf. not. ad 8, 23. ex. p. 149.), tum quod insana et rege plane indigna commisit (vid. ad 7, 24. p. 137a), tum denique quod sacra Jovae fieri vetuit (7, 21. 25. 8, 10. sqq. 24. sq. 9, 26. sq. et hujus cap. vs. 30. sqq.).

[וְלֹא נָתְנוּ עָלָיו הוֹד. מַלְכוּת] *nec tribuent illi dignitatem regni*, non tribuetur ei dignitas regia, nemo procerum cogitabit de imperio ad eum deferendo, sed, ut in fine vs. dicitur, is illud malis artibus ad se rapiet. [וּבָא בְשַׁלְוָה וגו׳] *et veniet inopinato* (de בְּשַׁלְוָה vid. ad 8, 25.) *et regno potietur blanditiis*. Roma revocatus Antiochus Epiphanes (vid. ad 9, 26.) vix Athenas pervenerat, quum Seleucum insidiis oppressum interiisse, regnumque Seleuci filio Demetrio et post illum sibimet ipsi debitum, ab Heliodoro parricida et Ptolemaeo Philometore affectari comperit. Quos utrosque ut depelleret et regnum excluso Demetrio adipisceretur ipse, contigit ei ope Eumenis et Attali regum, quorum gratiam blanditiis et promissis sibi conciliavit. Appian. l. l. 45, 60. seqq. et Porphyr. apud Hieron. ad h. l. Quibus blanditiis idem proceres et populum delinire noverit eum ex iis intelligitur, quae notata sunt ad 7, 24., tum ex Livii (41, 20.) cognoscitur hoc loco: Sumta loco vestis regiae toga, quemadmodum Romae a candidatis fieri viderat, forum circumibat, singulos e plebe prensans amplexansque, et modo aedilitatem modo tribunatum plebis petens, ac denique populi suffragiis magistratum adeptus, Romano more, sella eburnea posita, jus dicebat, disceptabatque
22. controversias minimarum rerum. — *Et agminis inundantia inundabuntur*, copiae obruentes obruentur (cf. vs. 10. et 15. ibique not.) *ab eo*, Antiocho Epiphane, *et frangentur*, *et etiam princeps foederis*, foedere junctus Antiocho, frangetur. Princeps foederis, qui cum copiis suis fractum iri dicitur ab Antiocho Epiphane, est Ptolemaeus Philometor, filius Cleopatrae, sororis Antiochi Epiphanis. Repetierant qui tum Aegyptum regebant tutores Ptolemaei, admodum pueri, Coelen Syriam, ab Antiocho Magno filiae Cleopatrae dotis nomine promissam (vid. ad vs. 17.). Quod promissum quum Antiochus Epiphanes unquam factum esse negasset, inter ipsum et Ptolemaeum Philometorem ad bellum ventum est, quo victi sunt duces Ptolemaei inter Pelusium et montem Casium expugnatumque ab Epiphane Pelusium est a. 171 et 170 ante Chr.
23. 24. Redit ad hoc bellum scriptor infra vs. 25. — וּמִן הִתְחַבְּרוּת [אֵלָיו וגו׳] *Et inde a quo sese junxerit ei, dolose aget* ect, „Antiochus parcens puero et amicitias simulans descendit Memphim, et ibi ex more Aegypti regnum accipiens, puerique rebus se providere dicens, cum modico populo omnem Aegyptum subjugavit sibi.“ Hieron. Quo accuratior Livius 45, 11: „Antiochus

frustra tentatis moenibus Alexandriae (quo cum Cleopatra confugerat Ptolemaeus VII. Euergetes, rex creatus ab Aegyptiis loco fratris Ptolemaei Philometoris, qui Antiochi in manu erat) abscesserat; ceteraque Aegypto potitus, relicto Memphi majore Ptolemaeo (Philometore), cui regnum quaeri suis viribus simulabat, ut victorem mox aggrederetur, in Syriam exercitum abduxit (vs. 28.), servato sibi Pelusio, anno ante Chr. 169. De הִתְחַבְּרוּת vid. E. Gr. min. §. 344. בְּשַׁלְוָה וּבְמִשְׁמַנֵּי מְדִינָה יָבוֹא] Non est, quod בְּשַׁלְוָה cum Rosenmüllero hic alio sensu accipias atque supra vs. 21., aut cum Lengerkio trahas ad versum proxime praegressum. *Inopinato*, inquit, *et quidem in pinguissimas* (optimas) *partes regionis invadet.* לָהֶם] ad Antiochi milites (vs. 23.) referendum esse sole clarius est. וְעַל מִבְצָרִים יְחַשֵּׁב מַחְשְׁבֹתָיו] Intelligitur prae ceteris Alexandria, quam expugnare non potuit. וְעַד עֵת] *idque ad certum tempus*, ipsi praefinitum.
— Quae vs. 22. sqq., ubi vid. not., paucis dixerat jam pluribus 25.
exponit. וְיָעֵר כֹּחוֹ וגו׳] 1 Macc. 1, 17: *καὶ εἰςῆλθεν εἰς Αἴγυπτον ἐν ὄχλῳ βαρεῖ, ἐν ἅρμασι καὶ ἐν ἐλέφασι καὶ ἐν ἱππεῦσι κ. τ. λ.* כִּי יַחְשְׁבוּ עָלָיו מַחֲשָׁבוֹת] Cf. ad haec vs. proximus. — וְאֹכְלֵי 26.
פַת־בָּגוֹ יִשְׁבְּרוּהוּ] *Et comedentes cibum ejus frangent*, perdent eum i. e. prodent eum ipsi familiares; cf. Ps. 41, 10: גַּם אוֹכֵל לַחְמִי הִגְדִּיל עָלַי עָקֵב et Jo. 13, 18: *ὁ τρώγων μετ᾿ ἐμοῦ τὸν ἄρτον ἐπῆρεν ἐπ᾿ ἐμὲ τὴν πτέρναν αὐτοῦ.* Intelligendi sunt tutores et ministri regis. וְחֵילוֹ יִשְׁטוֹף] *et exercitus ejus*, Ptolemaei Philometoris, de hoc enim hic agitur, *sese effundet.* cf. vs. 22: זְרֹעוֹת הַשֶּׁטֶף de eodem illo exercitu. וְנָפְלוּ חֲלָלִים רַבִּים] cf. 1 Macc. 1, 18: *καὶ ἔπεσον τραυματίαι πολλοί.* Diod. Sic. 26, 77. Antiochum, ait, fusis fugatisque Aegyptiis, quum ad internecionem delere omnes posset, equo circumvectum vivos comprehendi jussisse, ejusque consilii brevi maximum fructum retulisse, ob hanc maxime humanitatem et Pelusio et paulo post
universa Aepypto potitum. — וּשְׁנֵיהֶם הַמְּלָכִים לְבָבָם לְמֵרָע] *Atque* 27.
ambo illi reges (Nomin. absol.) *animus eorum ad maleficium erit* tendens, hic illi, ille huic meditabitur perniciem. De מֵרָע voce, vid. E. Gr. min. §. 339. p. 206. ed. 2. וְעַל שֻׁלְחָן אֶחָד כָּזָב יְדַבֵּרוּ] familiaritatis specie se invicem decipere studebunt. cf. ad rem Livii verba allata ad vs. 23. וְלֹא תִצְלָח] *id tamen non succedet*, neuter eorum nunc quidem pervincet. Minus bene ad solum Antiochum haec verba retulit Lengerke. כִּי עוֹד קֵץ לַמּוֹעֵד] *quo-*

niam adhuc finis illius certaminis *ad statum tempus est reser-*
28. *vatus*, vs. 29. 30. — וְיָשֹׁב אַרְצוֹ בִּרְכוּשׁ גָּדוֹל] Cf. ad rem 1 Macc.
1, 19. sq.: *καὶ ἔλαβε τὰ σκῦλα γῆς Αἰγύπτου, καὶ ἐπέστρεψεν*
Ἀντίοχος μετὰ τὸ πατάξαι Αἴγυπτον. וּלְבָבוֹ עַל־בְּרִית קֹדֶשׁ וגו']
et animus ejus erit adversus foedus sanctum, consilia capiet in
damnum populi Jovae foederati, *et perficiet*, quae apud se con-
stituit, de quibus vid. 1 Macc. 1, 20. et seqq.: *καὶ ἀνέβη ἐπὶ*
Ἰσραὴλ, καὶ ἀνέβη εἰς Ἱερουσαλὴμ ἐν ὄχλῳ βαρεῖ, καὶ εἰςῆλθεν
εἰς τὸ ἁγίασμα ἐν ὑπερηφανείᾳ κ. τ. λ., *et redibit in terram*
29. *suam*, Antiochiam puta. — לַמּוֹעֵד יָשׁוּב וּבָא בַנֶּגֶב] *Stato tem-*
pore (vs. 27. ubi cf. not.) *redibit et veniet in austrum*, denuo
(tertio) in Aegyptum expeditionem suscipiet. Quum finita expe-
ditione secunda (169 ante Chr.) Antiochus Pelusium retinuisset
(cf. ad vs. 23. 24.), Ptolemaeus quo ille tendat aliquando tandem
intelligens legatos in Graeciam misit auxilia petituros. De qua
re certior factus terra marique exercitus admovit Antiochus.
Expeditionem his exposuit Livius 45, 11. sq.: Antiochus, primo
vere (168 ante Chr.) cum exercitu Aegyptum petens, in Coelen
Syriam processit. Circa Rhinocolura Ptolemaei legatis agentibus
gratias, quod per eum regnum patrium recepisset, petentibusque,
ut suum munus tueretur, et diceret potius, quid fieri vellet,
quam, hostis ex socio factus, vi atque armis ageret, respondit:
non aliter neque classem revocaturum, neque exercitum reductu-
rum, nisi sibi et tota Cypro et Pelusio agroque qui circa Pelu-
siacum ostium Nili esset, cederet; diemque praestituit, intra quem
de conditionibus peractis responsum acciperet. Postquam dies
data indutiis praeteriit . . . ad Alexandriam modicis itineribus
descendit. Ad Eleusinem transgresso flumen, qui locus quatuor
millia ab Alexandria abest, legati Romani occurrerunt. Quos
quum advenientes salutasset, dextramque Popilio porrigeret, ta-
bellas ei Popilius Senatusconsultum habentes tradit, atque omnium
primum id legere jubet. Quibus perlectis, quum se consideratu-
rum, adhibitis amicis, quid faciendum sibi esset, dixisset; Po-
pilius, pro cetera asperitate animi, virga, quam in manu gerebat,
circumscripsit regem, ac, priusquam hoc circulo excedas, inquit,
redde responsum, Senatui quod referam. Obstupefactus tam vio-
lento imperio, parumper quum haesitasset, faciam, inquit, quod
censet Senatus. Tum demum Popilius dextram regi, tanquam
socio atque amico, porrexit. Die deinde finita quum excessisset

Aegypto Antiochus, legati, concordia etiam auctoritate sua inter fratres firmata, inter quos vixdum convenerat pax, Cyprum navigant; et inde, quae jam vicerat proelio Aegyptias naves, classem Antiochi dimittunt." Vides jam, quid sibi velit quod additum legitur וְלֹא תִהְיֶה כָּרִאשֹׁנָה וְכָאַחֲרוֹנָה *sed non accidet ut priore tempore sic posteriore tempore.* 'ר et 'א accusativi, vid. not. ad Jes. 9, 3. p. 281. — וּבָאוּ בוֹ צִיִּים כִּתִּים] *Venientque in eum* 30.
naves Chittaeae. vid. not. ad Jer. 2, 10. Venerant legati romani navibus vecti *Macedonicis.* וְנִכְאָה] Quam demisse se gesserit Antiochus coram legatis, vidimus supra. וְשָׁב וְזָעַם עַל־בְּרִית קֹדֶשׁ וְעָשָׂה] *et iterum iram suam effundet* (alii: *et redibit* in Syriam *et* cet. coll. vs. 28., ubi tamen bis additum אַרְצוֹ) *in foedus sanctum* (vid. ad vs. 28.), *et perficiet.* Intelliguntur quae 1 Macc. 1, 30. sqq. narrantur facta violenta. וְשָׁב וְיָבֵן וגו'] *et iterum animum advertet ad*, iterum se intendet in *desertores sacri foederis*, eos fovebit. cf. vs. 32. 33. 9, 27. 1 Macc. 1, 11.
sqq. — *Exsistentque ex eo manus*, cogentur ab eo copiae mili- 31.
tares (cf. vs. 15. 22. ibique not.), *et profanabunt sanctuarium, arcem* i. e. templum, cui, quod effugit interpretes, מָעוֹז nomen eodem sensu inditum est, quo alibi delubra dicuntur בָּמוֹת, *et removebunt sacrificium perpetuum* (vid. ad 8, 11.), *et ponent abominandum* i. e. sacrificium abominabile *vastans*, polluens templum (vid. ad 8, 12. 13.), vel, quod ob 9, 27. praeferendum videtur: *abominandum*, sacrificium abominabile *vastatoris*, Antiochi Epiphanis (vid. not. ad l. l. p. 167. sq.). Ad rem vid.
1 Macc. 1, 29. seqq. — *Et impie agentes in foedus* (cf. עָשׂוֹת 32.
cum acc. pers., coll. עֹזְבֵי בְרִית קֹדֶשׁ vs. 30.), foedus deserere paratos, vel: *et impie agentes foederis* i. e. impios populi foederati (cf. quod proxime sequitur עַם יֹדְעֵי אֱלֹהָיו et מַשְׂכִּילֵי עָם vs. 33.) *ad defectionem inducet* (cf. syr. Aph. ܐܬܚܢܦ profanus evasit, defecit a deo vero) *blanditiis; at homines, qui deum suum norint, valebunt et perficient.* cf. 1 Macc. 1, 62. 63. —
Et intelligentes i. e. pii (cf. vs. 35. 12, 3. 10. coll. not. ad Jes. 33.
11, 2.) *populi*, de populo, *intelligentiam subministrabunt multis*, multorum fidem firmabunt, ut Mattathias 1 Macc. cap. 2., *et cadent gladio* cet. *per aliquod tempus* (vid. de יָמִים ad 8, 27.
11, 6.), ut Eleazar 2 Macc. 6, 18. sqq. — *Labantes juvabuntur* 34.
auxilio exiguo, quibus respicitur, quod initio pauci et vario

eventu cum Maccabaeis furori Epiphanis aperte se objecerunt,
et adjungent sese iis multi blanditiis, dolose, animo minime
sincero, quibus intelliguntur ii, qui, quum cultus Jevani vindices
magnam in deficientibus severitatem adhiberent (1 Macc. 2, 44.
3, 5. 8.), illorum partes secuti sunt metu adacti, ad deficiendum
35. aeque parati, si rebus suis conveniret. — וּמִן הַמַּשְׂכִּילִים יִכָּשְׁלוּ
לִצְרוֹף בָּהֶם וגו׳] *Et ex intelligentibus*, piis, *cadent* nonnulli,
ad explorandum inter illos cet. i. e. ut illi, qui animo haud
sincero se adjunxerint patrii cultus defensoribus (vs. 34.), horum
animo heroico inflammati et ipsi se exhibeant veros bonae causae
vindices. עַד עֵת קֵץ] *usque ad tempus finis*, mortem puta An-
tiochi Epiphanis. כִּי עוֹד לַמּוֹעֵד] *nam adhuc ad statum tempus*
erit illud, durabit ista calamitas (9, 26.); secundum alios: —
36. differetur finis. — וְעַל אֵל אֵלִים יְדַבֵּר נִפְלָאוֹת] cf. 7, 8. ibique
not. 8, 25. וְהִצְלִיחַ עַד כָּלָה זַעַם וגו׳] *et secundo successu*
utetur, donec consummata fuerit ira dei delicta Judaeorum ca-
stigaturi (8, 19. cf. ibid. ad vs. 17.), *nam poena decreta* (de
37. נֶחֱרָצָה vid. ad 9, 26. p. 165.) *peragitur*, 9, 26. 27. — וְעַל
אֱלֹהֵי אֲבֹתָיו לֹא יָבִין] 1 Macc. 1, 41. sq.: καὶ ἔγραψεν ὁ βασιλεὺς
Ἀντίοχος πάσῃ τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ εἶναι πάντας λαὸν ἕνα καὶ
ἐγκαταλιπεῖν ἕκαστον τὰ νόμιμα αὐτοῦ. וְעַל חֶמְדַּת נָשִׁים וגו׳]
Esse *delicias mulierum* numen aliquod a mulieribus Syris studiose
cultum (cf. Jes. 44, 9.), docet nexus. Intelligenda haud dubie
Nanaia 2 Macc. 1, 13. sqq. (Venus), cujus in honorem virgines
pudicitiam prostituebant, cujusque templum spoliare conatus est
38. Antiochus Epiphanes, 1 Macc. 6, 1. sqq. et l. l. — וְלֶאֱלֹהַּ מָעֻזִּים
עַל כַּנּוֹ יְכַבֵּד וגו׳] *Et*, sed *deo munimentorum in basi ejus*, in
basi, in qua statua ejus posita erit, *honores habebit*. Apparet,
agi de deo aliquo *bellico*. Qui cum Syris antea *ignotus* fuisse
dicatur (אֲשֶׁר לֹא יְדָעֻהוּ אֲבֹתָיו cf. vs. 37.), idemque vs. prox.
peregrinus nominetur, probabiliter intelligendus est *Jupiter Ca-*
pitolinus, cui templum Antiochiae condere coepit Antiochus (Liv.
39. 41, 20.). — וְעָשָׂה לְמִבְצְרֵי מָעֻזִּים עִם אֱלוֹהַּ נֵכָר] Lengerke et
alii: *Et sic faciet munimentis firmis* i. e. templis *una cum diis*
peregrinis i. e. sic templa deosque ille ornabit. Sed מִבְצְרֵי מָעֻזִּים
templa significare ut credam a me impetrare non possum. Alia
ratio est commatis 31., ut quo מָעוֹז appositione cohaeret cum
הַמִּקְדָּשׁ. Ad hoc, quod versu praegresso de uno eoque certo deo
dictum est אֱלוֹהַּ, hoc loco temere collective capitur. Verba cum

sequentibus jungenda sunt in hunc sensum: *Et sic faciet munimentis firmis* i. e. locis s. urbibus munitis *cum peregrino deo* i. e. sic ille versabitur in obtrudendo urbibus munitis Jove Capitolino: *qui agnoverit* illum, *ei magnum honorem tribuet* cet. [גְמְחִיר] *pro praemio* obedientiae, non, ut Lengerke et alii volunt: *pretio soluto*, ut quod a re alienum esset. — Quae vs. 40.
40—43. narrantur, Porphyrius apud Hieronymum „ad Antiochum refert, quod undecimo anno regni sui rursus contra sororis filium, Ptolemaeum Philometorem dimicaverit.“ Verum nec proditum quicquam est a reliquis scriptoribus de nova Antiochi in Aegyptum expeditione, nec probabile est, domitum a Romanis Antiochum (vid. ad vs. 29.) denuo aliquid ausum esse. Videntur potius, quae quatuor his versibus continentur, eadem esse, quae supra legimus de Antiochi expeditionibus, sed brevius dicta; certe, quae vs. 40. habentur, per omnia conveniunt ad expeditionem in Aegyptum primam (a. ante Chr. 171. 170., vs. 22. 25.); quae vs. 41., ad priorem in Judaeam irruptionem (vs. 28.); quae vs. 42. 43., ad secundam et tertiam in Aegyptum invasionem (169. et 168. vs. 23. sq. 29. sq.). Ceterum quum quae hic leguntur, quanquam breviter dicta, tamen nonnulla contineant, quae supra praetermissa sunt, illiusque quam vs. 25. sqq. vidimus repetitionis eadem fere ratio sit, facile inducatur aliquis, ut res a scriptore iterum ac saepius pertractatas esse, extremam vero manum operi defuisse credat. וּבְעֵת קֵץ] *tempus ultimum*, si supra recte judicavimus, hic latius patet, plane ut 8, 17. al. vid. ibi not. בָּאֲרָצוֹת] terras puta, quas Antiochi Epiphanis exercitus pedester peragravit Aegyptum petens. וְשָׁטַף וְעָבָר] cf. ad vs. 10. — וּבָא] redux ex Aegypto. בְּאֶרֶץ הַצְּבִי] in Ju- 41.
daeam, cf. vs. 16. coll. not. ad 8, 9. וְרַבּוֹת יִכָּשֵׁלוּ] *et multa* i. e. multi *succumbent*. Similiter sing. masc. neutraliter de hominum multitudine in eadem re dicitur Exod. 19, 21: נָפַל מִמֶּנּוּ רָב *cadit ex eo* (populo) *multum* i. e. cadent multi. Itaque nulla opus est mutatione. וְאֵלֶּה יִמָּלְטוּ מִיָּדוֹ וגו׳] *Illi autem eripientur e manu ejus*, evadent ejus manum, ab eo non tangentur: *Idumaei, Moabitae et robur Ammonitarum*. Eorum enim in opprimendis Judaeis Antiochus usus est auxilio, 1 Macc. 4, 61. 5, 3. sqq. רֵאשִׁית quod in suo genere *praestantissimum* est hic significat, ut Num. 24, 20. Sed cave reddas cum Rosenmüllero et aliis: *et praestantior Ammonitarum pars*, quum sensus hic

sit: *et praestantissimus* (fortissimus 1 Macc. 5, 6.) *Ammonitarum*
43. *populus.* — וְלֻבִים וְכֻשִׁים בְּמִצְעָדָיו] *et Libyes et Cuschaei* (Eze-
chielis tempore socii Aegyptiorum Ezech. 30, 5.) *erunt in vesti-
giis ejus*, post subactam ab Antiocho Aegyptum sub victore
44. militabunt. cf. בְּרַגְלָיו Jud. 4, 10. al. — וּשְׁמֻעוֹת יְבַהֲלֻהוּ מִמִּזְרָח
וּמִצָּפוֹן] nuntia intellige de Parthorum et Armeniorum defectione.
Tacitus Hist. 5, 8: Antiochus Judaeis „demere superstitionem
adnixus, quominus teterrimam (!) gentem in melius mutaret,
Parthorum bello prohibitus est, nam ea tempestate Arsaces de-
fecerat.“ Appian. c. 45: *ἐστράτευσε δὲ καὶ ἐπὶ Ἀρτάξίαν τὸν*
45. *Ἀρμενίων βασιλέα.* cf. 1 Macc. 3, 37. — וְיִטַּע אָהֳלֵי אַפַּדְנוֹ בֵּין
יַמִּים לְהַר צְבִי קֹדֶשׁ] *Et figet tentoria sua palatii* i. e. ampla
et augusta (אַפֶּדֶן i. q. arab. فَدَنٌ, Pl. أَفْدَانٌ palatium in altum
exstructum) *inter mare* (vid. de Plurali E. Gr. min. §. 361.) *et
montem sanctum decorum*, Moriam (cf. vs. 16. 41. 8, 9.) i. e. ex
Aegypto rediens castra ponet mare inter medium et urbem
Hierosolymitanam. Porphyrius apud Hieronymum: „Pugnans
Antiochus contra Aegyptios, et Libyas Aethiopiasque pertransiens,
audiet, sibi ab aquilone et ab oriente proelia concitari, unde et
regrediens capiet Aradios resistentes, et omnem in littore Phoe-
nicis vastabit provinciam.“ וּבָא עַד קִצּוֹ וגו'] „Quibus verbis
interitum tyranni describi patet. Libri primi Maccabaeorum scriptor
refert 6, 1. sqq., Antiochum, quum audivisset, esse in Elymaide,
Persiae urbe (vid. infra) fanum perquam opulentum (vid. infra),
eo profectum esse, fani illius diripiendi causa, sed ab incolis vi
repulsum et in fugam versum cum dolore in Babyloniam reverti
contendisse. Tum nuntio accepto, copias suas in Judaeam pro-
fectas, Lysia duce, esse devictas, vehementer attonitum et per-
culsum in morbum ex dolore lapsum esse, quo absumtus sit.“
Ros. Polybius 31, 11. Antiochum ob infelicem in Elymaeum
templum expeditionem mentis errore affectum Tabis (*ἐν Τάβαις*),
Persidis oppido, interiisse narrat; similiterque apud Hieronymum
Porphyrius „mortuus est, ait, moerore consumtus in Tabes,
oppido Persidis.“ Videtur res utrinque (et in Perside et in
Judaea) infeliciter gesta Antiocho vehementem indignationem, in-
dignatio autem intestinorum dolores mortiferos concitasse, cf.
quae de natura morbi narrantur 2 Macc. 9, 5. allata a nobis ad
8, 25. Ceterum qui librum primum Macc. concinnavit, Elymaida

Persidis provinciam sinistre habuit pro urbe; certe de Elymaide urbe a Graecis et Romanis, quorum scripta supersunt, nihil proditum reperimus. Quo provinciae loco situm fuerit templum, non constat; illud autem satis probabile est, fuisse illud Nanaeae (Veneri) sacrum, cf. vs. 37. ibique not. coll. Appian. Syr. 66.

Cap. 12. וּבָעֵת הַהִיא] sub finem vitae Antiochi Epiphanis 1.
(11, 45.), quo tempore calamitatibus divinitus immissis explorata fuerit pietas Judaeorum, cf. ad 8, 17. יַעֲמֹד מִיכָאֵל הַשַּׂר הַגָּדוֹל הָעֹמֵד עַל בְּנֵי עַמֶּךָ] *surget*, populum defensurus, *Michael, princeps ille magnus, qui adest popularibus tuis*, eorum est defensor (עָמַד עַל propr. stare super aliquem, protegendi causa, ut Esth. 8, 11. 9, 16.), vel, quod eodem redit, *qui praeest* cet. (quo significatu עָמַד עַל sumitur Num. 7, 2.), cf. ad 8, 16. 10, 13. וְהָיְתָה עֵת צָרָה וגו'] *eritque* ultimis Antiochi annis, priusquam subvenerit Michael, *tempus calamitatis, quale non exstiterit, ex quo fuerint gentes ad illud tempus.* וּבָעֵת הַהִיא יִמָּלֵט עַמְּךָ וגו'] *et*, attamen *illo tempore eripietur* ope Michaelis *populus tuus, quicunque scriptus invenietur in libro*, vitae puta, בְּסֵפֶר חַיִּים, Ps. 69, 29., i. e. in recondito apud deum indice eorum, qui ad vitam destinati sunt, Jes. 4, 3. cf. Ezech. 13, 9., i. e. piorum. Dicit igitur, communi exitio ereptum iri, qui tum superfuerint (alii enim durante calamitate mortem passi erant 11, 33. 35. 41. de quibus vid. ad vs. proximum) pios omnes. — Quae hoc et eo 2.
qui proxime sequitur versu habentur Porphyrius interpretatus est de iis, qui ob legis cultum diu quasi in sepulchris miseriarum reconditi diuque extorres iterum sint emersuri et ad sua redituri. „Reddita victoria, et caesis Antiochi ducibus, ipsoque Antiocho in Perside mortuo, salvatus est populus Israel . . . Tunc, ait (Porphyrius), hi, qui quasi in terrae pulvere dormiebant, et operti erant malorum pondere, et quasi in sepulchris miseriarum reconditi, ad insperatam victoriam de terrae pulvere surrexerunt, et de humo elevarunt caput, custodes legis resurgentes in vitam aeternam, et praevaricatores in opprobrium sempiternum . . . Ponit quoque historiam de Maccabaeis, in qua dicitur, multos Judaeorum sub Mattathia et Juda Maccabaeo ad eremum confugisse, et latuisse in speluncis et in cavernis petrarum, ac post victoriam processisse, et haec μεταφορικῶς quasi de resurrectione mortuorum esse praedicta.“ Hieronymus.

cf. Jes. 26, 19. Ezech. 37, 1. sqq. et ad hos locos not. Sed proprie intelligenda esse quae hic leguntur, vel extremus indicat cap. versus. Nequaquam vero de mortuorum resurrectione universali, sed de revocandis ad vitam Judaeis hic agi, iis maxime, qui Antiochi Epiphanis aetate mortui fuerint, ostendit nexus coll. vs. 3. וְרַבִּים מִיְּשֵׁנֵי אַדְמַת־עָפָר יָקִיצוּ] רַבִּים Lengerke sunt, ait, illi omnes, qui non fuerint superstites (vs. 1.). Sic vero quominus statuas, obstat quod dicitur *multi de dormientibus* cet. Aut igitur non omnes qui obdormiverint sed eorum multos tantum ad vitam redituros esse dicit scriptor, nescio qua de causa, aut statuendum est, voluisse illum sic scribere: *et multi de dormientibus in terrae pulvere expergiscentur ad vitam sempiternam, alii vero* cet., sed perscriptis verbis וְרַבִּים — יָקִיצוּ sui oblitum sic perrexisse: אֵלֶּה — וְאֵלֶּה, quasi initio generatim וִישֵׁנֵי א׳ ע׳ יָקִיצוּ *et dormientes* cet. scripsisset. לְחַיֵּי עוֹלָם] *ad vitam*, salutem in hac terra *perennem*, auspice Messia, quem post tempora illa maxime calamitosa venturum exspectabant, 7, 9—14. 21. sq. 26. sq. חַיֵּי עוֹלָם (in N. T. ζωὴ αἰώνιος)
3. praeter hunc locum in V. T. non legitur. — Illi מַשְׂכִּלִים et
מַצְדִּיקֵי הָרַבִּים sunt illi ipsi de quibus 11, 33. 35. 41., ubi vid.
4. not. — וְאַתָּה דָנִיֵּאל סְתֹם הַדְּבָרִים וַחֲתֹם וגו׳] *Tu vero, Daniel,*
occlude haec verba et obsigna hoc scriptum, praedictionem puta, quae cap. 10. 11. 12. continetur, quam cur obsignare jubeatur, causam vid. ad 8, 26., *usque ad tempus finis* i. e. tempus Antiochi Epiphanis, vid. ad 8, 17. יְשֹׁטְטוּ רַבִּים וְתִרְבֶּה הַדָּעַת] *Percurrent*, perlustrabunt illud (scriptum) *multi*, *et augebitur scientia*, magis quam antea patescet divina rerum administratio. שׁוֹטֵט, שׁוּט constat saepius dici de *discurrendo*, *percurrendo lustrandi causa.* Quod hic de studiose legendo dicitur, est figura
5. satis trita. Similem loquendi modum vid. Hab. 2, 2. — De
duobus qui hic memorantur angelis vid. not. ad 10, 10. sq. —
6. וַיֹּאמֶר] „alteruter illorum, videlicet is, qui ultra fluvium stabat,
postquam alter, cis fluvium stans, sermonem absolvisset.“ Ros. Contra Lengerke et alii eum intelligunt, qui cis fluvium stabat, ut qui hucusque cum Daniele sit locutus. Quid vero, si hucusque locutus sit linteis vestibus indutus (vid. ad l. l.)? Quod si est, uter illorum, qui ad ripam fluvii stabant, angelum linigerum compellaverit, dici vix poterit. לָאִישׁ לְבוּשׁ הַבַּדִּים וגו׳] vid. not. ad 10, 5. עַד־מָתַי קֵץ הַפְּלָאוֹת] *Usque quo erit finis*

istorum mirabilium? Intelligi praedicta inde a vs. 30. capitis
superioris cognoscitur e versu proximo. Ceterum recte Rosen-
müllerus esse hanc quaestionem in gratiam Danielis institutam
monet, et ejus veluti vice. — וַיָּרֶם יְמִינוֹ וּשְׂמֹאלוֹ אֶל־הַשָּׁמַיִם] 7.
Quum alias unam manum tollant (Gen. 14, 22. al.), hic in ma-
jorem fidem tollit utramque. cf. 8, 26. 10, 1. 11, 2. כִּי לְמוֹעֵד
מוֹעֲדִים וָחֵצִי וגו'] *ad tempus, tempora et dimidium* (de quibus
vid. not. ad 7, 25.) *et* (idem qui antea hic temporis terminus
indicatur) *quum consummata fuerit diffractio virium populi
sancti* i. e. quum populi vires prorsus solutae et prostratae fue-
rint, cum viribus omnibus defecerint cives, aliis miseram per
abdita vitam trahentibus, aliis occisis, aliis in exsilium ejectis,
finem habitura esse illa omnia. Miror Gesenium, Winerum,
de Wettium, Lengerkium et alios verba כְּכַלּוֹת נַפֵּץ יַד־עַם־קֹדֶשׁ
sic interpretatos: *quum finita fuerit dispersio partis populi
sancti.* Quomodo enim angelus, quousque duratura sit populi
calamitas interrogatus, *usque dum finita fuerit dispersio populi*
potuit respondere, quum calamitas populi magna ex parte in
ejusdem dispersione consisteret, quum, inquam, hoc ipsum, quam-
diu cum reliquis malis dispersio populi duratura sit, scire cu-
peret, qui quaestionem instituit? Itaque כַּלֵּה *absolvere, con-
summare* hic erit *ad summum gradum perducere*, et, quod inde
sua sponte consequitur, נַפֵּץ *diffringere* ex primaria significa-
tione, יָד vero ut saepius significabit *vires.* — מָה אַחֲרִית אֵלֶּה] 8.
Qualis est finis istorum? Planiora et specialiora de fine istorum
mirabilium cognoscere cupit. — לֵךְ דָּנִיֵּאל] *Abi Daniel.* Quibus 9.
verbis missa nunc plura cognoscendi cupiditate in iis quae dicta
sunt acquiescere jubetur. cf. quae subjiciuntur. — Sensus: Non 10.
opus est uberiore explicatione: pii enim, quo tempore hactenus
praedicta eventum habuerint, advenisse ultimum tempus intelli-
gent, idque fidem eorum firmabit; impii vero non intelligent,
et in suum ruent exitium. cf. 11, 33. sqq. — *Et a tempore,* 11. 12.
*quo remotum erit sacrificium perpetuum, posuerintque abomi-
nandum vastatoris* (vid. not. ad 11, 31.) i. e. ab anno 145. Sel.
mens. Ijar, quo tempore sacra ab Antiocho abrogata sunt (debet
enim qui supra vs. 7. est terminus a quo, idem hic esse, quum
quod illo loco obscurius expressum est temporis spatium, idem
hoc loco accuratius exprimatur), *erunt dies mille ducenti et
nonaginta,* usque ad cultum, puta, a Juda Maccabaeo restitutum

d. 25. mensis noni i. e. Cislev anni 148. Sel. 1 Macc. 4, 52. 53. *Beatus ille*, *qui* patienter *exspectaverit et qui pertigerit ad dies mille trecentos triginta quinque*, ab eodem illo termino computandos, a quo computandos vidimus dies 1290, i. e. beatus ille, qui illis 1290 diebus adhuc 45 supervixerit, videritque cum morte Antiochi calamitatis finem mense Schebat anni 148. Quod liber Macc. prior Antiochum anno 149. interiisse narrat cap. 6. vs. 16., pugnat cum ejusdem libri loco ante allato, siquidem verum est, quod, qui Danielis librum scripsit, hoc loco ab instauratis sacris ad mortem Antiochi elapsuros esse monuit
13. dies quadraginta quinque. — *Tu vero perge ad finem*, vitae finem (Ps. 39, 5.) exspecta; *requiesces et surges* (ut vs. 1. al.) *ad sortem tuam*, particeps futurus sortis tuae, i. e. vitae sempiternae piis destinatae (vs. 2.) *in fine dierum*, cum finitis omnibus seculis aevum illuxerit Messianum.

HOSEA.

CAP. I, 1. Inscriptio generalis. *Verbum*, effatum *Jovae*, 1.
quod factum, delatum *est ad Hoseam*, *filium Beëri*, *diebus*, tempore, aetate *Usiae*, *Jothami*, *Achasi*, *Hiskiae*, *regum Judae*, *et diebus*, aetate *Jerobeami*, *filii Joasi*, *regis Israelis*. דְּבַר יי ut plurimis aliis in locis collective est positum; cf. חָזוֹן Jes. 1, 1. Quod Hosea floruisse dicitur regnantibus Usia, Jothamo, Achaso, Hiskia, regibus Judaeorum, Jerobeamo, rege Israelitarum, ex eo nonnulli colligunt, provinciam illum auspicatum esse anno Jerobeami 15. (ante Chr. 809.), ut quo rebus Iudaeorum praeesse coepisset Usia. Quod si recte judicatum esset, Hosea plus quam octoginta annos in colendo munere prophetico posuisset (vid. *Observationes* nostrae *in Hoseam vatem* in *Commentt. theoll.* T. II. P. I. p. 284 sqq.), quod a fide abhorret. Sed nihil obstat, quominus adjecta Jerobeami mentione significari existimemus, Hoseam munus iniisse *Jerobeamo adhuc regnante*, *extremis*, inquam, *Jerobeami annis*, quemadmodum, cum Jesaja vates Jes. 1, 1. *tempore Usiae* orationes habuisse dicitur universe, id de *anno quo mortuus est Usia* accipiendum esse certo scimus coll. 6, 1. Quod ubi statueris, spatium habebis, in quo possis acquiescere. Nam si extremis Jerobeami annis provinciam Hosea accepit, posuit ineunte Hiskiae imperio: sequitur, eum *sexaginta* circiter annos (ab a. 784. ad a. 722. ant. Chr. vid. *Obss.* supra ll.) partes suas egisse (alii annos *quadraginta* numerant, nescio quem computandi modum secuti); quod temporis spatium ut longum cuique ita nimium longum nemini videbitur, qui Hoseam haud dubie vixdum *juvenem* muneri suo admotum esse reputaverit memineritque, Micham quoque et Jeremiam, qui posterior et ipse provinciam suam admodum juvenis in se receperat, in colendo munere prophetico tempus posuisse, quod ad tempus Hoseae proxime accedat. Quod Hosea fere totus in admonendis Ephraimitis versatur, Judaeos rarius tantum attingit, eo illum nec gente Israelitam fuisse, nec,

si fuerit oriundus a Judaeis, patriae fines identidem transgressum Israelitas adiisse aut sedem stabilem inter illos constituisse efficitur. Reperiuntur enim in aliis quoque Judaeis genere prophetis orationes multae dictae in populos exteros, quos nunquam illi adierant. Credo tamen, genus a Judaeis duxisse Hoseam haud improbabile visum iri legentibus quae deinceps dicentur de vatibus Ephraimiticis. Placet enim, quum Hoseae orationes omnes explicatu difficiliores sint neque eo quo se excepisse videntur ordine dispositae, priusquam ad ipsam interpretationem accedamus, praemissis nonnullis de *prophetis Ephraimitarum*, *illius quo floruit Hosea temporis res gestas et quomodo vates officii sui partes impleverit*, ordine exponere. Rerum Israeliticarum a primis initiis usque ad finem civitatis, pauca si exceperis laetiora intervalla, tristissima facies fuit, sive reges spectas, sive sacerdotes, sive ipsum denique populum. Imperium nullis legibus adstrictum (Mich. 3, 1 sqq.), discordiae intestinae (1 Reg. 15, 27. 29. 16, 9 sqq. 15 sqq. 2 Reg. 9, 13 sqq. 10, 1 sqq. 15, 10. 14. 16. 25. 30.), bellum externum (1 Reg. 15, 16 sqq. 20, 1 sqq. 22, 1 sqq. 2 Reg. 3, 1 sqq. 6, 1 sqq. 7, 1 sqq. 13, 1 sqq. 14, 8 sqq. 15, 29. 17, 3 sqq.), foedera cum alienis populis inita (2 Reg. 15, 19 sqq. 17, 4. 37, 1 sqq.), sacerdotes rituum sectatores (Hos. 5, 2. 6, 6. 8, 13.), cultus deorum commenticiorum publica auctoritate invectus (2 Reg. 12, 28 sqq.), simulacra usque quaque (Amos. 3, 14. 4, 4 sq. 5, 5. 26. 8, 14.), cultorum Jovae, Eliae aetate, in universum septem millia (1 Reg. 19, 18.), mores populi penitus corrupti (Amos. 2, 6 sqq. 3, 10. 4, 1. 5, 7. 10 sqq. 8, 4 sqq. Mich. 2, 1 sq. Hos. 4, 1 sq. 6, 4. 7, 1. 9, 9. 10, 4.; cf. etiam 2 Reg. 17, 7—17. 21. 22.). Ac vates Ephraimitarum quales rebus ita se habentibus se exhibuerunt? Scilicet ingens numerus cum Baale fecerunt (1 Reg. 18, 19. 22. al.), ii vero, qui Jovam sequebantur, legum Mosaicarum et ipsi parum tenaces, causam suam non ea qua par erat auctoritate defenderunt, principibus quippe addicti, iisque, paucissimis exceptis, ad omnia parati. Quod cum alia, tum quae 1 Reg. 22, 1—18. leguntur ostendunt. Interrogatus ab Achabo rege bellum in Syros parante Josaphat, velletne socius esse belli, ut *vates Jovae* antea consulerentur postulavit. Qui quum *uno ore* (vs. 12. 13. 23.) belli felicem exitum praedixissent, rogassetque Josaphat, an non praeter hos alius adesset Jovae vates, quem consulerent, esse quidem adhuc *unum*, ille respondit, quem de

Jovae voluntate percontari liceat, verum se illum odio habere, quia *nunquam fausta* (ut ceteri omnes), sed *tantum infausta sibi vaticinetur*. Praeclarum vero genus prophetarum, ad voluntatem loquentium omnia, nihil ad veritatem! Quin ne Elias quidem munus suum integre exsequutus esse videtur. Certe quo loco de cultu Jovae neglecto graviter queritur (1 Reg. 19, 10. 14.), cultum imaginum non accusat. Causae vero quae fuerint, propter quas officii divinitus sibi demandati immemores non quae dei essent docuerint, sed quae regibus grata fore sperarent ea protulerint, vix quemquam diu latere potest. Continentur illae quum in communi omnium Ephraimitarum languore atque rerum divinarum inde ab origine civitatis imminuto studio, tum in eo, quod Jovae vates nonnisi regio muniti praesidio ab fictorum deorum vatibus se tueri et capitale, quod in eos habebant, odium explere poterant, reges autem maximam partem rerum divinarum curam omnino nullam habebant, aut sacra numinibus falsis ferebant (2 Reg. 10. al.), tum denique in eo, quod prophetarum magna pars regiis, nisi omnia me fallunt, sumtibus alebantur. Habuisse vates non modo quae ad victum suppeditarent, verum etiam ad beatiorem sortem facerent, perlucet ex iis, quae Bethele Amaziam inter et Amosum gesta narrantur Am. 7, 10 sqq. Nam cum sacrificulus ad Amosum, proficiscere, inquit, vates! amove te in terram Judaicam! *ibi vive, ibi cane!* aperte munus vatis pro tali habet, ex quo idonea merces redeat. Quod habere profecto non potuisset, nisi suae ipsius patriae vates, Jovae aeque ac Baalis, sibi parassent, unde bene viverent. Nam Judaeorum vates, qui Jovam sequebantur, quorumque ex numero Amosum esse latere Amasiam non potuit, laborum nulla nisi carceris et sanguinis praemia tulerunt. A regibus autem mercedem istam accepisse vates Israelitarum, intelligimus ex 1 Reg. 18, 19., quo loco quadringentos Ascherae prophetas sumtibus Isabelis reginae vixisse edocemur. Quas quidem perditas Israelitarum res cum animadvertissent vates Judaeorum, fieri aliter non potuit, quin ad illos se converterent, ita quidem, ut modo adirent eos perstringerentque praesentes, inter quos fuit Amosus et alius ignotus vates (1 Reg. 13, 1 sqq.), modo orationibus in lucem emissis e longinquo increparent, quorum in numero praeter Jesajam, Micham al. fuisse putamus Hoseam (cf. 4, 15 sqq. 6, 4. 11. al.), qui vatis munere ita est perfunctus. Nimirum Joasō a. 823. ante Chr.

mortuo imperium Jerobeamus II. suscepit, illudque tenuit annos 41. Animo ad res gerendas patre paratior insignem ille quidem a Syris victoriam reportavit. Terras enim inde a mari mortuo ad Damascum, opulentissimam urbem, atque Chamatem, Salomoni olim stipendiarias (1 Reg. 4, 21. 24.), post amissas, Ephraimitis restituit (2 Reg. 14, 25. 28.). Nec dubium est, quin per tam longam annorum seriem idem pacis artes coluerit, agriculturam, rem pecuariam, mercaturam juverit auxeritque. Sacrorum integritati vero tantum abfuit ut pio animo rex prospiceret, ut cultum falsorum deorum, a Jerobeamo I. publica auctoritate et solenni ritu sancitum (1 Reg. 12, 28 sqq.), servare omni modo studeret (2 Reg. 14, 24. cf. Amos. 7, 10 sqq.). Hinc mirum non est, eum cultum longe lateque divulgatum Ephraimitarum animos, in rebus divinis ex suopte ingenio lentos, adeo usque occupasse, ut omnem fere summi numinis metum extruderet, et splendida illa flagitia, quae, cum fortunae in gremio sedetur, per se facile gignuntur, inter primores maxime civitatis in dies increbescerent. Huic igitur ut medicina male pararetur, Hosea vates sub ultimos Jerobeami II. annos orationibus, quae capp. 1. 2. 3. 9. et 12, 8 sqq. continentur, editis (argumenta, quibus probatur, orationes hoc tempore scriptas esse, vid. ad illas ipsas) Ephraimitas acriter perstringere, impios eorum animos vivis coloribus depingere, et, nisi ad meliorem frugem redirent, minari ultima coepit. Verum obdurati animi flectique nescii. Imo ad deteriora mox omnes delapsi. Jerobeamo enim anno ante Chr. 783. defuncto plures simul regnum appetivere, qua insana dominandi cupidine, cum nova semper conflata seditione alter alterum regno expelleret, interregnum factum est decem annorum et dimidii, ut, quo laetior antea fuerat regni externa conditio, eo nunc tristior esset. Quibus temporibus qui fuerint mores, nemo non divinare potest, cum ne sacerdotes quidem civium tumultus a se alienos arbitrarentur. Quare Hosea oratione nova, quae inest in cap. 4., eaque mira cum gravitate ac libertate composita, proceres omne jus fasque violare queritur, sacerdotes, quas tueri debeant res divinas non modo negligere, verum etiam contraria facere, privatos denique homines in turpissima quaeque flagitia ruere; nullam esse fidem, pietatem nullam, caedium rapinarumque omnia plena. Qui vero post turbulenta illa et maxime luctuosa tempora proximi habenas regni ad se rapuerunt Sacharja (772—771) et Schallum (771) reges, et

ipsi uberrimam reprehendendi materiam dederunt, unus commenititiorum deorum nefario cultu (2 Reg. 15, 9.), alter sanguine faciendo (ibid. vs. 10.), ut dubitare non possis, vatem per hoc quoque temporis intervallum, ceterum brevissimum, sedulo munere functum esse, licet, quae in regulos istos cadant orationes inter ceteras non legantur. Sed ab hoc tempore, imperio puta Menachemi (771 — 761), satis certo scimus, vatem iterum fortiter ut antea ad salutem communem juvandam egisse. Causa, cur statim sub primos Menachemi annos in medium procederet, haec fuit. Quum Menachem, audita caede in Sacharja rege commissa, Tirza, ubi tunc temporis agebat, Samariam advolasset, caesoque Schallumo rerum ipse potitus esset, Tiphsachitae, quos Schallum haud dubie in suas partes duxerat, officia constanter detrectabant. Facta igitur eruptione ex urbe Tirzáe, in quam Samaria se receperat, Menachem Tiphsachum expugnavit, quidquid incolarum erat jugulavit, regionem circumjacentem vastavit (2 Reg. 15, 16.). Sed paullo post hanc expugnationem Phul, rex Assyriorum, a Tiphsachitis ut videtur in auxilium vocatus, Menachemum bello persequutus est, eumque mox ita afflixit, ut pacem ille non posset nisi vi magna pecuniae redimere (2 Reg. 15, 19.). Quam cum Menachem, aerario publico dudum exhausto, a civibus extorsisset (l. l. v. 20.), latere vatem non potuit, magnopere timendum esse, ne seditio, vix ac ne vix quidem sedata, cum maximo omnium detrimento redintegraretur. Oratione igitur, quam cap. 8. habes, gravissimis illa verbis sententiisque referta, cum Ephraimitis expostulat, atque jactura, quam nuper res publica fecerit, ob oculos posita, ut caveant admonet ab omni societate cum rege, qui, cum amicitiam prae se ferat, sua tantum curet, et si quid reliquum sit de pristino civitatis flore, hoc omne devoret. Neque ita multo post aliam orationem habuit. Postquam enim Pecachja, de quo nihil traditum est, nisi quod Menachemo simillimus extiterit (2 Reg. 15, 24.), per biennium (760 — 759) regnaverat, Pecachus cum Argobo et Ariaeo, qui regi a consiliis fuisse videntur, et quinquaginta Gileaditis in mortem ejus conjuravit, eumque Samariae interfecit (2 Reg. 15, 25.). In quod regicidium virili oratione, quae cap. 6. legitur, vates invectus est. Verum si unquam in rebus gerendis virum fortem atque intrepidum animo se gessit vates, id eo tempore factum est, quod nunc sequitur. Jam enim occasus imperii appropinquabat, id quod commovere

vatem jam nunc aetate provectum ac sollicitare eo magis debuit, quo majorem procul dubio Usiae felix faustumque imperium adolescenti spem fecerat, fore aliquando, ut decem tribus pristinam cum reliquis societatem restituerent. Ac prima quidem hujus temporis procella a Pecacho (758—739) excitata est. Hic enim, sive ut damnum ab Assyriis illatum restitueret, sive quia prosperam fortunam, qua Jothami sub imperio utebantur, Judaeis invidebat, sub finem imperii Jothami foedus cum Resino, Syriae rege, adversus Judaeos junxit (2 Reg. 15, 37.), eo tamen, ut videtur, consilio, ut nonnisi mortuo Jothamo belli initium facerent. Erant enim sine dubio probe intelligentes, si vivo adhuc Jothamo, forti et considerato viro, belli fortunam experiri vellent, inferiores se esse discessuros. Sub ipsis autem initiis imperii Achasi, juvenis, Judaeam ingressi Hierosolyma circumsederunt (2 Reg. 16, 5.). Quae expeditio insanabile vulnus Ephraimitarum civitati imposuit. Nam Achasus rebus desperatis auxilium imploravit (ibid. vs. 7. 8.) Tiglatpileseri, Assyriorum regis, qui occasionem nova ex turbis commoda capiendi avidissime amplexus irruptionem in terram Ephraimitarum fecit, atque, regionibus trans Jordanem sitis et superioris Cananaeae nobilissimis partibus sub potestatem suam redactis incolas Cirenem abduxit (2 Reg. 15, 29.). Quam calamitatem deprecari vates studuerat oratione, quae inest in cap. 5. Sed verba ventis profusa. Nec melius ei res cessit proximo tempore. Quemadmodum enim Pecachi sub imperio bellum externum fuit, ita postquam ille (a. 739.) ab Hosea interfectus erat, discordiae intestinae civitatem lacerabant, ut damna damnis continuarentur. Jam eadem rerum facies, quae fuerat tempore primi interregni. Civitas per septem annos nuda a magistratibus, atque in duas scissa factiones, quarum una ad Assyrios, ad Aegyptios altera confugiebat, sacra neglecta, mores hominum in dies magis lapsi, quamvis vates oratione cap. 13. et 14. proposita inflammato animo verba faceret, civilium armorum terrores turbulentis sub adspectum subjiceret, leges demersas excitaret, bellum Assyriacum denuntiaret, ad virtutem impios revocaret, imo, si morem gererent, neque ad Assyrios Aegyptiosve confugere amplius vellent, felicitatis pristinae restitutionem etiamnunc polliceretur. Sed summa vatis in munere administrando religio sub finem maxime elucet imperii. Hosea, regno a. ante Chr. 731. tandem potitus, cum perfidior quam prudentior esset, Salmanassari, Assyriorum regi,

tributarius factus erat (2 Reg. 17, 3.). Cujus jugi pertaesus e ditione in libertatem se vindicare nunc ille conabatur. Sed intelligebat idem, ad arma ubi ventum esset, omni destitutum auxilio hosti se imparem fore. Tali igitur periculo cum premeretur Hosea, non aliter inde extrahere se posse existimavit, quam ope adjutum Soe, Aegyptiorum regis. Per legatos ergo foedus contra Assyrios cum eo junxit (l. l. vs. 4.), anno imperii sexto. Verum hoc foedus, quod vehementer regem ne feriret haud dubie dehortatus erat, vates exitio potius quam saluti patriae futurum esse ostendit in orationibus, quae cap. 7. et 10. 11. 12, 1—7. continentur, cum ubertate et copia, tum vi et pondere omnium longe praestantissimis. Nonne cives essent tam longo facti sapientiores aevo? tot plagis afflicti, tot cladibus caesi! Adfuturum violati foederis vindicem, Aegyptiis ludibrio positos puncto temporis oppressurum. Jamjam ad extrema ventum, neque ullam salutis spem superesse. Patria migraturos omnes. Sive Jova punisset, sive juvasset, pessimam semper gratiam iniisse. Mox in eosdem misericordia motus in memoriam pristina beneficia ab Jova indignis licet exhibita revocat, atque affectu paterno ut tandem sapere audeant filios degeneres sic rogat, ut qui maxime et summa contentione solent, imo amore erga miseros intimo victus praemia pollicendo flectere animos studet. Sed oleum et opera perdita. Salmanassar seditione comperta rediit, Hoseam proelio cepit eumque Samaria triennio post expugnata, anno imperii nono, ante Chr. 722. una cum magna Israelitarum multitudine captivum abduxit (2 Reg. 17, 4-6). Quod urbis regnique excidium non dubito quin Hosea vates spectaverit, quippe qui ultimas orationes paullo ante habuisset. Sed quod ille vidit triste exitium, certe non superavit.

CAP. I, 2—III, 5. Actiones symbolicae. Mira est harum orationum et argumenti et imaginum similitudo, ut non possint non eodem tempore esse editae. Quod Jerobeami II. fuisse, vel ex eo intelligi potest, quod vates in his orationibus *totus* in reprehendendo cultu deorum falsorum versatur, ita ut praeter hanc nullam vituperandi materiem invenisse videatur: nam reprehensio εἰδωλολατρείας in se spectata nihil potest facere ad finienda tempora quibus habitae sint orationes, cum reges inde ab Jerobeamo II. *omnes* commenticios deos coluerint, Sacharja, inquam (2 Reg. 15, 9.), Menachem (ibid. 15, 18.), Pekachja (ib. 15, 24.),

Pecach (ibid. 15, 28.), Hosea (ibid. 17, 2.). Sed habet ad hoc prima certe oratio, quibus sententia nostra firmetur. Etenim orationem, quae 1, 2—2, 3. continetur, ante violentam mortem Sacharjae editam esse, indicio est, quod versu 4. familiam Jehu brevi *exstinctum iri* dicit vates. In tempus igitur incidit aut Jerobeami, aut interregni prioris, aut Sacharjae. Sed per interregnum aut Sacharjae imperium si habita esset, funestior haud dubie morum descriptio foret. Accedit, quod quae 1, 7. leguntur, Jerobeami in aetatem magis conveniunt, quam in aliam recentioris alicujus regis.

CAP. I, 2—II, 3. Argument. 1, 2—9: meretrix in matri-
monium ducta a vate et liberi ex illa suscepti meretricii, fidei
Jovae non servatae ab Israelitis et interitus regni Israelitici ima-
gines. 2, 1—3: promissum restituendorum aliquando in pristi-
num statum Israelitarum, consociandique uno sub principe utrius-
2. que, Judaici et Israelitici, imperii. *Initium* eorum quae *locutus*
est Jova ad Hoseam. Et dixit Jova ad Hoseam: I, agedum, *sume tibi*, matrimonio tibi junge *mulierem meretriciam et* suscipe ex ea *liberos meretricios*, *nam scortatur*, deos alienos sectatur *haec terra*, ejus incolae, *relicto Jova*. Ad verba תְּחִלַּת דִּבֶּר־יְיָ cf. G. gr. min. §. 121. extr. E. gr. min. §. 593. Rosenmüllerus et alii דַּבֵּר pro Nomine habent formae קַטֵּל, quod ipsum Nomen legi putant Jer. 5, 13. Sed nihil obstare, quominus דִּבֵּר eo quoque loco vim *Verbi* habere putetur, vidimus ad illum ipsum. Quod in nonnullis libris reperitur דַּבֵּר profectum est ex interpretibus antiquis, qui si discesseris a Vulg. liberius tractarunt locum. דִּבֶּר בְּ hoc loco et aliis similibus alii *loqui in* aliquo significare volunt (cf. Jer. 5, 13: וְהַדִּבֵּר אֵין בָּהֶם *et qui loquitur*, spiritus divinus, *non est in iis*), alii *loqui ad* aliquem (propr. *anreden*), alii *loqui per* aliquem, i. q. דִּבֵּר בְּיַד פּ׳. Sunt etiam, qui nunc hoc nunc illo significatu utantur. Probabile tamen videtur, eundem in omnibus locis significatum subjiciendum esse. Qui quinam sit, haud ita difficile erit ad intelligendum, simulatque locos accuratius consideraveris. In verbis quae Num. 12, 2. habentur הֲרַק אַךְ בְּמשֶׁה דִּבֶּר יְהוָֹה הֲלֹא גַּם בָּנוּ דִבֵּר posset דִּבֵּר בְּ esse *loqui in* aliquo, vel *per* aliquem; ibidem vs. 6. in verbis בַּחֲלוֹם אֲדַבֶּר־בּוֹ eadem locutio *loquendi in* aliquo significatum posset ferre; verum utroque loco significari *loqui ad* aliquem, docent quae ibidem leguntur vs. 8. פֶּה אֶל־פֶּה אֲדַבֶּר־בּוֹ. Similiter ut

1 Reg. 22, 28. ב judices esse *ad*, non *in*, aut *per*, suadet quod ejusdem cap. vs. 24. dicitur לְדַבֵּר אוֹתָךְ. Porro in verbis quae exstant Zach. 1, 9. 14. 2, 2. 4, 1. 4 sq. הַמַּלְאָךְ הַדֹּבֵר בִּי facile profecto intelligitur, דִּבֶּר בְּ non posse non significare *loqui ad*. Itaque vix dubium esse potest, quin hoc quoque quem tractamus loco et 2 Sam. 23, 2. atque Hab. 2, 1. eadem illa *alloquendi* significatio eligenda sit. Verba יַלְדֵי זְנוּנִים possunt, quemadmodum אֵשֶׁת זְנוּנִים significat *mulierem meretriciam*, sic *liberos meretricios* i. e. scortantes significare. Quo significatu accepto verba cum antecedentibus *suscipiendi* verbo nectes eo modo, quo supra fecimus, coll. G. gr. ampl. p. 853. Sed possunt etiam *liberi spurii* esse יַלְדֵי זְנוּנִים et nexus verborum in hunc modum constitui: *et sine tibi offerri liberos spurios*. Nam huic quoque interpretationi favet usus loquendi; cf. בֶּן זְקֻנִים Gen. 37, 3., יֶלֶד זְקֻנִים ibid. 44, 20., *filius in senectute genitus*, a patre sene susceptus, ad quam rationem יַלְדֵי זְנוּנִים sunt *liberi ex stupro*, *adulterio nati*, spurii. Priorem significatum si admittis, vates non *uxorem* modo, sed *liberos* etiam imaginem populi Ephraimitici fidem Jovae non servantis voluit sistere, easque imagine *universos* et *singulos* Ephraimitas a Jova descivisse indicare, liberorum vero symbolicis nominibus (vs. 4. 6. 9.) insuper poenas significare, quae manerent perfidos Israelitas. Posteriorem significationem si subesse ponis, vates fidei deo non servatae ab Israelitis imaginem *uxorem* tantum proposuit, et *spurios liberos* eo consilio in scenam produxit, ut illa imaginem istam *amplificaret*, hoc est, effrenatas adulterae libidines probaret atque ante oculos hominum poneret, praeterea vero nominibus liberorum symbolicis indicaret idem quod ante dictum. Posterius voluisse vates videri possit primum ob id, quod vs. 3. non dicitur quod alias usu venit *cognovit uxorem*, *et concepit et peperit*, quemadmodum in simili casu Jes. 8, 3., sed simpliciter *concepit et peperit*; deinde, quod adultera semel atque iterum et quidem simulac per naturam liceret, ventrem tulisse dicitur vs. 6. 8.; denique, quod *liberi meretricii* imaginem turbant, contra *spurii* si intelliguntur, illa per omnes partes bene est expressa, nec quicquam admixtum habet alieni. Prior ratio defendi possit rationibus his. Ac primum quidem זְנוּנִים eodem significatu accipiendum videtur, quem habet in אֵשֶׁת זְנוּנִים, ut, quemadmodum illa est *mulier meretricia*, ita יַלְדֵי זְנוּנִים sint *liberi meretricii*, scortantes et ipsi. Deinde qui infra 2, 4., ubi

haec narratio respicitur, memorantur יַלְדֵי זְנוּנִים manifeste sunt *meretricii*, scortantes, non *spurii liberi*. Tum vs. 3. וַתֵּלֶד verbo appositum est לוֹ, ex quo perlucere videtur, intelligendos esse liberos procreatos a vate. Abest quidem לוֹ a K. libris tribus, R. uno, nec non a LXX ed. Compl. Ital. Ar. Eam vero omissionem probabile est originem debere conformandi studio; cf. vs. 6. 8., quibus locis deest לוֹ. Denique favet proprius Hoseae loquendi usus. Amat enim ille *singulos Israelitas* discernere ab *Israelitis simul sumtis*, id est, ab *universo populo*, hunc *matris*, illos *liberorum* nomine vocans; cf. 2, 4. 6. 7. 4, 5. 6. al. Quae cum ita sint, fateor, me inter utrumque sensum ita fluctuare, ut utrum sequar nesciam. Videtur Hosea, quod saepe accidit Hebraeorum prophetis et poetis, parum ipse sibi in exprimenda imagine constitisse. Quae difficultas fugere interpretes non potuisset, si accuratius omnia singula examinassent. Interrogantibus, utrum vates proferat rem gestam, an fictam, recte Rosenmüllerus „nos minime ignoramus, respondet, nihil fuisse priscis hominibus familiarius, quam ut animi cogitata et consilia factis et actionibus declararent, gestibusque pro verbis uterentur. Sic Idanthura, Scytharum rex, narrante Pherecyde apud Clementem Alexandrinum (Strom. p. 567.), ut Dario, qui Istrum transiisset, significaret, se exercitum contra eum ducturum, non literas, sed symbolum misit, *murem*, *ranam*, *avem*, *telum et aratrum* (*φασὶ γοῦν καὶ Ἰδάνθουραν, τῶν Σκυθέων βασιλέα, Δαρείῳ διαβάντι τὸν Ἴστρον πόλεμον ἀπειλοῦντα πέμψαι σύμβολον ἀντὶ τῶν γραμμάτων, μῦν, βάτραχον, ὄρνιθα, ὀϊστόν, ἄροτρον*). Ejusmodi vere actionem symbolicam simplicem esse oportere, brevissimo temporis spatio absolvendam, et paucissimis signis gestibusque circumscriptam, quis non videt? (Exemplum ex ipso V. T. proferre cum non placuerit viro b., lectores ut Jer. cap. 28. legant invitamus, habituros ibi actionem symbolicam maxime perspicuam et simplicem.) Longe diversa est ratio eorum, quibus Hoseas populi Israelitici scelera et poenas adumbrasse legitur. Fac enim, quae hoc capite commemorantur, vere gesta esse, illa per plurium annorum spatium producenda signa nihil sane apud populum effecissent, nec ad eum erudiendum admonendumque quicquam valuissent. Probanda igitur altera sententia, adumbrari populi Israelitici mores ac fata narratione allegorica matrimonii cum uxore adultera initi. Nihil usitatius esse prophetis, quam rationem, quae

deo cum populo Israelitico intercedebat, *conjugii* imagine sistere, quis nescit? Dei amorem et curam pro isto populo comparant cum amore, quo maritus fertur in conjugem a se amatam; illius vero impietatem et idolorum studium comparant cum scortatione et adulterio, quo fidem marito datam ac debitam fallat libidinosa uxor; vid. Jes. 54, 5 sqq. Ezech. 16. al. Quae notio V. T. scriptoribus ita est familiaris, ut pro idolorum cultu passim usu receptum sit scortandi vocabulum, nec alienum locum ibi occupasse, sed paene suum ac proprium obtinuisse videatur." — *Et* 3.
abiit vates divinum jussum exsequuturus, *et sumsit*, uxorem duxit *Gomeram*, *filiam Diblaimi*, *et gravida facta est et peperit ei filium.* „Verbis בַּת דִּבְלָיִם quidam significari opinantur, *oriundam feminam fuisse Diblaimis.* Sed quum illa loquendi formula parentes, a quibus sint orti liberi, indicari soleant, vates דִּבְלָיִם sine dubio pro nomine patris Gomerae haberi voluit." Ros. Probabilius hoc quidem est, nec tamen certum; cf. בַּת צוֹר Ps. 45, 13., בְּנוֹת יְרוּשָׁלָםִ Cant. 1, 5., בְּנוֹת צִיּוֹן Jes. 3, 16. al. Rectius idem „quemadmodum, ait, liberorum nominibus singulis, *Isreël* (vs. 4.), *Lo Ruchama* (vs. 6.), *Lo Ammi* (vs. 9.) aliquid portenditur, ita nec matris nomen sua potestate carere verisimile est." Quod idem judicandum est de דִּבְלָיִם, sive soceri vatis erit sive patriae uxoris nomen. Sed quae sit utriusque nominis vis appellativa, difficile est investigatu. Ipse Rosenmüllerus et alii גֹּמֶר non dubitant indicare *perfectionem* s. *consummationem* vel scelerum vel libidinis, דִּבְלָיִם (*παλάθας*) vero *voluptatis lenocinia.* Quam eandem sententiam jam sequutus est Hieronymus. Posterius ferri possit; cf. dictum talmud.: voveo me velle abstinere a caricis et a palathis. Verum quod de גֹּמֶר statuunt displicet. Neque enim probabile est, in fingendo nomine meretricis notionem secundariam expressam esse primaria omissa. Nobis quod jam in *Observatt.* ad vs. 1. ll. p. 361. suspicati sumus verisimilius etiamnunc videtur, significari גֹּמֶר voce mulierem *urentem* et *tabificam*, propr. *carbonem*, coll. chald. גּוּמְרָא *carbo candens* Ps. 18, 9. Prov. 25, 22. (arab. جَمْرَة idem) a גְּמַר Pa. *absumere*, etiam de igne Job. 22, 20. cf. Prov. 6, 27 sqq. de adultera: num *fovebit* quisquam *ignem* in gremio suo, ut non ejus crementur vestimenta? Aut ingredietur per *carbones*, neque ejus pedes adurentur? Sic est, qui cum *alterius uxore* congreditur, ut non impune ferat, quisquis eam attigerit. Item Job. 31, 9. 11. 12.

si mentem habuissem ad *mulieres* proclivem, aut pro foribus *al-
terius* in specula fuissem rel. Est enim hoc flagitium crimenque
4. puniendum, est, inquam, *ignis* ad interitum usque *edax*. — *Et
dixit Jova ad eum: appella nomen ejus Isreël (Dispergit deus),
nam adhuc paullum* temporis, *et puniam sanguines Isreëlis*, san-
guinem ab Jehu ibi, in urbe regia Ahabi, Isreële, fusum (2 Reg.
cap. 9. et 10.) *in domo Jehu, et finem faciam imperio domus
Israelis.* Nomen *Isreëlis* filio tum temporis nato vatem dedisse
ab *Isreële*, *urbe regia Ahabi*, docent reliqua hujus ipsius com-
matis verba et quae subjiciuntur vs. 5. Quae eadem ostendunt,
vim nominis nequaquam, ut nonnullis visum est, esse *Seminat
s. Plantat deus*, sed *Dispergit deus*, quam *dispergendi* significa-
tionem in זָרַע verbo reperis Zach. 10, 9. Habet quidem istum
plantandi significatum יִזְרְעֶאל infra cap. 2. vs. 2. et 24. Ibi
tamen nomen hoc de industria in *contrariam* significationem su-
mitur, quemadmodum ibidem רֻחָמָה et עַמִּי nominantur, qui hic
vs. 6. et 9. dicuntur לֹא רֻחָמָה et לֹא עַמִּי. Ceterum recte Ro-
senmüllerus: „יִזְרְעֶאל levi flexu differt a nomine יִשְׂרָאֵל. Nihil
frequentius in Hebraeorum figurato dicendi genere, quam istius-
modi lusus, et levis aliquis vocum in aliam significationem in-
5. flexus.“ cf. G. gr. ampl. p. 859 sq. — *Et futurum est die*,
tempore *illo*, quo poenas sumam sanguinis effusi in Ahabi regia
sede (vs. 4.), *ut frangam arcum* i. e. vires, potentiam (cf. Jer.
49, 35. al.) *Israelis in valle Isreëlis*, illius in planitie, quae teste
Hieronymo decem millia passuum latitudine excedebat, postea *τὸ
μέγα πεδίον Ἐσδρηλών* Judith 1, 8. et *κατ᾽ ἐξοχὴν τὸ πεδίον μέγα*
1 Macc. 12, 49. dicta, proeliis committendis maxime idonea mul-
tisque commissis nobili, Jud. 6, 33. 1 Sam. 29, 1. 31, 1 sqq. In
hac igitur planitie futurum dicit vates ut magnam cladem acci-
6. piant Israelitae. — *Et gravida facta est iterum, et peperit
filiam. Et dixit* Jova *illi*, vati: *appella nomen ejus Lo Ruchama
(Non in gratiam recepta); neque enim amplius in gratiam re-
cipiam domum Israelis, ita ut ignoscam iis*, Israelitis. רֻחָמָה est
Nomen factum ex Part. Pu. omisso מְ, G. gr. min. §. 51. extr.
E. gr. min. §. 357. Verborum כִּי נָשֹׂא אֶשָּׂא לָהֶם post confutatas
varias variorum falsas interpretationes Rosenmüllerus hunc sensum
facit: *sed auferam eos*, לָהֶם positum putans pro אוֹתָם ex usu
recentiorum, coll. quae leguntur 5, 14: אֶשָּׂא וְאֵין מַצִּיל. Vel, si
לָהֶם pro אוֹתָם accipere nolis, verba ita capere te posse judicat,

ut significent, *sed auferam illis*, videlicet quam antea indulsi mi-
sericordiam. Posterius vero quominus fiat, ratio obstat sententiae
antecedentis, prius ut fiat non est opus. Nam quum נָשָׂא לְ sae-
pius significet *ignoscere alicui*, כִּי vero haud raro consecutionem
ita ut indicet (quae significatio pendet ex ea, quam habet posi-
tum in apodosi sententiae hypotheticae), vix dubium est, quin
verba possint eo quo accepimus sensu accipi, qui est aptissimus.
— *Et, sed domum Judae in gratiam recipiam, et servabo eos,* 7
Judaeos *per Jovam, deum eorum, nec servabo eos arcu, et gladio
et bello, equis et equitibus.* בַּיהוָה אֱלֹהֵיהֶם *per Jovam, deum
eorum* est pro *per me ipsum* (cf. G. gr. ampl. p. 742.) sed non
sine vi positum, quasi dicatur: per me, *Jovam*, inquam, quem
illi colunt, quemque vos contemnitis! Quod dicit *nec servabo eos
arcu et gladio* cet., eo hoc sibi vult: non servabo eos armato-
rum copia, in qua vos, Israelitae, fiduciam collocatis, quae egregie
conveniunt in Jerobeami II. viri bellicosi et fortis victricia arma
(cf. supra p. 202.). Similia vide Ps. 20, 8. al. Ceterum recte
Rosenmüllerus: „Quod Judaeos deus ait salvos reddendos sola sua
potentia et virtute, id plerique interpretes referunt ad prodigio-
sam illam coelitusque Assyriaco exercitui illatam cladem, qua,
tempore Hiskiae regis, Judaeorum respublica ab interitu fuit ser-
vata. Sed inane est studium, promissa generalia ad recentiores
eventus referre, de quibus vates ne cogitare quidem potuerunt.“
— *Et ablactavit* Gomer *Lo Ruchamam (Non in gratiam re-* 8
ceptam), et gravida facta est, et peperit filium. „Quando Ho-
seae conjux, simulac Lo Ruchamam a lacte depulisset, gravida
facta dicitur, quaeritur, qua de causa id nunc expresse addatur,
et quonam id tendat. Amplificationis ergo, ut in parabolis usu
saepenumero venit, ubi singula non aeque premi debent, hoc si
quis factum dixerit, a vero forsan non longe aberraverit. Cetero-
quin non inepte quis cogitet, hac addita temporis nota haud ob-
scure perstringi insatiabilem Gomeris adulterae libidinem, furtivis
amoribus ita deditae, ut, simulac juxta consuetum naturae ordi-
nem liceret, uterum ferret, quod plerumque post ablactationem
demum fieri solet.“ Manger. — *Et dixit* Jova ad vatem: *appella* 9
nomen ejus Lo Ammi (Non populus meus); nam vos, Israelitae,
non estis populus meus, non amplius estis tutelae meae populus,
et ego non ero vobis, vester, numen vestrum tutelare, nolo am-
plius deus esse salutis vestrae. Verba וְאָנֹכִי לֹא אֶהְיֶה לָכֶם eo

modo intelligenda esse, quo intelleximus, planissime perlucet ex
verbis praegressis כִּי אַתֶּם לֹא עַמִּי. „In plerisque codicibus he-
braeis hoc versu clauditur caput primum; sed in graecis et lati-
nis libris tres qui sequuntur versus capiti primo accensentur:
recte; nam Hebraeorum distinctio hoc habet incommodi, quod
promissionem divinam (2, 1—3.) minis superioribus subjunctam
(cf. ad 2, 1.) ab illis divellit, cum sermone contra consolatorio
minarum atque increpationis plenam orationem (2, 4 sqq.) proxime
1. conjungit." Ros. — CAP. II. „Moris prophetarum est, ut laeta
tristibus admisceant. Quem morem sequutus vates noster, post-
quam maxime infausta suis comminatus esset, piorum animos
protinus erigit spe laetiorum temporum, quibus populus Israelita-
rum aliquando instaurandus insignique augendus incremento com-
munem cum Judaeis nacturus sit regem, sublata prorsus, quae
tum, cum vates loqueretur, regnabat adhuc inter Judaeos et Israe-
litas discordia. (Similiter a tristibus ad laeta transitus in oratione
proxima 2, 4 sqq.) Ceterum pauca aliqua interjecta, quae jam
sequuntur vates subjecisse cogitandus erit. Neque erat, cur non-
nulli, quibus subitaneus ille a minationibus ad felicissimorum
temporum promissiones transitus parum esset visus concinnus,
hosce tres versus statuerent esse particulam oraculi longioris de-
perditi. Vatem enim saepius ab una re ad alteram repente trans-
euntem deprehendemus, neque poeta vetustissimus nostro metiendus
est modulo." Ros. *Et*, aliquando tamen *futurus est numerus
filiorum Israelis*, Israelitarum *instar arenae maris, quae non
mensuratur nec numeratur; et futurum est, ut eo loco, ubi di-
citur eis: non populus meus vos estis, dicatur iis*, appellentur
illi i. e. sint illi *filii dei veri*, ut in eo ipso loco, ea ipsa terra,
ubi nunc deus omne patrocinium eis renunciavit (1, 9.), eos iterum
in tutelam suam recipiat. בִּמְקוֹם אֲשֶׁר sunt qui significare credant
loco, pro eo quod, quae interpretatio, commoda et ipsa, firmari
possit loco Jes. 33, 21. אֵל חָי *deus vivus* i. e. verus (Jova), op-
positus diis mortuis, falsis. *Filii Jovae:* Jovae cultores qui ejus
foventur tutela. Opposita enim haec verba illis לֹא עַמִּי אַתֶּם.
Quibus cum appositum sit אַתֶּם, facile inducatur aliquis, ut illud
cogitando repetat ad בְּנֵי אֵל חָי quoque. Praestat tamen ea ratio,
quam supra secuti sumus; cf. vs. 3., ubi אָמַר לְ *dicere alicui*
cum Objecto nominis manifeste est *eo nomine aliquem appellare*,
2. ut saepius. — *Et congregabunt se filii Judae et filii Israelis*,

Judaei et Israelitae *una*, *et constituent sibi caput*, principem
unum, *et adscendent*, proficiscentur Israelitae *e terra*, peregrina,
in quam exsules dispersi erant (cf. 1, 4.) in patriam; *nam magnus*,
illustris, gloriosus est, erit *dies Isreëlis (Plantat deus)* i. e. dies,
tempus, quo Israelitae in patrias sedes et pristinam dignitatem
restituentur, quod ipsum indicatur *Isreëlis* nomine, hic loci in
oppositam illi, quam vs. 4. habuerat, significationem inflexo. *Diem
alicujus* diei illud tempus, quo insigne aliquod faustum vel in-
faustum ei contingat, res nota est. — *Dicite fratribus vestris*, 2.
appellate fratres vestros *Ammi (populus meus)*, *et sororibus ve-
stris* dicite, sorores vestras appellate *Ruchama (In gratiam re-
cepta)* i. e. tum temporis appellabitis vos invicem Ammi et Ru-
chama i. e. iterum futuri estis populus Jovae proprius, ab ipso in
gratiam receptus; cf. vs. 6. 9.

CAP. II, 4—25. Persistit in imagine supra proposita. Festinantius tamen hac de causa quae hic dicuntur cum superioribus unam continuam orationem efficere putant. Nam quod quae 1, 2—2, 3. continentur desinunt in promissa, quae 2, 4—25. habentur incipiunt a minis, manifestum indicium est, novam hanc orationem esse. Accedit, quod vates, quamquam imaginem supra effictam persequitur, tamen aliter eam exprimit, quandoquidem quae deum inter et populum intercedebat ratio in superiore capite conjugii imagine adumbrata erat vatis, hic vero conjugii imagine sistitur ipsius Jovae. Ad hoc in his saepius leguntur figuratis admixta propria. Argum. vs. 4—6: adulteram Jova de violata fide accusat admonetque, ut ad officium redeat; quod ut faciat,
primum 7—15. gravissima illi mala minatur, deinde 16—25.
splendida dona promittit. — *Expostulate cum matre vestra, ex-* 4.
postulate! nam non est mulier, uxor *mea*, *atque ego non sum
vir*, maritus *ejus*; *et removeat stupra sua a facie sua*, *et adul-
teria sua e medio mammarum suarum!* Ostendit *matris* nomen,
verba fieri ad *liberos* (vs. 6.). *Matris* (uxoris Jovae) nomine
significatur tota Israelitarum civitas, universe sumta, *liberorum*
vero singuli cives ex illa nati quasi ejusque in sinu educati; cf.
vs. 6. 7. 4, 5. 6. nec non Jes. 50, 1. Verba כִּי הִיא לֹא אִשְׁתִּי
וְאָנֹכִי לֹא אִישָׁהּ, nequaquam ut visum est nonnullis in parenthesi
interposita, causam reddunt, cur expostulare debeant liberi cum
matre, cives cum civitate. Quod monere non opus fuisset, nisi
simplicissima res nonnullos fugisset. Quae subjiciuntur וְתָסֵר rel.

finem exprimunt expostulationis. Quod stupra mulier e facie, adulteria a mammis removere jubetur, ratio est, quod lascivis feminis solet esse vultus sede ipsarum libidinem referens (cf. Hor. Carm. I, 19, 7. 8.), praeter vultum vero mammae quoque impudicae nudatae libidinis et artis meretriciae sunt sedes. Sensus: graviter vituperate quicunque vobis bene esse cupitis cives civitatem vestram; ea enim neque me colit neque ego eam tueor amplius; curate ut missum tandem faciat istum fictorum deorum studium!
5. Ne exuam eam nudam i. e. exuendo nudam reddam, et sistam eam ut die quo nata fuit, et reddam eam ut desertum, et faciam eam ut terram aridam, et occidam eam siti i. e. ne faciam contemtum, omnibus opibus destitutum et tabescentem in calamitate populum vestrum, ut quum fuit in Aegypto. Ad priora commatis verba cf. vs. 7. 11. 12. Ad כְּיוֹם הִוָּלְדָהּ cf. vs. 17. Verborum וְשַׂמְתִּיהָ כַמִּדְבָּר וְשַׁתִּהָ כְּאֶרֶץ צִיָּה interpretationem eam, quam cum aliis nos secuti sumus, damnat Rosenmüllerus, quod, praeterquam quod minus concinna sit comparatio mulieris cum solitudine, verba, quae in fine versus subjunguntur, וַהֲמִתִּיהָ בַּצָּמָא, vix sinant verba, quae proxime praecedant, indicato modo accipere, postulent potius, ut, quemadmodum כְּיוֹם pro כְּבַיּוֹם sit positum, ita in כַמִּדְבָּר et כְּאֶרֶץ cogitatione suppleatur ב praepositio in hunc sensum: et ponam eam tanquam in deserto, et collocem eam veluti in terra arida. Verum jam aliis locis monuimus, כְּיוֹם hic et 9, 9. 12, 10. Am. 9, 11. Jes. 9, 3. al. Accusativum adverbialem esse, vid. ad Jes. 1, 1. Ex quo sequitur, in כַמִּדְבָּר et כְּאֶרֶץ ב particulam suppleri non posse, sed adquiescendum esse in sensu supra proposito. Is vero nihil habebit difficultatis, simulatque reputaveris, cogitasse vatem, haec cum scriberet, de eo, quod imagine mulieris adumbratur, civitate, inquam, Israelitica; cf. Jer. 6, 8. Zeph. 2, 13. al. Ad וַהֲמִתִּיהָ formam cf. E. gr. ampl.
6. p. 414. — Nec filios ejus in gratiam recipiam, nam filii meretricii illi i. e. indignos benevolentia mea habeo etiam omnes singulos, nam deos alienos sectantur omnes singuli; cf. quae observavimus
7. ad וְיַלְדֵי זְנוּנִים 1, 2. et בְּאִמְּכֶם 2, 4. — Nam scortatur mater eorum, pudenda facit, turpiter agit genitrix eorum, dum dicit: sequar amasios, moechos meos, qui dant, praebent panem meum mihi necessarium, et aquam meam, lanam meam et linum meum, oleum meum et potum meum, delicatiorem puta, velut vinum. Cum dicit כִּי nam, redit ad rem propositam (vs. 4: רִיבוּ בְאִמְּכֶם

(כִּי). שִׁקּוּיָי hic potum delicatiorem esse, non aquam, docent quae praecedunt. Ad quae verba recte Drusius: „*Pane* et *aqua* vivimus; *lana* et *lino* vestimur; *oleo* utimur ad venustatem, item ad robur conciliandum corpori. *Oleum* saepe Hebraei usurpant pro *unguento*, quod bona pars unguenti ex oleo constaret. Horum, inquit, (amasiorum) beneficio non solum victus et amictus, verum etiam unguenta reliquaque omnia, quae sunt delicatioris et mollioris vitae instrumenta mihi abunde suppetunt.“ *Amasiis* vero male interpretes *populos exteros* Israelitis *foedere junctos* significari putant, in his Kimchi, qui: „*Amicis* significat Assyrios et Aegyptios, Israelitis foedere junctos, qui eos ab hostibus liberabant, ut tuto viverent, pro muneribus, quae eis dare solebant. Sensus est, se tranquillos, pro foedere cum eis inito, vixisse, et veluti omnia necessaria ab eis accepisse. Nam eorum praesidio tuti sine metu terram suam colebant, et securi in exteras regiones (mercaturae exercendae causa) proficiscebantur.“ Intelligenda esse quae ab Israelitis colebantur *numina ficta*, docent eum reliqua
omnia, tum maxime vs. 10. 13. 15. 19. — *Propterea ecce ob-* 8.
asepturus, praeclusurus *sum viam tuam spinis, et structurus sum murum ejus* i. e. murum quo obstruatur via ejus, *et semitas suas non inveniet*. In דַּרְכֵּךְ a tertia persona, qua supra erat usus, transit ad secundam, ita tamen, ut statim redeat ad tertiam. Amant talia prophetae omnes, amat Hosea maxime. Verba וְגָדַרְתִּי אֶת־גְּדֵרָהּ quamquam facilia ad intelligendum tamen non recte intellexisse, certe minus recte interpretati esse videntur.
Sensum totius versus vide ad vs. qui sequitur. — *Et persequetur* 9.
amasios suos, neque assequetur eos; et quaeret eos, neque inveniet; et dicet: eam et revertar ad virum meum priorem, Jovam, *nam melius mihi tunc* erat, cum in fide manebam, *quam nunc*, ubi fidem mutavi. Sensus hujus et proxime praegressi commatis hic est: quare cum bona quibus fruitur omnia diis falsis debere se opinetur perfidus populus (vs. 7.), ego illum ad incitas redigam (vs. 8.); ad quas redactus cum adjuvari voluerit a falsis diis cognoveritque, auxilium illos ferre non posse, iterum me colet.
— *Et illa non agnoscit, me*, non alios deos (vs. 7.), *dedisse ei* 10.
frumentum et mustum et oleum; et argentum, quod *multum feci ei, et aurum fecerunt Baalum* i. e. atque ex argento, cujus magnam vim eis dedi, et auro fecerunt sibi Baalum. Nonnulli עָשָׂה דָבָר לְ hic significare volunt *offerre aliquid alicui*, coll.

2 Chron. 24, 7. Sed vix dubium est, quin significet *facere ex aliqua re aliquid*, ut Jes. 44, 17. in re simili, ubi: שְׁאֵרִיתוֹ לְאֵל עָשָׂה *ex reliquo deum facit*, al. Ita enim ut statuas, suadet qui infra 8, 4. legitur locus parallelus: כַּסְפָּם וּזְהָבָם עָשׂוּ לָהֶם עֲצַבִּים *ex argento suo et auro suo fecerunt sibi simulacra.* Alii qui sub locutione eandem quam nos subjecimus sententiam subjiciunt, verba וְכֶסֶף הִרְבֵּיתִי לָהּ וְזָהָב עָשׂוּ לַבָּעַל vel sic struenda putant: *et argenti multum me fecisse*, dedisse *ei et auri; fecerunt* ex eo *Baalum*, qua ratione cum antecedentibus עָשׂוּ לַבָּעַל verba nullo vinculo cohaerent, vel ante עָשׂוּ cogitando supplentes אֲשֶׁר: *et argenti multum me fecisse*, dedisse *ei et auri;* ex quo *fecerunt Baalum*, quod ferri possit. Sed quod הִרְבֵּיתִי לָהּ interjectum est inter וְכֶסֶף et וְזָהָב, haud obscure significat, verba eo modo, quo nos struximus, struenda esse. Ceterum observa, in עָשׂוּ Plurali
11. iterum imagine excidisse vatem. — *Propterea*, quod illa non agnoscit, a me se accepisse illa bona, *rursus auferam*, immissis tempestatibus, locustis, hostibus, *frumentum meum* i. e. quod a me accepit frumentum *tempore suo* i. e. messis, *et mustum meum stato tempore suo*, vindemiae, *et eripiam lanam meam et linum meum ad obtegendum* i. e. quae essent ad obtegendum *nuditatem ejus*, quibus illa obtegeret nuditatem suam. Ante לְכַסּוֹת et veterum et recentiorum nonnulli nectendi causa ponunt *quae dedi ei*, vel *quae a me accepit.* Latet hoc quidem in Suffixo nominum praecedentium; attamen isto velut complemento minime opus est ad copulandum cum illis nominibus לְכַסּוֹת Infinitivum. Is enim nequaquam ex Pronomine Nominibus affixo, verum ex ipsis Nominibus pendet. Sole enim clarius est, צַמְרִי וּפִשְׁתִּי לְכַסּוֹת *lanam et linum ad obtegendum* esse *lanam et linum quae sint ad*
12. *obtegendum*, *inserviant obtegendo.* — *Et nunc*, jam *retegam pudenda ejus ante oculos amasiorum ejus*, *nec quisquam eripiet eam e manu mea* i. e. propriis verbis: populum cum summa ipsius contumelia nudum ab omnibus rebus reddam inspectantibus, in quibus fiduciam collocat, diis commenticiis, nec tamen impedire valentibus, quominus perficiam quod volo facere. נַבְלֻת, quod praeter hunc locum non legitur, *foeditas*, hinc *pars obscoena*, a נָבַל Pi. *abjectum reddere*, *deturpare*, *foedare* Jer. 14, 21. Nah. 3, 6. cf. chald. נִבּוּל *foeditas*, *obscoenitas.* Alii adquiescendum putant in *turpitudinis*, *ignominiae* significatione, quae ferri quidem possit, modo ne cum illis interpretibus intelligas *deorum*

falsorum studium, quod a nexu plane abhorret, cum *turpe* hoc studium sit judice Jova, *non turpe* judicibus falsis diis, coram quibus ista turpitudo retegenda dicitur, sed *abjectissimam mulieris* (populi) *omnibus rebus nudatae conditionem* potius intelligi credas. Praestat tamen perstare in sententia supra proposita, tum ob ipsum נַבְלֻת verbum, tum ob verba postrema versus proxime praegressi, tum ob ea quae dicta sunt vs. 5. hujus cap. — *Et* 13.
finem faciam omni gaudio ejus, festo ejus, novilunio ejus et sabbato ejus et omnibus solemnibus ejus. En iterum pro figuratis propria, qualia immiscentur in sequentibus quoque. Sensus hujus versus et ejus qui proxime sequitur hic est: perturbari sinam rempublicam populi mei ejusque terram vastari. — *Et vastabo* 14.
vitem ejus et ficum ejus, quas, de quibus *dicit: donum illa mihi sunt, quod dederunt mihi amasii mei* (cf. vs. 7. 10 sq.); *et faciam illa*, vitem, ficum i. e. vineas et ficeta *sylvam, et comedet ea*, uvas et ficus *bestia agri*, fera. — *Et puniam in ea dies* 15.
Baalorum, dies Baalis sacratos, *ubi*, quibus diebus *suffit*, odores incendit *illis*, Baalis, *et ornat se annulo suo*, naribus inserto (cf. נֶזֶם עַל אַפֵּךְ Ezech. 16, 12., נִזְמֵי הָאָף Jes. 3, 21.) *et monili suo, et sequitur amasios suos, et mei obliviscitur, dictum Jovae* hoc est. — Affert jam novam rationem, qua velit perfidos ad officium 16.
reducere, velle se inquiens post severitatem blanditias et beneficia adhibere. *Propterea ecce pellecturus sum eam, et ducam eam in desertum, et loquar ad cor ejus*, blande alloquar eam i. e. propterea, cum deorum falsorum studium in populo meo punivero, eum ad incitas redigero, rempublicam ejus perturbavero, terram vastavero: si fuerit tantis malis intelligentior redditus, eum ad me colendum iterum allectabo et invitabo, ex malis illi immissis eripiam atque consolabor. Falluntur, qui לָכֵן hoc loco *verumtamen* significare putant. Debet idem profecto significare, quod significat vs. 8. et 11., ac significat sane. En ordinem sententiarum. Quod populus meus deos alienos sectatur, iisque se debere opinatur, quae mihi debet, quibus fruitur, bona, *propterea* depellam eum od calamitatem vs. 7—9., *propterea* eum omnibus quae dedi bonis nudabo, civitatem ejus subvertam, terram vastabo vs. 10-15.; *propterea*, adhibita in eo severitate clementiam quoque adhibebo, a miseria vindicatum ad me denuo colendum invitabo, volentem pristinis ac multo majoribus ornaturus beneficiis vs. 16 sqq. Quod dicit, velle se *in desertum ducere* mulierem, perinde est, ac si

dicat, velle se eam *ex miseriis eripere*, respicitur enim liberatio majorum e servitute Aegyptiaca, ut recte jam vidit Hieronymus, qui: *et ducam eam in solitudinem*, id est, educam ex malis, sicut
17. et prius de Aegyptiaca eduxeram servitute;" cf. vs. 17. — *Et dabo*, reddam *ei vineas suas* (cf. vs. 11. 14.) *inde*, ex illo tempore, *et vallem Achor* (i. e. *perturbationis* s. *afflictionis*) *dabo*, faciam ei *portam spei; et canet ibi*, illo tempore *ut diebus*, tempore *pueritiae suae*, *atque ut die*, tempore, *quo adscendit e terra Aegypti.* נָתַתִּי verbum pertinere etiam ad אֶת־עֵמֶק עָכוֹר לְפֶתַח תִּקְוָה, ostendit praemissa his verbis copula. Sensum horum verborum Rosenmüllerus in Scholiis hunc esse judicat: „quemadmodum olim Israelitis iter longum ac difficile per desertum emensis moeror ille, quo in ipso terrae Canaanis limine affecti sunt ob scelus ab Achane commissum, conversus est in gaudium, magna parta victoria de Ai, ex qua totius mox terrae obtinendae spem conceperunt (cf. Jos. cap. 7. 8.); ita et redituris aliquando Israelitis e terris exteris post triste et diuturnum exsilium laeta feliciorum temporum spes affulget." In Archaeologia vero (Vol. II. P. I. p. 157.) locum ille paullo aliter exposuit his verbis: „quemadmodum olim Israelitis ingredientibus terram Cananaeam commisso ab Achane delicto vallis Achor facta est locus perturbationis et angoris: sic redituri aliquando Israelitae in eadem hac valle spem concipient feliciorum temporum." Idem in Scholiis „alii, inquit, vallem Achor simpliciter ideo commemorari existimant, quia Palaestinam ingressuros, peragrato deserto, vallis haec, cis Jordanem sita, primum exciperet, quae quum esset fertilissima, laetisque pascuis abundans, quare in simili argumento nominatim laudetur una cum Saarone Jes. 65, 10., de rebus suis bene sperare juberet reduces." Quarum interpretationum fateor nullam mihi prorsus satisfacere. Respici *etymon* עָכוֹר nominis, indicio est tum quod, cum *vallis Achor* reddenda dicitur *porta spei*, עָכוֹר et תִּקְוָה haud obscure inter se opponuntur, tum quod per has orationes identidem etymorum lusibus delectatur vates. Sitne vero ratio habita eorum, quae memoriae prodita leguntur Jos. cap. 7., dubitari potest ea de causa, quod ea in narratione, recentiore exsilii aetate facta, veris admixta sunt ficta; cf. Comment. nostrum ampliorem ad illum locum. Vide igitur, an non, cum עֵמֶק עָכוֹר vallis sita fuerit prope Hierichuntem in ipso terrae Cananaeae ingressu, עָכוֹר vero vim habeat *perturbantis, moerore*

efficientis, Jova, cum promittit, *vallem Achor* Israelitis se factu-
rum esse *portam spei*, simpliciter fore promittat, ut terram pa-
triam, peragrato deserto, iterum ingressuris aliquando Israelitis
tristia quaeque convertantur in *laeta*. Certe qui tamen quae in
Josuae libro narrata sunt maluerit hic respecta putare, Achanem
et quae ad illum pertinent suspectae fidei, non admiscet, sed hunc
sensum faciet: quemadmodum olim quam in Achor valle majores
acceperant cladem secuta est victoria: sic Israelitarum miseria
aliquando mutabitur in salutem. וְעָנְתָה *et canet*, ut olim Israe-
litae ex Aegypto egressi Exod. 15. שָׁמָּה *ibi*, de tempore intel-
ligendum ut quod praecessit מִשָּׁם *inde*, id quod perlucet ex eo,
quod statim subjicitur *temporis* indicium כִּימֵי, כְּיוֹם, de quibus
vid. ad vs. 5. — *Et futurum est die*, tempore *illo*, *dictum Jovae* 18.
hoc est, *vocabis me Ischi (vir meus)*, *nec vocabis me amplius
Baali (Baal [dominus] meus)*, ne si Baalum me dicas, ficti, cui
Baali nomen est numinis recorderis, me nominans Baalum cogites.
— *Et removebo nomina Baalorum ex ore ejus, nec memorabun-* 19.
tur amplius nomine suo. — *Et faciam eis*, Israelitis, eorum in 20.
bonum, *foedus die*, tempore *illo cum bestiis agri*, *et cum avibus
coeli et reptilibus terrae*, sc. ut nullo modo illis noceant, tutos
illos reddam ab injuriis bestiarum, cf. Job. 5, 23., ad rem Jes.
11, 6 sqq. al.; *et arcum et gladium et bellum frangam* amovens
ex hac terra, pacata omnia reddam, *et habitare faciam eos se-
cure.* — *Et desponsabo te mihi in perpetuum*, denuo te ducam 21.
in matrimonium, non ultra dissolvendum; *et desponsabo te mihi
recte et juste*, *et benigne et misericorditer*; — *Et desponsabo* 22.
te mihi fideliter i. e. maritum me praestiturus rectum et justum,
benignum et misericordem et fidelem: *et cognosces Jovam*, cf.
vs. 10. בְּצֶדֶק et reliqua ad deum referenda esse, docent verba
postrema וְיָדַעַתְּ אֶת־יְהוָה. — Quae sequuntur opposita sunt illi, 23.
quod supra vs. 11. deus minatus fuerat, se frumentum, mustum
rel. ablaturum esse. *Et futurum est die*, tempore *illo*, *exaudiam*,
dictum Jovae hoc est, *exaudiam coelos*, hoc quasi a deo petentes,
ut ipsos pluvia repleat, quam in terram demittant; *et illi*, coeli
exaudient terram, suppeditantes quam terra postulat pluviam (cf.
Tibull. 1, 7. 26. ad Nilum: Te propter nullos tellus tua postulat
imbres, Arida nec Pluvio supplicat herba Jovi.); — *Et terra* 24.
exaudiet frumentum et mustum et oleum, petentia ut terra pro-
ferat ipsa, *et illa*, frumentum cet. *exaudient Israëlem (Plantat*

deus), votis respondebunt Israelitarum, denuo in patriam restitutorum (cf. 2, 2. ibique not. coll. vs. 23. hujus cap.), paucis: tum temporis terra coelo pluviis repleto fecundata Israelitis in
25. patriam revocatis denuo proventum suum offeret. — *Et plantabo*, quo verbo explicatur *Isreëlis* nomen, *eam mihi in hac terra, atque in gratiam recipiam Lo Rucham*am *(Non in gratiam receptam)*, *et dicam ad Lo Ammi (Non populum meum): populus meus es tu; et ille* vicissim *dicet: deus meus* tu es, i. e. Israelitarum populum in terram patriam restituam, quam illi denegaveram benevolentiam denuo praestabo, et cujus omnem curam abjeceram iterum meum esse jubebo; ipse vero me solum deum colet (cf. 2, 3.).

CAP. III, 1—5. Argumentum hujus a multis minus recte intellectae orationis hoc est. Vs. 1. 2: novum vatis cum muliere adultera, perfidi in Jovam populi Israelitici imagine, matrimonium, 3. 4: in quo ista mulier per longum tempus solitaria manere jubetur, ut significetur evertenda in longum tempus respublica Israelitarum cultusque omnis vel Jovae vel commenticiorum deorum abolendus. Vs. 5: quo facto fore dicitur, ut Israelitae iterum
1. Jovam colant ejusque fruantur beneficiis. — *Et dixit Jova ad me: iterum abi, ama mulierem amatam ab amasio*, moecho, *et moechantem, quemadmodum amat Jova filios Israelis, et illi se convertunt ad deos alios, et amant liba uvarum.* רֵעַ *amasius*, isque in malam partem, adulter, moechus, ut Jer. 3, 1. al., non maritus, ut perperam statuunt nonnulli. Postulare dicunt quod infra dicitur כְּאַהֲבַת יְהוָֹה אֶת־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל, ut ante omnia *amata a marito* i. e. Hosea dicatur mulier. Sed hoc ipsum satis profecto perspicue expressum est verbis אֱהַב־אִשָּׁה. Ad אֲשִׁישֵׁי עֲנָבִים *liba* ex uvis passis in certam quandam formam constipatis parata, qualia in sacrificiis deorum fictorum offerre solebant (cf. Jer. 7,
2. 18.), vid. Ges. Lex. — *Et emi eam mihi quindecim argenti siclis et chomero hordei et lethecho hordei.* „*Emendi* notione (quae praeter hunc locum reperitur Deut. 2, 6.) verbum כָּרָה h. l. sumendum esse, non solum prodit additum pretium, verum etiam mos Hebraeorum, conjuges a parentibus emere. Sic Jacobus uxores, Rachel et Leam, utramque septem annorum servitute emit Gen. 29, 18. 27., Sichem sibi emere vult Dinam, Jacobi filiam, cujus ambibat nuptias Gen. 34, 12. cf. Exod. 22, 16. 1 Sam. 18, 23. 25. 2 Sam. 3, 14. Idem mos etiamnum inter Arabes Scenitas viget.

Quod argento pro muliere soluto jungitur hordeum, nulla alia
videtur ratio fuisse, quam quod illa aetate in commerciis aeque
quam in tributis vel merces solae vel cum argento dari solebant;
cf. Neh. 5, 15.“ Ros. — *Et dixi ad eam: dies multos*, per lon- 3.
gum tempus *sedebis mihi* i. e. solitaria, lugens mihi sedebis,
abstinens ab omni tam legitima quam illegitima virorum consuetudine, quod statim pluribus explicatur; *non scortaberis*, *neque eris viro cuiquam*, neque habebit te vir quisquam i. e. nec rem habebis ullo cum viro, *neque etiam ego* ero *ad*, apud *te*, tecum, rem habebo tecum. Quum versus tertius et quartus in eo tantum inter se differant, quod prior rem imagine adumbrat, posterior eandem explicat, facile intelligitur, יָשַׁב verbo utroque in loco eandem significationem tribuendam esse. Item, quum יָשַׁב versu tertio sit absolute positum, consequitur, ut sic positum putetur versu quarto quoque; cf. Jes. 30, 7. Jer. 8, 14. Quae vero sit ista significatio, perlucet ex utriusque commatis sententia, ut quae doceat, יָשַׁב esse *sedere* solitarium, lugentem, ut Jes. 47, 5. al. Ad verba וְגַם־אֲנִי אֵלַיִךְ manifeste ex proximo praegressis cogitando repetenda est לֹא particula una cum הָיָה verbo; הָיָה אֶל־אִשָּׁה vero *esse ad* s. *apud mulierem*, idem prorsus significat, quod הָיָה עִם אִשָּׁה *esse cum muliere* i. e. rem habere cum ea Gen. 39, 10. 2 Sam. 13, 20. Precarie Rosenmüllerus et alii, qui et ipsi negandi particulam repetunt, ad אֵלַיִךְ supplent אָבוֹא. Alii: *tum vero ego ad te* me referam, conjugis meae loco iterum te habebo, coll. vs. 5., quem horum ultimorum verborum explicationem continere putant. Sed recte Rosenmüllerus: „solus versus quartus, ait, nostri tertii versiculi imaginem explicat. Neque verborum וְגַם אֲנִי אֵלַיִךְ expositio commode haberi potest versus quintus, quippe qui non quid deus sit facturus, sed quomodo Israelitae erga deum sese sint gesturi, praedicat.“ Gravius vero est, quod וְגַם nullo modo significare potest *tum vero*, vel, ut aliis placuit, *attamen*. — *Nam dies multos*, per longum tempus 4.
sedebunt in luctu *filii Israel; nullus rex et nullus princeps*, *et nullum sacrificium* quod Jovae offeratur *et nulla statua* falsi dei, *et nullum Ephod et* nulli *Teraphim*. Quibus verbis omnem reipublicae formam tollendam, omnem cultum sacrum sive licitum sive illicitum abolendum in multos annos inter Israelitas minatur, quod ipsum imagine adumbraverat versu superiore. De יֵשְׁבוּ vid. ad vs. 3. „זֶבַח etsi et de sacrificio idolis oblato dicitur, hoc

tamen loco, ut plerisque reliquit, de sacrificio legitimo dici, et addito מַצֵּבָה opponi, docet hemistichium posterius, quo inter se opponuntur אֵפוֹד et תְּרָפִים." Ros. Idem: „אֵפוֹד (*humerale*) erat vestimentum extimum breve, in lateribus scissum et sine manicis, duabus constans plagulis in humero fibulis nexis, et inde ad dimidias nates dependentibus, quarum altera, posterior, tergum, altera, anterior, pectus et ventrem tegebat (quaeque cingulo, חֵשֶׁב הָאֵפוֹד, corpori adstringebantur). Exod. 28, 6 sqq. al. Duplex autem Ephodi genus memoratur, *vulgare* unum, et *pontificium* alterum. *Vulgare* lineum erat, quo, ut a reliquo populo discerni possent, in faciendis sacris non modo sacerdotes et Levitae (1 Sam. 22, 18.), sed etiam qui ex aliis tribubus sacra faciebant, usi leguntur (velut Davides sacram choream ducens 2 Sam. 6, 14. 1 Chron. 15, 27. et Samuel, summi sacerdotis puer 1 Sam. 2, 18. 28.). Ephod *pontificium* indumentum erat artis et pretii non vulgaris, utpote gemmis, auro, variis etiam coloribus distinctum et variegatum (Exod. 28, 6 sqq.), quod soli Pontifici gestare concedebatur. Huic Ephod per certos annulos et catenulas *pectorale*, חֹשֶׁן, cui imposita erant אוּרִים וְתֻמִּים (Exod. 28, 30. ubi vid. not.), ita erat conjunctum, ut ab eo separari non facile potuerit. Eo amiculo cum indutus esset Pontifex divina responsa petens (Num. 27, 21.), hinc pro instrumento deum consulendi haud raro metonymice ponitur Ephod (1 Sam. 23, 9 sqq. 30, 7 sq.). Quando igitur vates Israelitas Ephodo privandos ait, una cum sacerdotio omnem deum consulendi et responsa coelestia consequendi rationem illis defuturam praenuntiat." Ad תְּרָפִים quod attinet, idem recte „quicquid, ait, statuatur de etymo תְּרָפִים vocis, multum ac saepe quaesito, nec dum invento, hoc satis certum videtur et exploratum, *fatidicas* fuisse *imagines*, quae de rebus dubiis responsa reddere credebantur. Id enim colligitur e pluribus locis, quibus illorum fit mentio, ut 2 Reg. 23, 24. Ezech. 21, 26. (al. 21.) et Zach. 10, 2." Fuisse istas imagines è genere *deorum domesticorum, Penatum*, vere alii monuerunt perlucere ex Gen. 31, 19. 34. 1 Sam. 19, 13. 16. Habuisse easdem *figuram humanam*, recte colligitur ex 1 Sam. l. l. Sed quod illis ipsam corporis humani *staturam* quoque tribuendam putant, in eo haud dubie falluntur. Tantae enim staturae si fuissent, Rachel eas non videtur potuisse abscondere sub *sella camelina* Gen. 31, 34. Videntur itaque fuisse *simulacra pectore tenus efficta, hermarum* e genere. Quod ipsum

fortasse viam aperit ad verum vocabuli etymon. Suspicor enim proprie תְּרָפִים significare *truncos*, *caudices* (cf. גִּלּוּלִים), coll. טָרַף *decerpere*, صَرَمَ *resecare*, *amputare* al. Ipsorum Judaeorum sententias cognoscere cupientibus satisfactura esse puto haec. Qui sub ipsis rerum christianarum initiis vixit R. Eliesar sic statuit: „Quid sunt Theraphim? Mactabant hominem primogenitum, et avellebant caput ejus, et saliebant illud sale et oleo, scribebantque super laminam auream nomen spiritus cujusdam immundi, et ponebant illam sub lingua ejus. Postea posuerunt illud caput ad parietem, et incendebant lampades coram eo, ac procubuerunt coram ipso, et sic locutum est simulacrum illud cum eis.“ R. Abr. Aben-Esra: „Verisimile mihi est, Theraphim habuisse formam humanam. Cujus rei testimonium est, quod Theraphim, quae posuit Michol, filia Saulis, in lecto, tales fuerunt, ut putarint custodes domus, ea fuisse ipsum Davidem (cf. supra).“ R. Levi Ben Gersom: „Theraphim sunt imagines forma humana, ut videre est in Michole, filia Saulis, fuitque ista forma facta horis certis notis apud ipsos, qua excitaretur facultas imaginatrix divinantis, audiretque quasi vocem submissam loquentem ad se de rebus futuris, quibus occupata fuit cogitatio ejus, non autem quod ista figura seu imago loqueretur, quod fuit impossibile est.“ De etymologia Judaei quid statuerint si quaeris, plerique תְּרָפִים volunt esse *turpes*, *foedos* (cf. chald. תּוֹרֶף, תּוּרְפָּה *turpitudo*, *foeditas*), quam sententiam nuper suam fecit *Biesenthalus*. Firmari possit coll. שִׁקּוּצִים, *abominanda*, de diis fictitiis 2 Reg. 23, 24. Ezech. 20, 7 sq. al. Aliorum Judaeorum alias opiniones dabit Buxt. Lex.
chald. p. 2661 sqq. — Comminationibus subjicit promissa; cf. 2, 1. 5.
Postea, effluxo tempore, de quo dixerat versu superiore, *revertentur*, deserent deorum fictorum cultum *filii Israelis*, *et quaerent Jovam*, *deum suum*, *et Davidem*, *regem suum* i. e. regem e gente Davidica oriundum, *et trepidabunt* i. e. trepidi festinabunt *ad Jovam atque ad bonum ejus*, bona quae largitur, *diebus futuris*. Ad וְאֵת דָּוִיד מַלְכָּם cf. Jer. 30, 9. Ezech. 34, 23 sq. 37, 24. Bene Rosenmüllerus: „quum defectio Israelitarum a cultu Jovano conjuncta olim fuisset cum defectione a Davide, rege divinitus constituto ejusque familia, ad emendationem illam, quae hoc loco describitur, omnino pertinebat, ut hae etiam ex parte ad officium redirent; quare additur וְאֵת דָּוִיד מַלְכָּם, *et Davidem*, *regem suum* quaerent, qua formula significatur, Israelitas s. decem tribus cum

tribu Juda iterum coalituros esse uno sub rege Davidis prosapia oriundo.“ Cf. 2, 2., ubi eadem promissa legimus. Ad פָּחַד אֶל cf. נִבְהָל לְ Prov. 28, 22. al. coll. E. gr. ampl. p. 620.

CAP. IV—XIV. „Incipit a capite quarto alter ille sermonum Hoseae ordo, quo, sine imaginis involucro, nudis verbis, crimina decem tribuum graviter reprehendit, et poenas divinitus immittendas denuntiat. Hoc enim generale est tam hujus capitis quam reliquorum argumentum, in quo tractando vates plerumque ita versatur, ut sententias proponat breviores, concisas et abruptas, quarum una alteram confirmat, amplificat, et id, quod causae caput est, nova luce identidem perfundit.“ Ros. Cf. illud Hieronymi in praef. ad XII Proph. dictum: „Commaticus est, et quasi per sententias loquens.“

CAP. IV, 1—19. Non est dubium, quin hanc orationem tempore interregni prioris vates habuerit. *Interregni*, inquam, tum ob iteratas caedes cet. quae vs. 2. notantur, quaeque non possunt nisi ad bella civilia commode referri, tum maxime, quod in cives omnes vs. 1. 12. et seqq., et sacerdotes inprimis 4—10. vates invehitur, nulla regiae domus facta mentione; et *prioris* quidem (alii enim de *posteriore* cogitari posse suspicantur), quia quae vs. 15. legitur admonitio, in recentiorem aetatem nequaquam convenit, quippe qua Judaeos vates non amplius ab imitandis Israelitis amice dehortatus sit, sed, quod essent imitati, increpaverit (ut in oratione quae continetur cap. 5., Pecachi tempore in lucem emissa). Consentiunt in rei summa melioris notae interpretes. Argum. vs. 1—3. graviter reprehendit turpissima quaeque flagitia omnium, 4—10. in sacerdotes potissimum invehitur, 11—14. foedo deorum fictorum cultui deditos omnes ac singulos queritur, 15—19. Judaeos dehortatur ab imitandis Israelitis, ut-
1. pote flagitiorum poenas daturis. — *Audite verbum Jovae, filii Israelis! nam lis est Jovae cum incolis hujus terrae; nam nulla est fides et nulla benevolentia et nulla cognitio dei in hac terra.*
2. — *Jurare et mentiri et occidere et furari et adulterari! Violenter agunt et sanguines sanguines attingunt*, caedes caedibus continuantur. Nonnulli פָּרָצוּ cum praecedentibus construunt, vel sic *jurare et mentiri et occidere et furari et adulterari irrumpunt* i. e. increbescunt, late vagantur, vel in hunc modum: *jurando et mentiendo et occidendo et furando et adulterando*

perrumpunt omnes limites. Quas interpretationes non opus erit
ut pluribus confutemus. Ad Infinitivos absolutos positos pro Verbis
finitis cf. Jes. 21, 5. al. coll. G. gr. min. §. 128, 4. b. Quod abest
copula a פָּרָצוּ, ratio est, quod ab hoc verbo iterum incipit forma
finita. פָּרַץ *vi irrumpere*, *irruere*, hinc *violenter agere;* a qua
significatione est פָּרִיץ *homo violentus*. Veram Masorethis quoque
visam esse quam nos secuti sumus struendi rationem, accentus
docet appositus נָאֹף voci. — *Propterea luget terra et languet* 3.
quidquid habitat in ea, omnia animantia, quae *ad bestias agri*
pertinent *et* quae *ad aves coeli* pertinent, *atque etiam pisces*
maris pereunt. Alii, in his Rosenmüllerus: *propterea lugebit* cet.,
poenam putantes scelerum denuntiari his verbis. Verum praesens
potius, quae istorum flagitiorum poena habetur, calamitas hic
describitur, quae qualis fuerit, cognoscimus e verbis ultimis, ut
quae doceant, intelligendam esse siccitatem; cf. Jes. 19, 5 sqq.
בְּ ante חַיַּת et עוֹף eadem vi gaudet, quam habet Gen. 7, 21. al.
— *Sed ne litiget quisquam, neque reprehendat quisquam!* i. e. 4.
sed operam ludet qui voluerit populi scelera (vs. 1. 2. notata)
reprehendere, sunt enim verba illa non dissuadentis, sed declarantis,
frustra fore reprehensionem, cujus rei causa statim subjicitur
his verbis: *etenim populus tuus est ut litigantes cum*
sacerdote i. e. similes Israelitae sunt his, qui publica sacerdotum
decreta oppugnant, i. e. sunt illi tantae pertinaciae et obstinationis,
ut malint apertis oculis in perniciem ruere, quam admonitioni
locum relinquere, nam qui sacerdotum decreta oppugnabant, iis
capitis poena erat constituta Deut. 17, 8 sqq. Possunt tamen
etiam aliter accipi verba priora, sic quidem, ut אַל habeatur negatio
quae dicitur subjectiva, in hunc sensum: *sed nemo quisquam*
vult litigare, nemo quisquam vult reprehendere i. e. nec quisquam
prophetarum est, qui flagitia ista velit reprehendere. Qui sensus
magnopere commendatur eo, quod vs. 5. una cum populo prophetae
quoque puniendi dicuntur. Attamen non audeo hac de causa
protinus rejicere explicationem supra propositam. Sed quod Suffixum
in עַמְּךָ ad Hoseam referendum putant interpretes, in eo
sine dubio falluntur. Nam quod vs. 5. Jova sic loqui pergit:
atque ita corrues, peribis, *et corruet etiam propheta tecum*,
aperto indicio est, Suffixum referendum esse ad *Israelem*, Israelitas,
compellatos vs. 1., quos jam supra ad 1, 2. et 2, 4. vidimus
amare Hoseam ab *universo populo* distinguere. Praeterea robur

addit huic sententiae, quod vs. 5. extr. pro עַמְּךָ quod hic legitur
5. positum est אִמֶּךָ *mater tua*, ad quod cf. 2, 4. 7. — *Atque ita
corrues*, Israel, *interdiu, et corruet etiam propheta tecum noctu,
et perdam matrem tuam*, universam nationem. Ad priora verba
bene Rosenmüllerus: „Manifesta oppositio *diei* et *noctis;* in qua
tamen unum alterum non excludit, sed magis explicat, et utrumque
ad utrosque pertinere docet, ut significetur, nullum tempus a strage
tam singulorum e populo, quam falsorum prophetarum vacuum
fore.“ De prophetis istius aetatis vid. ad 1, 1. Ad *matrem* quod
6 attinet, vid. ad 2, 4. — *Perit populus meus propter defectum
intelligentiae*, eo quod nullam habet rerum divinarum intelligen-
tiam. *Quod tu*, o sacerdos, *intelligentiam repudias: repudiabo
ego te, ita ut non* amplius *sis sacerdos mihi; et* quod *oblivisce-
ris legis dei tui: obliviscor filiorum tuorum etiam ego.* נִדְמוּ
Plur. ob vim collectivam עַם nominis. Quae post verba נִדְמוּ עַמִּי
מִבְּלִי הַדָּעַת sequuntur, pausa aliqua interjecta vates subjecisse
cogitandus est. Jam enim in sacerdotes invehitur (cf. vs. 8. 9.),
horum potissimum culpa fieri intelligens, ut leges divinas populus
contemnat, mores ejus in dies magis labantur. Quamquam enim
non est probabile, omnes omnino Jovae sacerdotes et Levitas
a Jerobeamo patria expulsos esse (cf. 1 Reg. 12, 31. 2 Chron. 11,
14 sq.), tamen quid putabis potuisse efficere paucos Jovae sacer-
dotes inter medios sacrificulos deorum fictorum? Pro ואמאסאך
plures interpretes legi volunt וָאֶמְאָסְךָ, א casu et fortuito ir-
repsisse putantes; cf. וַיִּמְאָסְךָ 1 Sam. 15, 23. eodem nexu. In
eadem sententia fuisse Masorethas, docet ipsorum וָאֶמְאָסְאךָ, docet
quod plures libri in margine expressis verbis א יתיר supervaca-
neum esse monent, in aliis vero habetur וָאֶמְאָסְךָ קרי. Expressum
sane וָאֶמְאָסְךָ reperitur in libris quamplurimis, et scriptis (K. 98.
R. 8.) et editis, nec potest negari, potuisse, cum א in eadem
voce praecedat, librarii negligentia facile irrepere א vitiosum.
Possit tamen etiam defendi ואמאסאך, si efferatur וָאֶמְאָסָאךְ et
forma habeatur aramaica in majorem vim posita a vate (cum
accentu enim efferendum est Suffixum) pro וָאֶמְאָסְךָ, quamquam
sic non omnis tollitur difficultas, quum molestum remaneat א;
cf. G. gr. ampl. p. 209. E. gr. min. §. 302, 2. וַתִּשְׁכַּח *et quod
obliviscoris;* continuatur enim sententia כִּי אַתָּה rel. Ad אֶשְׁכַּח
בָּנֶיךָ recte Rosenmüllerus: „poenae severitatem auget, ait, quod
deus non solum eos, qui tunc viverent, sacerdotio privandos esse

minatur, verum nec filiorum ullam rationem se habiturum denuntiat, ut igitur spem omnem adipiscendi aliquando iterum sacerdotii iis praecidat." Cf. vs. 7. et 10. — *Quemadmodum augentur*, 7.
sic peccant in me, quanto magis sacerdotes augentur numero ac potentia, tanto magis in me peccant; *gloriam eorum cum ignominia permutabo*, in ignominiam mutabo, ignominia tegam privatos omni qua nunc inter suos excellunt dignitate. רָבַב *augeri numero et potentia:* utrumque enim hoc verbum complectitur, utrumque hoc loco respicitur; cf. illud, quod dictum erat de *filiis sacerdotum* sub finem versus praecedentis, et hujus quem prae manibus habemus versus hemistichium posterius. Ceterum simillima illi quae in priore hemistichio inest locutio habetur infra 10, 1. — *Peccatum populi mei* i. e. sacrificia quae diis commen- 8.
ticiis offeruntur a populo meo perfido, *comedunt*, *atque ad delictum eorum*, Israelitarum, *efferunt animum suum* i. e. delictum eorum appetunt, i. e. avide cupiunt, ut quam plurima populus diis suis offerat sacrificia, quo habeant, unde bene vivant. חַטָּאת et עָוֹן meton. de *re qua peccatur*, et hic quidem de *sacrificiis oblatis diis falsis*. Sic infra 10, 8. חַטָּאת dicitur *locus* ubi colebantur dii commenticii, item Deut. 9, 21. ipsum quod colebatur *simulacrum*. Alii חַטָּאת et עָוֹן hoc loco esse volunt *sacrificia pro peccatis oblata*, quo significatu constat חַטָּאת saepissime dici. In hunc sensum Kimchi, qui: „non sunt sacerdotes nisi ad comedendas victimas pro peccatis a populo oblatas; hoc cupiunt, ut populus saepe delinquat, et hac ratione plurimae illis victimae suppetant, unde vivant." Sed cf. vs. 10. Mallem, si cui prior interpretatio non placeret, *cultum deorum fictorum et conjuncta cum illo omnis generis flagitia* generatim intelligere, ut hic sensus prodiret: scelesto populi deorum falsorum cultu pascuntur, ex eo bene vivunt sacrificuli illi (cf. quae de prophetis Israelitarum disputavimus ad 1, 1.), nec quicquam magis cupiunt, quam ut plurimos istius habeant socios. De sensu locutionis נָשָׂא נֶפֶשׁ אֶל vid. ad Ps. 24, 4. — *Atque ita fiet ut populus sic sacerdos* 9.
i. e. fiet ut populo sic sacerdoti, eandem sacerdos quam populus poenam dabit, par erit amborum supplicium, *et puniam in eo*, sacerdote, *vias ejus*, quam sequitur agendi rationem, *et facinora ejus reddam*, retribuam, referam *illi*. Nonnulli verborum וְהָיָה כָעָם כַּכֹּהֵן hunc sensum esse putant: atque ita, si populus est improbus, sacerdotes non sunt meliores. Sed de poena hic agi

10. ostendunt quae subjiciuntur וּפָקַדְתִּי rel. — *Et comedent, nec saturiabuntur; stupra facient, neque augebuntur; nam Jovam omittunt observare*, colere. Ad verba וְאָכְלוּ וְלֹא יִשְׂבָּעוּ Rosenmüllerus: „cibus non praestabit eum usum, quem deberet, quod a diris divinis. Eaedem minae Lev. 26, 26. Mich. 6, 14. Hagg. 1, 6.“ Referenda tamen verba, nisi fallor, ad ea sunt, quae dixerat vates vs. 8., ita ut, quemadmodum illo loco, sic hic quoque אָכַל de victu sacerdotum ex cultu deorum falsorum intelligendum sit in hanc sententiam: et male iis cedet, vertet victus, quem suppeditat deorum fictorum cultus. Quae Levit. 26, 26. et reliquis a Rosenmüllero laudatis locis habentur generatim intelligenda esse docet istorum locorum nexus. Nec magis recte statuere videntur de verbis quae subsequuntur הִזְנוּ וְלֹא יִפְרֹצוּ, in quibus הִזְנוּ *scortari faciunt, ad stuprum seducunt* existimant significare, idque sensu *proprio*. Nam הִזְנָה potius *stupra facere* significat hoc loco, cf. G. gr. min. §. 52, 2., idque *improprie* de cultu deorum fictorum videtur intelligendum, ut 2 Chron. 21, 13. in verbis: כְּהַזְנוֹת בֵּית אַחְאָב. Prius quum ex eo intelligitur, quod subjicitur וְלֹא יִפְרֹצוּ *neque augebuntur*, tum colligitur ex vs. 18. hujus capitis et 5, 3., ubi manifeste eadem *stupra faciendi* in הִזְנָה vis est. Posterius vero ut statuamus, causa est, quod quae praecedunt et ipsa ad deorum fictorum cultum referenda esse vidimus. Hoc igitur his verbis dicere videtur vates: cultum falsorum deorum servabunt illi, nec tamen eo res suas prosperabunt. Quemadmodum enim supra in versu 7., cui quae hic dicuntur respondent, רָבַב, sic hoc loco פָּרַץ *diffundere se*, hinc *crescere, augeri* latiore sensu capiendum est; cf. Gen. 30, 43. Nolo tamen vehementer repugnare, si quis voluerit in ea quam Rosenmüllerus secutus est interpretatione adquiescere, modo הִזְנָה eo significatu
11. sumat, quem habet vs. 18. cf. vs. 11. 13. 14. — *Scortatio et vinum et mustum aufert cor*, mentem, intellectum, facit ut desipiant homines, reddit amentes. Est enim לָקַח לֵב hic idem quod
12. לָקַח טַעַם Job. 12, 20. — *Populus meus lignum*, simulacrum suum *consulit*, ab eo oracula petit, *et baculus ejus facit indicium ei*, indicat ei res futuras, vel quid agendum sit, quid omittendum; *nam spiritus scortationum* i. e. communis omnium propensio ad scortationes i. e. ad cultum deorum commenticiorum *aberrationem effecit*, fecit ut aberraret populus a deo vero ad fictos, *atque ita scortantur*, alienos deos sectantur *relicto*, cujus sub dominio

fuerant (quod constat exprimi illo מִתַּחַת) *deo suo.* Cum populus
lignum suum consulere dicitur, nonnulli *Theraphim*, quorum supra
3, 4. mentio facta, potissimum respici putant. Quam opinionem
nihil video quo possis firmare. Potest enim quodvis aliud cogi-
tari simulacrum ligneum. Rectius iidem judicant, *ligni* potius
quam imaginis nomine uti vatem ad exprimendam rei vilitatem.
Verbis וּמַקְלוֹ יַגִּיד לוֹ indicat illud quod *ῥαβδομαντείαν* vocant
divinationis genus, cujus varios ritus descriptos vide ad Ezech.
21, 26. „Alios per baculos divinandi modos ex Maimonide et
Mose Mikkozi refert Abarbenel, ut vel ictibus festinis terram per-
cutiant, peregrinasque tum voces alte exclament, vel lignum ad-
hibeant, quod ab uno latere cortice denudent, alterum latus cor-
tice sinentes vestitum manere. „„Sic divinator prehensum sua
manu lignum projicit; si ita ceciderit, ut emineat cortex, *virum*
hoc signat. Inde repetit praestigiator conjicere sortes; supremo
tum obtinente latere, cui ademtus cortex, *virginis* signum habebit,
et faustum omen; quocirca alacriter subit acceptum iter, vel ne-
gotium, quod agere optarat, laetabundus exsequitur. Sin vero
candidior, seu nuda ligni pars priori jactu sublimior fuerit, poste-
steriori autem cortex, hoc sane, cum *virginem* prius portendat,
seu laeti eventus afferat signum, post vero *virum*, sinistri casus
indicem, conjectórem prohibet isti tunc negotio incumbere; quod
et persuasum iis, cum, utraque vice cortex ceciderit superior,
utpote cum virum vir consequatur, et omnia adversa appareant.““
Ros. In רוּחַ זְנוּנִים verbis, quae iterum leguntur infra 5, 4.,
רוּחַ de *communi* multorum *indole* atque *ingenio* est intelligendum; 13.
cf. Jes. 19, 14. 29, 10. — *In capitibus*, cacuminibus *montium*
sacrificant, *et in collibus suffiunt*, odores incendunt, *sub quercu*
et populo alba et terebintho, *quia bona*, amoena est *umbra ejus*;
propterea scortantur filiae vestrae, *et nurus vestrae moechan-*
tur. „כַּלּוֹת quidam, ut Hieronymus, *sponsas* interpretantur (quae
eo nomine significantur pluribus in locis). Verum ut hoc loco
filiae referuntur ad patres, sic et כַּלּוֹת ad soceros videntur refe-
rendae.“ Ros. Sensum idem hunc facit: „Turpissima impietas
late grassatur. Quod enim patres cum filiis idolorum cultui sese
dedunt, inde fit, ut omnis pudor evanescat, atque filiae et nurus,
quae domi castissime servari debent, in sacris istis montanis et
silvestribus pudicitiam suam prostituant.“ Haberet quidem is
quoque commodum sensum, qui *scortandi* et *moechandi* verbis

improprie acceptis vatem dicere putaret, ad exemplum patrum i. e. hominum prudentiorum deos falsos colere filias quoque et nurus, homines imprudentiores. Praestat tamen cogitare de cultu libidinoso Veneris, qui satis aperte indicatur verbis quae leguntur vs. 14. עִם הַקְּדֵשׁוֹת יְזַבֵּחוּ *cum meretricibus sacrificant*; cf. etiam נָאֹף vs. 2. et זְנוּת vs. 11., quae vix poterunt aliter intelligi atque de stupris, quae proprie dicuntur. Ceterum in montibus collibusque Hebraeos pariter atque alios antiquitatis populos sacra putasse diis acceptissima, ideoque illis ibi sacrificia instituisse res nota est.

14. — *Non puniam*, non possum punire *in filiabus vestris*, *quod scortantur*, *neque in nuribus vestris*, *quod moechantur*; *nam isti*, ipsi patres et filii *cum meretricibus secedunt*, ut cum iis rem habeant, *et cum prostibulis sacrificant*, earum feminarum impuris amplexibus utuntur in honorem Veneris; *et populus* qui *non sapit*, insanus *praeceps ruit*, perit. פֵּרֵד *separare*, Pi. *separationem facere*, *secedere*. Sic etiam arab. فَرَّدَ *segregare se a caeteris*, *secedere* significat. קְדֵשׁוֹת propr. feminae *consecratae* Astartae s. Veneri, hujus in honorem pudicitiam prostituentes; cf. Num. 25, 1 sqq. בִּין *sapere*, ut Job. 18, 2. al., לֹא בִין *non sapere*, *insanire*, ut לֹא יָדַע Jes. 44, 18. 45, 20. Ps. 14, 4. לָבַט, i. q. arab. لَبَطَ, aliquem *conjicere in terram*, *praecipitem*

15. *dare*, Ni. *praecipitem dari*, *in perniciem agi*. — *Si scortaris*, deos alienos sectaris *tu*, *Israel: ne culpam contrahat Juda*, saltem Juda a nefando isto cultu abstineat! „saltem tu, Juda, qui possides Hierusalem, et habes ex lege Levitas, et exerces templi ceremonias, non debes sororis quondam tuae in fornicatione exempla sectari, et cum ea idola colere!“ Hieron. *Nec veniatis Gilgalem*, ubi vigebat deorum falsorum cultus, 9, 15. Amos. 5, 5. cf. Jud. 3, 19., *neque adscendatis*, proficiscamini, adeatis *Beth Aven (domum vanitatis)* i. e. urbem *Beth El (domum dei)*, praecipuam a Jerobeamo electam cultus deorum commenticiorum sedem, 1 Reg. 12, 28 sqq., eaque de causa per contemtum בֵּית אָוֶן dictam a vate, ut infra 10, 5., sitam in monte, Jos. 16, 1., 1 Sam. 13, 2., qua de causa dicitur הַעֲלָה, plane ut Gen. 35, 1: עֲלֵה בֵית־אֵל, *neque juretis: Vivus* est *Jova*, ita deus vivat! quibus verbis „non reprehenditur simpliciter et in se formula jurisjurandi, a deo ipso mandata, Deut. 6, 13. 10, 20., sed ejus abusus, cum cultu superstitioso conjunctus, de quo et alii vates queruntur,

ut Jes. 48, 1. Ezech. 20, 39. Zeph. 1, 5. al. Bene Hieronymus
sensum expressit his verbis: nolo per os vestrum nominis mei
fieri memoriam, quod idolorum recordatione pollutum est." Ros.
Cf. inprimis Zeph. l. l. Ceterum mirum est, dissentire potuisse
interpretes, Judaeosne an Israelitas alloquatur vates verbis ואל
תבאו et reliquis. Ad Judaeos enim referenda esse, docent quae
proxime praecedunt: אל יאשם יהודה. — *Nam ut juvenca re-* 16.
fractaria, jugum decutiens de cervicibus, *refractarius est Israel;*
jam pascet eos Jova ut agnum in spatio amplo, quibus verbis,
quum in campo minus lato et probe obsepto agnus imbecillis
a feris sit tutus, contra in campo spatioso atque aperto a grege
facile aberret ac praeda fiat lupo, minatur vates, nullam jam cu-
ram populi sui Jovam habiturum esse, sed passurum esse, ut
ejecti patriis sedibus Israelitae dispergantur praeda futuri hostibus.
— *Conjunctus cum idolis est Ephraim: mitte eum*, Juda! idolis 17.
inhaerescunt Israelitae: itaque sinite eos, Judaei, nolite eos cu-
rare, jubete res sibi habere suas, agant quod libeat! הנח לו
accipiendum ut הניחו לו 2 Reg. 23, 18. Referendum ad Judam,
Judaeorum populum esse docet vs. 15. — *Transiit* i. e. si transiit 18.
compotatio eorum: stupra faciunt; mirifice amant ignominiam
principes ejus, terrae Ephraimiticae. סר *recedere* hic dictum
pro eo quod *evanuit*, ut 1 Sam. 15, 32. אם particulam in poetica
maxime et prophetica oratione saepe omitti, res nota est. הזנה
הזנו de stupris, quae proprie dicuntur, iisque factis in honorem
Veneris (vs. 13. 14.) ut intelligamus, postulare videntur verba
proxime praecedentia. Ceterum cf. ad vs. 10. Ad אהבו הבו cf.
E. gr. ampl. p. 201. min. §. 233. coll. צמתתני Ps. 88, 17. מגניה
clypei ejus, terrae Ephraimiticae post. vocantur qui eam tuentur
principes, ut Ps. 47, 10. — *Colligat*, corripit *ventus eam*, terram 19.
Ephraimiticam, Ephraimitas *alis suis*, i. e. quam velocissime velut
vento illi abripientur, rapida calamitatum vi ejicientur sedibus suis
(cf. supra vs. 16. hemistichium posterius), *et pudore afficientur*
ob sacrificia sua, diis falsis oblata, cum viderint, spem illa fe-
fellisse. צרר רוח G. gr. min. §. 144. E. gr. min. §. 567. Venti
abripientis imago nota.

CAP. V, 1—VI, 3. Quae vs. 5. 8. 12. 14. de Judaeis dicta
sunt, in Usiae, Jothami, Hiskiae tempora nullo modo cadunt,
contra in Achasi puerile imperium optime conveniunt. Videtur
itaque Pekacho et Achaso regnantibus oratio edita esse. Argum.

5, 1—7: Israelitae nefandi deorum fictorum cultus poenas dabunt. 8—12: vae Israelitis! vae Judaeis quoque! 13. 14: auxilium petent Assyriorum, sed nihil id eos juvabit. 15—6, 3:
1. **in quibus angustiis iterum se convertent ad Jovam.** — ***Audite hoc, sacerdotes! et attendite, domus Israelis! et domus regis, auscultate!*** **Nam est, instat *vobis judicium*, in quo poenam vobis constituet, supplicia de vobis sumet deus; *nam laqueus facti estis Mizpae, et rete expansum in Thabore.*** הַמִּשְׁפָּט **i. q.** יוֹם תּוֹכֵחָה **vs. 9. Ultimorum verborum sensum Rosenmüllerus, vereor ut accurate satis, his verbis descripsit: „quemadmodum solent aucupes et venatores super montes Mizpa et Thabor tendere retia sua et laqueos, ita a vobis irretitus est populus. Quia contagio totius populi provenerat a sacerdotibus et proceribus, et rege etiam ipso, ideo propheta non abs re comparat eos laqueis, non tantum quia superstitionum erant auctores, verum etiam quia judicia perverterant et omnem aequitatem.“ Quum** מִצְפָּה **et** תָּבוֹר **propr. significent *speculam, locum editum*, ideoque utroque nomine locus indicetur et *custodibus et venatoribus* aptus: vates pro more suo lusisse videtur verbis, atque hoc sibi voluisse: nam in alto in quo vos ego constitui loco quum custodes populi esse debuissetis, illius venatores (corruptores, perditores) potius exstitistis. Quem sensum sub verbis subjiciendum esse jam vidit Hieronymus, qui: „speculatores vos posui in populo, et in excelso dignitatis culmine constitui, ut populum regeretis errantem; vos autem facti estis laqueus, et non tam speculatores et principes, quam venatores appellandi.“ Apposite vero duo isti loci commemorantur propterea quoque, quod unus, Mizpa, situs erat in orientali, alter, Thabor, in occidentali terrae parte. Ad Mizpam**
2. **cf. etiam 6, 8. — *Et mactare delicta*, victimas illicitas, mactatum victimarum illicitarum *cumulant*, i. e. et victimas super victimas diis falsis mactant; *et ego castigationem cumulabo omnibus illis*, ego vero poenam super poenam immittam iis omnibus. Verborum** וְשַׁחֲטָה שֵׂטִים הֶעְמִיקוּ **nemo superiorum interpretum explicationem dedit, in qua possis adquiescere. Rosenmüllerus cum aliis sic illa explicanda putavit: „**שָׁחַט **verbum frequentius quidem de *sacrificiorum mactatione* dicitur, nec desunt tamen loci, quibus de *hominum caede* usurpatur.** שַׁחֲטָה שֵׂטִים **ut asyndeton capio, et phrasin** שַׁחֲטָה שֵׂטִים הֶעְמִיקוּ **sic verto: *caedem s. caedes* atque *declinationes* a rectitudinis tramite vel veri dei cultu *profunda-***

runt i. e. maxime cumularunt, totos sese istis immerserunt. Vel, si שַׁחֲטָה de *victimarum mactatione* accipiamus, *mactationes* et *declinationes* per ἓν διὰ δυοῖν erunt *victimae superstitiosae*, contra institutionem divinam pugnantes, et ad idololatriam declinantes.“ Ad quas duras interpretationes nemo confugiet, nisi qui de invenienda meliore desperaverit. Nec magis placent recentiores, qui: *mactando victimas peccata cumulant*, graviter delinquunt. Primum enim non sine difficultate est, quod שַׁחֲטָה reddi volunt *mactando*; deinde desunt *victimae*. שֵׂטִים Objectum mihi videtur שַׁחֲטָה Infinitivi, שַׁחֲטָה vero Objectum הֶעְמִיקוּ verbi; porro שֵׂטִים *declinationes*, *delicta*, a שָׂטָה *declinavit*, *deflexit*, meton. dictum puto de *re qua delinquitur*, id est hoc loco de *victimis mactatis in honorem deorum falsorum*, prorsus ut supra 4, 8. חַטָּאת, ad quod vide quae notavimus. Quo jure ibi dixerat *comedere peccatum* pro *comedere sacrificium illicitum*, diis falsis oblatum, eodem profecto potuit hic dicere *mactare delictum* pro *mactare victimam illicitam*, diis commenticiis offerendam. שַׁחֲטָה non Infin. paragog. sed gen. fem. (ut אַהֲבָה al.) *mactare*, *mactatus*. Hemistichium posterius simpliciter sic capi potest: *et ego*, ego vero *castigatio* ero *omnibus illis*, castigabo omnes eos, vel sic, ut אֲנִי habeatur pro Nominativo absoluto in hanc sententiam: *et ego*, ad me vero quod attinet, *castigatio* erit *omnibus illis*. Commode tamen etiam cogitando repeti potest *cumulandi* verbum in eum sensum, quem supra expressimus. — *Ego novi Ephraim*, *et* 3.
Israel non absconditus mihi est; *nunc enim stupra facis*, *Ephraim*, *polluit se Israel*, relicto Jova deos falsos sectantur. De הִזְנֵתָ cf. ad 4, 10. — *Non sinunt facinora sua redire ad* 4.
deum suum, *nam spiritus scortationum est in medio*, in animo *eorum*, *et Jovam non norunt*. יִתְּנוּ מַעַלְלֵיהֶם לָשׁוּב propr. *dant*, admittunt *facinora sua ad redeundum* i. e. sinunt facinora sua redire, quo significatu constat נָתַן cum Accusativo et Infinitivo saepe dici, velut Ps. 66, 9. Alii: *adjiciunt*, applicant *facinora sua ad redeundum*, dirigunt facinora sua ad id, ut redeant, ad similitudinem locutionis נָתַן לֵב לְ Eccl. 1, 13. al. רוּחַ זְנוּנִים ut 4, 12. — *Atque ita deprimetur fastus Israelis in facie ejus*, 5.
ipso spectante, *et Israel et Ephraim corruent delicto suo*; *corruet etiam Juda cum illis*. בְּפָנָיו possit aliquis cum Syro et Chaldaeo putare significare *coram ipso*, *ipsis spectantibus* nec tamen impedire valentibus. Infra tamen, 7, 10. eadem verba le-

guntur, ibique is sensus non convenit. Praestat igitur proprie accipere בְּפָנָיו vocem utroque loco, ita quidem, ut ea sedes indicetur fastus. Fastum enim hominis fastuosi referre solet ejusdem facies; cf. 2, 4. Alii: *et testatur fastus Israelis contra*
6. *faciem ejus*, sensu minus commodo. — *Cum ovibus suis et cum bovibus suis ibunt ad quaerendum Jovam*, eum placaturi oblatis sacrificiis, *neque invenient* eum; *subtrahit se illis*. —
7. *In Jovam perfide egerunt, nam liberos alienos pepererunt* (cf. 1, 2. 2, 4. 6.), stupra facientes cum diis commenticiis; *jam absumet eos novilunium* i. e. novilunii tempore i. e. perbrevi (cf.
8. similia 6, 2.) absumti erunt *cum possessionibus suis*. — „Interpretum haud pauci hoc versu novum sermonem inchoandum existimant. Verum ut in iis qui praecesserunt versibus, ita et in his qui sequuntur vates pergit utramque, Israeliticam et Judaicam, rempublicam castigare, et poenas denuntiare. Hypotyposi eleganti hostis jam imminens sistitur, cujus adventus buccinarum et tubarum sonitu Ephraimitis et Benjaminitis denuntiatur.“ Ros. *Inflate buccinam Gibeae, tubam Ramae*, buccina signum date Gibeae, tuba signum date Ramae! *Classicum canite, Bethaven* i. e. vos, Bethavenses! *Post te, Benjamin!* i. e. jam imminet tibi, Benjamin, in tergo tuo haeret hostis, subjecta sibi provincia Ephraimitarum! „*Buccina* (שׁוֹפָר) pastoralis est, et cornu recurvo efficitur. *Tuba* autem (חֲצֹצְרָה) de aere efficitur vel argento, qua in bellis et solennitatibus concrepabant.“ Hieron. Paucis: *Est tuba directi, sunt aeris cornua curvi.* Verba הָרִיעוּ בֵּית אָוֶן minus recte nonnulli: *classicum canite Bethaveni*, in oppido Bethaven, quasi בֵּית אָוֶן sit pro בְּבֵית א׳. Pro Vocativo potius habendum ב׳ א׳, ita ut verba fiant ad ipsum oppidum, ejus incolas. Sunt etiam, qui הָרִיעוּ *alta voce clamate* reddant, et אַחֲרֶיךָ בִּנְיָמִין habeant pro ipsis verbis clamantium. Sed magis convenit, haec verba seorsum accipere, ut quae praecedunt. *Bethaven* hic nequaquam confundendum est cum *Bethel* (4, 15.), sed intelligendum oppidum tribus Benjamin ab oriente urbis Bethel situm Jos. 7, 2.
9. al. Ceterum cf. locus simillimus Jes. 10, 28 sqq. — *Ephraim vastatio erit die*, tempore *castigationis*, poenae, vastabitur Ephraim quo tempore poenam ab illo sumam; *inter tribus Israelis nota facio certa*, vera, quod intelligendum est de comminatione poenae certo superventurae Israelitis, q. d. et quam minitor Israelitis poenam certo illis superveniet. נֶאֱמָנָה neutraliter accipiendum. —

Sunt principes Judae ut qui movent terminos; in eos effundam 10.
ut aquas furorem meum. „*Movere terminum* (cf. Deut. 19, 14.
27, 17. Prov. 22, 28.) proverbiali sermone dictum videtur de illis,
qui leges majorum, quibus homines in officio continentur, temere
immutant.“ Ros. — *Oppressus Ephraim, fractus judicio!* i. e. 11.
opprimitur Ephraim, infringitur judicio, quo poenam ab illo sumam
(ut vs. 1.); *nam placet ei sequi praeceptum.* הוֹאִיל cum Verbo
finito omissa copula, ut Deut. 1, 5. צַו si sanum est, non potest
intelligi nisi de praecepto quodam eximio et omnibus noto, idque
per nexum non potest esse aliud quam *Jerobeami mandatum de
colendis diis commenticiis* 1 Reg. 12. Sitne vero sanum possis
dubitare. Graecus enim hemistichium posterius sic expressit: ὅτι
ἤρξατο πορεύεσθαι ὀπίσω τῶν ματαίων. Neque aliter Syrus.
Hi igitur pro צַו legerunt שָׁו id est שָׁוְא (Job. 15, 31.), intelli-
gendum de diis *vanis* eorumque cultu. Hieronymus tamen legit
צו, sed pronuntiavit צֹא, quod accepit pro צוֹא *sordidum*, צֹאָה
sordes. Is enim: „*quoniam coepit abire post sordem*, hoc
est, post idola, quae sordibus comparantur.“ — *Et ego ut tinea* 12.
sum *Ephraimo, atque ut caries domui Judae.* Quum tinea vestes
tacito morsu conficiat atque exedat, caries lignum morsu tacito
ac lento corrodat et perdat, *lenta* dei judicia hic describi inter-
pretes putant. Sed quae subjiciuntur (cf. etiam Ps. 39, 12.) osten-
dunt, tertium comparationis in *conditione desperata* potius quae-
rendum esse, ut hoc dicat Jova: quemadmodum certo perit
quam tinea exedit vestis, quod caries corrodit lignum, sic ego
Ephraimitis et Judaeis vulnera infligo, quae sanari a nemine
possint, nisi a me ipso; cf. inprimis vs. 13. 14. et 6, 1. — *Et* 13.
videt, animadvertit *Ephraim morbum suum*, vulnus a me inflictum,
calamitatem a me immissam, cf. 6, 1. et Jes. 1, 5 sq., *et Juda
vincturam suam*, i. e. vulnus suum, *et it*, abit, convertit se ad
auxilium quaerendum *Ephraim ad Assyrium*, *et mittit* (Juda?)
ad regem vindicem; et is, is vero *non potest sanare vos*, *nec
depellit a vobis vincturam*, vulneri vestro non medebitur. מָזוֹר
(a זור *comprimere*) *compressio*, *obligatio*, *vinctura* vulneris Jer.
30, 13., hoc loco, ut perlucet ex parallelismo et verbis versus
ultimis, atque ut res ipsa docet, pro *vulnere* est positum, po-
tuitque poni, quia ubi vinctura est, ibi est vulnus. אַשּׁוּר non
terrae sed populi hic nomen esse, iterum ostendit parallelismus.
Verba וַיִּשְׁלַח אֶל־מֶלֶךְ יָרֵב facile aliquis motus lege parallelismi

ad יְהוּדָה, non ad אֶפְרַיִם referenda putet. Quemadmodum enim verba וַיֵּלֶךְ אֶפְרַיִם אֶל־אַשּׁוּר respondent illis וַיַּרְא אֶפְרַיִם אֶת־חָלְיוֹ, sic וַיִּשְׁלַח אֶל־מֶלֶךְ יָרֵב respondeant necesse videtur verbis וִיהוּדָה אֶת־מְזֹרוֹ. Quae membrorum inter se respondentium ratio eo diligentius observanda videri possit, quod per totam orationem vates *utramque* civitatem respicit, ita ut Israelitarum atque Judaeorum quasi contentionem faciat; cf. vs. 5. 8. 10. 12. 14. Dubito tamen valde, num potuerit ad וַיִּשְׁלַח cogitatione supprimi יְהוּדָה, postquam ad וַיֵּלֶךְ expressum fuerat אֶפְרַיִם. Videtur potius tertium membrum ad Ephraimitas, quartum ad Judaeos relaturus vates aut sic debuisse scribere: וַיֵּלֶךְ אֶפְרַיִם אֶל־אַשּׁוּר וִיהוּדָה שָׁלַח אֶל־מֶלֶךְ יָרֵב, aut omisso utroque loco nomine vel sic scripturus fuisse: וַיֵּלֶךְ אֶל־אַשּׁוּר cet., vel sic: וַיֵּלְכוּ אֶל־אַשּׁוּר וַיִּשְׁלְחוּ cet. Itaque וַיִּשְׁלַח אֶל־מֶלֶךְ יָרֵב verba et ipsa ad אֶפְרַיִם videntur referenda esse, licet invito parallelismo. יָרֵב *qui causam agit*, *vindex*, *ultor*, *defensor*, idem quod רָב Jes. 19, 20. cf. nomina formae vicinae יָרִיב, יָכִין al. גָּהָה *removere*, *repellere*, hinc גֵּהָה *remotio vincturae*, sanatio vulneris Prov. 7, 22. cf. syr. ܓܗܐ recedere, declinare, fugere, Aph. liberare; arab. جَهَى repellere (turpiter). Sensus: in quibus angustiis Ephraimitae se iterum, ut antea fecerunt (Menachemi aetate) ad Assyrios se convertent, eorum auxilium implorantes, sed nihil illi eos
14. poterunt juvare. — *Nam ego instar leonis* sum *Ephraimo*, *et*
instar leonis juvenis domui Judae; ego, *ego dilacero et abeo*,
aufero et nemo est qui eripiat quemquam ex meis manibus. —
15. *Redibo ad locum meum* i. e. me removebo ab Israelitis, omnem
eorum curam abjiciam, *donec culpae poenas dent*, *et quaerant*
faciem meam, me placaturi; *in angustiis* quae *iis*, in angu-
1. stiis suis *requirent me*. — CAP. VI. Loquentes jam inducun-
tur Israelitae, ut ad Jovam se recipiant, verum illum vindicem,
se invicem exhortantes. *Agite*, *et redeamus ad Jovam! Nam*
is dilaceravit, *et sanabit nos; percussit*, *et obligabit nos*. —
2. *Vitae restituet nos post biduum*, *die tertio eriget nos* i. e. brevi
liberatos miseriis in pristinum statum restituet nos, *et vivemus coram eo*, pristina felicitate fruemur denuo futuri in tutela Jovae, qui antea a nobis se removerat, curam nostri abjecerat (5, 15.). Ad מִיֹּמָיִם rel. cf. Jo. 2, 19: λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν, et similis locutio supra 5, 7.

— *Atque ita cognoscamus, studeamus cognoscere Jovam! Instar* 3.
aurorae certus est *exitus*, ortus *ejus* i. e. quemadmodum post noctem tenebricosam aurora oritur luce sua omnia collustrans, sic post calamitatum tempestates certo procedet, apparebit Jova tristia omnia in laeta conversurus, *et veniet instar pluviae nobis*, *instar pluviae serotinae*, vernae, *quae rigat terram* i. e. et omnibus bonis nos ornabit!

CAP. VI, 4—11. Interpretum haud pauci, in his Rosenmüllerus, haec cum superioribus conjungunt. Sed non est dubium, quin hoc versu novus sermo inchoandus sit. Nam quae vs. 15. cap. 5. et tribus primis versibus cap. 6. legimus laeta sunt, contra quae hic, tristia. In laeta vero orationes desinere, a tristibus incipere solent; cf. quae ipse Rosenmüllerus recte disputavit ad 1, 9. et 2, 1. In caedem Pecachjae hanc vatem orationem dixisse statuo versu potissimum octavo ductus, quo, nisi fallor, flagitium interfecti regis vati ob oculos fuit. Ibi enim Gileaditas, a quibus adjutus regi necem intulerat tribunus (2 Reg. 15, 25.), sanguine recens facto contaminatos esse dicit. Illud certe in dubium recte vocari nequit, orationem non post aetatem Pecachi habitam esse. Nam Gileaditae hujus sub imperio in captivitatem abducti. Praeter caedes cultus reprehenditur deorum fictorum. — *Quid faciam* 4.
tibi, *Ephraim*, *quid faciam tibi*, *Juda?* quae mihi jam ingredienda est via, quae ineunda ratio, ut vos ad officium, ad pietatem revocem? *Etenim pietas vestra* est *ut nubes matutina*, quae vix nata a sole dispergitur, fluxa, cito praeteriens, *atque ut ros mane discedens*, disparens, quae eadem comparatio habetur infra 13, 3. — *Propterea caedo eos per prophetas*, *occido eos verbis* 5.
oris mei, i. e. excidium et internecionem iis annuntio, saepe enim in scriptis prophetarum illa fieri dicuntur, quae facienda praedicuntur, ut Jer. 1, 10. Ezech. 43, 3., *et judicia tua* i. e. judicia in quibus ego poenam tibi, Ephraim, et tibi, Juda, constituam, supplicia de vobis sumam, ut *lux prodibunt*, quorum verborum sensum bene expressit Rosenmüllerus his verbis: „supplicia tibi irroganda usque adeo erunt aperta, ut instar lucis omnium occursent oculis, et his notata signis, ut nemo dubitet, illa a deo, scelerum vindice, fuisse profecta.“ Inprimis vero, cum judicia dei in populum exercenda i. e. supplicia de illo sumenda *lucis instar apparitura dicuntur*, de *justitia divina* cogitandum est, illis suppliciis *manifestanda*. חָצַב *caedere*; cf. Hi. Jes. 51, 9. „Nos

addit huic sententiae, quod vs. 5. extr. pro עַמְּךָ quod hic legitur
5. positum est אִמְּךָ *mater tua*, ad quod cf. 2, 4. 7. — *Atque ita*
corrues, Israel, *interdiu*, *et corruet etiam propheta tecum noctu*,
et perdam matrem tuam, universam nationem. Ad priora verba
bene Rosenmüllerus: „Manifesta oppositio *diei* et *noctis;* in qua
tamen unum alterum non excludit, sed magis explicat, et utrumque
ad utrosque pertinere docet, ut significetur, nullum tempus a strage
tam singulorum e populo, quam falsorum prophetarum vacuum
fore.“ De prophetis istius aetatis vid. ad 1, 1. Ad *matrem* quod
6 attinet, vid. ad 2, 4. — *Perit populus meus propter defectum*
intelligentiae, eo quod nullam habet rerum divinarum intelligen-
tiam. *Quod tu*, o sacerdos, *intelligentiam repudias: repudiabo*
ego te, *ita ut non* amplius *sis sacerdos mihi; et* quod *oblivisce-*
ris legis dei tui: obliviscar filiorum tuorum etiam ego. נִדְמוּ
Plur. ob vim collectivam עַם nominis. Quae post verba נִדְמוּ עַמִּי
מִבְּלִי הַדָּעַת sequuntur, pausa aliqua interjecta vates subjecisse
cogitandus est. Jam enim in sacerdotes invehitur (cf. vs. 8. 9.),
horum potissimum culpa fieri intelligens, ut leges divinas populus
contemnat, mores ejus in dies magis labantur. Quamquam enim
non est probabile, omnes omnino Jovae sacerdotes et Levitas
a Jerobeamo patria expulsos esse (cf. 1 Reg. 12, 31. 2 Chron. 11,
14 sq.), tamen quid putabis potuisse efficere paucos Jovae sacer-
dotes inter medios sacrificulos deorum fictorum? Pro ואמאסאך
plures interpretes legi volunt וְאֶמְאָסְךָ, א casu et fortuito ir-
repsisse putantes; cf. וַיִּמְאָסְךָ 1 Sam. 15, 23. eodem nexu. In
eadem sententia fuisse Masorethas, docet ipsorum וְאֶמְאָסְאךָ, docet
quod plures libri in margine expressis verbis יתיר א supervaca-
neum esse monent, in aliis vero habetur וְאֶמְאָסְךָ קרי. Expressum
sane וְאֶמְאָסְךָ reperitur in libris quamplurimis, et scriptis (K. 98.
R. 8.) et editis, nec potest negari, potuisse, cum א in eadem
voce praecedat, librarii negligentia facile irrepere א vitiosum.
Possit tamen etiam defendi ואמאסאך, si efferatur וְאֶמְאָסֵאךְ et
forma habeatur aramaica in majorem vim posita a vate (cum
accentu enim efferendum est Suffixum) pro וְאֶמְאָסְךָ, quamquam
sic non omnis tollitur difficultas, quum molestum remaneat א;
cf. G. gr. ampl. p. 209. E. gr. min. §. 302, 2. וַתִּשְׁכַּח *et* quod
oblivisceris; continuatur enim sententia כִּי אַתָּה rel. Ad אֶשְׁכַּח
בָּנֶיךָ recte Rosenmüllerus: „poenae severitatem auget, ait, quod
deus non solum eos, qui tunc viverent, sacerdotio privandos esse

minatur, verum nec filiorum ullam rationem se habiturum denun-
tiat, ut igitur spem omnem adipiscendi aliquando iterum sacer-
dotii iis praecidat.“ Cf. vs. 7. et 10. — *Quemadmodum augentur,* 7.
sic peccant in me, quanto magis sacerdotes augentur numero ac
potentia, tanto magis in me peccant; *gloriam eorum cum igno-
minia permutabo,* in ignominiam mutabo, ignominia tegam pri-
vatos omni qua nunc inter suos excellunt dignitate. רָבַב *augeri
numero et potentia:* utrumque enim hoc verbum complectitur,
utrumque hoc loco respicitur; cf. illud, quod dictum erat de *filiis
sacerdotum* sub finem versus praecedentis, et hujus quem prae
manibus habemus versus hemistichium posterius. Ceterum simil-
lima illi quae in priore hemistichio inest locutio habetur infra
10, 1. — *Peccatum populi mei* i. e. sacrificia quae diis commen- 8.
ticiis offeruntur a populo meo perfido, *comedunt, atque ad de-
lictum eorum,* Israelitarum, *efferunt animum suum* i. e. delictum
eorum appetunt, i. e. avide cupiunt, ut quam plurima populus
diis suis offerat sacrificia, quo habeant, unde bene vivant. חַטָּאת
et עָוֹן meton. de *re qua peccatur,* et hic quidem de *sacrificiis
oblatis diis falsis.* Sic infra 10, 8. חַטָּאת dicitur *locus* ubi ce-
lebantur dii commenticii, item Deut. 9, 21. ipsum quod colebatur
simulacrum. Alii חַטָּאת et עָוֹן hoc loco esse volunt *sacrificia
pro peccatis oblata,* quo significatu constat חַטָּאת saepissime dici.
In hunc sensum Kimchi, qui: „non sunt sacerdotes nisi ad com-
edendas victimas pro peccatis a populo oblatas; hoc cupiunt, ut
populus saepe delinquat, et hac ratione plurimae illis victimas
suppetant, unde vivant.“ Sed cf. vs. 10. Mallem, si cui prior
interpretatio non placeret, *cultum deorum fictorum et conjuncta
cum illo omnis generis flagitia* generatim intelligere, ut hic sen-
sus prodiret: scelesto populi deorum falsorum cultu pascuntur, ex
eo bene vivunt sacrificuli illi (cf. quae de prophetis Israelitarum
disputavimus ad 1, 1.), nec quicquam magis cupiunt, quam ut
plurimos istius habeant socios. De sensu locutionis נָשָׂא נֶפֶשׁ אֶל
vid. ad Ps. 24, 4. — *Atque ita fiet ut populus sic sacerdos* 9.
i. e. fiet ut populo sic sacerdoti, eandem sacerdos quam populus
poenam dabit, par erit amborum supplicium, *et puniam in eo,*
sacerdote, *vias ejus,* quam sequitur agendi rationem, *et facinora
ejus reddam,* retribuam, referam *illi.* Nonnulli verborum וְהָיָה
כָעָם כַּכֹּהֵן hunc sensum esse putant: atque ita, si populus est
improbus, sacerdotes non sunt meliores. Sed de poena hic agi

10. ostendunt quae subjiciuntur וּפָקַדְתִּי rel. — *Et comedent, nec satiabuntur; stupra facient, neque augebuntur; nam Jovam omittunt observare*, colere. Ad verba וְאָכְלוּ וְלֹא יִשְׂבָּעוּ Rosenmüllerus: „cibus non praestabit eum usum, quem deberet, quod a diris divinis. Eaedem minae Lev. 26, 26. Mich. 6, 14. Hagg. 1, 6.“ Referenda tamen verba, nisi fallor, ad ea sunt, quae dixerat vates vs. 8., ita ut, quemadmodum illo loco, sic hic quoque אָכַל de victu sacerdotum ex cultu deorum falsorum intelligendum sit in hanc sententiam: et male iis cedet, vertet victus, quem suppeditat deorum fictorum cultus. Quae Levit. 26, 26. et reliquis a Rosenmüllero laudatis locis habentur generatim intelligenda esse docet istorum locorum nexus. Nec magis recte statuere videntur de verbis quae subsequuntur הִזְנוּ וְלֹא יִפְרֹצוּ, in quibus הִזְנוּ *scortari faciunt, ad stuprum seducunt* existimant significare, idque sensu *proprio*. Nam הִזְנָה potius *stupra facere* significat hoc loco, cf. G. gr. min. §. 52, 2., idque *improprie* de cultu deorum fictorum videtur intelligendum, ut 2 Chron. 21, 13. in verbis: כְּהַזְנוֹת בֵּית אַחְאָב. Prius quum ex eo intelligitur, quod subjicitur וְלֹא יִפְרֹצוּ *neque augebuntur*, tum colligitur ex vs. 18. hujus capitis et 5, 3., ubi manifeste eadem *stupra faciendi* in הִזְנָה vis est. Posterius vero ut statuamus, causa est, quod quae praecedunt et ipsa ad deorum fictorum cultum referenda esse vidimus. Hoc igitur his verbis dicere videtur vates: cultum falsorum deorum servabunt illi, nec tamen eo res suas prosperabunt. Quemadmodum enim supra in versu 7., cui quae hic dicuntur respondent, רָבַב, sic hoc loco פָּרַץ *diffundere se*, hinc *crescere, augeri* latiore sensu capiendum est; cf. Gen. 30, 43. Nolo tamen vehementer repugnare, si quis voluerit in ea quam Rosenmüllerus secutus est interpretatione adquiescere, modo הִזְנָה eo significatu
11. sumat, quem habet vs. 18. cf. vs. 11. 13. 14. — *Scortatio et vinum et mustum aufert cor*, mentem, intellectum, facit ut desipiant homines, reddit amentes. Est enim לָקַח לֵב hic idem quod
12. לָקַח טַעַם Job. 12, 20. — *Populus meus lignum*, simulacrum suum *consulit*, ab eo oracula petit, *et baculus ejus facit indicium ei*, indicat ei res futuras, vel quid agendum sit, quid omittendum; *nam spiritus scortationum* i. e. communis omnium propensio ad scortationes i. e. ad cultum deorum commenticiorum *aberrationem effecit*, fecit ut aberraret populus a deo vero ad fictos, *atque ita scortantur*, alienos deos sectantur *relicto*, cujus sub dominio

fuerant (quod constat exprimi illo מִנְחָה) *deo suo*. Cum populus
lignum suum consulere dicitur, nonnulli *Theraphim*, quorum supra
3, 4. mentio facta, potissimum respici putant. Quam opinionem
nihil video quo possis firmare. Potest enim quodvis aliud cogi-
tari simulacrum ligneum. Rectius iidem judicant, *ligni* potius
quam imaginis nomine uti vatem ad exprimendam rei vilitatem.
Verbis וּמַקְלוֹ יַגִּיד לוֹ indicat illud quod ῥαβδομαντείαν vocant
divinationis genus, cujus varios ritus descriptos vide ad Ezech.
21, 26. „Alios per baculos divinandi modos ex Maimonide et
Mose Mikkozi refert Abarbenel, ut vel ictibus festinis terram per-
cutiant, peregrinasque tum voces alte exclament, vel lignum ad-
hibeant, quod ab uno latere cortice denudent, alterum latus cor-
tice sinentes vestitum manere. „„Sic divinator prehensum sua
manu lignum projicit; si ita ceciderit, ut emineat cortex, *virum*
hoc signat. Inde repetit praestigiator conjicere sortes; superne
tum obtinente latere, cui ademtus cortex, *virginis* signum habebit,
et faustum omen; quocirca alacriter subit acceptum iter, vel ne-
gotium, quod agere optarat, laetabundus exsequitur. Sin vero
candidior, seu nuda ligni pars priori jactu sublimior fuerit, poste-
steriori autem cortex, hoc sane, cum *virginem* prius portendat,
seu laeti eventus afferat signum, post vero *virum*, sinistri casus
indicem, conjectorem prohibet isti tunc negotio incumbere; quod
et persuasum iis, cum, utraque vice cortex ceciderit superior,
utpote cum virum vir consequatur, et omnia adversa appareant.""
Ros. In רוּחַ זְנוּנִים verbis, quae iterum leguntur infra 5, 4.,
רוּחַ de *communi* multorum *indole* atque *ingenio* est intelligendum; 13.
cf. Jes. 19, 14. 29, 10. — *In capitibus*, cacuminibus *montium*
sacrificant, *et in collibus suffiunt*, odores incendunt, *sub quercu*
et populo alba et terebintho, *quia bona*, amoena est *umbra ejus*;
propterea scortantur filiae vestrae, *et nurus vestrae moechan-*
tur. „כַּלּוֹת quidam, ut Hieronymus, *sponsas* interpretantur (quae
eo nomine significantur pluribus in locis). Verum ut hoc loco
filiae referuntur ad patres, sic et כַּלּוֹת ad soceros videntur refe-
rendae." Ros. Sensum idem hunc facit: „Turpissima impietas
late grassatur. Quod enim patres cum filiis idolorum cultui sese
dedunt, inde fit, ut omnis pudor evanescat, atque filiae et nurus,
quae domi castissime servari debent, in sacris istis montanis et
silvestribus pudicitiam suam prostituant." Haberet quidem is
quoque commodum sensum, qui *scortandi* et *moechandi* verbis

improprie acceptis vatem dicere putaret, ad exemplum patrum i. e.
hominum prudentiorum deos falsos colere filias quoque et nurus,
homines imprudentiores. Praestat tamen cogitare de cultu libi-
dinoso Veneris, qui satis aperte indicatur verbis quae leguntur
vs. 14. עִם הַקְּדֵשׁוֹת יְזַבֵּחוּ *cum meretricibus sacrificant;* cf. etiam
נָאֹף vs. 2. et זְנוּת vs. 11., quae vix poterunt aliter intelligi atque
de stupris, quae proprie dicuntur. Ceterum in montibus collibusque
Hebraeos pariter atque alios antiquitatis populos sacra putasse
diis acceptissima, ideoque illis ibi sacrificia instituisse res nota est.
14. — *Non puniam*, non possum punire *in filiabus vestris*, *quod
scortantur*, *neque in nuribus vestris*, *quod moechantur; nam
isti*, ipsi patres et filii *cum meretricibus secedunt*, ut cum iis
rem habeant, *et cum prostibulis sacrificant*, earum feminarum
impuris amplexibus utuntur in honorem Veneris; *et populus* qui
non sapit, insanus *praeceps ruit*, perit. פֵּרֵד *separare*, Pi. *se-
parationem facere*, *secedere*. Sic etiam arab. فرد *segregare se
a caeteris*, *secedere* significat. קְדֵשׁוֹת propr. feminae *consecratae*
Astartae s. Veneri, hujus in honorem pudicitiam prostituentes;
cf. Num. 25, 1 sqq. בִּין *sapere*, ut Job. 18, 2. al., לֹא בִין *non
sapere*, *insanire*, ut לֹא יָדַע Jes. 44, 18. 45, 20. Ps. 14, 4.
לָבַט, i. q. arab. لبط, aliquem *conjicere in terram*, *praecipitem
15. dare*, Ni. *praecipitem dari*, *in perniciem agi*. — *Si scortaris*,
deos alienos sectaris *tu*, *Israel: ne culpam contrahat Juda*, sal-
tem Juda a nefando isto cultu abstineat! „saltem tu, Juda, qui
possides Hierusalem, et habes ex lege Levitas, et exerces templi
ceremonias, non debes sororis quondam tuae in fornicatione ex-
empla sectari, et cum ea idola colere!“ Hieron. *Nec veniatis
Gilgalem*, ubi vigebat deorum falsorum cultus, 9, 15. Amos. 5, 5.
cf. Jud. 3, 19., *neque adscendatis*, proficiscamini, adeatis *Beth
Aven (domum vanitatis)* i. e. urbem *Beth El (domum dei)*, prae-
cipuam a Jerobeamo electam cultus deorum commenticiorum sedem,
1 Reg. 12, 28 sqq., eaque de causa per contemtum בֵּית אָוֶן dictam
a vate, ut infra 10, 5., sitam in monte, Jos. 16, 1., 1 Sam. 13, 2.,
qua de causa dicitur תַּעֲלוּ, plane ut Gen. 35, 1: עֲלֵה בֵית־אֵל,
neque juretis: Vivus est Jova, ita deus vivat! quibus verbis
„non reprehenditur simpliciter et in se formula jurisjurandi,
a deo ipso mandata, Deut. 6, 13. 10, 20., sed ejus abusus, cum
cultu superstitioso conjunctus, de quo et alii vates queruntur,

ut Jes. 48, 1. Ezech. 20, 39. Zeph. 1, 5. al. Bene Hieronymus
sensum expressit his verbis: nolo per os vestrum nominis mei
fieri memoriam, quod idolorum recordatione pollutum est." Ros.
Cf. inprimis Zeph. 1. 1. Ceterum mirum est, dissentire potuisse
interpretes, Judaeosne an Israelitas alloquatur vates verbis וְאַל
תָּבֹאוּ et reliquis. Ad Judaeos enim referenda esse, docent quae
proxime praecedunt: אַל יֶאְשַׁם יְהוּדָה. — *Nam ut juvenca re-* 16.
fractaria, jugum decutiens de cervicibus, *refractarius est Israel;*
jam pascet eos Jova ut agnum in spatio amplo, quibus verbis,
quum in campo minus late et probe obsepto agnus imbecillis
a feris sit tutus, contra in campo spatioso atque aperto a grege
facile aberret ac praeda fiat lupo, minatur vates, nullam jam cu-
ram populi sui Jovam habiturum esse, sed passurum esse, ut
ejecti patriis sedibus Israelitae dispergantur praeda futuri hostibus.
— *Conjunctus cum idolis est Ephraim: mitte eum*, Juda! idolis 17.
inhaerescunt Israelitae: itaque sinite eos, Judaei, nolite eos cu-
rare, jubete res sibi habere suas, agant quod libeat! הַנַּח לוֹ
accipiendum ut הַנִּיחוּ לוֹ 2 Reg. 23, 18. Referendum ad Judam,
Judaeorum populum esse docet vs. 15. — *Transiit* i. e. si transiit 18.
compotatio eorum: stupra faciunt; mirifice amant ignominiam
principes ejus, terrae Ephraimiticae. סָר recedere hic dictum
pro eo quod *transiit*, ut 1 Sam. 15, 32. אִם particulam in poetica
maxime et prophetica oratione saepe omitti, res nota est. הַזְנֵה
הִזְנוּ de stupris, quae proprie dicuntur, iisque factis in honorem
Veneris (vs. 13. 14.) ut intelligamus, postulare videntur verba
proxime praecedentia. Ceterum cf. ad vs. 10. Ad אָהֲבוּ הֵבוּ cf.
E. gr. ampl. p. 201. min. §. 233. coll. צִמְּתֻתֻנִי Ps. 88, 17. מָגִנֶּיהָ
clypei ejus, terrae Ephraimiticae poet. vocantur qui eam tuentur
principes, ut Ps. 47, 10. — *Colligat*, corripit *ventus eam*, terram 19.
Ephraimiticam, Ephraimitas *alis suis*, i. e. quam velocissime velut
vento illi abripientur, rapida calamitatum vi ejicientur sedibus suis
(cf. supra vs. 16. hemistichium posterius), *et pudore afficientur*
ob sacrificia sua, diis falsis oblata, cum viderint, spem illa fe-
fellisse. מִזִּבְחוֹתָם G. gr. min. §. 144. E. gr. min. §. 567. Venti
abripientis imago nota.

CAP. V, 1—VI, 3. Quae vs. 5. 8. 12. 14. de Judaeis dicta
sunt, in Usiae, Jothami, Hiskiae tempora nullo modo cadunt,
contra in Achasi pueri imperium optime conveniunt. Videtur
itaque Pekacho et Achaso regnantibus oratio edita esse. Argum.

5, 1—7: Israelitae nefandi deorum fictorum cultus poenas da-
bunt. 8—12: vae Israelitis! vae Judaeis quoque! 13. 14: au-
xilium petent Assyriorum, sed nihil id eos juvabit. 15—6, 3:
1. in quibus angustiis iterum se convertent ad Jovam. — *Audite
hoc, sacerdotes! et attendite, domus Israelis! et domus regis,
auscultate!* *Nam* est, instat *vobis judicium*, in quo poenam
vobis constituet, supplicia de vobis sumet deus; *nam laqueus facti
estis Mizpae, et rete expansum in Thabore.* הַמִּשְׁפָּט i. q. יוֹם
תּוֹכֵחָה vs. 9. Ultimorum verborum sensum Rosenmüllerus, vereor
ut accurate satis, his verbis descripsit: „quemadmodum solent
aucupes et venatores super montes Mizpa et Thabor tendere retia
sua et laqueos, ita a vobis irretitus est populus. Quia contagio
totius populi provenerat a sacerdotibus et proceribus, et rege
etiam ipso, ideo propheta non abs re comparat eos laqueis, non
tantum quia superstitionum erant auctores, verum etiam quia
judicia perverterant et omnem aequitatem.“ Quum מִצְפָּה et תָּבוֹר
propr. significent *speculam*, *locum editum*, ideoque utroque no-
mine locus indicetur et *custodibus et venatoribus* aptus: vates
pro more suo lusisse videtur verbis, atque hoc sibi voluisse: nam
in alto in quo vos ego constitui loco quum custodes populi esse
debuissetis, illius venatores (corruptores, perditores) potius exsti-
tistis. Quem sensum sub verbis subjiciendum esse jam vidit Hie-
ronymus, qui: „speculatores vos posui in populo, et in excelso
dignitatis culmine constitui, ut populum regeretis errantem; vos
autem facti estis laqueus, et non tam speculatores et principes,
quam venatores appellandi.“ Apposite vero duo isti loci comme-
morantur propterea quoque, quod unus, Mizpa, situs erat in
orientali, alter, Thabor, in occidentali terrae parte. Ad Mizpam
2. cf. etiam 6, 8. — *Et mactare delicta*, victimas illicitas, macta-
tum victimarum illicitarum *cumulant*, i. e. et victimas super victi-
mas diis falsis mactant; *et ego castigationem cumulabo omnibus
illis*, ego vero poenam super poenam immittam iis omnibus. Ver-
borum וְשַׁחֲטָה שֵׂטִים הֶעְמִיקוּ nemo superiorum interpretum expli-
cationem dedit, in qua possis adquiescere. Rosenmüllerus cum
aliis sic illa explicanda putavit: „שָׁחַט verbum frequentius quidem
de *sacrificiorum mactatione* dicitur, nec desunt tamen loci, quibus
de *hominum caede* usurpatur. שַׁחֲטָה שֵׂטִים ut asyndeton capio,
et phrasin שַׁחֲטָה שֵׂטִים הֶעְמִיקוּ sic verto: *caedem s. caedes* atque
declinationes a rectitudinis tramite vel veri dei cultu *profunda-*

runt i. e. maxime cumularunt, totos sese istis immerserunt. Vel, si שַׂחֲטָה de *victimarum mactatione* accipiamus, *mactationes* et *declinationes* per ἓν διὰ δυοῖν erunt *victimae superstitiosae*, contra institutionem divinam pugnantes, et ad idololatriam declinantes.“ Ad quas duras interpretationes nemo confugiet, nisi qui de invenienda meliore desperaverit. Nec magis placent recentiores, qui: *mactando* victimas *peccata cumulant*, graviter delinquunt. Primum enim non sine difficultate est, quod שַׂחֲטָה reddi volunt *mactando*; deinde desunt *victimae*. שֵׂטִים Objectum mihi videtur שַׂחֲטָה Infinitivi, שַׂחֲטָה vero Objectum הֶעְמִיקוּ verbi; porro שֵׂטִים *declinationes*, *delicta*, a שׂוּט *declinavit*, *deflexit*, meton. dictum puto de *re qua delinquitur*, id est hoc loco de *victimis mactatis in honorem deorum falsorum*, prorsus ut supra 4, 8. חַטַּאת, ad quod vide quae notavimus. Quo jure ibi dixerat *comedere peccatum* pro *comedere sacrificium illicitum*, diis falsis oblatum, eodem profecto potuit hic dicere *mactare delictum* pro *mactare victimam illicitam*, diis commenticiis offerendam. שַׂחֲטָה non Infin. paragog. sed gen. fem. (ut אַהֲבָה al.) *mactare*, *mactatus*. Hemistichium posterius simpliciter sic capi potest: *et ego*, ego vero *castigatio* ero *omnibus illis*, castigabo omnes eos, vel sic, ut אֲנִי habeatur pro Nominativo absoluto in hanc sententiam: *et ego*, ad me vero quod attinet, *castigatio* erit *omnibus illis*. Commode tamen etiam cogitando repeti potest *cumulandi* verbum in eum sensum, quem supra expressimus. — *Ego novi Ephraim*, *et* 3.
Israel non absconditus mihi est; nunc enim stupra facis, Ephraim, polluit se Israel, relicto Jova deos falsos sectantur.
De הִזְנֵתָ cf. ad 4, 10. — *Non sinunt facinora sua redire ad* 4.
deum suum, *nam spiritus scortationum est in medio*, in animo *eorum*, *et Jovam non norunt*. יִתְּנוּ מַעַלְלֵיהֶם לָשׁוּב propr. *dant*, admittunt *facinora sua ad redeundum* i. e. sinunt facinora sua redire, quo significatu constat נָתַן cum Accusativo et Infinitivo saepe dici, velut Ps. 66, 9. Alii: *adjiciunt*, applicant *facinora sua ad redeundum*, dirigunt facinora sua ad id, ut redeant, ad similitudinem locutionis נָתַן לֵב לְ Eccl. 1, 13. al. רוּחַ זְנוּנִים ut
4, 12. — *Atque ita deprimetur fastus Israelis in facie ejus*, 5.
ipso spectante, *et Israel et Ephraim corruent delicto suo; corruet etiam Juda cum illis*. בְּפָנָיו possit aliquis cum Syro et Chaldaeo putare significare *coram ipso*, *ipsis spectantibus* nec tamen impedire valentibus. Infra tamen, 7, 10. eadem verba le-

guntur, ibique is sensus non convenit. Praestat igitur proprie
accipere בְּפָנָיו vocem utroque loco, ita quidem, ut ea sedes in-
dicetur fastus. Fastum enim hominis fastuosi referrè solet ejus-
dem facies; cf. 2, 4. Alii: *et testatur fastus Israelis contra*
6. *faciem ejus*, sensu minus commodo. — *Cum ovibus suis et*
cum bovibus suis ibunt ad quaerendum Jovam, eum placaturi
oblatis sacrificiis, *neque invenient* eum; *subtrahit se illis.* —
7. *In Jovam perfide egerunt, nam liberos alienos pepererunt*
(cf. 1, 2. 2, 4. 6.), stupra facientes cum diis commenticiis; *jam*
absumet eos novilunium i. e. novilunii tempore i. e. perbrevi (cf.
8. similia 6, 2.) absumti erunt *cum possessionibus suis.* — „Inter-
pretum haud pauci hoc versu novum sermonem inchoandum existi-
mant. Verum ut in iis qui praecesserunt versibus, ita et in his
qui sequuntur vates pergit utramque, Israeliticam et Judaicam,
rempublicam castigare, et poenas denuntiare. Hypotyposi eleganti
hostis jam imminens sistitur, cujus adventus buccinarum et tuba-
rum sonitu Ephraimitis et Benjaminitis denuntiatur.“ Ros. *Inflate*
buccinam Gibeae, tubam Ramae, buccina signum date Gibeae,
tuba signum date Ramae! *Classicum canite, Bethaven* i. e. vos,
Bethavenses! *Post te, Benjamin!* i. e. jam imminet tibi, Benja-
min, in tergo tuo haeret hostis, subjecta sibi provincia Ephraimi-
tarum! „*Buccina* (שׁוֹפָר) pastoralis est, et cornu recurvo efficitur.
Tuba autem (חֲצֹצְרָה) de aere efficitur vel argento, qua in bellis
et solennitatibus concrepabant.“ Hieron. Paucis: *Est tuba di-*
recti, sunt aeris cornua curvi. Verba הָרִיעוּ בֵּית אָוֶן minus
recte nonnulli: *classicum canite Bethaveni*, in oppido Bethaven,
quasi בֵּית אָוֶן sit pro בְּבֵית א׳. Pro Vocativo potius habendum
ב׳ א׳, ita ut verba fiant ad ipsum oppidum, ejus incolas. Sunt
etiam, qui הָרִיעוּ *alta voce clamate* reddant, et אַחֲרֶיךָ בִּנְיָמִין
habeant pro ipsis verbis clamantium. Sed magis convenit, haec
verba seorsum accipere, ut quae praecedunt. *Bethaven* hic ne-
quaquam confundendum est cum *Bethel* (4, 15.), sed intelligendum
oppidum tribus Benjamin ab oriente urbis Bethel situm Jos. 7, 2.
9. al. Ceterum cf. locus simillimus Jes. 10, 28 sqq. — *Ephraim*
vastatio erit die, tempore *castigationis*, poenae, vastabitur Ephraim
quo tempore poenam ab illo sumam; *inter tribus Israelis nota*
facio certa, vera, quod intelligendum est de comminatione poenae
certo superventurae Israelitis, q. d. et quam minitor Israelitis
poenam certo illis superveniet. נֶאֱמָנָה neutraliter accipiendum. —

Sunt principes Judae ut qui movent terminos; in eos effundam 10.
ut aquas furorem meum. „*Movere terminum* (cf. Deut. 19, 14.
27, 17. Prov. 22, 28.) proverbiali sermone dictum videtur de illis,
qui leges majorum, quibus homines in officio continentur, temere
immutant." Ros. — *Oppressus Ephraim, fractus judicio!* i. e. 11.
opprimitur Ephraim, infringitur judicio, quo poenam ab illo sumam
(ut vs. 1.); *nam placet ei sequi praeceptum.* הוֹאִיל cum Verbo
finito omissa copula, ut Deut. 1, 5. צַו si sanum est, non potest
intelligi nisi de praecepto quodam eximio et omnibus noto, idque
per nexum non potest esse aliud quam *Jerobeami mandatum de
colendis diis commentitiis* 1 Reg. 12. Sitne vero sanum possis
dubitare. Graecus enim hemistichium posterius sic expressit: ὅτι
ἤρξατο πορεύεσθαι ὀπίσω τῶν ματαίων. Neque aliter Syrus.
Hi igitur pro צַו legerunt שָׁו id est שָׁוְא (Job. 15, 31.), intelli-
gendum de diis *vanis* eorumque cultu. Hieronymus tamen legit
צו, sed pronuntiavit צֹו, quod accepit pro צוֹא *sordidum*, צֹאָה
sordes. Is enim: „*quoniam coepit abire post sordem*, hoc
est, post idola, quae sordibus comparantur." — *Et ego ut tinea* 12.
sum Ephraimo, atque ut caries domui Judae. Quum tinea vestes
tacito morsu conficiat atque exedat, caries lignum morsu tacito
ac lento corrodat et perdat, *lenta* dei judicia hic describi inter-
pretes putant. Sed quae subjiciuntur (cf. etiam Ps. 39, 12.) osten-
dunt, tertium comparationis in *conditione desperata* potius quae-
rendum esse, ut hoc dicat Jova: quemadmodum certo perit
quam tinea exedit vestis, quod caries corrodit lignum, sic ego
Ephraimitis et Judaeis vulnera infligo, quae sanari a nemine
possint, nisi a me ipso; cf. inprimis vs. 13. 14. et 6, 1. — *Et* 13.
videt, animadvertit *Ephraim morbum suum*, vulnus a me inflictum,
calamitatem a me immissam, cf. 6, 1. et Jes. 1, 5 sq., *et Juda
vincturam suam*, i. e. vulnus suum, *et it*, abit, convertit se ad
auxilium quaerendum *Ephraim ad Assyrium*, *et mittit* (Juda?)
ad regem vindicem; et is, is vero *non potest sanare vos*, *nec
depellit a vobis vincturam*, vulneri vestro non medebitur. מָזוֹר
(a זוּר *comprimere*) *compressio*, *obligatio*, *vinctura* vulneris Jer.
30, 13., hoc loco, ut perlucet ex parallelismo et verbis versus
ultimis, atque ut res ipsa docet, pro *vulnere* est positum, po-
tuitque poni, quia ubi vinctura est, ibi est vulnus. אַשּׁוּר non
terrae sed populi hic nomen esse, iterum ostendit parallelismus.
Verba וַיִּשְׁלַח אֶל־מֶלֶךְ יָרֵב facile aliquis motus lege parallelismi

ad יְהוּדָה, non ad אֶפְרַיִם referenda putet. Quemadmodum enim
verba וַיֵּלֶךְ אֶפְרַיִם אֶל־אַשּׁוּר respondent illis וַיַּרְא אֶפְרַיִם אֶת־
חָלְיוֹ, sic וַיִּשְׁלַח אֶל־מֶלֶךְ יָרֵב respondeant necesse videtur verbis
וִיהוּדָה אֶת־מְזֹרוֹ. Quae membrorum inter se respondentium
ratio eo diligentius observanda videri possit, quod per totam ora-
tionem vates *utramque* civitatem respicit, ita ut Israelitarum atque
Judaeorum quasi contentionem faciat; cf. vs. 5. 8. 10. 12. 14.
Dubito tamen valde, num potuerit ad וַיִּשְׁלַח cogitatione supprimi
יְהוּדָה, postquam ad וַיֵּלֶךְ expressum fuerat אֶפְרַיִם. Videtur
potius tertium membrum ad Ephraimitas, quartum ad Judaeos re-
laturus vates aut sic debuisse scribere: וַיֵּלֶךְ אֶפְרַיִם אֶל־אַשּׁוּר
וִיהוּדָה שָׁלַח אֶל־מֶלֶךְ יָרֵב, aut omisso utroque loco nomine vel
sic scripturus fuisse: וַיֵּלֶךְ אֶל־אַשּׁוּר cet., vel sic: וַיֵּלְכוּ אֶל־
אַשּׁוּר וַיִּשְׁלְחוּ cet. Itaque וַיִּשְׁלַח אֶל־מֶלֶךְ יָרֵב verba et ipsa
ad אֶפְרַיִם videntur referenda esse, licet invito parallelismo. יָרֵב
qui causam agit, vindex, ultor, defensor, idem quod רָב Jes.
19, 20. cf. nomina formae vicinae יָכִין, יָרִיב al. גָּהָה *removere,
repellere*, hinc גֵּהָה *remotio vincturae*, sanatio vulneris Prov.
7, 22. cf. syr. ܓܗܐ recedere, declinare, fugere, Aph. liberare;
arab. جهى repellere (turpiter). Sensus: in quibus angustiis Ephrai-
mitae se iterum, ut antea fecerunt (Menachemi aetate) ad Assyrios
se convertant, eorum auxilium implorantes, sed nihil illi eos
14. poterunt juvare. — *Nam ego instar leonis* sum *Ephraimo*, *et
instar leonis juvenis domui Judae; ego, ego dilacero et abeo,
aufero et nemo est qui eripiat* quemquam ex meis manibus. —
15. *Redibo ad locum meum* i. e. me removebo ab Israelitis, omnem
eorum curam abjiciam, *donec culpae poenas dent*, *et quaerant
faciem meam*, me placaturi; *in angustiis* quae *iis*, in angu-
1. stiis suis *requirent me*. — CAP. VI. Loquentes jam inducun-
tur Israelitae, ut ad Jovam se recipiant, verum illum vindicem,
se invicem exhortantes. *Agite*, *et redeamus ad Jovam! Nam
is dilaceravit*, *et sanabit nos; percussit*, *et obligabit nos*. —
2. *Vitae restituet nos post biduum, die tertio eriget nos* i. e. brevi
liberatos miseriis in pristinum statum restituet nos, *et vivemus
coram eo*, pristina felicitate fruemur denuo futuri in tutela Jovae,
qui antea a nobis se removerat, curam nostri abjecerat (5, 15.).
Ad מִיֹּמָיִם rel. cf. Jo. 2, 19: *λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν
τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν*, et similis locutio supra 5, 7.

— *Atque ita cognoscamus, studeamus cognoscere Jovam! Instar* 3.
aurorae certus est exitus, ortus *ejus* i. e. quemadmodum post noctem tenebricosam aurora oritur luce sua omnia collustrans, sic post calamitatum tempestates certo procedet, apparebit Jova tristia omnia in laeta conversurus, *et veniet instar pluviae nobis*, *instar pluviae serotinae*, vernae, *quae rigat terram* i. e. et omnibus bonis nos ornabit!

CAP. VI, 4—11. Interpretum haud pauci, in his Rosenmüllerus, haec cum superioribus conjungunt. Sed non est dubium, quin hoc versu novus sermo inchoandus sit. Nam quae vs. 15. cap. 5. et tribus primis versibus cap. 6. legimus laeta sunt, contra quae hic, tristia. In laeta vero orationes desinere, a tristibus incipere solent; cf. quae ipse Rosenmüllerus recte disputavit ad 1, 9. et 2, 1. In caedem Pecachjae hanc vatem orationem dixisse statuo versu potissimum octavo ductus, quo, nisi fallor, flagitium interfecti regis vati ob oculos fuit. Ibi enim Gileaditas, a quibus adjutus regi necem intulerat tribunus (2 Reg. 15, 25.), sanguine recens facto contaminatos esse dicit. Illud certe in dubium recte vocari nequit, orationem non post aetatem Pecachi habitam esse. Nam Gileaditae hujus sub imperio in captivitatem abducti. Praeter caedes cultus reprehenditur deorum fictorum. — *Quid faciam* 4.
tibi, Ephraim, quid faciam tibi, Juda? quae mihi jam ingredienda est via, quae ineunda ratio, ut vos ad officium, ad pietatem revocem? *Etenim pietas vestra* est *ut nubes matutina*, quae vix nata a sole dispergitur, fluxa, cito praeteriens, *atque ut ros mane discedens*, disparens, quae eadem comparatio habetur infra
13, 3. — *Propterea caedo eos per prophetas, occido eos verbis* 5.
oris mei, i. e. excidium et internecionem iis annuntio, saepe enim in scriptis prophetarum illa fieri dicuntur, quae facienda praedicuntur, ut Jer. 1, 10. Ezech. 43, 3., *et judicia tua* i. e. judicia in quibus ego poenam tibi, Ephraim, et tibi, Juda, constituam, supplicia de vobis sumam, ut *lux prodibunt*, quorum verborum sensum bene expressit Rosenmüllerus his verbis: „supplicia tibi irroganda usque adeo erunt aperta, ut instar lucis omnium occurrent oculis, et his notata signis, ut nemo dubitet, illa a deo, scelerum vindice, fuisse profecta.“ Inprimis vero, cum judicia dei in populum exercenda i. e. supplicia de illo sumenda *lucis instar apparitura dicuntur*, de *justitia divina* cogitandum est, illis suppliciis *manifestanda*. חָצַב *caedere*; cf. Hi. Jes. 51, 9. „Nos

dolendi significatum, ab Hieronymo quoque adscitum, retinendum arbitramur, ut indicentur eo verbo mitiores adhortationes, quas minae acriores (הֲרַגְתִּים) sequebantur.“ Ros. Verum *dolendi* significatio probari nequit. Quod in הֲרַגְתִּים est Suffixum pertinet etiam ad חָצַבְתִּי. Complendum, ut multis in locis, unum membrum ex altero. Quem sensum subjiciendum putemus sub primo et secundo hemistichio, jam supra diximus. Possit quidem *caedere* impios *per prophetas*, *occidere dictis divinis* metaphorice quoque intelligi, sic quidem, ut sit necare quasi impios convincendo eos impiae vitae. Sed quae subjiciuntur magis favent sententiae priori. Suffixum sing. 2. pers. in מִשְׁפָּטֶיךָ non est dubium quin, quanquam proxime praecedit Suffixum plur. 3. pers., referendum sit ad אֶפְרַיִם et יְהוּדָה; cf. לְךָ vs. 4. et 11. Quum per totam orationem Jova loquatur, durius esset, ad Jovam illud referre. Est igitur ךָ Genitivus non Subjecti, ejus qui judicat, sed Objecti, ejus qui judicatur; מִשְׁפָּט vero eadem vi gaudet h. l., quam habet supra 5, 1. et 11. אוֹר omissa comparandi particula positum pro כָּאוֹר. Exempla habes Jes. 21, 8. Jer. 49, 20. Ps. 11, 1. et plurima alia. יֵצֵא constructum est cum אוֹר, cum debuisset construi cum מִשְׁפָּטֶיךָ, de qua structura vid. E. gr. min. §. 570. LXX (*καὶ τὸ κρῖμά μου ὡς φῶς ἐξελεύσεται*), Syr. Ar. Chald. verba haec ita reddiderunt, ut pro וּמִשְׁפָּטֶיךָ אוֹר legisse videri possint כָּאוֹר (vel וּמִשְׁפָּטַי) וּמִשְׁפָּטַי, eaque de causa interpretes haud pauci non dubitarunt Caph literam trahere ad אוֹר. Sed verum si quaeris, antiqui illi interpretes non aliter legerunt, quam hodie in libris omnibus scriptum reperitur, sed liberius tantum interpretati sunt. Valent in reliquos etiam quae Buxt. (Anti-Crit.) vere monuit de Chaldaeo, „idem, inquiens, est sensus in Chaldaeo, qui in Hebraeo. Hebraica ita sonant: *et judicia tua* ut *lux egredientur;* ubi in voce וּמִשְׁפָּטֶיךָ duplex mutatio observanda, Numeri et Personae, dum ad personam secundam redit, et numero singulari utitur, populum nempe alloquens; dicendum enim fuisset: *et judicia eorum*, sicut in verbis praecedentibus *occido eos*, quae mutationes frequentes sunt in prophetarum scriptis. Ad mutationem ergo hanc personae et numeri vitandam Paraphrastes Chaldaeus pro *et judicia tua* dixit *et judicium meum* vel *judicia mea*, ut conformitas et similitudo loquendi in toto versu maneat. Sic in persona prima idem dicit, quod Hebraeus in persona secunda, ut nulla hinc varia lectio conjecturari possit. Nam judicia illa,

quae intelligit, respectu uno sunt populi, respectu altero, dei.“
— *Nam pietatem volo, nec sacrificium; et cognitionem dei magis* 6.
quam holocausta. — *Et, sed illi, ut homines e vulgo, migrant* 7.
foedus, ibi perfide agunt in me. כְּאָדָם *ut homines* e vulgo, ut
facere solent homines deterioris indolis; cf. Job. 31, 33. nec non
Ps. 82, 7. Alii minus convenienter: *ut Adamus.* Sic jam Hieronymus,
qui: „imitati sunt Adam, ut, quod ille in Paradiso fecerat,
pactum meum legemque praeteriens, isti in terra facerent.“
שָׁם *ibi*, in ista terra, Israelitarum; cf. vs. 10. — *Gilead urbs* 8.
est maleficorum, vestigiis notata sanguinis. גִּלְעָד urbs quaedam
habenda provinciae ejusdem nominis; cf. LXX et Vulg. Jud. 12, 7:
*καὶ ἐτάφη ἐν τῇ πόλει αὐτοῦ Γαλαάδ, et sepultus est in civitate
sua Galaad;* item Eusebius in voce *Γαλαάδ*, ubi „a *Galaad*
monte et *civitas* in eo condita sortita esse nomen“ dicitur. Videtur
autem גִּלְעָד per compendium (exempla vide ad Ps. 132, 6.)
dicta esse, ut intelligenda sit vel רָמוֹת גִּלְעָד 1 Reg. 4, 13., quae
est Hieronymi ad hunc locum sententia, qui tamen minus apte
cogitat de iis, quae narrata leguntur 2 Reg. 9., vel מִצְפַּת גִּלְעָד
Jud. 11, 29., ad quam cf. supra 5, 1. עֲקֻבָּה h. l. *vestigiis notatus,*
Adj. denom. ab עָקֵב, Plur. עֲקֵבוֹת *vestigia.* Ceterum cf. ad hunc
locum 12, 12. — *Et sicut exspectant aliquem turmae praedonum,* 9.
sicut turmae praedonum insidiantur viatori, sic est *sodalitium
sacerdotum,* turmis praedonum insidiantium viatoribus simile
est sodalitium sacerdotum; *in via occidunt,* caedes committunt
Sichemum versus, nam scelera perpetrant, minime verentur patrare
scelera. חַכֵּי Infin. Pi. G. gr. min. §. 74. adn. 16. Quod
legere alicui in mentem venire posset מְחַכֵּי pro כְּחַכֵּי neque in
codice ullo reperitur, neque a veterum interpretum aliquo est
expressum. גְּדוּד *turma* praedonum, ut 7, 2. דֶּרֶךְ Accusativus
est, ut Jos. 10, 10. al. Verbis *in via caedes committunt Sichemum
versus* „videtur jus asyli spectari, quo ex constitutione dei
Num. 35, 9. Sichemum refugio erat committenti homicidium fortuito
casu, sicut et ipsa haec civitas sacerdotibus fuit assignata,
Jos. 21, 21. Quare emicat clarius Israelitarum, sacerdotum maxime,
in latrociniis scelus, quod et refugium homicidis datum,
et sacrum quodammodo sacerdotum habitationi, caedibus insontium
perfunderent.“ Ros. Rectius ac planius Dathe: „videntur sacerdotes
illo tempore abusi esse suis privilegiis et jure asyli, ut vel
ipsi caedes patrarent, vel ab aliis commissas occultarent.“ — *In* 10.

domo Israelis video horrenda; ibi scortatio est Ephraimo, ibi scortatur, nefando deorum falsorum cultui deditus est Ephraim, *polluit se Israel;* cf. 5, 3. שַׁעֲרִירִי idem quod שַׁעֲרוּרִי (quod ipsum Masorethae hic quoque legi volunt) Jer. 18, 13., שַׁעֲרוּר
11. ibid. 5, 30. 23, 14. — *Etiam tibi, Juda, constituta*, parata *est* malorum *messis, quum reduxero captivitatem*, captivos *populi mei.* Mirum, potuisse haerere in his verbis interpretes, nonnullos etiam posterius hemistichium ad sermonis proximi initium, a quo plane abhorret, trahendum existimare. Planissimus sensus hic est: ubi legitimam scelerum poenam Israelitae persolverint, eosque ego de exsilio, in quod brevi eos pellam, reduxero, te quoque plectam, o Juda, te quoque tanget poenarum ordo, tu quoque facinorum tuorum poenas dabis ejectus in exsilium! גַּם referendum ad לָךְ. Sic alibi etiam גַּם particulam, ab initio sententiae positam, non ad vocabulum proximum, verum ad aliud quoddam in medio aut fine enuntiationis referendam esse constat, velut Prov. 19, 2. 20, 11. et in hoc ipso scriptore 8, 10. שָׁת, propr. *posuit, constituit*, est impersonaliter accipiendum. *Messe* significantur *poenae*, quibus afficiendi sunt Judaei, quasque prave agendo ipsi sibi paraverant. Metaphorice enim dicunt *serere bona, mala* i. e. bonis malisve actionibus praemia poenasve sibi parare, et *metere bona, mala*, i. e. praemiis poenisve illis affici; cf. Prov. 11, 18. 22, 8. Job. 4, 8. et in hoc ipso scriptore 8, 7. 10, 12.

CAP. VII, 1—16. Quod nonnulli existimant, habitam esse hanc orationem tempore interregni prioris, alii regnantibus Pecacho et Achaso, in eo neminem, qui illam accuratius legerit, habebunt assentientem. Quae in ea continentur rerum gestarum notae recentiorem aetatem significant. Versu 7. enim Hosea caedes videtur respicere Sacharjae, Schallumi, Menachemi, Pecachjae; versu 8. autem vati ob oculos fuisse videntur Menachem, Pecachja et Hosea reges, quorum ille, ut tueretur imperium ad se raptum, Phuli tributa solverat, iste cum Rezino foedus inierat, hic durante adhuc interregno Assyriorum vel bello illigatus vel praesidio usus esse videtur; cf. ad 2 Reg. 17, 3. Itaque ad bellum civile, post mortem Pecachi exortum oratio referenda videri possit. Sed nescio an rectius referatur ad tempus, quod primam inter et alteram expeditionem Salmanassaris interfuit. Versu 11. enim ob auxilium ab Aegypto petitum Ephraimitas acriter reprehendit

vates (de Assyriis eodem loco et eadem in re commemoratis vid.
supra); versu 9. vero ad extrema ventum esse queritur. Argum.
Vs. 1—7. acriter perstringit tum omnium tum regis maxime
procerumque corruptissimos mores; 8—12. suam Ephraimitis de-
mentiam objicit, quod, quamquam sensissent, populos exteros in
auxilium vocatos nonnisi sua ipsorum e turbis commoda capere,
tamen non desinant ad illos confugere, atque ita ultro quasi in
hostium potestatem se conjicere; 13—16. poenas annuntiat perfide
agentibus in Jovam. — *Cum sanarem* i. e. sanare tentarem *Is-* 1.
raelem, tum apparuit culpa Ephraimi et pravitas Samariae i. e.
quum mederi afflictae Israelitarum reipublicae instituerem, tum
apparuit, tantopere illos a pietate descivisse, ut nec digni nec
compotes sanationis viderentur. Quod ipsum nunc probat gravis-
simorum vitiorum quibus illi serviant enumeratione. *Nam faciunt*,
nectunt *fraudem*, fraudulenter agunt, nihil est in illis sinceri, *et
fur ingreditur*, inscendit, fures inscendunt, irrepunt in domos,
diffundit se, grassatur *turma* praedonum *foris*, in plateis, agris,
vicis. רָפָא *sanare* hic nequaquam de revocandis ad virtutem
Israelitis, ut cum Rosenmüllero plerique existimant, sed de sa-
nanda aegra illorum republica intelligendum esse, non solum quae
subjiciuntur indicant, ut quae commodum sensum tunc tantum
praebeant, si רָפָא ea quam diximus vi gaudeat, verum etiam
ostendunt loci paralleli 5, 13. 6, 1. Eodem modo רָפָא de sananda
afflicta republica Babyloniorum dicitur Jer. 51, 8 sq. al. Quum
vero *cum sanarem* dicitur, nexus docet dici *cum sanare tentarem*,
inciperem, instituerem, prorsus ut Jer. l. l. vs. 9. et apud hunc
ipsum פָּדָה infra vs. 13. Ceterum si quis pro *cum sanare ten-
tarem, apparuit* maluerit sic convertere: *cum*, quoties *sanare
tento, apparet*, per me licebit. Sensus idem manet. גְּדוּד ut
supra 6, 9. *turma* praedonum. — *Nec dicunt ad cor suum*, nec 2.
cogitant, *omnis pravitatis eorum me memorem esse*, ideoque suo
tempore eam me esse puniturum; *jam vero circumdant eos* ceu
testes pravitatis *facinora eorum*, *coram facie mea sunt*, plane
nota, penitus perspecta mihi sunt. כָּל־רָעָתָם זָכַרְתִּי oratio recta
pro obliqua. Verbis עַתָּה סְבָבוּם מַעַלְלֵיהֶם Rosenmüllerus et alii
indicari putant, fore, ut cingant Israelitas facinorum ab ipsis
patratorum poenae, quasi totidem lictores. Quae interpretatio
pariter atque aliorum aliae aliena est a nexu, qui eum quem nos
fecimus sensum postulat. — *Pravitate sua laetitia afficiunt re-* 3.

4. *gem.*, *et mendaciis suis principes.* — *Omnes illi sunt moechi,* i. e. deorum fictorum sectatores, sunt *ut furnus ardens* i. e. incensus *a pistore*, i. e. vehementissimo cupiditatum ardore i. e. deorum falsorum studio flagrant; *desinit* furnus *fervere inde a depsendo massam usque ad fermentationem ejus*, i. e. continuo fervet nec desinit fervere nisi per exiguum tempus, quod interest inter depsendum et fermentationem, nam furnus pistoris quovis mane incenditur, et qui mane (vs. 6.) accenditur furnus per totum diem calidus manet, ita ut defrigescat sub illud demum tempus, quo novam massam parat pistor, maneatque refrigeratus ab illo fere tempore usque ad fermentationem, ubi ligna denuo solent incendi. Sic igitur isti homines perpetuo deorum commenticiorum studio flagrare, nec nisi per breve tempus, aliis distenti occupationibus, illo desistere hic dicuntur, ut, quemadmodum prius hemistichium vehementissimum idolorum studium pingit, posterius ejusdem studii pingat perpetuitatem. Quod saepe fit, ut nomina generis communis in eodem commate cum utroque genere construantur, id hic vides in תַּנּוּר voce, in priore membro constructa cum fem., in posteriore cum masc. (cf. G. gr. ampl. p. 546.), nam יִשְׁבּוֹת verbi Subjectum est *furnus*, non ut interpretes ad unum omnes putant, pistor. מִן prius manifeste pendet ex יִשְׁבּוֹת. שָׁבַת מִן *desistere ab* aliqua re, desinere aliquid facere vel esse, ut saepius. עִיר purus putus Infin. Kal *fervere, aestuare;* cf. arab. غَارَ (med. Vav) *ferbuit aestu dies.* מִן posterius construendum cum עַד. En simplicem atque, ut opinor, maxime aptam explicationem loci non intellecti, quanquam misere vexati ab interpretibus superioribus, quorum placita ex parte tam dubia et obscura sunt, ut ne quid sibi velint recte intelligere quidem possis. Resenmüllerus: „יִשְׁבּוֹת מֵעִיר מִלּוּשׁ בָּצֵק עַד־חֻמְצָתוֹ *cessat* (pistor) *excitans* (habet מֵעִיר pro Part. Hi. עוּר verbi) *a depsendo pastam usque ad fermentationem ejus*, quod quidam ita exponunt: quando fornax satis est succensa et post subactam pastam quiescit pistor, nec excitat suos, quorum opera non eget; itaque dormire eos sinit, usque dum pasta fermentata fuerit; tum rursum eos excitat ad panem furno immittendum. Alii: *cessat excitans*, i. e. pistor flammam excitare cessat, quando fornax satis est succensa, *postquam depsuit massam, donec ea fermentescat.* Nobis quidem haec addita videntur ad describendum tempus, quo summe ardet furnus, ex quo scilicet excitare primum

pistor desiit ad massam subigendam, ex quo, inquam, subigi coepit, donec fermentetur. Tum enim paulatim vehementius incenditur, donec summe caleat, quo tempore inferendi sunt panes qui coquantur.“ Haec Rosenmüllerus. De Wette (et ipse Part. Hi. esse putans מֵעִיר): *quiescit* (pistor) *vigilans a deprendo massam, usque ad fermentationem ejus.* Qui nuperrime in Prophetas minores commentarium in lucem emisit Hesselberg (מֵעִיר positum judicans pro מֵהָעִיר referensque una cum מִלּוּשׁ ad בָּצֵק): *si desiit* (pistor) *excitare* et *depsere massam, usque ad fermentationem ejus.* Gesenius (עִיר recte habens pro Infin. Kal sed vim causativam tribuens verbo): *cessat* (pistor) *a calefaciendo* (fornacem), *inde a depsendo usque ad fermentationem ejus.* — *Die regis nostri*, die ejus natali, vel quo inauguratus est, vel 5.
quacunque de causa solenni (cf. 2, 2.) *morbum* sibi *contrahunt principes ex calore vini*, crapula (cf. 4, 11.); *prehendit manus ejus*, regis, *irrisores* i. e. familiariter utitur istis hominibus rex. Verba יוֹם מַלְכֵּנוּ nonnulli: „*dies regis nostri* est!“ (dicunt). Quum vere in iis quae subjiciuntur non principes loquantur, sed de principibus loquatur vates, praestat יוֹם habere Accusativum temporis, ut 2, 5. ubi cf. not. חֲמַת מִיָּיִן propr. *quoad aestum a vino*, qui oritur vino. חֲמַת־ Accusativus causae. De Statu constr. cf. G. gr. min. §. 114. E. gr. min. §. 497. Verba מָשַׁךְ יָדוֹ אֶת־לֹצְצִים nonnulli sic reddunt: *trahit* rex *manum suam cum irrisoribus*, quod contemtim dictum putant de commercio cum hominibus impiis, alii: *extendit* rex *manum suam cum irrisoribus*, existimantes, *trahere* hoc nexu idem esse quod *emittere, extendere* (ad quod conferre potuissent הוֹרָה et שָׁלַח יָד); in his Rosenmüllerus, qui: „*extendit* rex *manum suam cum derisoribus*; compotor est irrisorum et scurrarum. Dictio *manum extendit* gestum propinantium describit; nam in compotationibus manus poscendo, accipiendo, porrigendo pocula extendi solet.“ Habet tamen utraque locutio aliquid duri et incommodi. Quare plus quam probabile est, מָשַׁךְ hic ut pluribus aliis in locis significare *prehendere, capere, tenere*, et sic verba struenda esse, ut יָדוֹ efficiat Subjectum, אֶת־לֹצְצִים Objectum in eam quam supra vidimus facillimam et aptissimam sententiam. — *Nam appropin-* 6.
quare faciunt ut furnum cor suum, cum insidiantur, i. e. accedunt cum animo furno simili, cum insidias parant: *per totam noctem dormit pistor eorum*, furnorum, nullum illis immittens

ignem, *mane* autem *ille* furnus *ardet ut ignis flammans*, i. e. aliquamdiu illi quiete se gerunt et consilia sua occultant, mox vero, ubi opportunum tempus advenit, aperto furore prorumpunt. Bene Aurivillius: „Inhaeret propheta similitudini *ardentis furni*, quam induxerat vs. 4. Corda, animos hominum, qui hic accusantur, comparat cum *furno ardente*, ipsos illos cum *pistore*, qui furnum igne accendit. (Pistor nonnisi ad expingendam imaginem facere videtur.) Insidiosas machinationes clam habebant initio, laetis indulgentes compotationibus, quales vs. 5. memorantur, mox, data occasione, plenam in flammam educebant, haud aliter ac dormiens per noctem, latens ac quiescens pistor primo dein mane, in furnum immisso igne, patulum suscitat incendium. In his aeque ac vs. 7. seditiones continuas, et caesum per insidias unum post alterum regem spectat propheta, id est, intestinas turbas, quibus post Jerobeamum II. laceratum fuisse Israeliticum regnum historia testatur.“ Quod interpretibus molestum visum est כִּי, hoc loco repetere placuit vati ex vs. 1. Poterat salvo sensu omitti, poterat etiam praemitti reliquis quae praecesserunt sententiis. אֹפֵהֶם vel, quod in plurimis libris reperitur, אֹפֵיהֶם, frustra sollicitatum ab interpretibus, est *Singularis*, *pistor eorum*, non Pluralis, *pistores eorum*. Sic נוֹטֵיהֶם *expandens eos* Jes. 42, 5. al. cf. de his formis G. gr. min. §. 90. extr. E. gr. min.
7. §. 426. b. — *Omnes illi calent*, *ut furnus*, maxima ardent cupiditate miscendi et turbandi omnia, *et absumunt judices*, magistratus *suos*, excitatis seditionibus et discordiis intestinis; *omnes reges eorum cadunt*, *nemo vocat inter eos ad me*, nec tamen pro summa eorum obstinatione et insania inter eos principes quisquam est, qui in tanta reipublicae perturbatione ad me se convertat, meumque petat et exspectet auxilium; cf. ad vs. 6. et
8. procem. — *Ephraim*, *populis ille se immiscet*; *Ephraim est placenta* inter coquendum *non versa*. Male statuunt, qui putant, הִתְבּוֹלֵל בָּעַמִּים hic idem esse atque *exsulare*. Esse potius *societatem habere cum populis exteris*, docent vs. 9. et 11. עֻגָה *placenta* quae super arena fervida vel lapidibus fervidis (1 Reg. 19, 6.) coquitur. Quod hujusmodi cum placenta inter coquendum non versa comparatur Ephraim, quid sibi velit, facile est ad intelligendum, ut mireris ineptas interpretum opiniones, quarum satis est unam Rosenmülleri afferre, qui coll. vs. 9. „hostes, ait, designantur, qui exurentium prunarum instar cuncta hujus populi

consumebant. Simul revocat in memoriam benignum dei favorem in conservando subinde populo, vel restituendo a hostium tyrannide in pristinam prosperitatem, ut sic habuerit se populus veluti placentae latus, cui ex prunis nulla omnino noxa vel colorem mutaverit, retinenti adeo inspersae farinae canitiem.“ Quae quam quaesita sint quis non videt? Res haec est. Istiusmodi placenta, si inter coquendum non vertitur, ab inferiore parte aduritur, a superiore non satis coquitur. Atqui quae ex una parte *adusta* est, ex altera parte *cruda* placenta, *nihili est*. Igitur *perditos* Ephraimitas, *perditas* eorum res esse ista imagine significat vates.
Ceterum cf. prooem. — *Consumunt peregrini*, barbari *vires ejus*, 9.
neque ille animadvertit, id curat, pro summa securitate et vecordia; *jam canities sparsa est in eo*, jam canescere coepit, perpetuis malis senium contraxit, jam morti, exitio est vicinus, *neque ille animadvertit*, id curat. *Spargendi* verbum in eadem re frequentant Arabes et Romani. زَرَأَ sparsit, med. Kesr. conspersus est canis capillis, canuit anteriore capitis parte. Prop. 3, 4, 24: sparserit et nigras alba senecta comas. Eadem imagine de regno Romano utitur Claudian. de bello Gild. vs. 17. et seqq., ubi post plura alia, quae faciunt ad exornandam imaginem, Roma, ait, „laxata casside prodit Canitiem.“ — *Et deprimitur fastus* 10.
Israelis in facie ejus; nec redeunt ad Jevam, deum suum, *nec quaerunt eum non obstantibus his omnibus*, tot tantisque malis.
De verbis וְעָנָה גְאוֹן יִשְׂרָאֵל בְּפָנָיו vid. ad 5, 5. — *Estque Ephraim* 11.
ut columba simplex, deceptu facilis, *sine corde*, intellectu; *Aegyptum invocant, Assyriam abeunt*, auxilium petentes; cf. prooem.
— *Quemadmodum* i. e. simulatque *abeunt* vel ab hoc vel ab illo 12.
populo petitum auxilium, *expando super eos rete meum, ut aves coeli dejicio eos*, ludo eorum spem, perimo consilia, facio ut omnia iis in malum cedant; *castigo eos secundum nuntium perlatum ad coetum eorum* i. e. quemadmodum iis annuntiavi per prophetas; cf. 5, 9. Ad אַיְסִירֵם, pro quo scriptum reperitur in uno libro אוֹסִירֵם, in aliis אֲיַסְּרֵם, cf. הַיְשַׁר Keri Ps. 5, 9. ibique not. שֵׁמַע hic meton. positum pro שְׁמֻעָה quod auditur, *nuntius*.
— *Vae illis, nam fugiunt me! vastatio illis*, exitium superveniat 13.
illis, *nam deficiunt a me! Ego volo liberare* (cf. vs. 1.) *eos, et, at illi loquuntur contra me mendacia*, simulantes pios mei cultores, dum colunt deos falsos; cf. vs. qui sequitur et 12, 1. —
Nec clamant ad me in corde, animo *suo*, sed alios deos invocant, 14.

quando ejulant in cubilibus suis; insomnes, moerore confecti; *propter frumentum et mustum*, cum messis et vindemia non respondet eorum votis, *avertunt se*, *recedunt a me*, suos deos placaturi, petituri triticum et vinum ab illis, non a me; cf. 2, 7 sqq. Verba כִּי יְיֵלִילוּ עַל־מִשְׁכְּבוֹתָם alii: *sed ejulant* ad deos suos commenticios *in cubilibus suis*, invocationem istorum deorum per contemtum ejulationem dici putantes. Sic jam Hieronymus, qui: „pulchre cantica idolis servientium non carmina in deum, sed ululatum appellat.“ Quid? quod non dubitant מִשְׁכָּבוֹת ad obscoenum deorum falsorum cultum referre, quod quaesitum mihi videtur. De יְיֵלִילוּ forma vid. not. ad Ps. 138, 6. יִתְגּוֹרָרוּ omnes significare volunt: *congregant se* in fanis deorum suorum, eos placaturi. Sed vide quae de hoc verbo disputavimus ad Ps. 140, 3. סוּר seq. בְּ praegnanter dictum putant, ut significet *recedere* a deo et convertere se *contra* eum, quod falsum haud dubie. סוּר absolute ut saepius alias est positum, et בְּ indicat eum *in* quo defectio committitur. Germanice dices abfallen
15. *an* jem. — *Ego erudivi*, *roboravi brachia eorum*, i. e. institui brachia eorum ad bellum, docui eos brachiis recte uti in dimicando, et vires illorum auxi, i. e. arma eorum victricia reddidi, qualia inprimis regnante Jerobeamo II. fuisse scimus (vid. ad 1, 1.); *et*, sed *adversus me illi excogitant malum*, abrogantes cultum meum. Priora verba plerique sic interpretantur: *ego castigavi eos*, mox iterum *roboravi brachia eorum*. Sic jam Chaldaeus. Alii, ut Grotius: „sive eos punirem, sive vires ipsis adderem, semper est.“ Quod fere eodem redit. Verum quum יִסַּרְתִּי Suffixo munitum non sit, praeterea *castigare* Ephraimum et *roborare ejus brachia* minus apte sibi opponantur, praestat sine dubio, יִסַּר verbo significatum tribuere *erudiendi*, *instituendi*, ejusque Objectum facere idem, quod est verbi proximi, זְרוֹעֹתָם inquam; cf. Ps. 18, 35: מְלַמֵּד יָדַי לַמִּלְחָמָה *instituens manus meas ad bellum*, item Ps. 144, 1: הַמְלַמֵּד יָדַי לַקְרָב אֶצְבְּעוֹתַי לַמִּלְחָמָה *qui instituit manus meas ad pugnam*, *digitos meos ad bellum*. —
16. *Convertunt se ad non-summum*, i. e. ad non-deum, collect. non-deos, i. e. ad deos fictos, vanos, *sunt ut arcus fallax*, qui perperam jaculatur; *cadunt* itaque *gladio principes eorum propter proterviam linguae eorum*; *haec est irrisio eorum in terra Aegypti*, ob quam cladem ludibrio erunt Aegyptiis, in quibus fiduciam collocaverant. שׁוּב cum nudo Accusativo, ut *Jes.* 52, 8. עַל sum-

mitas, concr. *summus*, de deo, ut in eodem hoc scriptore infra 11, 7. in verbis אֶל־עַל יִקְרָאֻהוּ *ad summum vocant* prophetae *eum*, populum. Praeter hos locos nulli reperiuntur, in quibus vim Nominis habeat עַל. Eundem quidem, quo hic et 11, 7. gaudet, significatum sub עַל subjiciendum esse 2 Sam. 23, 1. quoque in verbis הֻקַם עַל nuper existimavit Hesselbergus. Ea vero *constitutus est supra*, in loco sublimi, significant, non, ut opinatur vir doctus, *elatus (constitutus) a summo* (deo). Hoc enim esset מֵעַל. Quod hoc quem tractamus Hoseae loco et 2 Sam. 23, 1. ceterisque, quibus vim Adverbii habet, his Gen. 27, 39. 49, 25. Ps. 50, 4. scriptum est עָל cum Cames, causa est appositus accentus; nam genuina forma est עַל Hos. 11, 7. לֹא עַל i. q. לֹא אֱלֹהִים Jer. 5, 7. al. et fortasse infra 8, 6. Nonnulli: *non convertunt se ad summum*. Ita vero scriptum esse deberet לֹא יָשׁוּבוּ עַל praeposita negatione. Alii, ut Rosenmüllerus: *convertunt se*, sed *non sursum*, πρὸς τὰ ἄνω, ad coelestia et divina, eodem significatu עַל gaudere putentes infra 11, 7. Quamquam vero voculam illo loco *summum* deum significare non est ita certum, ut nullus dubitationi locus relinquatur, tamen plus quam probabile esse videbimus ad eum ipsum. Verba הָיוּ כְּקֶשֶׁת רְמִיָּה Rosenmüllerus: „*sunt ut arcus remissus* i. e. qui, nervo rumpente, fatiscit, nec ferit jaculando. Quae comparatio optime quadrat. Israelitae enim, si aliquando ad meliorem frugem redire coeperunt, mox remiserunt, et in priorem relapsi sunt impietatem.“ Non male. Sed quae Ps. 78, 57. est simillima imago, cf. ibid. vs. 9., suadet, ut de *arcu fallaci* intelligas קֶשֶׁת רְמִיָּה sensumque facias hunc: deum invenire nesciunt. Ad postrema verba cf. prooem. coll. illius temporis historia adumbrata ad 1, 1.

CAP. VIII, 1—14. Versu 14. vates Judaeos oppidis munitis iisque recens exstructis confidere dicit; vs. 7. 8. 9: Israelitas cum maxima reipublicae jactura ad Assyrios confugisse queritur. Vides igitur, hanc orationem in Menachemi aetatem optime convenire. Ea enim aetate Usia, qui fuit aequalis Menachemo, oppida et castella exstruxit (2 Chron. 26, 6. 9. 10.), Israelitae autem ad Assyrios se converterunt eamque suam inconsiderantiam luerunt mille talentis argenti. Quidam orationem tempore interregni prioris editam censent, alii Pecachi et Jothami sub imperiis, alii denique regnante Hosea, „quo tempore, quae sunt Maugeri verba, hostiles Assyriorum copiae ad ipsam metropolin, Samariam, appropinqua-

bant." Sed apud eos, qui de interregno I. cogitant, argumenta video nulla, apud ceteros non satis firma. Nam quod qui regnantibus Pecacho et Jothamo sermonem habitum volunt, ex vs. 9. ducunt argumentum vix quicquam poterit efficere, nisi aliud argumentum accedat, cum praeter Jothamum Usia quoque oppida exstruxerit. Ad eos autem, quos tertio loco memoravimus, quod attinet, eorum sententia aeque modicam veritatis speciem gerit. Nititur enim versu primo, quem non esse de exitio proxime instante intelligendum, satis perspicue docet vs. 10. Argument. 1—3: opprimet Israelitas hostis, nam violarunt foedus meum, defecerunt a lege mea; 4—6: constituerunt reges me non consulto, fecerunt sibi deos vanos. 7—10: quod reliquum est de pristino civitatis flore, vorant populi exteri, voravit in auxilium vocatus Assyrius. 11—14: ejicietur perfidus populus in exsilium.

1.— *Ad palatum buccinam!* ori buccinam admove! sc. ad indicandum adventum hostis. *Ut aquila* est (hostis) *super domo Jovae*, imminet hostis populo Jovae, Israelitis, *eo quod migrarunt foedus meum*, *et a lege mea defecerunt*. Ad priora verba cf. locus simillimus 5, 8. ibique not. Quis sit ille, qui dicitur *ut aquila* esse *super domo Jovae*, imminere domui J., vel si mavis, *supervenire domui J.*, ostendit nexus. Ad *aquilae* imaginem cf. Jer. 48, 40. Hab. 1, 8. *Domus Jovae*, ejus familia, populus. עַל־תּוֹרָתִי פָּשָׁעוּ plerique: *contra legem meam peccarunt*. Commode tamen פָּשַׁע seq. עַל eodem modo accipi potest, quo debet פָּשַׁע seq. בְּ;
2. cf. 7, 14. סוּר בְּ. — *Ad me clamabunt: mi deus, agnoscimus te, Israel*, nos, Israel, populus tuus! יִשְׂרָאֵל appositione cohaeret cum Pronomine pers. 1. quod inest in יְדַעֲנוּ. Sensus: tum, cum supervenerint illis hostes, subito ad me conversi deum tutelae suae me appellabunt, me placaturi, sed frustra! Alii: *ad me clamant* cet. i. e. audacter isti me vocant deum tutelae suae, ut fucata Israelitarum pietas pingatur his verbis. Sed prior sensus aptior
3. est ad nexum. — *Rejecit Israel bonum* i. e. instituta Jovana; *hostis persequetur eum*, hinc eos hostium in potestatem tradam. Veterum nonnulli טוֹב *Jovam* vel *cultum* ejus esse volunt. Sed de universa rerum Israeliticarum constitutione cogitandum esse,
4. indicant quae subjiciuntur vs. 4. — *Illi reges fecerunt*, *et*, sed *non a me*, *principes fecerunt*, *et*, sed *non noveram* eos, i. e. reges fecerunt, quos ego non constitueram reges, Jerobeamum intellige et qui exceperunt eum reges; *ex argento suo et auro*

suo fecerunt sibi simulacra deorum, cf. 2, 10. 13, 2., *ut deleatur* Israel, i. e. consulto quasi et apertis oculis ruentes in perniciem. מִן in מִמֶּנִּי est auctoris, plane ut in מִיִּשְׂרָאֵל vs. 6. De structura verborum כַּסְפָּם rel. vid. G. gr. min. §. 136. E. gr. min. §. 510. Vim veram לְמַעַן vooulae mirum hodieque potuisse latere Hesselbergum, cujus prorsus falsa ultimorum verborum interpretatio haec est: *propterea delebitur*; cf. Jer. 27, 10. 15. 44, 8. al. Nec magis probandum videtur, quod idem cum aliis Subjectum יִכָּרֵת verbi facit *argentum* et *aurum*. Subjectum esse videtur יִשְׂרָאֵל
vs. 2. 3. cf. לוֹ vs. 7. — *Foetet*, detestabilis est *vitulus tuus*, 5.
Samaria; exarsit ira mea in eos; quousque non poterunt ferre innocentiam? זָנַח verbo plerique *rejiciendi* significationem tribuunt, nec potest negari, commendari eam significationem eo, quod vs. 3. sub hoc verbo subeat eadem, eaque hic admissa haud inelegans nascitur oppositio verborum זָנַח יִשְׂרָאֵל טוֹב et זָנַח עֶגְלֵךְ שֹׁמְרוֹן. Ita tamen in his difficultatem habet Subjectum. Nonnulli: *rejecit* deus *vitulum tuum*, *Samaria*, deum facientes Subjectum. Alii Subjectum faciunt vitulum in hanc sententiam: *rejecit vitulus tuus*, *Samaria* eos, Israelitas, i. e. in causa est, cur rejiciantur; cf. 10, 15., quo eodem redit ratio eorum, qui זָנַח absolute accepto sic interpretantur verba: *rejectionem affert*, efficit, creat *vitulus tuus*, *Samaria*. Primo loco posita interpretatio durior, quod in praecedentibus et subsequentibus in prima persona loquitur deus; altero et tertio loco prolata justo artificiosior est. Mallem igitur, quod miror adhuc nemini in mentem venisse, Subjectum membri primi facere idem quod est membri secundi, אַפִּי, inquam, in hunc sensum: *rejecit vitulum tuum*, *Samaria*, *exarsit ira mea in eos*. Simplicior tamen eademque aptior sententia prodit, si primarium *foetendi* significatum hoc loco admittis, ut supra fecimus. Falluntur qui negant eum significatum in usu fuisse. Fuisse, loci docent Jes. 19, 6. 2 Chron. 29, 19. Sic quidem alio significatu hic, alio supra sumitur verbum. Sed hoc ipso significatuum lusu mirifice delectantur Hebraeorum poetae et prophetae; cf. G. gr. ampl. p. 859. Ad יוּכְלוּ complendum putant *ferendi* verbum. Quasi ea vis non insit in ipso
יָכֹל! cf. Ps. 101, 5. et Jes. 1, 13. ibique not. — *Nam ab Israele* 6.
et ipse, iste vitulus *est*, habet et ipse ortum suum ab Israele, non a me, *faber fecit eum*, *et non-deus*, deus fictus, vanus, vel si mavis, *nec deus ille est: nam fragmenta fiet*, in frusta

comminuetur *vitulus Samariae.* Ad verba priora apud Hierony-
mum haec leguntur probata ab aliis: „*quia ex Israel et ipse est;*
non ab aliis, ait, vitulum gentibus accepistis, ut Baal et Astarot
a Sidoniis, ut Chamos a Moabitis, ut Moloch ab Ammonitis; sed
vos ipsi, et rex vester Jeroboam, quod in Aegypto didiceratis,
fecistis in Israel.“ Quam inepte! Quasi vitulus ab exteris in-
ventus et acceptus ab Israelitis minus detestabilis fuisset vitulo
excogitato ab ipsis Israelitis! Non aliis populis, sed *ipsi Jovae*
oppositum est illud מִיִּשְׂרָאֵל, ut hic sit sensus: nam ab Israelitis,
non a me ortum habet iste vitulus. Quod subjicitur וְהוּא (cujus
copulam recentiorum nonnulli praetermiserunt, dubitantes, ut vi-
detur, de illius vi) posset ad sequentia trahi, ita ut esset Nomi-
nativus absolutus in hanc sententiam: *isque, faber fecit eum*
i. e. eumque fecit faber, artifex. Sed praestat referri ad כִּי מִיִּשְׂרָאֵל.
Sic vero illo *et ipse* non vitulo Aaronis (Exod. 32.) opponitur
hic vitulus, ut putant interpretes, sed respiciuntur quae dicta
erant vs. 4., ut hoc sibi velit vates: quemadmodum ab Israelitis
facti sunt reges, quos ipse ego non constitueram, sic vitulus
quoque iste ex ipsorum non ex mea prodiit officina. Verba וְלֹא
אֱלֹהִים הוּא dubium est sintne *nec deus*, et deus non *est*, an *et
non-deus*, deus vanus est (cf. לֹא עַל 7, 16., לֹא אֱלֹהִים Jer. 5, 7.
לֹא אֵל Deut. 32, 21. al.) Sed eodem utrumque redit. Quod hoc
solo loco est שְׁבָבִים recte melioris notae etymologi *fragmenta*
dicunt significare coll. chald. שְׁבַב *frangere*, שְׁבָא *fragmentum.*
Verum quod diversam hanc radicem putant a שָׁבַב, شَبَّ, cujus
vim primariam verissime in *sufflando* posuit Gesenius coll. נָשַׁב,
נָשַׁף, שָׁאַף, in eo sine dubio errant. A שָׁבַב *sufflare, flando
ignem excitare* non solum descendit hebr. שָׁבִיב, chald. שְׁבִיב
flamma, verum etiam hebr. שָׁבָב, chald. שְׁבָא *frustum, fragmen-
tum*, propr. nisi me omnia fallunt *scintilla*, hinc (prorsus ut apud
Latinos) *punctum lucidum*, hinc generatim *particula, frustulum,*
7. *frustum*, a quo est denom. verbum chald. Pa. *frangere.* — *Nam
ventum serunt, et turbinem metunt*, inanibus eorum studiis re-
spondet eventus plus quam satis, cf. ad 6, 11.; *seges nulla est
illi*, Israeli, *culmus non facit*, profert *farinam; si tamen faciat*,
proferat, *peregrini*, barbari *vorant eam*, pereunt omnia Israelita-
rum praesidia, et si quid reliquum est bonorum, id ad se rapiunt
in auxilium vocati populi exteri; cf. vs. 9. In צֶמַח et קֶמַח ele-
8. gans inest paronomasia. G. gr. ampl. p. 857. — *Voratur Israel:*

jam sunt inter populos ut vas quo nemo delectatur, habentur inter populos similes vasi inutili et abjecto; cf. Jer. 22, 28. 48, 38. Ps. 31, 13. — *Nam proficiscuntur*, nuntios, legatos mittunt *illi* 9.
in Assyriam, foederis faciendi, auxilii petendi causa, cf. 5, 13. 7, 11.; *onager solitarius sibi est*, manet, *Ephraimitae* vero *jubent* (nuntios suos) *donis ambire amores* i. e. amasios, i. e. populos quibuscum foedera faciunt exteros. Sensus: onager, animal brutum, prudentior est Ephraimitis; is enim aliorum congressum vitat, libertatis amantissimus, Ephraimitae vero perniciosam ipsis societatem aliorum ambiunt donis. Singulare est, quod, quum 2 Reg. 17, 3. et alias *ascendere* dicitur, qui *in terram Israeliticam proficiscitur ex Assyria*, hic dicitur *ascendere*, qui *in Assyriam proficiscitur ex terra Israelitica*. Causa esse videtur, quod utrique interjectas regiones montanas transire debebant. Ad verba פֶּרֶא בּוֹדֵד לוֹ Rosenmüllerus: „cum onagro comparantur Israelitae ob eorum indomitam in rejiciendis monitis pervicaciam," haud convenienter ad nexum, qui manifeste sensum quem supra fecimus postulat; cf. similis comparatio Jes. 1, 3. De תָּנָה non recte expositum video ab aliis. תָּנָה *dona dare* (cf. נָתַן אֶתְנָה 2, 14.), *donis ambire* vs. 10., cum Acc. *donare* aliquem (aliqua re), *donis ambire* aliquem, Hi. (quod perperam idem esse volunt quod Cal): *jubere* aliquem *donis ambire* aliquem; sic hoc loco, ubi prior Acc. cogitatione est suppressus, quod constat saepissime fieri. אֲהָבִים *amores* abstr. pro concr. *amasiis*. — *Quod donis* 10.
ambiunt inter populos, quod aliorum populorum amicitiam et praesidium muneribus emunt Israelitarum reges, impares imperio tenendo propriis viribus, *etiam* ego *jam congregabo illos*, populos, ad quos confugiunt, *et liberabunt* illi populi eos, Israelitarum reges *brevi ab onere regis*, *principum*, regis et principum, ab imperio regio, principum munere, quod tam grave est hisce regulis, ut sustinere illud non possint nisi ope adjuti populorum exterorum! Quod facile intelligis per irrisum dictum esse pro: et deturbabunt eos de statu suo, finem facient eorum imperio. גַּם interpretes omnes conjungunt cum כִּי, qua ratione sensus prodit nullus; aptissimus vero, si construis cum עַתָּה אֲקַבְּצֵם; cf. 6, 11. ibique not. De יִתְנוּ בַגּוֹיִם vid. ad versum superiorem. Quod in pluribus libris reperitur יִתְּנוּ a נָתַן, ferendum non est. Suffixum in אֲקַבְּצֵם per nexum non potest referri nisi ad הַגּוֹיִם. חָלַל *solvere*, hinc *liberare*, cf. Pi.; וַיָּחֵלּוּ *et liberabunt*, Futurum,

praegresso Futuro. Objectum *eos*, reges Israelitarum, cogitatione
suppressum est, ut saepissime alias. מְעַט per Camez ut 2 Chron.
12, 7., *brevi*, *mox*, ut Hagg. 2, 6. מֶלֶךְ שָׂרִים asyndeton, *regis*
et *principum*, Israelitarum. מַשָּׂא *onus* regis et principum per
irrisum dicitur eorundem *imperium*, *munus*, utpote cui sustinendo
impares essent, praesidium ambientes populorum exterorum. Possunt
tamen ultima verba sic quoque intelligi: *et liberabunt* illi
populi eos, Israelitas *brevi ab onere regis* et *principum* i. e.
a rege et principibus molestis, ab imperio regis et principum
molesto Israelitis. Nam reges Israelitarum eo ipso molesti civibus
fuerunt, quod societatem jungebant cum populis exteris, quandoquidem
illam vi magna pecuniae redimere necesse habebant, populique
in auxilium vocati non tam Israelitarum sed suis ipsorum
rebus consulebant e turbis commoda capientes. Potest etiam proprie
accipi מַשָּׂא, ita ut *onus regis* et *principum* sit onus civibus
impositum a rege et praefectis. Alii, ut Rosenmüllerus:
coeperunt Israelitae jam *diminui propter onus*, ut מְעַט sit Infinitivus,
vel: *coeperunt* Israelitae jam *paululum* premi *onere*, ut sit
constructio praegnans, *paululum* vero dictum per irrisum, *regis*
et *principum*, Assyriorum puta, vel *regis principum* i. e. regis
Assyrii, coll. 2 Reg. 18, 19., ubi rex Assyriorum appellatur הַמֶּלֶךְ
הַגָּדוֹל, et Jes. 10, 8., ubi idem de se haec dicens inducitur הֲלֹא
שָׂרַי יַחְדָּו מְלָכִים *nonne principes mei omnes sunt reges?* Quibus
interpretationibus plura eaque gravissima obstant. Ac primum
quidem וַיָּחֵלּוּ non potest non referri ad tempus *futurum*, utpote
Futuro antegresso. Deinde מְעַט non potest putari Infinitivus.
Nam verba med. gutt. Cholem in utroque Infinitivo constanter
tuentur, habesque ipsum מְעֹט Lev. 25, 16. Tum, si וַיָּחֵלּוּ מְעַט
redditur *coeperunt* premi *paululum*, durissima statuitur ellipsis.
Denique מֶלֶךְ שָׂרִים *regem* et *principes* esse *Israelitarum*, non
11. alius populi, colligimus ex vs. 4.; cf. etiam 7, 3. 5. — *Nam
multas fecit Ephraim aras ad peccandum*, ad offerenda sacrificia
diis falsis, *fuerunt ei* illae *arae ad suscipiendam in se culpam*,
exstiterunt ei causa culpae, noxae. כִּי non rationem reddit eorum,
quae proxime praecesserunt, sed primariae orationis sententiae,
q. d. *nam*, ut porro exponam poenae ab Israelitis sumendae
causas. Posset hemistichium posterius simpliciter sic reddi: *factae
sunt ei*, ab eo, vel *sunt ei arae ad peccandum*. Sic tamen idem
utroque hemistichio exprimeretur. Maxime igitur probabile est,

verbis lusisse vatem, ita ut חָטָא prius significare vellet *peccare*, posterius *reum fieri*, *culpam in se suscipere*, ad quod cf. 1 Reg. 12, 30. 13, 34: וַיְהִי הַדָּבָר הַזֶּה לְחַטָּאת. — *Scribo ei multitu-* 12.
dinem legis meae, multas leges meas; *tanquam alienum* quid *reputantur*, non pluris ab illis aestimantur, quam si res aliena aliqua essent, quae ad eos minime pertineret; susque deque ab iis habentur. רבו vel רִבּוֹ, *myrias*, est, vel רֻבּוֹ, *multitudo*, Stat. constr. רֹב nominis cum ו parag., ut מַעְיְנוֹ Ps. 114, 8. Masorethae רֻבֵּי ejusdem nominis Stat. constr. Plur. legi volunt.
— *Sacrificia donorum meorum, sacrificant carnem, et comedunt;* 13.
Jova non delectatur iis, sacrificiis. *Jam memor erit culpae eorum*, Ephraimitarum, *et puniet peccata eorum: ii in Aegyptum redibunt* i. e. patria expulsi iterum projicientur in terram illam, in qua olim tot ac tanta mala perpessi sunt eorum majores. זִבְחֵי הַבְהָבַי *sacrificia donorum meorum* i. e. quae mihi dono dare, offerre solent. Nihil aliud subest. Aliena Hesselbergi explicatio haec: sacrificia donorum, quae a me acceperant. Nihil tale hic agitur. Pendent autem haec verba, male habita pro Nominativo absoluto a Rosenmüllero et aliis, ex יִזְבְּחוּ, pariter atque בָּשָׂר, q. d. *sacrificia donorum meorum, carnem sacrificant.* Verba הֵמָּה מִצְרַיִם יָשׁוּבוּ nonnulli: *illi in Aegyptum se convertent*, auxilii petendi causa. Quod abhorret a nexu. Comminationem exspectas. Itaque alii: *in Aegyptum redibunt* i. e. in terram, qualis olim majoribus fuit Aegyptus, in alteram Aegyptum, in terram miseriarum plenam. Sed certo certius est, proprie intelligenda esse verba eo modo, quem supra secuti sumus; cf. eadem comminatio infra 9, 3. 6., ubi nullus dubitationi locus relinquitur, item Deut. 28, 68. coll. Exod. 14, 13. — *Et oblitus est Israel creatoris* 14.
sui, et aedificavit palatia, et Juda multas fecit urbes munitas, in his fiduciam collocantes, abjecta in Jovam fiducia; *et*, sed *immittam ignem in urbes ejus, et consumet arces ejus.* וַיִּשְׁכַּח ultimam aperit poenae causam; cf. supra ad כִּי vs. 11. Suffixum masc. in עָרָיו respicit *populum*, contra fem. in אַרְמְנֹתֶיהָ *terram.*

CAP. IX, 1—9. Hanc et quae vs. 10—17. hujus capitis continetur orationem eadem qua tres primae orationes compositae videntur aetate editas putamus. In causa sunt vs. 1 sq. 6. 11. 13. florentis civitatis indices, et quod vates totus in perstringendo cultu deorum commenticiorum versatur. In oratione, quam prae

manibus habemus, vates, nolite, inquit, gaudere de civitatis vestrae
flore, nam qui a Jova defecistis, qui ad deterrima quaeque delapsi
estis, brevi patriae finibus expulsi bonisque omnibus orbati in
1. alienas terras projiciemini. — *Ne laeteris*, *Israel*, *usque ad exsultationem*, noli effusae de felicitate tua laetitiae indulgere, *populorum instar* aliorum, *nam scortaris*, deos alienos sequeris *relicto deo tuo*, *amas donum*, mercedem meretriciam *in omnibus areis frumenti* i. e. omnes areae tuae plenae sunt mercedis meretriciae, i. e. frugum, quas tu a diis falsis pro eo quod eos colis te accepisse gloriaris; cf. 2, 14. Quibus verbis hoc sibi vult: noli gloriari nimis de florenti civitatis tuae statu, nam non diu manebit iste status, quandoquidem relicto Jova deos alienos sectaris; cf. vs. 2 sq. אֶל־גִּיל *usque ad exsultationem*, prorsus ut Job. 3, 22. eodem nexu. כִּי nonnulli Objectum indicare laetitiae volunt in hanc sententiam: *ne laeteris*, *Israel* .... *quod scortaris* cet. Ita tamen non convenit, quod praecedit כָּעַמִּים, quum populi exteri non putari possint defecisse a Jova. Ultima verba Hesselbergus sic reddenda putavit: *amas donum*, mercedem meretriciam, *in omnibus areis frumentum* (amas). Quod quam falsum
2. sit, quum גָּרְנוֹת sit Status constr., nemo non videt. — *Area et torcular non pascet*, alet *eos*, *et mustum mentietur ei*, eorum terrae, fallet exspectationem ejus; cf. Hab. 3, 17: כִּחֵשׁ מַעֲשֵׂה זַיִת, et lat. spem mentita seges, fundus mendax. בָהּ nonnulli ad יֶקֶב referunt. Quemadmodum vero in priore hemistichio ־ם pertinet ad Israelitas, sic probabile est in posteriore ־הּ pertinere ad eo-
3. rundem terram. — *Non habitabunt*, manebunt *in terra Jovae*, Cananaea, *et*, sed *redibit Ephraim in Aegyptum*, *et in Assyria immundum*, cibos immundos *comedent*, projicientur exsules in Aegyptiorum et Assyriorum profanas terras; cf. vs. 6. et locos laudatos ad 8, 13. „Cibos immundos ibi comesturos minatur vates, quia eis non licebit illic secundum praescriptum legis divinae vivere, in qua certorum animalium esus vetitus, sed more populorum, quibus servient, vivere cogentur.“ Ros. Idem Jova minatur apud Ezech. 4, 13. his verbis: *sic comedent filii Israelis panem suum immundum inter populos, ad quos expellam eos.* —
4. *Non libabunt*, poterunt libare in exteris illis terris *Jovae vinum*, cf. Exod. 30, 9. Lev. 23, 13., *nec grata erunt ei sacrificia eorum*, oblata in solo profano; *instar panis doloris*, lugentium cibi, qui immundus erat, cf. Deut. 26, 14., erunt *eis*, *omnes qui com-*

edunt eum, cibum, *polluunt se*; *nam*, sed *panis*, cibus *eorum* erit *ipsis*, pro ipsis, ipsorum tantum usibus inserviet, *non veniet*, deferetur *in domum Jovae*, templum. Sensus: omnis cultus Jovanus in illis terris finem habebit; cf. 3, 3 sq. Rosenmüllerus verba וְלֹא יֶעֶרְבוּ לוֹ non esse jungenda proximo זִבְחֵיהֶם, sed distingui sermonem post לוֹ, apposito huic voci accentu distinctivo Segolta ait indicari. Vertendum igitur esse: *nec*, si vel maxime libarent, *grata erunt ei* libamina. Non nego videri Masorethas voluisse referri זִבְחֵיהֶם ad כְּלֶחֶם cet.; volueritne vero vates quoque est quod dubites. Certe, quum ipsa *libamina* in praegressis expresso verbo non memorentur, יֶעֶרְבוּ multo facilius construitur cum זִבְחֵיהֶם quam refertur ad antecedentia. Idem „verba כִּי לַחְמָם לְנַפְשָׁם quidam, ait, vertunt: *nam panis eorum ipsis* erit i. e. ipsorum tantum usibus, vitae eorum sustentandae solummodo inserviet. Nos mallemus ea cum proximis לֹא יָבוֹא בֵּית יְהוָה jungere hoc sensu: *nam panis ipsorum*, oblatio quam *pro se* offerunt, *non veniet* cet.“ Sed ita intellectum otiosum videtur
לְנַפְשָׁם. — *Quid facietis die solenni, et die festo Jovae?* cf. 5.
2, 13. — *Nam ecce migrant*, migraturi sunt *in terras exteras* 6.
e vastatione i. e. e terra patria vastata; *Aegyptus colliget eos* in sepulcra sua, *Memphis sepeliet eos*; cf. vs. 3. *Res pretiosae* quae pertinent *ad argentum eorum*, quascunque possident res pretiosas argento factas, *urtica occupabit eas*, *spina* erit, succrescet *in tentoriis eorum*. מִשֹּׁד nonnulli *in exitio* reddunt, quod plane falsum. Ferri potest, quod aliis placuit *ob vastationem* terrae ab hostibus illatam. Sed simplicior et elegantior sensus prodit, si sic ut fecimus interpretaris, ita ut מִן sit *ex*, שֹׁד *vastatio* meton. posita pro *terra vastata*. Quemadmodum intelligendum sit קִבֵּץ, docet, quod respondet קִבֵּר. לְכַסְפָּם *quod attinet*, *pertinet ad argentum eorum*. Praemittitur מַחְמַד *constructum*, quoniam מַחְמַד לְכַסְפָּם idem fere est quod esset מַחְמַד כַּסְפָּם; cf.
E. gr. min. §. 497. G. gr. min. §. 114. — *Venient dies poenae*, 7.
venient dies retributionis, *videbunt*, re ipsa haec experientur *Israelitae*, *stultus est propheta*, *vesanus vates*, contrarium jam docens, inanibus promissis populum lactans et in pravitate confirmans, cf. Mich. 3, 11. Thren. 2, 14., *propter magnitudinem culpae tuae et magnam defectionem*. Sententiae duae *videbunt Israelitae*, *stultus est propheta*, *vesanus vates*, velut in parenthesi interpositae sunt, nam quae subjiciuntur *propter magnitu-*

dinem cet. pertinent ad verba versus priora, ut quorum rationem reddant. יָדַע hic *re ipsa experiri*, ut saepius alias, velut Jes. 9, 8. אִישׁ הָרוּחַ per se nequaquam, ut opinantur quidam, *prophetam falsum* significat, sed, ut נָבִיא commune prophetarum nomen est, utpote quorum hoc proprium sit, quod *divino spiritu afflantur*. Intelligendos hic *falsos* prophetas esse, solo e nexu colligitur. רַבָּה Adjectivum in majorem vim Nomini suo est praemissum. Exempla dabit G. gr. min. §. 110. Quod nonnisi hoc et proximo versu reperitur מַשְׂטֵמָה difficile dictu est quid significet. Gesenius vs. 8. *laqueum* significare credit, a שָׂטַם *ponere insidias*, atque ut putat, spec. *laqueos* (cf. syr. ܣܛܡ Pa. vinxit, compedivit, ܣܘܛܡܐ vinculum, compes), vs. 7. trop. *causam perniciei*, coll. מוֹקֵשׁ. Apta *laquei* significatio vs. 8., non apta significatio *perniciei* vs. 7. Nec magis convenit, quae aliis placuit *infestationis*, *odii* significatio. Nescio an vox utroque loco significet *defectionem*. Nam primaria שָׂטַם et שָׂטַן verborum significatio non videtur esse *insidiari*, sed *declinare*, *deflectere*, שָׂטָה, atque
8. ab hac demum profecta esse *insidiandi* notio. — *Si speculatur Ephraim apud deum meum, vates laqueus aucupis est in omnibus viis ejus*, Ephraimi, *defectio*, causa defectionis *in domo dei ejus*, Ephraimi, i. e. in civitate Ephraimitarum. Sensus: si quando consulunt Israelitae prophetas Jovae, horum salutaria consilia suis artibus irrita reddunt prophetae falsi, praecipua illi communis omnium defectionis causa; cf. 5, 1. צֹפֶה עִם אֱלֹהִים *speculari apud deum*, eum consulere ejusque exspectare responsum; cf. Hab. 2, 1. Omissum est אִם, ut saepius alias. Suffixum in דְּרָכָיו et אֱלֹהָיו referendum ad אֶפְרַיִם. De מַשְׂטֵמָה vid. ad vs. superiorem. בֵּית אֱלֹהִים accipiendum ut supra 8, 1. Alius verba priora: *speculatur Ephraim apud deum meum*, consulit eum; alii: *speculatur Ephraim cum deo meo*, praeter deum meum alios deos
9. consulunt. — *Profunde corrupti sunt, ut diebus Gibeae*, quemadmodum fuerunt quo tempore Gibeae nefandum illud facinus commiserunt. *Memor erit* deus *culpae eorum*, *puniet peccata eorum*. הֶעְמִיק Adverbii vices sustinet, ut Jes. 29, 15. al. שִׁחֵת *perdite agere*, propr. *perdere* vias suas s. facta sua, cogitatione suppresso דַּרְכֵּיו s. עֲלִילֹתָיו, ut saepius; cf. G. gr. ampl. p. 851. כִּימֵי Accusativus, ut 2, 5., ubi vid. not. Ceterum *ut tempore Gibeae* breviter dictum esse pro *ut tempore commissi Gibeae*

facinoris, ut quo tempore Gibeae commissum est facinus, vix est quod moneam. Rosenmüllerus: „tertium comparationis alii in nefaria libidine et immisericordia, alii rectius in pertinacia adversationis ponunt, quod, sicut Gibeonitae et Benjaminitae pertinaciter adversati sunt reliquis tribubus ad meliorem mentem eos revocantibus, sic Israelitae vatis nostri tempore in suis peccatis adeo obdurati fuerunt, ut nullis prophetarum monitis revocari potuerint.“ Quod utrumque falsum. Generatim dicit, tam perditos esse sui temporis Ephraimitas, quam fuerint olim, quum horrendo isto flagitio se inquinarent, Jud. 19.

CAP. IX, 10—17. In hac oratione, quae quo tempore edita sit in prooemio ad superiorem orationem vidimus, vates quemadmodum quum deus tam fuerit in Israelitarum majores animo liberali atque amanti, ipsi relicto illo ad inania foedaque deorum simulacra deflexerint, sic populum etiamnunc agere queritur, eique impietatis poenam minatur sterilitatem, orbitatem, exsilium. — *Velut uvas in deserto inveni Israelem, velut ficum* 10.
praecocem in ficu arbore *in primitiis ejus*, arboris, i. e. quando primi fructus ejus maturi fiunt, *vidi patres*, majores *vestros*, cujus elegantissimae suavissimaeque imaginis sensus hic est: quemadmodum exsultat, qui iter facit per loca deserta, si quando uvas, solatia siccis faucibus, inveniat, aut qui ficum praecocem, suavissimum cibum (Jes. 28, 4. ibique not. Jer. 24, 2. Mich. 7, 1.), in arbore conspiciat, sic mihi majores vestros fuit summa voluptas eligere Phariis quondam in oris, carique instar mihi habere peculii; *illi*, at illi pessimam mihi gratiam referentes *iverunt ad Baal Peor*, idolum Moabitarum, cujus in cultu puellae pudicitiam prostituebant, *et consecrarunt se turpitudini*, i. e. turpi isti idolo, *et facti sunt detestabiles*, *ut amor* i. e. amasius *eorum* i. e. ut ipsum quod amore complectebantur, colebant abominandum idolum, Num. 25, 1 sqq. הֵמָּה *illi*, at illi! cum accentu efferendum. בּוֹא cum Acc. ejus qui petitur, G. gr. min. §. 116, 1. cf. 135, 3. E. gr. min. §. 511. נָזַר Ni. cum לְ *separare se alicui*, se illi consecrare; hinc in Hi. sq. לְ consecrare aliquid alicui Num. 6, 12. בֹּשֶׁת abstr. pro concreto; et sic quoque אֹהַב *amor* pro *amasio*, plane ut אֲהָבִים 8, 9. שִׁקּוּצִים Subst. pro Adjectivo positum, G. gr. min. §. 104, 1. adn. 2. — *Ephraim*, *ut avis avolabit* 11.
gloria eorum, *absque partu et absque graviditate et absque conceptu* i. e. non parientibus, non ventrem ferentibus, non conci-

pientibus mulieribus. אֶפְרַיִם Nomin. absol. כָּבוֹד potissimum de *incolarum frequentia* intelligendum esse, ostendit nexus; cf. promissum Gen. 22, 17. al. Posterius hemistichium alii: *inde a partu et ab utero et a conceptione*, quod quaesitum et incommodum mihi videtur. Ceterum a partu ad graviditatem, a graviditate ad ipsum conceptum descenditur, ut quaevis spes fetus praecidatur.
12. — *Nam si etiam educaverint filios suos*, *orbos* tamen *faciam eos*, Ephraimitas, *ita ut desint homines*, ut nulla ipsis supersit proles generisque columen; *nam vae etiam iis*, *quum recessero ab iis*, destituero eos praesidio meo! מֵאָדָם alii: *ne fiant viri*, quo significatu אָדָם rarissime gaudet. In verbis כִּי גַם אוֹי לָהֶם alii כִּי גַם temere omittunt, alii *sane vero* significare volunt. Significat potius *nam etiam;* illud *etiam* autem pertinet ad לָהֶם, cf. 6, 11. Quum vero *nam vae e t i a m i l l i s* dicit vates, sui temporis Ephraimitas opponit illorum majoribus, de quibus dixerat vs. 10., ut quam dederint majores defectionis poenam, *etiam* qui nunc vivant Israelitas daturos dicat. שׂוּר scriptum pro סוּר. —
13. *Ephraim*, *quousque prospicio Tyrum versus*, *plantata est in vireto*, i. e. pulcherrime floret terra Ephraimitarum, quousque oculi mei prospiciunt, quo longissime oculi conspectum ferunt Tyrum versus; *et Ephraim, ad educendum ad interfectorem* sunt *filii ejus*, et tamen educendi sunt, debent educi ejus filii ad interfectorem, et tamen haec sors destinata est Ephraimitarum juvenibus, ut gladio absumantur hostium. כַּאֲשֶׁר *quemadmodum*, ad ad spatium relatum: *quousque*, *quo longissime.* לְצוֹר *Tyrum versus*, Ephraimitarum provinciae conterminam. Ad לְהוֹצִיא cf. G. gr. min. §. 129. adn. 1. E. gr. min. §. 544. Sic nos quidem hunc locum expediendum putamus. Gesenius in Lex. man. p. 514: *Ephraim* .. *instar Tyri*, quasi Tyrus sit, *plantatus est in prato amoeno.* Audacter. Alii: *Ephraim*, *quando prospicio usque ad Tyrum, plantata est* cet., vel: *Ephraimum quando intueor*, contemplor *usque ad Tyrum*, *plantata est* cet. Alius: *Ephraim*, *ut si*, quasi *prospiciam in Tyrum*, *plantata est* cet. Quae interpretationes omnes incommodi aliquid et impediti habent. Peccatur etiam in eo, quod hemistichium posterius sic struitur: *et Ephraim* est *ad educendum*, debet educere *ad interfectorem filios*
14. *suos.* Nam אֶפְרַיִם absolute est praepositum. — *Da iis*, *Jova*, *quid dabis? da iis uterum abortantem et mammas aridas!* Quae verba post alios Rosenmüllerus, quem secuti sunt recentiores, sic

explicanda putavit: „*da iis, Jova, quid* horum *dabis?* ne des,
precor, si qua pote, ut educant filios ad interfectorem (vs. 13.),
da eis uterum abortientem, qui concipit quidem, et gerit aliquando
fetum, sed ad maturitatem non alit nec in vitam edit, *et ubera*
arida (vs. 11.). Propheta cum audivit futurum, ut parentes ho-
stibus filios suos proderent, orat deum, ut minore poena contentus
sit, ut vel moriantur nondum nati, vel nati moriantur lactis
inopia parvuli." Quae explicatio quaesita et plane aliena est
a consilio vatis; cf. quae subjiciuntur. Sunt potius quae hoc
versu continentur verba pathetica vatis Jovae ante allata verba
(vs. 11 sqq.) quasi *confirmantis*. Quod eorum, quae vs. 13. di-
xerat Jova, nihil hic est repetitum, nullo prorsus consilio, nulla
ratione, sed puro puto casu et fortuito factum est. — *Omnis* 15.
pravitas eorum est *in Gilgal*, Gilgale exercetur, cf. 4, 15. ibique
not., *nam ibi odi eos propter pravitatem facinorum eorum*, ibi
enim odium meum sibi conciliant nefando deorum falsorum cultu;
e domo mea expellam eos; non amplius amabo eos; omnes prin-
cipes eorum sunt refractarii, cf. 4, 16. Cum dicit *e domo mea*
expellam eos, nonnulli id referre volunt ad illum Hebraeorum
morem, quo matrimonium dissoluturi feminam domo extrudebant
mariti. Sed nullum in hac oratione vestigium reperitur illius
qua in tribus primis capitibus usus est matrimonii imaginis.
Domus Jovae est *terra Jovae sacra*, Israelitica; cf. supra vs. 8.
et 8, 1. Ceterum observa paronomasiam quae inest in verbis
שָׂרֵיהֶם סוֹרְרִים. — *Percutitur*, infringitur *Ephraim*, *radix eo-* 16.
rum exarescit, *fructum non facient*, ferent; *etiam si*, quod si
forte etiam *pariant*, *occidam delicias ventris eorum*, carissimos
eorum liberos; cf. vs. 11. 12. Qua ab initio utitur ab arbore
petita est imago. Sed *fructus* voc. in causa est, ut a figuratis
ad propria transeat. Ad הֻכָּה cf. Ps. 102, 5. Pro בְּלִי Masore-
thae בַּל. יָלַד omisso ut saepius Accusativo *liberos*. — *Rejiciet* 17.
eos deus meus, *quod non obediunt ei*, *eruntque profugi inter*
populos, patria expulsi sedibus incertis inter alienos populos ob-
errabunt.

CAP. X, 1—15. Hanc orationem, quam nonnulli ad in-
terregnum prius, alii ad annos ultimos Pecachi referunt, nos
eadem, qua edita videtur quae cap. 7. continetur, aetate, id est,
tempore, quod primam inter et alteram in terram Ephraimitarum
a Salmanassare susceptam expeditionem interfuit, compositam pu-

tamus. In quam sententiam venimus hac moti ratione, quod qui vs. 14. vocatur שַׁלְמַן vix dubium est quin sit *Salmanassar*, et quod ibidem memoratur בֵּית אַרְבֵאל oppidum maxime probabile est esse *Arbela Galilaeae*, diruta a Salmanassare, cum primum in regiones Israelitarum invasionem fecisset; vid. ad eum vs. not. Quid? quod ex vs. 6. colligi potest, in lucem orationem emissam esse tum demum, quum Hosea rex in auxilium Soo, Aegyptiorum regem, vocasset; cf. etiam vs. 4. et 13. Argum. vs. 1—4: qui indies plures diis falsis excitant aras, perjuria non verentur, foedera faciunt illicita, brevi videbunt civitatis ruinam; 5—8: migrat rex, migrant quibus confidunt simulacra, diruuntur arae. 9—11: habeant tandem dudum meritam poenam! 12—15: ut sementem fecerunt, ita metent; vastatur eorum terra, in perniciem
1. agitur regnum. — *Vitis late fusa*, patula est *Israel*, quae *fructus facit sibi; quo plus est fructuum ejus, eo plus facit ararum*, quanto plures sunt fructus ejus, tanto plures excitat aras; *quo pulchrior* est *terra ejus, eo pulchriores faciunt statuas*. Sensus: quo magis florent res Israelitarum, eo magis se tradunt cultui deorum commenticiorum. בָּקַק *effundere*, de arbore, vite, omisso Accusativo *ramos*, *frondes*, *palmites*, hinc idem quod *effundi*, *late fundi*. LXX: εὐκληματοῦσα, Vulg. *frondosa*. לְ in לְפִרְיוֹ,
2. לַמִּזְבְּחוֹת, לְאַרְצוֹ est *quod attinet ad*, germ. *an*. — *Laeve*, blandum *est cor eorum; jam poenas dabunt; is*, deus *evertet aras*
3. *eorum*, *vastabit statuas eorum*. — *Jam enim dicent*, jam enim eo redigentur, ut de salute sua desperantes dicant: *nullus est rex nobis*, regem non habemus, qui possit ex miseria nos eripere, *nam non timuimus*, coluimus *Jovam*, a Jova enim defecimus, ut nihil ab eo possimus exspectare, *et hic* noster *rex quid potest facere pro nobis*, quid potest, afflictis et fractis viribus, commodo nostro facere? non magis valet periculum depellere, quam valuerunt qui ante ipsum reges fuere. Sed potest etiam proprie accipi אֵין מֶלֶךְ לָנוּ coll. vs. 7. et 15., הַמֶּלֶךְ vero generatim intelligi, ut ipsissima regni ruina describatur, in hanc sententiam: *jam enim dicent: nullus est rex nobis; nam Jovam non timuimus, et rex quid posset facere pro nobis?* i. e. jam enim eo redigentur, ut exclament: nullum jam regem habemus; coelestem enim ipsi rejecimus et terrestris, si quis esset nobis, quid posset in salutem nostram efficere? Quid? quod praeter has duas sententias tertia cogitari potest. Fortasse enim Israelitarum prin-

cipes, intelligentes, afflictas esse Hoseae opes, atque de restituenda propriis viribus salute desperantes, ad auxilium ab Aegypto petendum his se excitarant, vel excitasse se a vate finguntur verbis: perinde est, ac si nullus nobis rex esset; nam Jovam non colimus, et iste noster regulus, Hosea, quid poterit in salutem nostram efficere, umbrae similior quam regi? Qualia vates nunc commodissime putatur respicere et sic dicere: *jam enim dicent*, erit quod dicant, jamjam fiet, eventum habebit quod isti dictitarunt: *nullus est rex nobis; nam Jovam non colimus, et rex* (terrestris), si quem haberemus, *quid posset facere pro nobis?!* cf. vs. 4. Mangerus verba ad praesens tempus referens, et וְהַמֶּלֶךְ מַה־ יַּעֲשֶׂה־לָּנוּ de Hosea rege a Salmanassare in vincula conjecto intelligens: *jam enim dicunt: non est . . . et hic* noster *rex quid poterit facere pro nobis*, utpote captus et in carcerem abductus? Quae interpretatio duabus de causis rejicienda est, quarum una est, quod nondum ad extrema ventum esse ostendunt vs. 10. 15. et alii, altera, quod quemadmodum quae vs. 2. leguntur עַתָּה יֶאְשָׁמוּ sunt *minantis*, *minantis* esse debent et haec quae vs. 3. habentur כִּי עַתָּה יֹאמְרוּ est. Qua eadem difficultate laborat alia quae olim mihi arrisit interpretatio, ex qua verba, reddenda: *jam enim dictitant: nullus est rex nobis; nam Jovam non timemus, et iste* noster *rex quid poterit facere pro nobis?* essent aut prorsus diffidentium rebus suis nec nisi ab Aegyptiorum auxilio exspectantium salutem; aut hominum, effrenatam licentiam, ad quam omnes imperant, nemo paret, insolenter jactantium, q. d. perinde est, ac si nullus nobis rex esset, nullius nos imperio paremus; a Jova enim dudum defecimus; ad regulum autem hunc nostrum quod attinet, eum et ipsum nullius pendimus assis, quum nihil possit in commodum nostrum efficere. Alii: *Jam quidem dicunt: nonne regem*, Hoseam, vel Aegypti regem nobis foedere junctum, *habemus*, qui nos defendere possit? „*Si Jovam non timemus* (responsum vatis), *rex ille quid poterit facere pro nobis*, in salutem nostram efficere?“ vel: *Jam quidem dicunt: nonne regem habemus, quamquam non timemus Jovam? et rex ille* (Assyriae) *quid poterit facere nobis* mali? Quae explicationes quum verbis vim inferant dignae quae pluribus confutentur non sunt. — *Loquuntur verba*, pura, puta, i. e. vana, 4.
mendacia loquuntur, *jurant falso*, *faciunt foedera*, cum populis exteris, illicita Israelitis; *atque ita erumpet instar papaveris*

judicium, in quo Jova poenas iis constituet, ab iis sumet, *in sulcis agri*, i. e. cito superveniet iis illud judicium, brevi poenas dabunt. אָלוֹת possit esse Pluralis constructus אָלָה Nominis, quod constat habere Camez impurum, pendens ex דִּבְּרוּ in hanc sententiam: *loquuntur verba, juramenta falsa*. Sed qui subjicitur Infinitivus absolutus כָּרֹת pro Verbo finito positus, docet, pro tali Infinitivo habendum esse אָלוֹת quoque. Est ejusdem formae hic Infinitivus, cujus est שָׁתוֹת Jes. 22, 13. Commode haec verba ad fidem Salmanassari non servatam et foedus cum Soo factum possunt referri. פָּרַח, *erumpere* Latini quoque et alii de plantis dicunt. מִשְׁפָּט eodem hic significatu gaudet, quo supra 5, 1. 6, 5. al. Verba postrema ad ראשׁ pertinere vix est quod moneamus. —

5. *Vitulis Bethavensibus* i. e. Bethelensibus *timent incolae Samariae; luget propter eum*, deum istum vitulinum, *populus ejus*, lugent propter illum ejus cultores, *et sacrificuli ejus propter eum trepidant*, contremiscunt pavore, *propter honorem s. gloriam ejus*, vituli, *quod migrat ab eo*, vitulo, i. e. propterea, quod brevi actum erit de splendore, quo hucusque ille erat circumfusus, quia una cum suis cultoribus in Assyriam deferetur vitulus quoque, vs. 6. Ad לְעֶגְלוֹת Hieronymus: „cum irrisione non *vitulos* sexus masculini, sed *vaccas*, id est, feminas, appellavit.“ In qua eadem sententia recentiores quoque video esse. Sed per contemtum feminino usum esse vatem, vel propterea est improbabile, quod statim utitur Suffixis masculinis. Pro לְעֶגְלוֹת nonnulli לְעֶגְלַת Singularem legi jubent, quod unus tantummodo vitulus exstiterit in Bethel urbe, et Suffixa sequantur singularia. Sed facile vates ab initio de omnibus Israelitarum vitulis, qui cum facti essent instar vituli Bethelensis recte dicebantur vituli Bethelenses, in sequentibus vero de ipso primario vitulo, vel de uno loquens generatim de omnibus cogitasse putatur. Quod in quatuor libris est לְעֶגְלַת haud dubie profectum est ex LXX et Syro, quos liberius tantum vertisse colligere licet ex Chaldaeo et Hieronymo, qui expresserunt Pluralem. בֵּית אָוֶן per contemtum pro בֵּית אֵל, ut infra vs. 8. (cf. vs. 15.) et supra 4, 15., ubi cf. not. גּוּר לְ *timere alicui*. Utitur Plurali, quod שְׁכַן collective sumit. Suffixum in כְּבוֹדוֹ et מִמֶּנּוּ non potest non referri ad *vitulum*. *Eundem* enim respiciunt quae proxime praecedunt Suffixa quatuor. כָּבוֹד vero nequaquam est *multitudo* colentium hunc vitulum, ut nuper putavit Hesselbergus coll. 9, 11. qui locus ab hoc loco

alienus est, sed *gloria* orta ex honore quo hucusque vitulum
affecerant, ex cultu, inquam, vituli, eaque cur ab illo jam migra-
tura dicatur, causam habes vs. 6. — Nam *etiam illum ipsum*, 6.
vitulum *ad Assyrium deferent*, *donum*, tributum *regi vindici*,
ad placandum Salmanassarem violati foederis vindicem; *pudorem*
Ephraim prehendet, i. e. pudor Ephraimitas prehendet, occupabit,
pudebit eos vani dei, qui non modo non alios, qui in eo fiduciam
collocaverant, sed ne semet ipsum quidem servare potuit, *et pu-
debit Israelem consilii sui*, studiorum suorum. Ad יוּבָל *defere-
tur* i. q. *deferent*, hinc constructum cum Accusativo, cf. G. gr.
min. §. 140. E. gr. min. §. 524. 572. De יָרֵב vid. ad 5, 13.
Ad locutionem בָּשְׁנָה אֶפְרַיִם יִקָּח, in qua אֶפְרַיִם est Subjectum,
בָּשְׁנָה Objectum, vid. quae notavimus ad Jes. 13, 8. De ipsa
בָּשְׁנָה voce vid. E. gr. min. §. 342. p. 210. — *Perit Samaria*, 7.
rex ejus, ut assula in superficie aquarum. Dubium, sitne שֹׁמְרוֹן
מַלְכָּהּ asyndeton, ut מֶלֶךְ שָׂרִים 8, 10., posito quia praemissum
est Praedicato in genere masculino, an ita accipiendum, ut שֹׁמְרוֹן
efficiat Nominativum absolutum. *Regem Samariae* Hesselbergus
non dubitat habere Baalum, coll. Am. 5, 26. Sed cf. infra vs. 15.,
supra vs. 3. קֶצֶף *fractum* quid, *sarmentum*, *assula*, cf. קְצָפָה
Joel. 1, 7., قَصْفٌ *fractus*, قَصِيفٌ id. de *arboris ramo* dictum;
a קָצַף, قَصَفَ *frangere*. LXX et Theodot. φρύγανον. Chaldaeus
tamen רִיחְתָא *spuma*, *bulla*, Hieron. *spuma*, Symmach. ἐπίζεμα.
Atque ita etiam Abulwalides et R. Tanchum ac recentiorum non-
nulli. Quae significatio et ipsa defendi potest, si tamen qui in
קֶצֶף, קָצַף inest secundarius *irascendi*, *irae* significatus recte
judicatur referendus esse ad *prorumpendi*, *erumpendi* significatum,
utpote in quo habeas quoque *ebulliendi*, *bullae* significationem.
Sed haud scio an rectius *irascendi* notionem repetam ab *edendo
fragorem* translato ad *furendum*, *saeviendum*; cf. idem illud
قَصَفَ *fragorem edere*, *vehementius sonare*, de vento, tonitru;
قَصِيفٌ *strepitus* admissarii al. — *Et vastantur excelsa Avensia*, 8.
sacella in collibus Bethavensibus exstructa, *peccatum Israelis*,
i. e. in quibus exstruendis et frequentandis praecipue peccarunt;
spina et tribulus ascendet, succrescet *super aris eorum*, *et di-
cent*, mori magis optantes quam cernere rerum omnium ruinam,
ad montes! operite nos! atque ad colles: cadite super nos! Ad

בָּמוֹת cf. 4, 13. אָוֶן breviter dictum pro בֵּית אָוֶן vs. 5. Ad
9. חַטֹּאת יִשְׂרָאֵל cf. supra 4, 8. 5, 1. — *Inde a diebus Gibeae*, i. e.
inde ab illo tempore, quo Gibeae nefandum illud facinus abs te est commissum (9, 9.), *peccasti, Israel! Ibi*, tum temporis *persliterunt* (mutata persona secunda in tertiam, velut per contemtum), non interierunt, *non assecutum est eos Gibeae bellum* gestum *contra improbos*, quibus et iis quae subjiciuntur hoc sibi vult: non sic mihi nunc abibunt, ut olim, quo tempore exorto ob facinus Gibeae commissum bello civili graviter quidem afflicti, non tamen penitus deleti, sed mox in integrum restituti sunt, verum barbaros populos in illos immittam eorumque illos permittam arbitrio. Verba מִימֵי הַגִּבְעָה alii: *magis quam diebus Gibeae*, quam olim Gibeae factum est a te. Sed cf. 9, 9. שָׁם *ibi*, de tempore, ut saepius. עָמַד *persistere*, opp. *intereundi* notioni, Ps. 102, 27. al. Alius: *ibi*, ea in re, in peccando *persliterunt*, quem eundem significatum nonnulli שָׁם particulae tribuunt 6, 7., sed praeter necessitatem. Verba ultima לֹא תַשִּׂיגֵם בַּגִּבְעָה מִלְחָמָה עַל בְּנֵי עַלְוָה alii: *non assequetur eos* cet., „sed bellum longe gravius et perniciosius, bellum longe deterius experientur. Quum enim illud ad Gibeam gestum, quamvis atrox et funestum, non diu post tamen cessavit, noster significat, bellum, quod hostes barbari Israelitis sint illaturi, non finiendum esse, nisi tota republica eversa deletaque" (Ros.), „non discordiae intestinae, quales olim fuerunt, eos lacerabunt, sed faciam ut peregrini populi iis superveniant, eosque ad suum arbitrium vexent" (Hesselb.). Qui sensus idem quidem est, quem nos fecimus, sed rejicienda est via, qua illius potiti sunt, quum verba ad tempus futurum referri
10. non possint, nisi per vim. — *Pro lubitu meo castigabo eos et congregabuntur contra eos populi* barbari, hostiles, *alligantes eos duobus lapidibus suis molaribus*, vi cogent eos servorum munere fungi; cf. vs. 11. וְאֶסֳּרֵם G. gr. ampl. p. 390., praemisso וְ post Nomen absolute positum. Possis tamen haec verba sic quoque reddere: *in desiderio meo est, et castigabo eos.* Verba בְּאָסְרָם לִשְׁתֵּי עֵינֹתָם quid valeant, difficillimum est ad intelligendum. עֵינוֹת alias Pluralem constructum esse עַיִן vocis, *fontem* significantis, quis nescit? Sed quid hic sibi *fontes* volunt? Michaelis in Suppl. עֵינוֹת *vomeres* putat significare coll. arab. عَيَانٌ, „*vomere*, inquiens, pro *aratro* posito erit: *praeligare illos duobus*

aratris suis, duo autem memorantur aratra, quod duo illis boves, Israelitae et Judaei, junguntur." Quod quaesitum. Masorethae עוֹנֹתָם legi volunt, עוֹנוֹת vero Chaldaeus idem significare arbitratus est, quod מַעֲנוֹת Ps. 129, 3. i. e. *sulcos*. Quam sententiam post alios suam fecit Rosenmüllerus, qui: „*alligando*, dum alligabo *eos*, veluti boves aratores, *duobus sulcis eorum*. *Ligari duobus sulcis* de bobus arantibus dicitur, quando communi jugo ita colligantur, ut in duobus sulcis contiguis una et pari passu incedant. Sic qui decreti sui propositum indicaverat deus, quod esset Israelem castigaturus (hemistichio priori), ulterius jam declarat, ita se illigaturum esse suis poenis refractarium Israelem (quem versu proximo aperte vitulo comparat), ut anxie laborando versare quasi supplicia sua adigatur, neque excedere sulcis miseriarum usquam possit, priusquam laborum fuerit absoluta meta." Quae interpretatio et ipsa artificiosior est, quam ut vera haberi possit. Alii scribi עונתם, legi עֲוֹנֹתָם jubent, faciuntque sensum vel hunc: *ad captivos faciendos eos propter duplicem culpam eorum* (de Wette), vel hunc: *quia mordicus tenent duplicem culpam suam* (Hesselb.), duplicem culpam vero esse putant *defectionem a deo et gente Davidica*. Verum ad priorem rationem quod attinet, vereor valde, ut אָסַר לְ recte reddatur *captivum facere propter*, quum alias significet *alligare ad* aliquam rem, alicui rei, velut Gen. 49, 11.; ad posteriorem autem quod pertinet, אָסַר לְ nusquam, quod sciam, significat *tenere*, *mordicus tenere* aliquid, *perseverare* in aliqua re. Itaque ad investigandam his meliorem interpretationem excitandi sunt lectores. Nam quam supra ipse proposui tantum abest ut veram habeam, ut maxime dubia et incerta videatur mihimet ipsi. Sensum illum facillimum et aptissimum fundere, nemo, opinor, negabit. Sed quem sub עֵינַת voce subjeci *lapidis molaris* significatum non possum nisi usu Talmudico aliqua ratione firmare, ex quo בַּת עֵינָא (propr. filia oculi) est *foramen lapidis molaris, per quod transit frumentum*. — *Et Ephraim* est *juvenca edocta*, 11.
amans, juvenca quae didicit, amat *triturare; et*, at *ego transibo super pulchritudinem cervicis ejus*, i. e. superveniam pulchrae illius cervici, jugum illi imponens: *vehere faciam*, vecturam facere cogam, currui jungam *Ephraimum*, *arabit Juda*, *occabit sibi Jacob*. מְלֻמָּדָה אֹהַבְתִּי לָדוּשׁ *edocta*, *amans*, quae didicit, amat *triturare*. Videtur enim לָדוּשׁ ad utrumque Participium pertinere. Possit tamen etiam seorsum sumi מְלֻמָּדָה in hanc sententiam:

Ephraim est juvenca *condocefacta*, *amans triturare.* אֹהַבְתִּי cum
י paragogico. „Triturandi opus aratione longe facilius erat,
atque etiam fructuosius, quia in trituratione boves non ligabantur
sub jugo, sed vel singuli pedibus triturabant, vel trahas aut
plostelia rotis ferreis agebant, quibus grana e siliquis elicerent
(vid. quae nos observavimus ad Jes. 28, 27.); et liberum illis erat
de frugibus subinde aliquid corripere, quia lege cautum erat, ne
os eis obligaretur, Deut. 25, 4. Huic igitur operi incumbentes
mirum in modum pinguescebant.“ Bochart. Itaque priore imagine
Israelitas hucusque libere vixisse et genio indulsisse vates docet;
posteriore vero jamjam futurum dicit, ut amissa libertate opera
servilia facere cogantur. לֹו nullo modo cum Rosenmüllero et
aliis ad hostem impellentem sed ad ipsum Jacobum est referendum.
12. Est enim tritissimus ille pleonasmus. — Nunc ut ad virtutem
redeant Israelitas hortatur, ita, ut perstet in coepta imagine ex
re agraria desumta. *Seminate vobis ad justitiam* i. e. semen
spargite, cujus fructus sit justitia, i. q. esset: seminate vobis ju-
stitiam (Prov. 11, 18.), *metite secundum pietatem!* Sensus: juste,
recte agite, et percipietis recte factorum praemia! *Novellate
vobis novale!* i. e. „remotis superstitionibus et vitiis novatam
atque in melius mutatam rempublicam restituite, ut fiat instar novi
agri, nunc primum ex inculto praeparati, exstirpatis sentibus
aliisque fruticibus et expurgatis lapidibus“ (Ros.), depositis omni-
bus malis vestris moribus novos eosque bonos induite! Eandem
imaginem legimus Jer. 4, 3. *Et est tempus quaerendi Jovam*,
tempus est maximum, peropus est, ut curetis, recte colatis Jovam,
donec veniat et demittat pluviae instar, larga copia, *justitiam*
i. e. justitiae praemium, salutem *vobis.* Ad verba זִרְעוּ לָכֶם cet.
cf. 8, 7. et 6, 11. ibique not. coll. G. gr. min. §. 127, 2. E. gr.
min. §. 618. עַד־יָבוֹא nonnulli vim verborum non intelligentes:
ut veniat, quae potestas in עַד particula non inest. Dicit vates,
necesse esse, ut Jovam quaerant continuo, sine intermissione,
usque dum, *donec veniat* cet., in quo per se intelligitur, tempus
quod excurrit non exclusum voluisse vatem. De צֶדֶק justitiae
13. praemio vid. not. ad Jes. 41, 2. — *Arastis* enim hucusque *im-
probitatem*, *pravitatem messuistis*, i. e. hucusque enim male agendo
mala vobis contraxistis (cf. ad vs. 12.), *comedistis fructum men-
dacii* i. e. dignum mendacio, ficta et fucata pietate, sic enim ut
intelligantur haec verba postulat nexus; *nam* hucusque *fiduciam*

collocasti in via tua, in perversa tua agendi ratione, quae potissimum de cultu deorum commenticiorum intelligenda videtur, ut, quemadmodum verba proxima respiciunt praesidium externum, ita haec pertineant ad internum, *in multitudine bellatorum tuorum.* Pro בְּדַרְכְּךָ LXX videntur legisse בְּרִכְבְּךָ. Habent enim Alex. Compl. Ald. Barb. Reg. Laud. Cyrill. ἐν ἅρμασί σου, Ital. Ambros. *in curribus tuis*, atque ita etiam Araba. Vulgatam quidem tuetur quod in Vat. legitur ἐν τοῖς ἁμαρτήμασί σου. Cf. κακία Jer. 15, 7. al., ἀνομία Ezech. 20, 30. Ea tamen lectio vix dubium est quin rejicienda sit, quia quae Vat. sequitur *Itala* et ipsa *in curribus* exhibet. Quam Alexandrinorum scripturam, ceterum neque codicum hebraicorum neque reliquarum antiquarum versionum auctoritate firmatam, suspicetur aliquis esse praeferendam alteri, tum quia frequens haec est formula *confidendi curribus bellicis*, tum quod rectius his respondet, quod velut ejusdem generis additur *multitudo militum*, eaque scriptura admissa, cum suis curribus atque copiis confidere dicerentur Israelitae, probabiliter intelligendi essent currus et milites Aegyptiorum, quibus in essedis equitibusque tum plurimum praesidii fuit, in societatem belli assumtorum; cf. eadem spes in Aegyptiorum militibus bellique apparatu posita ab Judaeis Jes. 31, 1. 36, 9., atque ab ipsis Israelitis in hoc ipso scriptore 14, 4., ubi verba עַל־סוּס לֹא נִרְכָּב plerique non dubitant de Aegyptiorum equitatu intelligere. Quum vero בְּדַרְכְּךָ quoque, ut vidimus, sensum commodum praebeat, eaque scriptura sit difficilior, eam intactam reliquendam putamus.
— *Atque ita exsurget tumultus* bellicus, *in*, contra, vel si mavis, 14.
inter, *per populos tuos*, *et omnes arces tuae vastabuntur*, *quemadmodum vastavit Schalman Arbela die pugnae: mater una cum liberis* rupi *allisa est*, i. q. quo die mater cet. Pro בְּעַמֶּיךָ libri multi exhibent בְּעַמְּךָ Singularem, expressum quoque ab antiquis omnibus. „Praetulerim tamen, quae vulgatissima est, בְּעַמֶּיךָ, quippe ex qua fortiorem crediderim enasci sensum, horrendum scilicet bellum ad totum populum Israeliticum, *per omnes tribus*, sese extensurum.“ Aurivill. Fortasse tamen Pluralis praeter Israelitas populum vel populos respicit assumtos ab Israelitis in societatem armorum. יוּשַּׁד Singularis pendet ex כֹּל. שַׁלְמַן voce significari *Salmanassarem* puto recte statui a Gesenio, Rosenmüllero et aliis. Est enim שַׁלְמַנְאֶסֶר nomen compositum, cujus generis vocabula haud raro ita efferuntur, ut una pars brevitatis

causa praecidatur. Exemplorum magnum cumulum vid. ad Ps. 132, 6. Adde הוֹשַׁע a quo pars posterior, תּוֹלָד 1 Chron. 4, 29., a quo prior abest. Illud enim scriptum pro הוֹשַׁעְיָה Jer. 42, 1. 43, 2. Neh. 12, 32. hoc pro אֶלְתּוֹלַד Jos. 15, 30. 19, 4. cf. etiam supra vs. 8. אָוֶן pro בֵּית אָוֶן. Quod scripturae compendium usu venire in iis maxime nominibus debuit, quorum una pars pluribus erat communis, utpote in quibus illa ipsa pars salvo nomine potuerit omitti. Qualis vox fuit אסר, tribus, quod scimus, praeter Salmanassarem Assyriorum regibus propria, תִּגְלַת פִּלְאֶסֶר, אֵסַר־חַדּוֹן, שַׁרְאֶצֶר. Ad בֵּית אַרְבֵאל quod attinet, duae exstiterunt hujus nominis urbes. (Veterum Geographorum alii quinque Arbela, alii certe tria fuisse statuerunt; sed quas afferunt rationes levissimae sunt. Quin etiam Abulfeda loco infra l. praeter oppidum Persicum aliud ejusdem nominis commemorat, *Sidonium* quippe sive Phoenicium. Sed de hoc quoque oppido ambigi potest. Neque enim novimus oppidum hujus nominis situm in *ora maritima Syriae*, neque Jakut, quem ante oculos habuit Abulfeda, pro certo id dicit.) Una, τὰ Ἄρβηλα apud Strabonem 16, 1, 3., أَرْبِل apud Abulfedam (in Schultens. Ind. Geogr. ad ejusd. Vit. Salad. in voce *Arbela*), urbs *Iracae, Persidis* (Assyriae), eadem illa, quae victoria inclaruit, quam de Dario reportavit Alexander M.; altera *Galilaeae* superioris, sita in provincia Naphthali, eaque a finibus Assyriae proxima, cujus mentio fit 1 Macc. 9, 2., nec non apud Joseph. Ant. 12, 11, 1. 14, 15, 4. Quaeritur jam, utra illa sint Arbela, quae hoc loco memorantur. Plerique cogitant de urbe Assyriae. Sed pro altera urbe primum pugnat id, quod בֵּית vocabulum earum tantum urbium oppidorumque nominibus junctum reperitur, in quibus hebraice aut aramaice loquebantur. Deinde non est verisimile, stragem tam longinquam, qualis Arbelorum in Assyria fuisset, Judaeis, rerum externarum imperitioribus et parum quoque curiosis, a vate exempli causa proponi potuisse. Contra, si statuis, sermonem esse de Arbelis Galilaeae, exemplum ex propinquo petitum ad audientium animos non potuit non efficax esse. Quapropter eorum sententiam sequimur, qui putant, agi hoc loco de altera hac urbe, in quam, cum primum regiones Israelitarum invasisset (2 Reg. 17, 3.), furorem suum effuderit Salmanassar. In eadem sententia est Rosenmüllerus, qui „in eam, ait, urbem, finibus Assyriae proximam, Salmanassarem in prima illa in regnum

Israeliticum irruptione facta, immaniter saeviisse, quamquam non
diserte in V. T. libris traditur, tamen magna veri specie ex nostro loco colligi potest. Minatur ergo locis munitis terrae Israeliticae eadem, quae prius ab hostibus passa fuerant Arbela, בְּיוֹם
מִלְחָמָה *die*, tempore *belli*, notissimi tunc.“ עַל est superaddentis,
ut saepius. — *Sic facit vobis Bethel, propter extremam pravi-* 15.
tatem vestram, tantorum malorum causa est vobis, talia praemia
fert Bethel, nefandi cultus sedes. *Cum aurora*, cito *perit rex
Israelis*. Verba כָּכָה עָשָׂה לָכֶם בֵּית־אֵל alii: *sic faciet vobis
Salman, o Bethelenses!* vel, ut nuper Hesselbergus: *Bethele*, in
urbe vestra Bethel. Sed simplicior, idemque fortior et elegantior
est sensus quem nos fecimus, quemque jam fecerunt Chaldaeus et
Hieronymus. רָעַת רָעַתְכֶם *pravitas pravitatis vestrae*, summa
vestra pravitas. Constat enim, nominis ejusdem repetitione significationem intendi. בַּשַּׁחַר *in* i. e. *cum aurora*, tam cito, ut solis
exortu aurora fugatur, cf. similis imago supra 6, 4., infra 13, 3.,
vel, quod fortasse praeferendum, i. q. saepius in Psalmis בֹּקֶר,
לַבֹּקֶר, sensu eodem. Interpretamentum est, quod in pluribus
scriptis et editis libris reperitur בַּשַּׁחַר. Hesselbergus: *sub auroram*, quo tempore periit Sodom, quam interpretationem pace viri
boni absonam dicam. Nec magis probanda est ejusdem sententia
de מֶלֶךְ, quem putat habendum esse *idolum Bethelense*, quoniam
de Bethel verba faciat vates. Nam propter hoc ipsum, quod Bethel causa vocatur communis ruinae, qui interiturus dicitur *rex*
non potest esse deus Bethelensis. Intelligendus est Hosea rex,
vel, quod probabilius, sumitur universe, intelligitur, inquam, regia
dignitas, regnum.

CAP. XI, 1—11. Hanc orationem post foedus ab Hosea
rege cum Aegyptiis junctum editam esse multi interpretum locis
evinci putant vs. 5. et 11. Sed falsos esse qui sub versu quinto
hanc subjiciendam sententiam credant: „*non redibit* Israel *in terram Aegypti, et Assyrius, is erit rex ejus*, non ultra confugient
Israelitae ad Aegyptios, ut nuper factum, foedifragi, sed oppressos
suo subjiciet imperio Salmanassar, violati foederis vindex,“ id
videbimus ad locum ipsum. Nec rectius illius sententiae in patrocinium vocatur vs. 11., ubi reditus ex Aegypto atque Assyria in
terram patriam Israelitis promittitur. Etenim hoc promissum nec
postulat, ut eo tempore, quo habita est oratio, Israelitarum numerum inter istos populos extorres vixisse statuamus, cf. ad vs. 5.,

nec si postularet, quidquam ad firmandam istam sententiam inde deduci posset. Cave enim credas, coepisse Israelitas eo demum tempore ad Aegyptios se recipere, quo Salmanassar foederis violationem ulturus muros Samariae successit. Maxime enim probabile est, jam superiore aetate Israelitas, ut civilium bellorum tempestates evitarent, frequentes ad Aegyptios decurrisse, quemadmodum Chaldaeorum sub imperio multos Judaeorum ad eosdem confugisse docent Jer. 41, 10. 15. 17 sq. 42, 15 sqq. 43. Ad Assyriam autem quod attinet, eo jam Pecachi temporibus Israelitarum magnam multitudinem abductam esse constat. Nihilo secius nos etiam, quo tempore res Israelitarum ad finem vergebant, orationem habitam putamus, ea de causa, quod vates intimo commiserationis affectu movetur erga cives, utpote brevi ultima passuros.
Argum. Vs. 1—4. deus fuisse se dicit in Israelitas inde a primis initiis eorum animo benevolo et liberali, sed illos a se defecisse, 5—7: ideoque jamjam poenas daturos esse, patria quippe expellendos. 8. 9: dolet, quod eos punire cogatur; 10. 11: conso-
1. latur eos spe proposita restitutionis in integrum. — *Quum puer*,
in prima quasi aetate esset *Israel*, *amavi eum*, *atque ex Aegypto*
2. *vocavi filium meum*, Exod. 4, 22 sq. cf. Jer. 31, 20. — Ut *vocabant* monitores a me missi, *eos*, *ita recedebant ab iis*, at illi, quoties eos ad me colendum excitabant prophetae nullo non tempore a me missi, toties ab illis se avertebant, *Baulis sacrificabant*, *et imaginibus sculptilibus* deorum commenticiorum *suffiebant*.
Ab initio in protasi omissum est כְּ, ut saepius alias, velut Jes.
3. 55, 9. cf. Ps. 48, 6. — *Et ego*, ego vero *manuduxi Ephraimum*, *prehendens eum* (propr. *eos*) *in brachiis ejus*, tenens brachia ejus, ego tamen nihilominus non desii educere eos, formare, emendare vitam eorum et mores, *neque agnoverunt*, sed noluerunt agnoscere, *me sanare eos*, id agere, ut res eorum in meliorem statum transferrem, cf. 7, 1. תִּרְגַּל s. תִּרְגֵּל, syr. ܪܰܓܶܠ, *ire facere*, *manuducere*, denom. a רֶגֶל, i. q. הִרְגִּיל. Sic תְּחָרֶה Jer. 12, 5. 22, 15. i. q. תְּחָרֶה Neh. 3, 20. cf. G. gr. min. §. 54, 5. E. gr. min. §. 238. Unus liber (27 R.) a prima manu: תִּרְגַּלְתִּי. Cum לְ constructum est, quod proprie significat *facere pedes* alicui. קָחָם nonnulli: *prehendendo eos*, קַח habentes pro Infin. masc., vereor ut recte. Opus esset Infinitivo absoluto. Videtur Participium esse formae, quae in Nomine verbali servata est, כְּתָב, abjecto לְ,

ut in קַח pro לְקַח posito Ezech. 17, 5. ad similitudinem formarum
quae habentur 2 Sam. 22, 41. Jud. 19, 11. תַּתָּה pro נָתַתָּה, רֵד
pro יְרֵד. Simplicissimum esset, habere קַח (קָח) hoc quoque loco
pro Praeterito, modo ne intolerabilis sic nasceretur durities. Eam
tamen non verens Hesselbergus: *sumsit eos super brachia sua*,
judicans idem, dubito an apte ad nexum, לָקַח פ׳ עַל־זְרוֹעֹתָיו
non significare *prehendere aliquem in brachiis ejus*, i. e. manu
capere, tenere brachium alicujus, sed *sumere*, suscipere *aliquem*
in brachia sua, coll. Deut. 1, 31. 32, 12. cf. Jes. 63, 9. — Quae 4.
nunc sequitur comparatio ut recte intelligatur, probe tenendum
est, *totam* sumtam esse ab agricola bovem leniter tractante. *Fu-*
nibus humanis trahebam eos, *restibus amoris*, *eramque iis ut*
qui tollunt, levant *jugum ad maxillas eorum*, *et extendi ad eum*
manum, *comedendum dedi* i. e. humaniter eos tractavi et curavi
benigne, haud aliter, quam qui bovem non violenter trahit retra-
hitque agricola, sed molli flexu ducit, subjugia lora ad maxillas
ejus subinde relaxat, fessoque cibum dextera admovet. Cum dicit
ad maxillas eorum, de subjugiis loris cogitandum est, quibus
jugum collo ita aptabatur, ut ora simul seu maxillae capistraren-
tur. Ad לְחֵיהֶם formam cf. G. gr. ampl. p. 575. E. gr. ampl.
p. 433 sq. Quinque libri plene לחייהם. וְאַט omisso Accusativo
manum. Exemplorum magnum numerum dabit G. gr. ampl. p. 851.
אוֹכִיל ut אֹבִיד Jer. 46, 8. G. gr. min. §. 67. adn. 1. E. gr. min.
§. 272. Cf. ad וְאַחְיֶה cet. Chaldaeus: *et eram eis ut agricola*
bonus, *qui allevat humerum boum*, *et producit*, relaxat frenum
in maxillis eorum . . . multiplicavi eis comedendum bonum, Sy-
rus: *et eram eis ut is qui aufert jugum a cervice eorum*, *et*
inclinavi ad eos ut comederent, atque ad ultima verba Hierony-
mus: „*declinavi ad eum ut vesceretur*, pro quo interpretatus est
Symmachus: *et declinavi ad eos cibos*." Ad אַט נַחַת retulerunt
LXX quoque. Alii, ut Rosenmüllerus, verba ultima: *et leniter*
(cf. 2 Sam. 18, 5. Job. 5, 11.) *ergà eum* me gerens *cibum porrexi*,
quae interpretatio non solum durior est nostra, verum etiam sen-
sum fundit multo minus aptum. Nam leniter se tractasse illum,
jam supra pluribus expressum est, nec convenit hic illud repetere;
contra inter *relaxare lora subjugia* et *dare comedendum* quid
potest esse aptius quam *admovere manum?* Toto coelo a nostra
distat interpretatio Hesselbergi. Is enim versum, quem non totum
in commemoratione beneficiorum divinorum versari putamus, inde

a verbis וָאַחְוָה לֶחֶם minas habere judicat, existimans, esse הֵרִים עֹל עַל־לְחָיִים *elevare jugum super maxillas*, i. e. jugum imponere, אַט Adverbium *sensim*, *paulatim* (cf. 1 Reg. 21, 27. Gen. 33, 14.), אֵלָיו construendum cum אוֹכִיל, אוֹכִיל referendum ad יָכֹל, non ad אָכַל, הוֹכִיל אֶל־פ׳ vero *facere ut praevaleat* aliquis *alicui* (cf. יָכֹל לְ Gen. 32, 26.), in hanc sententiam: *funibus humanis traxi eos, restibus amoris; verum ero eis ut qui elevant jugum supra maxillas eorum*, ut qui jugum iis imponunt, *et paulatim ei praevalere faciam*, hostem, puta, Assyrium; cf. ejusdem interpretatio versus proximi. Sed dubito vehementer, num possit, quum אֶמְשְׁכֵם referendum sit ad tempus praeteritum, quod sequitur relativum וָאַחְוָה referri ad futurum. Ita tamen jam Alexandrinus quoque: *καὶ ἐγὼ ἔσομαι . . . καὶ ἐπιβλέψομαι πρὸν αὐτὸν, δυνήσομαι αὐτῷ* (cf. ad vs. seq.), quem eundem vides אוֹכִיל ad יָכֹל retulisse, in quo eum secutus est Arabs. —

5. Hunc versum Rosenmüllerus: „*non revertetur* ultra, ut nuper fecit, Ephraim *in terram Aegypti* ad auxilia petenda, *nam Assyrius*, cui inde a temporibus Menachemi tributarii fuerant, 2 Reg. 15, 19., sed nuper, Aegyptiorum auxiliis freti, ab eo defecerant, 2 Reg. 17, 4., *hic* erit *rex ipsius* solus, ut proprium regem non habeant, nec auxiliarem Aegyptium; *rex* hic dicitur, qui subjugat, et in servitutem redigit, belli jure; eo sensu Assyrius rex futurus erat Israelitarum, quippe republica simul cum libertate orbaturus: *quia renuunt reverti* ad deum suum, resipiscere nolunt.“ Quam eandem sententiam jam secutus est Hieronymus, qui: „quando dicit, *non revertetur in terram Aegypti*, ostendit, quod reverti cupiat, sed ire non possit. Reverti autem cupiebat Israel, ab Aegyptiis auxilium efflagitans; sed possessus est ab Assyrio, qui cepit eum, et dominatus est illis jure victoris; et hoc passus est, quia converti noluit, nec agere poenitentiam.“ Eandemque recentiore aetate post plures alios nuper suam fecit Hesselbergus. Quamquam vero, hos si sequeris interpretes, verba sensum fundunt historiae convenientem, ut mirari satis non possim Dathium, ad 11, 4 sq. coactam dicentem hanc explicationem et historiae contrariam, tamen eam damnandam duco, et לֹא vocula cum Kuinoelio et aliis pro הֲלֹא interrogantis sumta (cf. Jon. 4, 11. coll. G. gr. ampl. p. 833.) locum ita existimo interpretandum: *nonne* igitur *redibit* i. e. proinde redibit *in terram Aegypti*, patria expulsus iterum projicietur in Aegyptum, pristinum servitium passurus, *et*

Assyrius, *is* erit *rex ejus*, pars in Aegyptum exsules discessuri sunt, pars in Assyriam, *quia nolunt redire*, se convertere ad me. Quam interpretationem ut sequar primum me movet membrorum parallelorum 7, 11. 9, 3. 11, 11. 12, 2. natura atque indoles, deinde significatus quem 8, 13. et 9, 3. sub שׁוּב vocabulo subjecit vates, denique, quod verba hunc in modum intellecta mirifice concinunt cum iis, quae supra vs. 1. dicta sunt et dicentur infra vs. 11. Ac primum quidem quatuor quae laudavimus paria parallelorum ita comparata sunt, ut singulorum membrorum nulla appareat oppositio sed perfecta sensus aequabilitas. En ipsa!

7, 11: מִצְרַיִם קָרָאוּ
אַשּׁוּר הָלָכוּ :
12, 2: וּבְרִית עִם־אַשּׁוּר יִכְרֹתוּ
וְשֶׁמֶן לְמִצְרַיִם יוּבָל :
9, 3: וְשָׁב אֶפְרַיִם מִצְרַיִם
וּבְאַשּׁוּר טָמֵא יֹאכֵלוּ :
11, 11: יֶחֶרְדוּ כְצִפּוֹר מִמִּצְרַיִם
וּכְיוֹנָה מֵאֶרֶץ אַשּׁוּר :

Igitur facile tibi persuadeas, verba ejus quem tractamus loci ita capienda esse, ac si scripsisset vates:

יָשׁוּב אֶל־אֶרֶץ מִצְרַיִם
וְאַשּׁוּר הוּא מַלְכּוֹ :

Deinde praeter illa quae leguntur 9, 3. etiam quae 8, 13. habentur verba הֵמָּה מִצְרַיִם יָשׁוּבוּ *exsilium* minari Israelitis, minime vero auxilium ab Aegypto petitum respicere vidimus ad illa ipsa. Itaque si usus loquendi proprius aliquid ponderis habet, שׁוּב verbo hic idem quo gaudet illis in locis tribuendus erit significatus. Denique si verba hoc modo accipimus, eorum cum vs. 1. et 11. summus erit concentus. Sic enim *vocati* olim *ex Aegypto* vs. 1. hic dicuntur *in Aegyptum redituri*; sic promissae vs. 11. *revocationi ex Aegypto et Assyria* hic respondet *in easdem terras ejectio*. Eundem loci sensum faciunt Mangerus et Eichhornius, in eo tantum a me dissentientes, quod לֹא pro לוֹ positum atque ad אוֹכִיל versu superiore relatum volunt, in hunc modum: ... *comedendum dedi ei. Redibit* cet. Quae ratio, quum לֹא manifesto pluribus in locis pro לוֹ scriptum sit, sive orthographiae quodam neglectu (G. gr. ampl. p. 221.), sive, quod probabilius, aurium errore, et ipsa magnam veri speciem habet. Certe ita statuerunt jam LXX et Arabs, quorum illi vs. 4: ... δυνήσομαι

αὐτῷ. vs. 5: *κατῴκησεν ἐφραὶμ ἐν αἰγύπτῳ*, hic vs. 4:
وَأَقْتَدِرُ عَلَيْهِ ..., vs. 5: سَكَنَ أَفْرَامُ فِى أَرْضِ مِصْرَ. Vides, hos
quidem אוֹכִיל retulisse ad יָכֹל, non ad אָכַל; sed vix dubium est,
quin possit הֶאֱכִיל, licet alias semper cum Accusativo pers. con-
6. struatur, construi etiam cum לְ. — *Et torquebitur* (חוּל), irruet
gladius in urbes ejus, et perdet vectes ejus, et vorabit obvia quaeque, *propter consilia eorum*, male sana, inita de colendis diis falsis et de comparando auxilio Aegyptiorum contra Assyrios, cf. 10, 6. בַּדָּיו *vectes ejus* nonnulli tropice de *viris fortibus* s. *principibus* Israelis intelligendos putant. „Quos equidem minime reprehendo, cum viri animo forti ac imperterrito apposite *vectes* dici possint ac *repagula* populi, quod corpora sua, veluti pessulum quendam, hosti urgenti objicientes, progressum ejus impediunt, Horatii instar Coclitis, qui solus in ponte Tuscorum sustinuit impetum, hoc ea propter Livius (2, 10.): id *munimentum* illo die fortuna urbis Romanae habuit. Sed quia tropo tali usos Hebraeos esse nusquam alias reperio, ac praeterea commate praecedenti de obsidione agitur urbium, quibus munimentum quoddam praecipuum portae praestabant, repagulis probe obstructae, proprium sensum praeferendum duco.“ Haec Lackemacher. Attamen simillimum tropum habes in hoc ipso scriptore supra 4, 18., ubi מָגִנֵּי אֶרֶץ *clypei terrae* poetice vocantur *principes eam protegentes*. Eundem vid. Ps. 47, 10. Nihilo secius proprie accipiendum בַּדָּיו puto et ego, ea de causa, quod praecedit בְּעָרָיו. Alteram quidem interpretationem Rosenmüllerus monet illud commendare, quod *gladio* aptius *homines* confici et absumi, quam *vectes* dicantur. Verum cum postpositum sit אָכָלָה, prorsus nihil obstat, quin Objectum ejus cogitatione facias *incolas urbium;* ad כִּלְּתָה autem quod attinet, equidem non video quid impediat, quominus gladius hostilis di-
7. catur *delere, perdere* vectes urbium; cf. Thren. 2, 9. — *Populus meus adhaeret*, indulget *defectioni a me; atque ad summum*, deum, *vocant* prophetae *eum*, sed *nemo extollit*, celebrat eum, deum. Suffixum in מְשׁוּבָתִי est passivum. עַל *summus*, de deo, ut 7, 16., ubi vid. not. יִקְרָאֻהוּ impers. plane ut קָרְאוּ vs. 2., atque ut illo in loco sic hoc quoque cogitandum de prophetis. Alii hemistichium posterius: *atque in altum*, sursum, ad coelestia et divina *vocant eum* (ut Jarchi qui: ואל הדבר אשר עליו קראוהו הנביאים *atque ad id quod supra eum est vocant eum prophetae*), *nemo elevat*

se (Syr.), nemo vult se sursum elevare, vel quod aliis (ut Luthero) placuit, nemo se elevat, erigit ad auscultandum. Sed prior ratio praeferenda. Possit quidem רוֹמֵם dictum esse omisso Objecto ראשׁ, atque ita significare *elevare se*. Sed incertior hic significatus, quia alias non reperitur. Praeferenda igitur usitata *extollendi*, *celebrandi* significatio. Atqui si *extollere*, *celebrare* significat רוֹמֵם, sequitur, אֶל־עַל significare *ad summum*, non *in altum*, *sursum*. — *Quomodo faciam te, Ephraim? reddam te, Israel?* 8.
Quid? faciamne te ut Adamam? urbem una cum Sodoma et Gomorrha igne coelitus demisso deletam, Deut. 29, 22., *reddamne te ut Zeboim?* itidem unam quinque illarum urbium igne coelesti deletarum, l. l. *Vertit se apud me cor meum*, prae dolore, quod necesse habeo te affligere poenis, intimo commiserationis sensu afficior, *omnis incaluit*, commota est *misericordia mea*. Verba נֶהְפַּךְ עָלַי לִבִּי Hesselbergus: *vertit se contra me*, contra me ipsum, contra justam meam iram *cor meum*, quod prorsus falsum. Vide quae disputavimus ad Jer. 8, 18. — *Non faciam*, exsequar *ardo-* 9.
rem irae meae, non effundam in vos iram meam quanquam justissimam, *non rursus perdam Ephraimum*, ut ante hos quindecim annos; *nam deus ego sum*, *neque homo*, nam deus ego sum liber ab affectionibus humanis, *in medio tui sanctus*, numen vestrum sanctum, *nec venio cum ira*, nolo vobiscum agere animo irato et percito. Verba לֹא אָשׁוּב לְשַׁחֵת אֶפְרָיִם nonnulli: *non convertam me* a miserendo, *ut perdam Ephraimum*, qui est precarius sensus. Magis placeret simplicior aliorum ratio haec: *non convertam me ad perdendum Ephraimum*. Sed vera haud dubie ea est, quam nos secuti sumus. Nihil enim convenientius ad hunc locum, quam respicere Jovam insanabile vulnus Ephraimitarum civitati impositum eo tempore, quo, quum Pecachus cum Rezino expeditionem adversus Judaeos suscepisset, Tiglatpileser, rex Assyriorum, ab Achaso in auxilium vocatus invasionem in terram Ephraimitarum fecit, atque regionibus trans Jordanem sitis et superioris Cananaeae nobilissimis partibus sub potestatem redactis incolas Cirenem abduxit, 2 Reg. 15, 29. קָדוֹשׁ κατ᾽ ἐξοχήν, ut apud Jesaiam maxime plurimis in locis; cf. infra 12, 1. Postrema verba וְלֹא אָבוֹא בְּעִיר plures significare volunt *nec ingredior*, soleo ingredi *urbem*, urbes, hominum more. Sic jam Hieronymus, qui: „*et non ingredior civitatem*, hoc est, non sum unus de his, qui in urbibus habitant, qui humanis legibus vivunt, qui crudelitatem arbitrantur

justitiam, quibus jus summum summa malitia est; mea autem lex meaque justitia est salvare correctos,“ e recentioribus autem Lowth in S. P. H., „est, inquiens, in posteriore membro לֹא אָבוֹא בְעִיר parallelum et synonymum verbis לֹא אִישׁ in priore. Futurum אָבוֹא habet vim frequentativam, *non soleo urbem intrare*, non sum urbicola. Est etiam in singulis membris pulchra inter se oppositio partium: *sum deus et non homo*; est auxesis in sequenti, et paulum variatur ratio oppositionis: sum deus tuus tecum habitans, sed peculiari modo, extra ordinem, nec more hominum. Nihil, opinor, clarius, nihil elegantius.“ Sed artificiosior ille mihi quam elegantior sensus videtur. Quum עִיר Verbum in hoc ipso scriptore significet *fervere*, *aestuare* (7, 4.), fervendi autem notio facillime saepissimeque transferatur ad *fervorem irae* (cf. ipsum غَارَ med. Vav et Je), nos non dubitamus עִיר Nomini h. l. tribuere *irae* significationem aptissimam ad nexum. — *Jovam tandem sequentur; ut leo rugiet*, magna voce
10. xum. — *Jovam tandem sequentur; ut leo rugiet*, magna voce
dispersos per varias terras convocabit; *rugiet enim*, *et trepidabunt* i. e. summa cum festinatione accurrent *filii*, posteri Ephraimitarum eorum, ad quos in praesenti loquitur vates, vel filii, cultores Jovae, cf. vs. 1., *a mari*, i. e. ut recte vidit interpres quidam
11. arabicus, ex insulis et oris maris medii; — *trepidabunt*, trepidi
festinabunt, advolabunt *ut aves ex Aegypto*, *atque ut columba*, cujus pernicissimus volatus est, *ex terra Assyriae*; *et habitare faciam eos in domibus suis*, patriis sedibus; *dictum Jovae* hoc est. Ad חָרֵד מִן cf. פָּחַד אֶל 3, 5. ibique not. Quod redituri dicuntur *ex insulis et oris maris medii*, *ex Aegypto et Assyria*, de eo vid. vs. 5. et quae ibi diximus coll. prooemio et not. ad Jes. 11, 11.

CAP. XII, 1—7. Ad tempus interregni prioris hanc orationem pertinere arbitrantur Kuinoelius, Eichhornius et alii. Vereor ut recte. Nam quod ad vs. 2. jam illa aetate cum Assyriis et Aegyptiis initas societates esse putant, id, licet ab istorum temporum rationibus non abhorreat, aeque tamen precario sumtum est, atque quod Hieronymus ad eundem versum „Menahen ab Aegyptiis auxilium postulasse“ dicit, cum tale quid neque in libris historicis traditum sit, neque in vate ipso, ea in oratione, quam tum temporis videtur habuisse, cap. 4. Videntur autem utrique, si ad hos populos illo tempore Israelitae se applicuissent, id non

fuisse praetermissuri. Malumus igitur cum Mangero, Uhlando et aliis existimare, versum 2. tempus depingere, quo Ephraimitae, quamvis facta nuper cum Assyriis pactione, cum Soo, Aegyptio, missis per legatos muneribus foedus junxerant. Quod tempus etiam vituperatio prodere videtur, quam vs. 3. subeunt Judaei, utpote quorum mores ea aetate impii culpa Achasi admodum depravati essent, 2 Reg. 16, 3 sq. Argumentum. Vs. 1—3. praeter amicitiam cum populis exteris initam violenter facta et deorum falsorum cultum reprehendit; 4—7. hortatur Israelitas, ut parentis, Jacobi, cujus in deum fidem pariter atque dei erga illum favorem laudat, vestigia persequentes ad Jovam se convertant, qui, cum semper idem maneat, piis Jacobi posteris eandem benevolentiam praestaturus sit, quam olim praestiterit Jacobo. — *Circumdat me mendacio*, fucata pietate, 10, 13., 1.
Ephraim, *et fraude*, perfidia *domus Israelis; et Juda insuper vagatur cum deo, et cum sancto fido*, i. e. et Juda, licet deum verum habeat eumque fidissimum, tamen insuper ad alios deos vagatur, alios deos sectatur. רוּד i. q. arab. رَادَ *ultro citroque ire, se movere, discurrere, vagari*, prorsus ut in Jeremiae verbis 2, 31: מַדּוּעַ אָמְרוּ עַמִּי רַדְנוּ לוֹא־נָבוֹא עוֹד אֵלֶיךָ *cur dicit populus meus: vagamur, non amplius venimus ad te*. Qui locus quum verbis וִיהוּדָה עֹד רָד cet. clarissimam lucem accendat, est quod mireris, ad aliena delapsos esse interpretes. עוֹד hic non est *adhuc*, sed *praeterea, insuper*. קְדוֹשִׁים numen sanctum Israelitarum, 11, 9. קְדוֹשִׁים נֶאֱמָן ut אֱלֹהִים צַדִּיק Ps. 7, 10., אֲדֹנִים קָשֶׁה Jes. 19, 4. Longissime omnium a vero aberrant, qui verba in bonam partem accipiunt, vel hunc facientes sensum: *et Juda*, Juda vero *adhuc ambulat* (quae generalior notio in רוּד non inest) *cum deo, et sancto*, deo, *fidus est*, manet in fide Jovae (Hesselberg.), vel hunc: *et Juda adhuc dominatur* (qui significatus et ipse precario sumitur) *cum deo et* cet. (Ros. al.). Quae quam falsa sint, vel tertius ostendit versus, ubi Judaei minime laudantur, sed accusantur potius. — *Ephraim pascitur*, delectatur 2.
vento, et sectatur ventum orientalem, i. e. Ephraim sectatur vana et inania; *quotidie*, continuo *mendacium et oppressionem cumulat*, mendacium mendacio, oppressionem oppressione cumulat, *et foedus cum Assyria faciunt, et oleum*, quod constat nobile et copiosum fuisse in terra Cananaea, *in Aegyptum defertur* pro obtinendo auxilio. רָעָה רוּחַ *pasci*, delectari *vento*, sectari ven-

tum: sectari inania. Idem significat רֹעֶה אֵפֶר *pasci cinere* Jes.
44, 20. cf. locutiones Prov. 15, 14. Ps. 37, 3. Quum קָדִים *ventus*
orientalis exitiosus sit frugibus et herbis, quod sequitur *sectari*
ventum orientalem significare putant: sectari inania eaque perni-
ciosa. Quod invito parallelismo existimare mihi videntur et hoc
loco et Job. 15, 2. Utroque enim loco in generaliore *venti* no-
tione ut adquiescas ille videtur postulare. Ad membra postrema
3. cf. prooemium. — *Et lis est Jovae cum Juda, et puniet in*
Jacobo, poenas sumet de Jacobo *secundum vias ejus*, ejus agendi
rationem; *secundum facinora ejus reddet*, retribuet, rependet *ei*.
וְלִפְקֹד pro וְהָיָה לִפְקֹד i. e. וְיִפְקֹד; cf. Jes. 38, 20. al. coll. G. gr.
4. ampl. p. 787. min. §. 129. adn. 1. — *In utero calcem tenuit*
Jacobus *fratris sui*, Esavi (Gen. 25, 26.), ut prior tempore prodi-
turus in obtinendis primogeniti juribus illum praeveniret, *et ro-*
bore suo pugnavit cum deo (Gen. 32, 24 sqq.), quibus verbis,
quum Jacobus a lucta cum deo non prius destiterit, quam ille
fausta ipsi optasset (ibid. vs. 26. 29.), indicatur, quam magni
Jacobus fecerit quantoque studio quaesiverit dei favorem. Itaque
hic prodit loci sensus: summo studio ad obtinenda primogeniti
jura et praeclara Jovae promissa adnisus est parens vester, Jaco-
bus, quum vos me meaque dudum facta vobis promissa susque
deque habeatis, fiduciam collocantes in diis fictis populisque qui
illos colunt alienis. Male interpretes superiores tantum non omnes
non tam Jacobi laudabile studium et singularem virtutem describi,
quam divini erga Jacobum favoris documenta laudari hoc versu
putant. Sic Hieronymus ad verba בַּבֶּטֶן עָקַב אֶת־אָחִיו „exponit,
inquit, quanta bona Judas, hoc est, Jacob, acceperit, veterisque
recordatur historiae, ut et dei misericordia erga Jacob, et illius
contra dominum duritia cognoscatur. Dum adhuc esset in utero
Rebeccae, supplantavit fratrem suum Esau, non utique fortitudine
propria, qui sentire non poterat (quasi vero talia spectari debeant
in narratione mythica!), sed misericordia dei." Item Aben Esra:
„sensus verborum hic est: quare non in memoriam sibi revocant
Jacobi posteri, me patrem eorum elegisse, eundemque in amplis-
simo dignitatis gradu inter mortales collocasse? Nam quum esset
in utero, dedi ei vires ad prehendendum fratris calcem. Id quod
prodigii loco habendum est cet." Rosenmüllerus: „tota orationis
series significat, spectasse vatem illud, quod Jacobus ex utero
egrediens manu tenuit calcem praecedentis Esavi, tamquam quid

singulari providentia et gubernatione effectum, quo signo veluti
quodam praenunciaretur, fore ut, licet Esavus ex utero materno
prior egrederetur, Jacobus tamen de juribus primogeniti cum eo
contendat, eademque consequatur, et ipse deo acceptior fiat quam
frater, et gens ab eo oriunda fratris posteritati imperet.“ Dei
erga Jacobum favor proximo demum versu describitur eoque ex-
tremo. Ceterum Subjectum עָקַב verbi ex versu superiore repe-
tendum esse dudum viderunt lectores. Nam quod ibi de Jacobi
posteris dictum est יַעֲקֹב nomen hoc loco ad ipsum eorum paren-
tem referendum esse res ipsa docet. — *Et contendit*, certavit 5.
adversus angelum, et praevaluit; flevit et supplicavit ei, implo-
ravit eum; *Bethele invenit eum, et ibi locutus est*, angelus, deus
nobiscum. Repetuntur ab initio ante dicta, ut novum et amplius
quid subjiciatur. שָׂר i. q. שָׂרָה versu superiore. Pro *deo* is
quocum certavit Jacobus hic *angelus* vocatur, cujus ille formam
induerat. Ad *et praevaluit* cf. Gen. 32, 25. 26. 28. Ad *flevit
et supplicavit ei* cf. ibid. vs. 26. Est enim hoc eo referendum,
quod Jacobus genium coelestem se non dimissurum esse dixit,
nisi fausta sibi precatus fuerit ante. Ad verba quae subjiciuntur
Bethele invenit eum cet. cf. Gen. 28, 11 sqq. 35, 1 sqq. בֵּית אֵל
Acc. loci, G. gr. min. §. 116, 1. Quod temere a nonnullis solli-
citatum est עִמָּנוּ *nobiscum* est *communicative* dictum, ut נִשְׂמְחָה
Ps. 66, 6., עָבְרֵנוּ Jos. 5, 1. et לָנוּ ibid. vs. 6. Recte jam Lacke-
macherus „diligenter, inquit, animadverti velim, dici deum non
cum solo Jacobo, sed cum omni simul ejus posteritate Bethele
collocutum. Scilicet, quae a Jacobo hic dicuntur gesta, eidemque
obtigisse, non ad illum ipsum spectant unice, sed ad totam simul
gentem ex eo ortam, atque hujus etiam res fortunamque, qua vel
usura sit, vel uti certe possit, praesignificarunt.“ — *Atqui Jova*, 6.
deus agminum i. e. naturarum et rerum omnium coelestium deus,
Jova i. e. sempiternus, immutabilis, qui nunquam non idem est,
cf. Exod. 3, 14., est *nomen ejus*, cf. l. l. 3, 15. i. e. qui tanto
favore parentem vestrum dignatus est Jova idem adhuc est et
idem semper manebit, ideoque, qualem se olim exhibuit Jacobo,
talem se exhibebit vobis, dummodo vos quoque tanti faciatis et
tam strenue quaeratis illius gratiam, quanti fecit et quam strenue
quaesivit olim Jacobus. Itaque cet. vs. 7. — *Tu igitur*, Jacobo 7.
oriunde, *ad deum tuum redi*, *pietatem et justitiam serva*, *et
exspecta deum tuum*, ejus auxilium, salutem *continuo!*

CAP. XII, 8—15. Quae his octo versibus continentur, cum iis quae insunt in septem superioribus unam continuam orationem efficere interpretes existimant. Sed nullo modo inter se cohaerent vs. 7. et 8. Contra vs. 7. aptissimam efficit conclusionem, item vs. 8. exordium simillimum illi quod legitur 10, 1. et aliis. Accedit, quod vs. 9. suis Israelitae divitiis gloriantur, quod Hoseae regis in aetatem, ad quam septem primos versus referendos vidimus, non cadit. Convenit hoc tempori potius Jerobeami. Possint quidem quae vs. 13. dicuntur videri redire ad vs. 4. et 5. et quae ibi dicta sunt quasi continuare. Quum vero vix ulla reperiatur Hoseae orationum, in qua non commemoretur pristini temporis factum aliquod insigne, saepius etiam in diversis orationibus ejusdem rei mentio fiat (cf. 9, 9. et 10, 9. al.), iste versus nullam nobis necessitatem imponere videtur statuendi aliter atque statuimus supra. Eichhornius et alii ad interregni Jerobeamum secuti initium orationem referendam esse putant; alii quum Gileaditae in exsilium abducti fuissent, scriptam esse arbitrantur, qui opinionis suae commendationem petunt a verbis אִם־גִּלְעָד אָוֶן cet. vs. 12., existimantes, transjordanensium in Assyriam asportationem ibi significari, hoc consilio excitatam a vate, ut cisjordanenses exinde sibi exemplum sumerent. Utraque rejicienda sententia; prior, quia nullum in oratione civilium bellorum vestigium exstat (cf. tamen vs. 15.); posterior, quia falsa interpretatione superstructa est, id quod infra suo loco pluribus ostendetur. Perstringit in hac oratione summam pertinaciam Israelitarum, ut qui, licet eos Jova liberaverit a servitute Aegyptiaca atque ad hunc usque diem maximis affecerit beneficiis, neque ullam eos admonendi viam reliquerit intentatam, tamen lucro, fraudibus, deorum commenticiorum cultui aliisque flagitiis dediti sunt, iisque
8. minatur poenam. — *Canaan* i. e. *Cananaeus*, *in manu ejus* sunt *lances fraudis*, fraudulentae, adulterinae, *premere* defraudando, subtrahendo *amat*. כְּנַעַן Nomin. absolutus, *Canaan* terra pro ejus incola, incolis, Cananaeo, Cananaeis est posita, eaque ipsa de causa cum genere *masc.* constructa. *Canaan*, *Cananaeos* Israelitas mercaturam facientes vocat per contemtum, quia isto nomine vocabantur, et ipsi se vocabant Phoenices (cf. ad Jes. 23, 11.), mercatores veteribus dicti φιλοχρήματοί τε καὶ τρῶκται. Alii: *mercator* (cf. Jes. 23, 8.) est Ephraim; *in manu ejus lances fraudis*, *premere amat*. Alii: *mercator*, *cujus in manu lances*

fraudis, *premere amat* Ephraim, ita ut כְּנַעַן, quamquam prae-
positum, appositione cohaereat cum Subjecto, cogitatione suppresso,
בְּיָדוֹ vero relative accipiatur. Qua utraque ratione simplicior est
ea, quam secuti sumus nos. —. *Et dicit Ephraim: „nonnisi* 9.
dives factus sum, *assecutus sum opes mihi; ad omnes labores
meos* i. e. res, divitias meas labore partas *quod attinet*, *non in-
venient*, inveniet aliquis *mihi iniquitatem*, *quae* fuerit *peccatum*"
i. e. attamen illi non verentur dicere: nil nisi divitias fecimus,
collegimus, nec quisquam nobis poterit in iis quae congessimus
ostendere opes inique partas. אַךְ *tantum*, *nonnisi*, ut saepissime.
יְגִיעַ *labor* pro *re labore parta*, ut multis in locis. כָּל־יְגִיעַי
Nomin. absolutus. יִמְצְאוּ impersonaliter positum. Alii, ut Hes-
selbergus, non refert, unde possideam, dummodo possideam, sen-
sum esse putant, qui sensus et ipse commodus quidem esset, sed
sub verbis subjici nequit. Coacta enim et violenta, si quae alia,
est Hesselbergi interpretatio haec: *modo dives factus sim*, modo
assecutus sim opes mihi, dummodo contigerit mihi congerere di-
vitias, tum *omnes labores mei non contrahent mihi culpam*, *quae*
fuerit *peccatum*. — *Et* tamen *ego sum Jova*, *deus tuus inde* 10.
a terra Aegypti; adhuc habitare te sino in tentoriis, *ut diebus
festis*, i. e. et tamen inde ab eo tempore, quo eduxi vos e terra
Aegypti, nunquam non exstiti deus salutis vestrae; et tamen
usque ad hunc diem sino vos habitare sedes patrias securos et
laetos ut cum agitis dies festos tabernaculorum. וְאָנֹכִי *et* tamen
ego, cf. ad Ps. 2, 6. יְמֵי מוֹעֵד festos tabernaculorum dies esse,
tum ex proxime praegresso בָּאֳהָלִים colligimus, tum ex eo, quod
initio commatis mentio facta est liberationis a servitute Aegyptiaca.
Longe aliter alii de hoc versu judicarunt. Rittershusius: *et ego*,
Jova, *deus tuus inde a terra Aegypti*, *habitare te amplius si-
nam in tentoriis*, *ut diebus festis?* vel, ut ipse poetica paraphrasi
sensum expressit: *Atque ego*, *qui Phariis te quondam fortiter
oris Eduxi*, *cervice jugum amovique tyranni*, *Nunc quoque
sum populi proprii dominusque deusque: Tene tabernaculis pa-
tiar residere paternis*, *Otiaque ut festis solemne agitare diebus?*
Ita tamen otiosa sunt verba commatis priora; praeterea artificio-
sior est omnis haec interpretatio. Alii, ut Rosenmüllerus: *et ego*,
ego vero, *Jova*, *deus tuus a terra Aegypti*, *iterum habitare te
faciam in tentoriis*, *ut diebus festis* tabernaculorum, quibus
verbis vatem praedicere et captivitatem et liberationem putat,

laudans Hieronymum et Kimchium, qui: „quum sis oblitus libe-
rationis ex Aegypto, faciam te reminisci non praeteritae libera-
tionis, sed novae futurae: nam te in captivitatem abducam, ex
qua tamen te, ut olim ex Aegyptiaca servitute, retraham et libe-
rabo.“ Quo sensu nihil potest absurdius excogitari hoc loco.
Nam quae potest esse vis minarum, in quibus simul sunt pro-
missa? Quam difficultatem ut vitaret Hesselbergus sub verbis
hunc sensum subjiciendum putavit: ego vero in exsilium ejectum
te iterum habitare faciam in tentoriis, ut olim habitasti in deserto
Arabiae et nunc habitas diebus festis tabernaculorum. Sed plane
11. aliena a minis est festi tabernaculorum commemoratio. — *Et
loquor ad prophetas*, divinitus eos moneo, *et visionem multam
facio*, multa iis objicio visa coelestia, *et per prophetas propono
parabolas* (quales legimus cap. 1. 2. 3.), nullum vos admonendi
atque ad virtutem revocandi modum inexpertum omitto. Qui
versum superiorem interrogative accepit Rittershusius necesse habet
hunc quoque capere interrogative, quod quam coactum sit nemo
non videt. Hesselbergus vero, cui praegressa verba minantis esse
visa sunt, quae hic habentur sic interpretatur: *et loquar ad
prophetas, et visionem augebo, et per prophetas perdam* i. e.
12. exitium annuntiabo. — *Num sit Gilead scelus?* num sceleste
agant Gileaditae? *nil nisi nequitia sunt*, nil nisi nequam, prorsus
nequam, nequissimi sunt; *Gilgale boves sacrificant, etiam eorum*,
Gilgalensium *arae* sunt *ut acervi lapidum in sulcis agri*, etiam
eorum tot sunt arae, quot acervi lapidum in sulcis agrorum.
Sunt duo membrorum paria, quorum prius perstringit transjor-
danenses, posterius cisjordanenses, ita ut perditissimi dicantur
utrique; cf. 6, 8. et 4, 15. Observa etiam, ita conformata esse
singula membra, ut tertium respondeat primo, quartum secundo.
אִם oblique interrogantis est. Interrogat autem vates, non quasi
dubitet, verum ut eo fortius affirmet. Saepe enim, ut firmissime
aliquid asseveremus, asseverationi praemittimus interrogationem.
Hinc illud אַךְ *nonnisi, nil nisi, prorsus.* גִּלְעָד maxime probabile
est nomen esse non regionis, sed *urbis*, Mizpae, inquam, per
scribendi compendium גִּלְעָד pro מִצְפֵּה־גִלְעָד Jud. 11, 29. dictae,
plane ut supra 6, 8. ubi vid. not. Ita enim accuratissime sibi
invicem respondent גִּלְעָד et גִּלְגָּל. גַּם pertinet ad Pronomen af-
fixum מִזְבְּחוֹת voci. Gileaditis enim opponuntur Gilgalenses. Ad
verba *ut acervi lapidum in sulcis agri* cf. simillimam compara-

tionem 10, 4. Cogitandum de acervis lapidum, quos congerere solent ii, qui lapidosos agros expurgant. Est vero eo aptior comparatio, quod istorum acervorum species eminus intuentibus haud absimilis est arae. Olim pro אִם levi vocalis mutatione facta legendum putavimus אֵם, *matrem* vero pro *metropoli* dictam habuimus, quemadmodum dictum reperitur אֵם 2 Sam. 20, 19. ubi cf. not., אַמָּה ibid. 8, 1., cf. בְּנוֹת הָעִיר de *oppidis*, coll. not. ad Jos. 15, 45. Jud. 11, 26., ut hic nasceretur sensus: *mater*, metropolis *Gileaditis*. i. e. Mizpa (vid. supra), est *scelus*, sceleste agit, *nil nisi nequitia sunt*, nequissimi sunt Mizpenses; *Gilgale boves sacrificant* cet. Quae conjectura commendari visa erat tum eo, quod in membro parallelo, tertio inquam, itidem habetur *urbis* nomen, tum loco supra laudato 6, 8: גִּלְעָד קִרְיַת פֹּעֲלֵי אָוֶן. Quum vero אִם ita ut nunc fecimus intellectum sententiam aptissimam praebeat, nec quicquam obstet, quin גִּלְעָד habeatur pro *urbis* nomine, ita ut sic quoque perfectus oriatur parallelismus et optimus cum loco 6, 8. concentus, missam jam fecimus istam conjecturam. Superiorum interpretum explicationes ad tria genera revocari possunt. Alii enim vim demonstrativam *en*, *ecce* tribuunt אִם voculae, alii eam *interrogationis rectae* particulam esse volunt, alii *si* putant significare. *En*, *ecce* אִם esse censet Gesenius, primariam judicans eam significationem, subjiciendam locis quoque Job. 17, 13. 16. Prov. 3, 34. Ut vero per se dubia est ea vis, ita maxime incerta videbitur, locos si inspexeris laudatos. Nam quae Job. 17, 13. 15. leguntur verba אִם אֲקַוֶּה שְׁאוֹל בֵּיתִי וְאַיֵּה אֵפוֹ תִקְוָתִי, vix dubium est quin reddenda sint *si exspectandus mihi est orcus*, *domus mea*, si apud inferos domus mea me manet, *ubi tandem est spes mea?* ita ut אִם sit *si*, cui in apodosi vs. 15. respondeat וְ; cf. ibid. 7, 4. Exod. 1, 16. Jud. 4, 8. 2 Sam. 15, 33 sq. Ps. 78, 34. Jes. 4, 4 sq. al. Neque aliter existimandum est de ejusdem cap. vs. 16: בַּדֵּי שְׁאוֹל תֵּרַדְנָה אִם יַחַד וגו׳, quem inter et alterum illum supra prolatum id tantum interest, quod in hoc quem prae manibus habemus אִם inverso membrorum ordine est postpositum. Sensus: *ad vastas sedes orci descendet spes mea, si una* cet. Verborum quae Prov. 3, 34. habentur אִם לַלֵּצִים הוּא יָלִיץ וְלַעֲנָוִים יִתֶּן־חֵן iterum eadem ratio est, quae loci Job. 17, 13., ut sic illa convertas: *si irrisoribus ille irridet, mansuetis exhibet gratiam*. Pergimus ad alterum genus. *Interrogationis rectae* particulam אִם habent de Wette, Schroeer, Kuin-

oel, Boeckel, alii. Horum autem alii: *num Gilead* nil nisi *scelus?* quasi admirabundus interroget vates, an ad unum omnes Gileaditae sceleste agant, alii אִם *nonne* jubent significare coll. Jes. 29, 16. Jer. 31, 20. Job. 39, 13. Sed precario sumitur ab iis, qui priorem rationem sequuntur, illud *nil nisi*; idque si deleveris, non amplius conveniet interrogatio recta. Nec firmior altera opinio. Apud Jes. enim et Job. ll. ll. אִם est *num* negantis. De Jer. loco vid. ad ipsum. Ad tertium genus quod attinet, *si* reddendum putarunt Mangerus, Rosenmüllerus et alii in hunc sensum: *si Gilead scelus* fuit, si Gileaditae sceleste egerunt, nefando deorum commenticiorum cultui dediti fuerunt, *profecto vanitas facti*, ad nihilum redacti *sunt*, id eis perniciem attulit (2 Reg. 15, 29.); *Gilgale boves sacrificant* cet. Quae interpretatio ea difficultate laborat, quod ita secundo membro quartum minime respondet. Quam difficultatem ut effugeret post Eichhornium nuper Hesselbergus secundum cum quarto membro ad tempus futurum retulit atque minas utroque contineri statuit, in hanc sententiam: *si Gilead scelus* fuit, si Gileaditae sceleste egerunt, *profecto vanitas fient*, ad nihilum redigentur, id eis perniciem afferet; *Gilgale boves sacrificarunt*, hinc *etiam arae eorum* erunt *ut acervi lapidum in sulcis agri*, i. e. destruentur, everteutur. Quae loci expediendi ratio mihi quoque arrisit olim; cf. ad ultimum membrum quae apud Jer. 9, 10. leguntur וְנָתַתִּי אֶת יְרוּשָׁלִַם לְגַלִּים, et ibid. 51, 37. Ita tamen nova nascitur difficultas ex eo, quod ad aliud tempus refertur הָיוּ, ad aliud זִבֵּחוּ. Accedit, quod, cum membrum quartum Verbo careat, indicium hoc esse videtur apertum, describere ibi vatem statum praesentem, non autem minitari futurum. Adquiescendum igitur putamus in explicatione

13. supra proposita. — *Fugit* olim *Jacob* prae metu fratris Esavi, quem in obtinendis primogeniti juribus praevenerat, *in campum*, campestria *Syriae* i. e. in Mesopotamiam, Gen. 28., *et serviit Israel*, Jacobus, *pro muliere, et pro muliere custodivit*, pro obtinenda Rahela quatuordecim annos opera servilia fecit greges custodiens Labanis, Gen. 29. Quae quorsum spectent, non satis liquet. Nonnulli ideo haec commemorari putant, ut ostendatur, ex qua origine, ex quibus initiis ad suam dignitatem pervenerint Israelitae. Alii quam patienter Jacobus pro relinquendis ex se posteris opera servilia fecerit vatem significare credunt, quum contra ipsi posteri, dei beneficio liberati ex servitute Aegyptiaca

(vs. 14.), nihil facere velint pro communi salute. Alii hunc sensum faciunt: probe nostis, quomodo Jacobum, cum in Mesopotamiam fugere coactus esset, ego servaverim. Quae ratio prae ceteris convenire videtur ad vs. 14. Ceterum cf. prooemium. —
Et per prophetam, Mosen, cf. Deut. 18, 15. 18. al., *ascendere* 14.
fecit, duxit in terram Cananaeam *Jova Israelem*, populum Israeliticum *ex Aegypto, et per prophetam*, eundem Mosen, *custoditus*, servatus *est* populus. Ludere videtur שָׁמַר et נִשְׁמַר verbis.
— Quorum beneficiorum immemor *irritavit*, iram Jovae irritavit 15.
delictis suis *Ephraim acerbe; et sanguines*, caedes *ejus in eo relinquet* i. e. לֹא יִשָּׂא non auferet, i. e. non condonabit, *et ignominiam ejus*, i. e. qua ille Jovam affecit colendis diis fictis, *referet*, retribuet, rependet *ei dominus*, deus *ejus*.

CAP. XIII. XIV. In definiendo tempore, quo edita fuerit oratio per haec duo capita decurrens, mirifice inter se dissentiunt interpretes. Equidem illius temporis, quo Pecachus ab Hosea interfectus erat, vestigia in oratione deprehendisse mihi videor. Turbulentum fuisse civitatis statum, cum haberetur oratio, recte, ni fallor, colligitur ex 13, 10., ut intelligatur, in tempus incidisse orationem aut prioris aut posterioris interregni. Sed hoc alterum ut sumamus, faciunt loci 13, 11. et 14, 4. Horum enim primo vates aut frequentes illas atque cruentas regum vicissitudines respicit, quas tempora viderunt inde a Jerobeamo II. ad Hoseam usque (2 Reg. 15, 10. 14. 25. 30.), aut regnum Israelitarum brevi interiturum dicit; vid. ibi not. Versu autem 4. cap. 14. ab omni cum Assyriis Aegyptiisve ineunda societate cives dehortatur; id quod rursus in posterius interregnum valet. Nihil enim libri historiarum habent, ex quo possit intelligi, Israelitas tempore prioris interregni in societatem exterorum populorum se contulisse; sed durante posteriore interregno id factum esse, supra ad 1, 1., opinor, ad veritatem adumbratum est; cf. etiam 13, 15., ubi haud improbabile est cogitasse vatem de Assyriis. Argument. 13, 1—3: Ephraimitarum civitati, quae olim omnium maxime floruit, invectus deorum commenticiorum cultus perniciem afferet. 4—6: ego vos ex servitute in libertatem vindicavi, sed rebus secundis elati coepistis mei immemores esse. 7. 8: hinc ego jam ut leo vobis ero, ut pardus, urso saevior. 9—11: id vos pessumdat, quod contra me facitis. Ubi nunc reges vestri, quos putastis vos

servaturos? Servent vos jam! 12. 13: asservata apud me est culpa vestra, dum poenas a vobis sumam; tum desperatissima erit conditio vestra. 14 — 14, 1: nullum esset tam magnum malum, ex quo vos non eriperem, si rediretis ad virtutem; jam vero hostium vos arbitrio tradam. 2 — 4: redite ad me, deum vestrum, animo poenitentia commoto! nolite amplius Assyriis confidere Aegyptiisve! nolite in posterum fiduciam collocare in diis manu factis! 5 — 9: dicto si fueritis audientes, rursus quos oderam
1. amabo, ornabo omnibus bonis. 10: utinam saperetis! — *Ut locutus est Ephraim: terror* fuit i. e. simulatque vocem suam edidit Ephraimita: perculsae sunt tribus reliquae; tantopere olim potentia et dignitate eminuit Ephraimita, ut ad vocem ejus omnes circumcirca exhorrescerent; *sustulit ille se*, in summum potentiae ac dignitatis fastigium evectus est *in Israele*, inter reliquas Israelitarum tribus; *et*, sed *culpam contraxit Baalo* i. e. instituendo Baali cultu, *et mortuus est* i. e. coepit inde ab illo ipso tempore interire. In primo et secundo membro vates cogitat de antiquioribus temporibus, quae fuerant ante triste inter Judaeos et Israelitas dissidium; in tertio autem de eo tempore, quo Ephraim regnum sui juris est factum quoque introductus est inter illos deorum fictorum cultus. De Ephraimitarum olim florentibus rebus eorumque perpetua cum Juda aemulatione hujusque causis vide quae observavimus ad Jes. 11, 13. רְתֵת, quod praeter hunc locum non legitur, *tremor*, *horror*, i. q. chald. רְתִיתָא, syr. ܪܬܝܬܐ a rad. רְתַת, ܪܬ *tremere*, *horrere*; cf. in hebr. vicinis literis scriptum רֶטֶט id. Jer. 49, 24. נָשָׂא *efferre se*, Ps. 89, 10. Nah. 1, 5. אָשַׁם seq. בְּ de re, qua quis culpam contrahit, ut Ezech. 22, 4. מוּת de civitatis interitu, ut Am. 2, 2. cf. מָוֶת saepius dictum de pernicie. Rosenmüllerus: *quum locutus est*, et primum instituit *Ephraim* tempore Jerobeami, primi regis, qui perpetuam ignominiae notam eo ipso meruit, *horrorem* i. e. horrendum illum vitulorum cultum, 1 Reg. 12, 28., *portavit ipse* sc. horrendum illud peccatum suum, justas ejus poenas dedit *in Israele* cet. „Abstracto, inquit, sumto pro concreto, *horrorem* intelligimus de *re horrenda*, id est, idololatria, et quidem de impiis illis a Jerobeamo I. institutis sacris.“ Atque ad נָשָׂא cet. „quemadmodum in sequenti membro antecedens *et reus factus est* habet malum suum consequens *et mortuus est*, ita haec verba pro apodosi sive

consequente praecedentis membri habemus et in malam partem accipimus, ut idem sit quod alias dicitur *portare iniquitatem* vel *peccatum suum; portatur* autem *peccatum*, quando imputatur et vindicatur." Quam eandem maxime quaesitam durissimamque interpretationem suam fecit Hesselbergus quoque, si discesseris ab eo, quod נָשָׂא verbo *inducendi*, *introducendi*, *invehendi* significatum ille tribuit. Verum sensum jam Chaldaeus aliique Judaeorum interpretes viderunt, quamquam minus accurate expresserunt. —
Et nunc pergunt peccare, *et faciunt sibi simulacra fusa*, *ex* 2.
argento suo, *pro intelligentia*, opinione *sua*, ad arbitrium suum, *imagines*, *opus fabrorum*, artificum *omnia illa; de iis dicunt: quicunque sacrificant*, *vitulos osculentur!* אָמַר לְ *dicere de*, ut saepius alias. זֹבְחֵי אָדָם *sacrificantes hominum*, ii hominum qui sacrificant, quicunque hominum sacrificant, G. gr. ampl. p. 678. *Oscula*, reverentiae signum, cf. 1 Reg. 19, 18. Ps. 2, 12. ibique not. Rosenmüllerus, Hesselbergus et alii postrema verba sic explicanda putant: *ad eos*, Israelitas *illi* Ephraimitae *dicunt: qui sacrificant homines* (2 Reg. 16, 3. 17, 17. 21, 6.), etiam *vitulos osculentur*, adorent! Quae ratio prorsus rejicienda est, tum quod de cultu illicito vates loquitur universe, tum quod sacrificia humana vitulorum cultui nequaquam recte opponuntur. — *Propterea* 3.
erunt ut nubes matutina, cito praeteriens, *atque ut ros mane discedens*, disparens, quam eandem comparationem legimus supra 6, 4.; *ut palea vento dispergitur de area*, *atque ut fumus* dispergitur *de fumario*. — *Et ego*, ego vero *sum Jova*, *deus tuus*, 4.
deus salutis tuae, *inde a terra Aegypti*, inde ab illo tempore, quo ex Aegypto te eduxi, cf. 12, 10., *et deum praeter me non agnosces*, *et qui salutem afferat nemo est praeter me*, cf. Jes. 45, 5. 21. al. וֵאלֹהִים זוּלָתִי לֹא תֵדָע alii: *et deum praeter me non nosti*, non reperis, i. e. deus praeter me non datur, non est, ut exacte respondeant haec verba illis quae subjiciuntur. — *Ego* 5.
animadverti, curavi *te in deserto*, *in terra siticulosa*, arida. יָדַע *animadvertere*, hinc *curare* aliquem, ut Ps. 144, 3. Am. 3, 2. al. תַּלְאוּבֹת *sitis*, ἅπαξ λεγ. ab inus. לָאַב i. q. arab. لَابَ med. Vav *sitire*, a quo est لَوْبٌ, لُوبٌ *sitis*, لَابَةٌ, لُوبَةٌ *locus siticulosus*, *aridus*, *lapidosus*; cf. vicinum لَهِبَ *ardere*, et derivv. LXX ἐν γῇ ἀοικήτῳ, Hieron. *in terra solitudinis*, Syr. *in terra*

6. *arida non habitata.* — *Ut*, ubi, cum *pavi eos*, *satiati sunt;*
satiati sunt et extulit se cor eorum; propterea obliti sunt mei.
Elati quibus meo beneficio utebantur rebus secundis mei exstiterunt immemores; cf. 2, 7 sqq. al. כְּמַרְעִיתָם nonnulli, ut Hesselbergus: *secundum pascuum suum* i. e. quod tam pingue erat. Sed מַרְעִית est potius *pastus*, *pastio*, et quod Nomini verbali praemissum est כְּ eadem vi gaudet, ut cum praemittitur Infinitivo; cf. 2 Chron. 12, 1: כְּחֶזְקָתוֹ *ut robur sumsit*, vires nactus est, al.
7. — *Atque ita sum iis ut leo*, *ut pardus ad viam insidior.* Plin. H. N. 10, 73: insidunt pardi condensa arborum, occultatique eorum ramis in praetereuntia desiliunt, atque e volucrum sede
8. grassantur; cf. 5, 14. Thren. 3, 10. al. — *Incido in eos ut ursus orbatus catulis*, *et disrumpo clausuram cordis*, praecordium *eorum*, *et devoro eos ibi*, in via (vs. 7.), *ut leo; bestia agri dilacerat eos.* „Ajunt, qui de bestiarum scripsere naturis, inter omnes feras nihil esse ursa saevius, quum perdiderit catulos vel
9. indiguerit cibis.“ Hieron. — *Perdit*, pessumdat *te*, *Israel*, id *quod es contra me*, *auxilium tuum*, hoc te pessumdat, perniciem tibi affert, quod contra me facis, tuum patronum, salutis tuae deum.
10. — *Ubi tandem rex tuus? servet te in omnibus urbibus tuis* (cf. 8, 14.)! *et judices*, magistratus *tui? de quibus dixisti* (1 Sam. 8.): *da mihi regem et principes!* Ubi nunc sunt reges et principes tui, quos, quum me rege ac principe tuo contentus et felix esse potuisses, tam importune quondam a me postulasti, somnians eos te servaturos? Servent te jam in urbibus quas exstruxisti munitis! cf. prooemium. אֱהִי non esse posse 1. Fut. apoc. הָיָה verbi sole clarius est. Nexus ut idem sit quod אֵי, אַיֵּה *ubi?* postulat, quod ipsum expresserunt veteres quoque. Rosenmüllerus „est, ait, אֵי per He in medio auctum et magis adspiratum.“ Hesselbergus transpositis literis scriptum putat pro אַיֵּה, ut עַלְוָה 10, 9. pro עַוְלָה. Alii, ut Gesenius, mendum esse suspicantur, quod fluxerit ex vs. 7. 14., ut reponendum sit אַיֵּה. Quum אֵי propr. sit negatio cum interrogatione pronuntiata (vid. liber qui *Cursus* inscribitur), suspicari aliquis possit, compositum et decurtatum esse אֱהִי ex אֵי et הִיא, هو neutraliter accepto; cf.
11. אֵי זֶה al. Dubito tamen et ego, an sanum sit אֱהִי. — *Do tibi regem in ira mea*, *et aufero* eundem *in furore meo.* Quorum verborum sensus hic esse possit: iratus delictis vestris sino vos per seditiones ac caedes mutare reges pro lubitu. Nescio tamen,

an accommodatior ad ea, quae proxime praecesserunt, hic sit
sensus: iratus concedo tibi regem i. e. regiam dignitatem, eandemque iratus tibi aufero, id est, iratus olim tibi dedi et nunc
iterum auferam regiam tuam dignitatem; cf. 10, 15. Quem sensum Rittershusius quoque expressit his verbis: *Iratusque velut
dederam tibi regia sceptra, Iratus rursus adimam tibi regia
sceptra, Et reges abolebo tuos proceresque superbos.* — *Colli-* 12.
gata est culpa Ephraimi, reconditum peccatum ejus. Colligantur
autem et reconduntur ea, quae asservantur. Itaque asservata a se,
i. e. nequaquam condonata sed suo tempore punienda dicit delicta
Ephraimitarum; cf. Job. 14, 17. — *Dolores parturientis venient* 13.
ei, invadent eum, i. e. maxima calamitate, gravissimis malis affligetur; *est ille filius non sapiens*, insipiens, stultus, *nam* vel *quod
tempore opportuno non stat in ore uteri*, i. e. quod, cum possit
erumpere ex utero, non erumpit, id est, quod, cum possit eximere
se ex angustiis et calamitatibus (redeundo ad virtutem), non
eximit sese. Verba כִּי עֵת לֹא יַעֲמֹד בְּמִשְׁבַּר בָּנִים Rosenmüllerus:
„*nam* alioqui *per tempus aliquod non staret in matrice*, quasi
fetus sibi non consulens, neque ex utero erumpens. Allegoria
significat, Ephraimum non sapere, quod tam diu differat poenitentiam agere, ac sic semet eximere e calamitatibus et angustiis:
in iis enim qui versatur, comparatur cum fetu, qui diutius in
ore matricis haeret.“ Sic jam Rittershusius quoque: *Nam tanto
non haereret matricis in ore Tempore* cet. Sic hodieque Gesenius et Winerus, עֵת hic *aliquod tempus*, *tempus longius* volentes significare, sic de Wette et alii. Quae interpretatio quamquam fere eundem quem subesse nos persuasum habemus sensum
praebet, tamen aeque falsa est atque illa, quam nuper secutus est
Hesselbergus: *quod tempus suum non stetit in matrice*, quasi
cum abortu comparetur Ephraim. עֵת hic ut alias esse *tempus
opportunum*, hoc est illud, quo parturienti ad pariendum vires
suppetunt, faciendamque omnino eam quam supra nos fecimus sententiam facillimam aptissimamque, clarissime perlucet ex locutione
proverbiali quae 2 Reg. 19, 3. Jes. 37, 3. legitur בָּאוּ בָנִים עַד
מַשְׁבֵּר וְכֹחַ אַיִן לְלֵדָה *venerunt liberi usque ad os uteri, sed
nullae ad pariendum vires suppetunt.* — *E manu*, potestate *orci* 14.
*liberabo eos, a morte redimam eos; ero pestis tua, mors! ero
lues tua, orce!* nullum erit tam forte vinculum, quo eos non
solvam, nullum tam magnum malum, quo eos non liberem; *poeni-*

tentia occulta est ab oculis meis, i. e. sed nullam video poenitentiam in iis, vel, quod, cum adversativa particula desit, praeferendum videtur: poenitentiam ignoro, sententiam non mutabo, praestabo hoc meum promissum, siquidem animo poenitentia commoto redeant ad virtutem; cf. 14, 2 sqq. אֱהִי LXX et Syr. reddiderunt *ποῦ*, coll. vs. 10. Quos, cum dubiae originis et auctoritatis sit quod vs. 10. habetur אֱהִי, contra 1. Fut. apoc. הָיָה verbi hic optime conveniat, utpote significans *volo*, *vellem esse*, sequi non debebat Hesselbergus. Similiter ut hoc loco דָּבָר et קֶטֶב *pestis* et *lues* juncta sunt Ps. 91, 6. LXX pro דְּבָרֶיךָ *ἡ δίκη σου* posuerunt, et pro קָטָבְךָ *τὸ κέντρον σου*. דְּבָרֶיךָ illi retulerunt ad דָּבָר, in קֶטֶב vero *aculei* significatum facile derivarunt a קָטַב, قَطَبَ, *secandi* verbo, coll. قُطْبَة *sagitta* qua scopus petitur. Ad verba ultima Rosenmüllerus: „decrevit autem deus perdere populum Israeliticum, quod inde a versu 3. variis declaravit imaginibus. Non est igitur, inquit, quod speretis, temporis successu me posse mitescere; hoc mihi enim manebit fixum, vos in nihilum redigere, quia estis desperati.“ Quod falsum. Nam quod negat Jova, sententiam suam se mutaturum esse, hoc non potest referri nisi ad promissum proxime praegressum, velle se ab ipso orco, si opus fuerit, redimere Israelitas. Non obstat, quod statim subjiciuntur minae. Promissum enim ea tantum conditione datum, ut mores emendent Ephraimitae. Quam conditionem cum sciat Jova illos omissuros esse, statim redit ad minas.
15. — *Laete ille quidem inter fratres floret: veniet* tamen *ventus orientalis*, vehementissimus ille, plantisque et segetibus maxime perniciosus, *ventus Jovae* (ut idem dicitur etiam Jes. 40, 7.) *e deserto ascendet*, *et exarescet scaturigo ejus*, Ephraimi, *et exsiccabitur fons ejus*, i. e. viget prae ceteris tribubus Ephraimitarum civitas, sed irrumpet hostis, et omnis vigor ejus civitatis finem habebit; *is*, hostis, *diripiet thesaurum omnium vasorum pretiosorum*, quidquid habent divitiarum. In יַפְרִיא alludit ad אֶפְרַיִם nomen. Hesselbergus: *ille enim inter fratres est instar onagri*, id est, ferociter agit, cf. Gen. 16, 12., ita ut הִפְרִיא sit denom. a פֶּרֶא, non male. בּוֹשׁ idem quod alias יָבֵשׁ, id quod postulat parallelismus. Inde a verbis הוּא יְשַׁסֶּה transitur ab oratione figurata ad propriam. — CAP. XIV. *Culpae poenas dabit*
1. *Samaria, nam repugnavit deo suo; gladio cadent* cives Samariae,

liberi eorum rupi *allidentur*, cf. 10, 14., *et gravidae ejus*, populi *diffindentur*, ex more illius temporis bellico, 2 Reg. 8, 12. 15, 16. Am. 1, 13. יְבֻקָּעוּ Verbum licet postpositum Nomini suo feminino tamen in genere masculino est positum, qui negligentior scribendi modus rarior est. — *Revertere, Israel, ad Jovam, deum tuum!* 2.
nam corruis, peris *delicto tuo;* cf. 5, 5. — *Sumite vobiscum* 3.
verba, verba loco sacrificiorum intellige eaque talia, quibus animum poenitentia commotum et meliora in posterum proposita significent, qualia verba mox sequuntur, *et revertimini ad Jovam! Dicite ad eum: „omne condona delictum, et accipe benigne*, in bonam partem, *ut persolvamus*, offeramus tanquam *juvencos*, pro juvencis, sacrificiis *labia nostra* i. e. verba significantia poenitentiam et saniora consilia, preces, gratiarum actiones. טוֹב Adv. קַח־טוֹב וּנְשַׁלְּמָה propr. *accipe benigne et persolvemus.* — *As-* 4.
syrius non servabit nos, equis non vehemur; non dicemus amplius deum nostrum, habebimus pro deo nostro *opus manuum nostrarum, siquidem apud te misericordiam consequitur orphanus,"* i. e. non amplius ab Assyriis salutem exspectabimus, neque ultra spem repositam habebimus in equitatu; nolumus in posterum putare deum, quod nostrae fecere manus, siquidem tu solus es verus miserorum patronus. Verba *equis non vehemur* Hieronymus et multi recentiorum interpretum de *Aegyptiorum* in societatem belli assumtorum equitatu intellecta volunt, recte, opinor. Hoc enim postulare videtur et parallelismus, cf. 7, 11. 12, 2. item 9, 3. 11, 5. 11., et res ipsa, cf. not. ad 10, 13. — Nec 5.
frustra hujusmodi precibus adibitis Jovam. Is enim revertentibus ad ipsum non solum delicta concedere, verum etiam amplissima quaeque beneficia tribuere paratus est, vs. 5—9. Falluntur Hesselbergus et alii, quae hic leguntur promitti putantes redituris olim de exsilio Ephraimitis. Promittuntur potius, ut evitetur exsilium, declinetur ruina civitatis. „„*Sanabo*, inquit deus, *defectionem eorum*, i. e. vulnera quae inflixerunt, mala quae sibi contraxerunt defectione sua, *amabo eos lubenti animo; nam redit ira mea ab eo*, populo meo, desinam enim irasci ad me reversis.
— *Ero sicut ros*, qui, ubi pluviae rariores, copiosius cadens, 6.
pluviae instar fecundat agros, cf. 6, 3., *Israeli, floreat sicut lilium*, pulcherrime et copiosissime, lilio enim nihil fecundius esse, ait Plinius, una radice quinquagenos saepe emittente bulbos, H. N. 21, 5., *et agat radices suas sicut Libanus*, „i. e. sicut

arbores Libani, quae quantum in auras consurgunt vertice, tantum radicem in ima demergunt, ut nulla tempestate quatiantur, sed stabili mole consistant.“ Hieron. Videtur sane, quum in antecedentibus pariter atque in sequentibus similitudo sumta sit a plantis et arboribus, per metonymiam Libanus pro Libani arboribus dictus esse. Alii tamen de ipsius Libani radicibus cogitant in hunc sensum: et Libani instar immotus stabit; cf. Ps. 125, 1. al. הִכָּה שָׁרָשִׁים *incutere*, immittere in terram *radices*; cf. apud
7. nostrates *Wurzeln schlagen*, et graec. ῥιζοβολεῖν. — *Progrediantur*, crescendo pergant, distendant ac diffundant se *surculi ejus*, *sitque oleae instar decus ejus*, aeternum decus retineat oleae, quae nunquam amittit suum virorem, *et odor ei sit Libani instar*, cujus gratissimus est odor cum ex herbis et arboribus fragrantibus, quales cedri, tum ex floribus arborum et herbarum, cf. Cant.
8. 4, 11. — *Redibunt qui habitent in umbra ejus*, Israelis, i. e. qui terra Israelitica calamitatibus pressa excesserunt, in illam revertentur denuo habitaturi in ea tuto et secure, *vivificabunt*, producent *frumentum*, agris denuo cultis et semine sparso, *et florebunt sicut vitis*, *nomen ejus*, Israelis, erit *instar vini Libani*, laudatissima erit illius fama, ut vini Libanitici. יָשֻׁבוּ יֹשְׁבֵי בְצִלּוֹ *redibunt habitantes* i. e. habitaturi, qui habitent *in umbra ejus*. Alius: *redibunt qui habitaverant* cet. Qua utraque interpretatione fortasse praestat haec: *restituentur* (cf. 1 Sam. 7, 14. Ezech. 35, 9. Keri, coll. ibid. 16, 55.) *habitantes* cet. i. e. iterum erunt qui habitent. Rosenmüllerus, „nos haud dubitamus, inquit, iis inter Hebraeos interpretibus adstipulari, qui יָשֻׁבוּ *redibunt* scil. *ad se* exponunt, id est, refocillabuntur, recreabunt se,“ coll. locutione שָׁבָה נֶפֶשׁ פ'. Quae interpretatio, quum שׁוּב absolute positum eo significatu nusquam alias gaudeat, rejicienda est. Pro eo quod nos verba יְחַיּוּ דָגָן explicuimus sic: *vivificabunt*, producent, *frumentum*, Rosenmüllerus, de Wette, Hesselbergus et alii sic illa reddunt: *vivificabunt*, producent scil. semen instar *frumenti*, id est, ut Rosenmülleri utar verbis, „prole numerosa gaudebunt, augescent tanta copia, quanta frumentum provenit, dum ex uno grano multa solent provenire,“ cogitando supplentes ad יְחַיּוּ nomen זֶרַע coll. Gen. 7, 3. 19, 32. 34., ad דָּגָן vero comparandi particulam, cf. supra 6, 5. ibique not. Quae interpretatio audacior est. — *Ephraim, quid mihi amplius ad idola* se convertat?
9. Ephraim non amplius ad idola se convertet, nullum jam commer-

cium habebit cum idolis: *ego exaudiam et circumspiciam*, respiciam, curabo *eum; ego ut cupressus viridis* ero ei, ego eum protegam, *a me fructus tuus acquiretur*, a me tibi venient omnia necessaria. Verba אֶפְרַיִם מַה־לִּי עוֹד לָעֲצַבִּים nonnulli, ut Rosenmüllerus, secuti Chaldaeum et Syrum: *Ephraim* dicet: *quid mihi amplius negotii est cum idolis?* valeant! nihil mihi cum illis rei amplius est. Cui interpretationi obstat quod statim sequitur אֲנִי ad Jovam referendum. Accedit, quod durior est ista ellipsis. Alii: *o Ephraim, quid mihi amplius negotii cum idolis?* noli mihi deos commenticios adjungere amplius! Quae ratio ferri potest. Aptior tamen ea, quam nos secuti sumus. Nam commercium cum idolis habere convenientius dicitur populus quam deus. לִי πλεονάζει, ut saepius alias. Paulo aliter atque nos de Wette verba reddidit. Sic ille: *Ephraim quid mihi amplius negotii habebit cum idolis?* Ita tamen desideratur aut לוֹ, aut לְאֶפְרַיִם scriptum pro אֶפְרַיִם. אֲנִי cum accentu est efferendum. שׁוּר *circumspicere*, *curare*, ut Job. 24, 15. 35, 13. al. — Con- 10.
clusio. *Quis est sapiens? intelligat ista! prudens? cognoscat ea!* i. e. quicunque sapit, intelligat cet. quae prodidi monita! *Nam rectae sunt viae Jovae, et justi incedunt in iis, et peccatores corruunt in iis*, i. e. nam recta sunt praecepta quibus quae hominibus agenda sunt praescribit Jova; probi observant illa et felicitate florent, improbi vero pereunt illa negligentes. Complendum paenultimum membrum ex ultimo, ultimum ex paenultimo.

J O E L.

1. CAP. I, 1. Inscriptio. *Verbum Jovae, quod factum est*, delatum est, pervenit *ad Joelem, filium Pethuëlis*. Genere Judaeum fuisse Joelem, indicare videntur loci 1, 14. 2, 1. 15. 3, 5. 4, 1. 2. 6. 16 sq. 20 sq. Difficilius dictu est, qua vixerit aetate. Quod inter hostes Judaeorum nec Syri neque Assyrii, sed soli Phoenices et Philisthaei 4, 4., Aegyptii et Idumaei 4, 19. commemorantur, ex eo non potest tuto colligi, floruisse vatem regnante Usia, vel, ut aliis placuit, Joaso. Nam quum verbis quae 4, 4. habentur מָה־אַתֶּם לִי praemissum sit וְגַם, videntur, quo tempore illa scripta sunt, praeter hostes l. l. et vs. 19. ejusdem capitis nominatos hostes Judaeorum fuisse alii, iique illis potentiores ac perniciosiores. Jam, quum quae 4, 1—3. leguntur in nullam magis quam in Jojachini aetatem conveniant, facile aliquis inducatur, ut credat, vatem exstitisse Joelem, quo tempore res Hebraeorum ad finem vergebant. Potest tamen illud גַּם etiam alio spectare, atque ita tutius erit Joelem putare aequalem fuisse Amosi. Quae quatuor hisce capitibus continentur quamquam unam continuam orationem efficere videntur, commode tamen in *quatuor* partes dividi possunt, quarum *prima* 1, 2—20. tristissimam terrae locustarum peste et siccitate divinitus immissa vastatae faciem coloribus vividissimis depingit, *secunda* 2, 1—11. ipsum describit perniciosum locustarum innumerabilium agmen, imaginibus ab exercitu hostili sumtis, *tertia* 2, 12—27. hortatur cives, ut animo poenitentia commoto preces ad deum fundant, spem faciens fore, ut cesset calamitas et placatum numen nova felicitate et omnium rerum affluentia pristina mala compenset, *quarta* 3, 1—4, 26. fore aliquando auream aetatem promittit, qua eximia rerum divinarum imbuti omnes singuli Jovae cultores deletis omnibus, a quibus vexati sint, hostibus Jovae Optimi Maximi sub tutela in terra patria summa tranquillitate et securitate ac perpetua felicitate fruituri sint. Quae primo et secundo capite continetur locustarum calamitas,

ejus Crednerus hanc fuisse rationem putat. Exeunte aestate locustas in Judaeam ingruisse perlucere judicat ex loco 2, 20. Ibi enim advenisse locustas cum vento aquilone dici; aquilonem vero illis in regionibus flare ab exeunte Junio ad finem usque Septembris. Convenire in illud anni tempus, quod mustum ac poma a locustis vastata dicantur, 1, 5. 7. al. Sed vastatas dici segetes quoque, 1, 10 sq. al. Itaque novam locustarum pestem incidisse in aestatem ineuntem anni sequentis, eamque alteram pestem, quum locustae non vivant in annum sequentem, ortam esse ex fetu relicto a locustis anni superioris (cf. Plin. H. N. 11, 29: „locustarum ova durant hyeme sub terra; subsequente autem exitu veris emittunt parvas"), mirifice aucto orta siccitate, 1, 12. 17. 19 sq. et descriptam a vate cap. 2. usque ad vs. 11., quippe in quo non volare, sed repere, currere, subsilire, scandere dicantur locustae, utpote recens natae, needum satis compotes alarum. Sic si res se habeat demum intelligi, cur vates 2, 25. utatur Plurali שָׁנִים. Ceterum prius locustarum agmen periisse in mari mortuo, posterius anno sequenti in mari medio, 2, 20., tum vero segetes, vites et arbores pluvia a deo demissa fecundatas novos illo ipso anno tulisse fructus, 2, 19 sqq. In quibus nonnulla sunt veri haud similia, alia aperte falsa. Ac primum quidem quod 2, 20. habetur הַצְּפוֹנִי *septentrionalem* significare, intelligendumque esse de agmine locustarum e septentrionali plaga irruente, veniente cum aquilone, nequaquam ita certum mihi videtur, ut nullus dubitationi locus relinquatur; vid. ad eum locum not. Sed fac, ita esse, venisse aquilone allatas locustas: nullus tam constans ventus est, qui non subinde mutetur in alium. Qui ante aquilonem flat eurus est. Eurus quidni aliquando se mutet in aquilonem, quemadmodum aquilonem constat saepissime abire in eurum aliosque ventos per omnes coeli plagas? Ros. Arch. II, 1. p. 232. Videtur itaque jam media fere aestate cum aquilone irrumpere potuisse unum locustarum agmen. Sed quid mihi cum borea negotii est, ubi nullus est boreas? Si *septentrionalis* est הַצְּפוֹנִי referendumque ad locustas, nihil profecto aliud significatur quam agmen locustarum *a septentrionibus veniens*, non agmen *aquilone vento allatum!* Saepissime quidem locustae afferuntur et auferuntur vento, quia vento non possunt resistere. Sed quando segnities est ventorum, ad suam libidinem volant, suis utentes alis. Corruit igitur primum Credneri argumentum, nec quicquam

obstat, quin uno eodemque anno duas fuisse locustarum e septentrionali plaga venientium in Judaeam irruptiones statuas, unam aestate ineunte, alteram exeunte aestate, utramque aut locustarum allatarum e terris vicinis aut domesticarum, vel si magis placet, unam domesticarum, alteram alienigenarum. Narrant qui istas regiones peragrarunt, apparere, si tempestas faveat, quovis anni tempore locustas. Favet autem tum maxime tempestas, cum ver siccum exstitit. Nam „sicco vere major proventus" Plin. H. N. 11, 29.; „siccitate gaudent locustae" Tertullian. de anima 32. Fuerat autem istius anni ver maxime siccum, 1, 12. 17. 19. 20. Quid? quod Plin. l. l. „alii, ait, duplicem earum fetum, geminum exitium tradunt: vergiliarum exortu parere, deinde ad canis ortum obire, et alias renasci; quidam, arcturi occasu renasci." Sed ne opus est quidem, ut aliam locustarum pestem appropinquante tempore messis, aliam vindemiae tempore fuisse credas. Ineunte vel media aestate si irruerunt locustae, periit una cum spe agricolae spes vinitoris, nisi forte quae fruges consumunt locustas palmites intactos relinquere sumas, aut uvis opus esse credas, ut perdant vindemiam locustae! Deinde infirmissimum ac plane nullius pretii argumentum est, quod ex 2, 7 sqq. duxit vir doctissimus. Nam quod ibi repere, currere, subsilire, scandere dicuntur locustae, eo nullo modo efficitur, cogitandum esse de locustis recens natis necdum satis alatis. Repunt enim, currunt, saliunt, scandunt alatae quoque, simulatque ex aëre descendunt ad vorandum. Nihil clarius, certius nihil, quam primo capite calamitatem inflictam a locustis, secundo ipsum adventantium locustarum agmen voluisse depingere vatem. Tum falsissimum est, quod quae 2, 19 sqq. habentur, ad tempus praeteritum refert Crednerus, quasi ibi narrentur facta. Pura puta promissa illo loco contineri, docet grammatica (vid. ibi not.), docet quod, si res gestas ibi narraret vates: scripsisset orationes suas, quum pestis locustarum cessasset, quod duabus ex causis ferri nequit. Obstat enim totius descriptionis natura atque indoles, quae talis est, ut scriptorem omnia *coram spectare*, *inter mediam calamitatem versari* intelligas; obstat quod semel atque iterum cives hortatur, ut animo poenitentia commoto Jovam placare studeant, iisque spem facit, fore, ut cesset calamitas, 1, 14 sqq. 2, 12 sqq. Denique quod 2, 25. legitur שָׁנִים ut per duos aut plures continuos annos locustas in Judaeam ingruisse statuas te non cogit. Commode enim

vates praeter praesentem omnes singulas quae diversis superioris temporis annis fuerant locustarum calamitates ibi respicere putatur. Equidem, ut paucis comprehendam sententiam meam, quum 2, 20. de uno tantum agmine sermo sit, quum 1, 4. (ubi cf. not.) variae numerentur species locustarum, quarum una absumserit relicta ab altera, quum 1, 5 sqq. in describenda a locustis inflicta calamitate ita versetur vates, ut vastatas segetes, vites, arbores simul queratur, modo has modo illas commemorans: puto certo quodam anno locustarum immensae magnitudinis agmen aliis post alias accedentibus turmis in Judaeam irruisse ineunte vel media aestate. Ceterum proprie intelligenda esse, quae de locustis hic legimus, sententia est recentiorum interpretum longe plerorumque, eaque vera haud dubie. Plano suo ac simplici sensu accipienda esse videbit, quicunque sola quae 2, 4—9. habentur sex commata legerit ab opinione praejudicata liber. Veterum plerique improprie acceperunt de hostibus, aliis post alios irrumpentibus in Judaeam. Eorum vero alii, ut Ephraim Syrus (350.), quatuor quae 1, 4. memorantur locustis significari putarunt Tiglatpileserem, Salmanassarem, Sanheribum, Nebucadnezarem; alii, ut Judaei, qui eadem cum Hieronymo aetate (400) vixerunt, primam locustam esse voluerunt Assyrios cum Chaldaeis, secundam Medos et Persas, tertiam Alexandrum M. cum successoribus, quartam Romanos. Sic enim Hieron. ad 1, 4: „Erucam, quae hebraice gezem, graece dicitur κάμπη, Hebraei Assyrios interpretantur, Babylonios atque Chaldaeos, qui de uno orbis climate procedentes, tam decem tribuum quam duarum, hoc est Israelitici populi cuncta vastarunt. Locustam autem Medos interpretantur et Persas, qui subverso imperio Chaldaeorum Judaeos habuere captivos. Bruchum Macedonas et omnes Alexandri successores, maximeque regem Antiochum cognomento Epiphanem, qui instar bruchi sedit in Judaea, et omnes priorum regum reliquias devoravit, sub quo Machabaeorum bella narrantur. Rubiginem referunt ad imperium Romanorum, qui quarti et ultimi in tantum oppressere Judaeos, ut de suis finibus eos pellerent.“ Fuisse tamen etiam inter eosdem illos Judaeos, qui verba vatis non dubitarent proprie intelligere, haec ostendunt Hieronymi verba ad 1, 6: „Judaei putant, in diebus Joel tam innumerabilem locustarum super Judaeam venisse multitudinem, ut cuncta complerent, et non dicam fruges, sed ne vinearum quidem et arborum cortices ramosque dimitterent, ita ut

omni virore consumto arentes arborum rami et sicca vinearum flagella remanerent." Ipse Hieronymus inter utramque sententiam fluctuat, sed ita, ut magis inclinet ad priorem. Is enim „hoc (quod Judaei modo nominati volunt), inquit, utrum factum nec ne sit, liquido affirmare non possumus; neque enim regum et paralipomenon narrat historia. Quod utique si fuisset, quomodo famem sub Elia trium annorum et sex mensium legimus, nunquam scriptura tacuisset. Tantum dicimus, quod sub metaphora locustarum hostium describatur adventus. . . Ni fallor, videor mihi in hoc propheta aliquid reperisse. Narratur impietas hostium sub figura locustarum; et rursum sic de ipsis locustis dicitur, quasi hostibus comparentur, ut, quum locustas legeris, hostes cogites, quum hostes cogitaveris, redeas ad locustas." Nostra aetate allegoricam interpretationem suam fecerunt Steudel, qui: „si prophetae oracula inter se cohaerere sumserimus, vix, ut taceam alia argumenta (quaenam?), locustarum sese excipientium exercitus cap. 1. 2. (sed unus tantum exercitus est, vid. sup.) de quoquam alio quam de diversorum sibi subsequentium hostium copiis intelligemus, ex quibus unus, ut tum temporis quam maxime timendus, *borealis* iste, scil. rex Assyriae (sed vid. ad 2, 20.) nominatim refertur," et post Steudelum nuper Hesselbergus, qui eodem illo argumento usus est.

CAP. I, 2—20. Tristissima terrae locustarum continuis turmis et siccitate vastatae facies. Num quidpiam praesenti calamitati simile aut ipsi qui nunc vivant aut majores illorum viderint? Desolata jacere omnia; vastatam esse vitem, aridam ficum, emortuam oleam, palmam, emortuas omnes arbores campi; periisse frumentum, vacua esse horrea; deesse ipsa quae Jovae debeantur ferta et libamina, evanuisse omnem de templo laetitiam; lugere sacerdotes, lugere cives, anxie suspirare animalia. Admonetur populus, ut publicas in templo preces faciat ad placandum numen.

2. — Vs. 2. 3: exordium. „Arte rhetorica ex rerum magnitudine attentum auditorem facit." Hieron. *Audite hoc, senes, et auscultate, omnes incolae terrae! Num factum est hoc diebus vestris, an diebus patrum vestrorum*, num tale quid vestro an majorum vestrorum tempore factum est? *Senes* excitat, quia aetatis bene-
3. ficio plura viderant atque audiverant. — *De eo filiis vestris narrate, et filii vestri filiis suis, et filii eorum aetati sequenti!* cf. Exod. 10, 2. al. et illud Virgilianum Aen. 3, 98: et nati na-

torum et qui nascentur ab illis. סַפֵּר עַל *narrare super*, *de*, ut דַּבֵּר עַל *loqui de*, al. Pronomen suff. femininum neutraliter accipiendum, ut זֹאת vs. 2. ad quod refertur. — Sequitur jam nar- 4.
ratio ipsa, ad vivum facta et elegans. *Quod reliquit sector, vorat gregarius; et quod reliquit gregarius, vorat linctor; et quod reliquit linctor, vorat exesor.* Quatuer nominibus גָּזָם, אַרְבֶּה, יֶלֶק, חָסִיל totidem diversas *locustarum species* significari, sententia est interpretum plerorumque, et ea quidem perquam verisimilis. Firmatur enim loco Lev. 11, 22., male intellecto a Rosenmüllero ad haec verba. Ibi enim quatuor quae memorantur locustarum nominum אַרְבֶּה, סָלְעָם, חַרְגֹּל, חָגָב unumquodque appositum habet לְמִינֵהוּ *secundum speciem suam*, ut intelligas, quatuor locustarum *species* numerari. Quare quum hoc quem tractamus loco אַרְבֶּה et tria alia locustarum nomina eadem ratione composita sint, qua illo in loco sunt אַרְבֶּה et סָלְעָם cet., plus quam probabile videtur, significare hic quoque אַרְבֶּה certam locustarum *speciem*, et quae praeter illud afferuntur tria nomina tres alias *species;* cf. Marcellus Virgilius in Dioscor. lib. 2. (apud Bochart. p. 446.): „variavit admirabili artificio locustas natura. . . Sunt, quae simplicibus, quae pluribus alis volent, quae alis carentes saltent, quae utroque hoc motu privatae ingrediantur tantum.“ Videntur autem quatuor illae locustarum species referendae esse ad *varias* quas locustae statis temporibus, papilionum instar, induunt *formas*. Vere enim ex ovis erumpunt bruchi, formam quidem habentes locustae, sed nondum alati. Plin. H. N. 11, 29: „exitu veris emittunt parvas, nigrantes, et sine cruribus pennisque reptantes.“ Postea quater cutem exuunt locustae. Post tertias exuvias alatae quidem fiunt, sed sunt alae obductae involucro, ut fortius exsilire, alare vero nondum possint, quae locustae latinis dicuntur attelabi. Hieron. ad Nah. 3, 15: „attelabus, quem significantius commessorem interpretatus est Aquila, parva locusta est inter locustam et bruchum, et modicis pennis reptans potius quam volans, semperque subsiliens, et ob hanc causam, ubicunque orta fuerit, usque ad pulverem cuncta consumit, quia, donec crescant pennae, abire non potest.“ Id. ibid. ad vs. 17: „attelabus saltem modicas assumit alas, et quum in altum volare non possit, tamen de terra exsilire nititur“ cet. Tandem abjecto involucro libere utuntur alis. Has igitur *formas* respicere putamus quatuor illa nomina, ita quidem, ut גָּזָם significet *bru-*

phum, אַרְבֶּה *locustam inter primas exuvias*, יֶלֶק *attelabum*, חָסִיל *locustam perfectam*. Ita autem ut statuamus, non etyma nos movent nominum, ex iis enim nihil certi colliges, quum אַרְבֶּה propr. insectum *gregarium* significet a רָבָה, גָּזָם ins. *resecans* a גָּזַם *resecare*, יֶלֶק ins. *lambens* a יָלַק *lambere*, חָסִיל ins. *depascens* a חָסַל *depascere*; sed in causa sunt haec. Ac primum quidem si variae locustarum species habentur ista nomina, maxime convenit, quod quae reliquerit sector vorare dicitur gregarius et sic porro. Deinde observa, גָּזָם, quae inter locustas primum locum occupat, in Targ. reddi זַחֲלָא locustam *repentem* et *impennem*. Denique, quod gravissimum est, de יֶלֶק, quem putamus attelabum, Nah. 3, 16. habentur haec: יֶלֶק פָּשַׁט וַיָּעֹף *linctor exuit* vestem, alarum involucrum puta, *et avolat*. Leve est, quod infra 2, 25. quatuor haec nomina alio ordine recensentur. Ibi enim nulla jam causa est, cur naturae ordinem observet vates. Alii אַרְבֶּה commune locustarum nomen esse volunt et quae praeter hoc nominantur גָּזָם, יֶלֶק, חָסִיל et ipsa pura puta appellativa, poetice posita pro אַרְבֶּה, quam opinionem ut rejiciamus facit locus supra laudatus Lev. 11, 22. De incredibili locustarum voracitate Ludolf. Hist. Aeth. 1, 13. 16: „non herbae, non frutices, non arbores intactae manent; quidquid herbidum aut frondosum arroditur, quasi igne tostum esset. Etiam cortices arborum dentibus mandunt." Gregorio Bar-Hebraeo si fides (Chron. Syr. p. 134.), non solum gramina et arbores abraserunt, verum etiam pannos laneos et vestimenta hominum consumserunt. Orosius 5, 11: „cum per totam Africam immensae locustarum multitudines coaluissent, et non modo jam cunctam spem frugum abrasissent, herbasque omnes cum parte radicum, et folia arborum cum teneritudine ramorum consumsissent, verum etiam amaros cortices atque arida ligna perrosissent.." Plin. H. N. 11, 29: „omnia vero morsu erodentes, et fores quoque tectorum." Plura alia
5. quae huc spectant videbimus deinceps. — *Expergiscimini, ebrii, et flete! et ejulate, omnes potores vini, de musto, quod ablatum est ori vestro!* עָסִיס propr. succus calcando, עָסַס, expressus. Differunt inter se עָסִיס, תִּירוֹשׁ et שֵׁכָר ita, ut עָסִיס sit mustum dulce, cf. Cant. 8, 2. ubi inter delicias feminarum habetur, ex uvis, Joel. h. l., aut aliis fructibus, velut ex malis granatis, Cant. l. l., expressum; תִּירוֹשׁ mustum expressum ex solis uvis; שֵׁכָר omnis potus inebrians, de quo Hieron. ep. ad Neopotianum 2:

„sicera hebraeo sermone omnis potio, quae inebriare potest, sive illa, quae frumento conficitur, sive pomorum succo, aut cum favi decoquuntur in dulcem et barbaram potionem, aut palmarum fructus exprimuntur in liquorem, coctisque frugibus aqua pinguior colatur," atque ad Jes. 28, 5: „siceram autem omnem potionem, quae inebriare potest . . . sive illa frumento, sive millio pomorumque succo et alio quolibet genere conficiatur." Vitibus locustas maxime perniciosas esse, tradiderunt omnes qui locustarum pestes
viderunt. — *Nam populus ascendit in terram*, patriam *meam*, 6.
validus et sine numero, innumerabilis; *dentes ejus dentes leonis, et mordices leonis* sunt *illi*. גוֹי locustarum puta; cf. Prov. 30, 25: *populus* (עַם) *formicarum*, ibid. vs. 26: *populus murium jaculorum*, Hom. Il. 2, 87. 458. 469. Od. 14, 73: ἔθνεα χηνῶν, γεράνων, μυιάων, μελισσάων, χοίρων, Colum. 9, 13: *apium populi*, Virg. Georg. 4, 430: *equorum gentes*, et arab. أمّة *gens* de quorumcunque animalium multitudine dictum. Quum גוֹי saepe adjunctam habeat notionem hostium et barbarorum, Crednerus ea voce hic, praeter *multitudinem*, *hostilem* locustarum animum indicari putat. Infra tamen, 2, 2., de iisdem eodem nexu עַם voce utitur vates, dicens eas עַם רַב וְעָצוּם. Suffixum in אַרְצִי ad vatem, non, ut perperam nonnulli existimarunt, ad Jovam, referendum esse, docet orationis nexus. Est autem אַרְצִי *terra mea* i. q. *terra* mea *patria*, nam quam nos *patriam*, *urbem patriam* cet. dicimus, Hebraei dicunt *terram*, *urbem*, *populum alicujus*, cf. Gen. 12, 1. 24, 4. 30, 25. Jes. 8, 8. Jon. 1, 8. Ad verba עָצוּם וְאֵין מִסְפָּר cf. Hieron. ad hunc locum: „quid enim locustis innumerabilius et fortius, quibus humana industria resistere non potest?" August. de civ. dei 3, 31: „locustarum etiam in Africa multitudinem prodigii similem fuisse." Orosius 5, 11: „immensae locustarum multitudines." Plin. H. N. 11, 29: „solem obumbrant sollicis suspectantibus populis, ne suas operiant terras . . . immenso tractus permeant diraque messibus contegunt nube." Cf. praeterea Jud. 6, 5: venerunt hostes *ut locustae multitudine*, ibid. 7, 12. Jer. 46, 23: *numerosiores sunt locustis*. שִׁנָּיו שִׁנֵּי אַרְיֵה *dentes ejus dentes leonis* cet. i. e. durissimi, validissimi, acutissimi. Neque enim quandam inter maxillas locustarum atque leonum maxillas similitudinem, quae nulla est, vates respicere, sed nonnisi maxime validos atque acutos locustarum dentes depingere

putandus est. Dentes vero eosque validissimos tribuit locustis, non quasi habeant, habent enim nullos, sed quia, quod ab illis demorsum est, *denticulatum* est in serrae modum, et quod morsu suo *nihil non* erodunt, cf. Plin. verba allata ad vs. 4. Attamen vetus quidam scriptor in annal. Fuld. ad an. 873. (Pertz. monum. 1, 1. p. 386.) dentes locustis serio tribuit, externa fortasse specie deceptus. Is enim „tempore, inquit, novarum frugum novi generis plaga et prima in gente Francorum visa, Germanicum populum non mediocriter afflixit. Nam vermes, quasi locustae, quatuor pennis volantes et sex pedes habentes, ab oriente venerunt, et universam superficiem terrae instar nivis operuerunt, cuncta, quae in agris et in pratis erant, viridia devastantes. Erant autem ore lato et extenso intestino, duosque habebant dentes lapide duriores, quibus tenacissimos arborum cortices corrodere valebant, . . . tantaeque erant multitudinis, ut una hora diei centum jugera fru-
7. gum prope urbem Moguntiam consumerent." — *Vastat vitem meam, et ficum meam*, ejus ramos et frondes *frangit*, vel corrodendo vel nimio insidentium onere; *penitus decorticat eam*, e *dejicit* in terram, intellige fractos ejus ramos et frondes; *alben palmites ejus*. De קְצָפָה cf. ad Hos. 10, 7. Ad rem cf. qua jam supra ad vs. 4. ex variis scriptoribus allata sunt. Quibs adde quem Ludolf. in comment. ad suam hist. aeth. p. 174. laudt ex Francisci Alvarez itineris in Aethiopiam facti commentariis locum hunc: „cognovimus latitudinem spatii, quod occupaverunt (locustae), nimirum ultra tres leucas (sex milliaria germania), ubi neque cortex nec frutex mansit." Idem ibid. p. 178 q.: „ambedunt enim, ut Tacitus (annal. 15, 5.) loquitur, quicquid herbidum est et frondosum, ut nec culmus, nec gramen dum remaneat, et arbores frondibus et cortice tanquam vestibus nuda-
8. tae, instar truncorum alborum conspiciantur." — *Ejula*, terra mea, patria (vs. 6.), *ut virgo succincta sacco*, veste sordida, lugubri, *propter dominum juventutis suae* i. e. ut virgo lugens sponsum ereptum sibi! Quum בְּתוּלָה reliquis quibus legitur locis significet *virginem*, *virginem* videtur hic quoque debere significare. *Virgo* si בְּתוּלָה est, sequitur, ut בַּעַל נְעוּרֶיהָ *dominus juventutis ejus*, sit *ejus sponsus*. בַּעַל *dominus* vero appellatur sponsus (cf. ἀνήρ Matth. 1, 19.), quia desponsatorum apud Hebraeos eadem quae conjugum jura erant, Deut. 22, 23 sqq. cf. apud Romanos
9. illud *consensus facit nuptias*. — *Ablatum est fertum* (libatio

domui Jovae, non est, unde solitae fiant oblationes; *lugent sa-*
cerdotes, ministri Jovae, quod non jam offerre debita Jovae sacri-
ficia possunt. De eo, quod sacerdotes ferti maximam partem pro
suis ipsorum usibus accipere consueverant, vates hic non videtur
cogitasse. — *Vastatus est ager, luget terra; nam vastatum est* 10.
frumentum, exaruit mustum, languet oleum. Ut הוֹבִישׁ verbo
exarescendi significatum tribuas postulat parallelismus. *Mustum*
et *oleum* meton. pro *vite* et *olea* sunt posita; cf. vs. 12. Fru-
mentum, mustum, oleum praecipui fructus terrae Cananaeae. —
Spe sua exciderunt agricolae, ejulant vinitores, propter triti- 11.
cum et propter hordeum, quod periit messis agri. — *Vitis ex-* 12.
aruit, et ficus languet; malus punica atque palma et pyrus
malus, omnes arbores agri exaruerunt, nam exaruit, periit *gau-*
dium filiis hominum, hominibus. Quae hoc et qui proxime prae-
cesserunt versibus legimus non solis locustis sed etiam siccitati
tribuenda esse quamquam non certum est, facile enim quae a lo-
custis corrosae et decorticatae sunt vites et arbores exarescunt,
tamen perquam est probabile; cf. vs. 17. 19. 20. Crednerus deberi
omnino de siccitate in his cogitari propterea judicat, quod abra-
sae et corticibus nudatae a locustis segetes, vites, arbores non
potuissent denuo fructus ferre illo anno, tulisse vero quae hic
exaruisse dicantur segetes vitesque et arbores illo ipso anno, de-
missa a deo pluvia, fructus, intelligi censet ex 2, 19. Quae ratio
falsa nititur istius loci interpretatione. — *Cingite vos*, sacco, 13.
puta, *et plangite, sacerdotes! ejulate ministri altaris! venite*,
agite, *pernoctate in saccis*, lugete per noctes quoque, continuo
lugete, fundentes ad Jovam preces, *ministri dei mei! quod adem-*
tum est domui dei vestri fertum et libatio! Ubi simpliciter
cingere se dicitur, non adjecta re qua quis se cingit, id signi-
ficat aut *parare se ad pugnam, bellum*, Jer. 8, 9. et trop. Job.
38, 3. 40, 2., aut *parare se ad iter ingrediendum*, 2 Reg. 4, 29.
9, 1., aut *induere cultum lugubrem* Jes. 32, 11. et hoc quem
tractamus loco. Quisnam unoquoque loco subjiciendus sit signi-
ficatus, ubique docet nexus; cf. hoc loco quod statim subjicitur
סִפְדוּ, item לִינוּ בַשַּׂקִּים, et חֲגֹרַת שַׂק supra vs. 8. בֹּאוּ idem
quod לְכוּ *agite!* ut infra 4, 13. לִין non dubitamus sensu pro-
prio accipere, coll. 1 Reg. 21, 27. — *Sanctificate jejunium*, jeju- 14.
nium sacrum instituite, *proclamate concionem* sacram! *congregate*
seniores i. e. magistratus omnium ordinum, *omnes incolas terrae*,

universum populum, *in domum Jovae, dei vestri, et clamate ad Jovam!* convocate universum populum in locum sacrum ad placandum numen jejunio et precibus! cf. 2, 15 sq. Jud. 20, 26.
15. 1 Sam. 7, 5 sq. 2 Chron. 20, 3 sqq. al. — *Eheu diem! nam propinquus est dies Jovae*, dies judicii generalis a Jova exercendi, cf. 2, 1. 11. Jes. 13, 6. Ezech. 30, 3. Obad. 15. Zeph. 1, 7. 15., o infaustum et tristissimum diem, tempus, haud aliter, ac si dies terribilis judicii divini appropinquet! *ut vastatio ab omnipotente venit* hic dies, hoc tempus; tanta est hujus temporis calamitas, quanta erit olim, cum in judicio publico poenas de improbis sumet potentissimum numen. Quo eodem sensu accipiendum nunc
16. puto locum Jes. 13, 6. — *Nonne ante oculos nostros*, nobis spectantibus *cibus ablatus est? domui dei nostri* ablata *laetitia*
17. *et exsultatio?* cf. vs. 9. — *Vanuerunt* nimio aestu *grana* frumenti *sub glebis suis; vastata*, vasta, vacua *sunt horrea, diruta*, collapsa, quia nemo iis utitur, *granaria, nam exaruit frumentum.* עָבַשׁ *vanescere*, de semine sub terra vanescente propter nimiam siccitatem; cf. Plin. H. N. 18, 24: „sationem locis humidis celerius fieri, . . . siccis serius, ut pluviae sequantur, ne diu jacens atque non concipiens *evanescat.*" Praeter hunc locum non legitur עָבַשׁ, sed satis certa est ejus significatio; cf. arab. عَبِسَ *exarescere, aridum esse*, ut chald. עֲפַשׁ, הִתְעַפֵּשׁ *mucescere, mucidum fieri, putrescere.* Primaria significatio ponenda videtur in *exarescendo*, عَبِسَ, cf. יָבֵשׁ, يَبِسَ. Hinc gen. esse videtur *evanescere* et arescendo (hoc loco) et mucescendo (apud Chald.). פְּרֻדוֹת et ipsum ἅπ. λεγ. frumenti *grana;* cf. syr. ܦܪܕܬܐ *granum*, Joh. 12, 24. 1 Cor. 15, 37. Proprie פְּרֻדוֹת videtur esse *sparsa*, cf. פָּרַד Hi. *dispergere*, Ni. Hithp. *dispergere se, dispergi*, et vicinum פָּרַם. Potest tamen *granorum* significatio etiam ab ipsa primaria *rumpendo separandi* significatione derivari, ita ut vox proprie significet res rumpendo separatas, hinc singula corpora, corpuscula. Sed prius praeferendum. Alia ratione apud Talm. פֶּרֶד *granum* dicitur s. *grana* malorum punicorum, quae solent separari et exsiccari ad certos usus, Buxt. p. 1800. מֶגְרָפָה *glebam* nonnulli dictam volunt a *pala*, syr. ܡܓܪܦܬܐ, arab. مِغْرَفَة, qua tollitur et versatur, quod audacius, alii a comprimendo s.

convolvendo, coll. אֶגְרֹף *pugnus*, sed גָּרַף *abripere*, *everrere* significat, et *pugnus* אֶגְרֹף dictus a corripiendo. Equidem non dubito, quin מֶגְרָפָה proprie sit *abreptio*, *everrendi actio*, hinc *everriculum*, *pala* (chald. syr. arab.) et pass. id quod abripitur, everritur et versatur, *gleba*; cf. arab. جُرْفٌ et جُرُفٌ pars terrae, aquae fluxu exesa, perrupta et fissa. Quum מְגוּרָה Hagg. sit *granarium*, probabile est, מַמְּגֻרוֹת significare *loca*, *in quibus sunt granaria* s. *cellae granariae*; cf. Palladius de re rustica 1, 19: „tunc *divisas cellas*, si magnus sperabitur seminum modus, grano cuique tribuemus." Columella de re rustica 1, 6: „lacubus distinguuntur granaria, ut separatim quaeque legumina ponantur." Erant inter granaria Hebraeorum, ut aliorum populorum, subterranea quoque; cf. Jer. 41, 8. ibique not. et verba ad hunc locum a Crednero allata Varronis de re rustica 1, 57: „quidam granaria habent sub terris, speluncas, quas vocant σειρούς, ut in Cappadocia ac Thracia; alii, ut in Hispania citeriore, puteos, ut in agro Carthaginiensi et Oscenci. Horum solum paleis substernunt, et curant, ne humor aut aër tangere possit, nisi cum promitur
ad usum." — *Quam suspirat pecus! Perturbati sunt* angore 18.
greges boum, *quod non est pascuum iis*; *etiam greges ovium*, quibus nequaquam opus est pabulis laetis (cf. Virg. Ge. 3, 384 sq.: „si tibi lanitium curae, ... fuge pabula laeta) *poenas dant*, acerbe
ferunt hanc calamitatem. — *Ad te*, *Jova*, *clamo*, *nam ignis con-* 19.
sumsit pascua campi, *et flamma incendit omnes arbores agri*. Recte Rosenmüllerus describi summam siccitatem monet, quae ipsa
et causa fuerit, cur locustae uberius provenirent. — *Etiam pe-* 20.
cudes agri, agrestes, ferae, *desiderant te*, *nam exaruerunt rivi aquarum*, *et ignis consumsit pascua campi*. De עָרַג verbo vid. quae notavimus ad Ps. 42, 2. De Verbo singulari constructo cum Nomine plurali vid. G. gr. min. §. 143, 3.

CAP. II, 1—11. Descriptam terram siccitate et locustis vastatam sequitur jam ipsius irruentium locustarum agminis descriptio elegantissima, composita a vate aliqua interjecta pausa, quum aliae post alias ingruerent locustarum turmae (cf. 1, 4.). Noli credere, priore loco ponendam fuisse locustarum descriptionem, posteriore descriptionem terrae vastatae. Maxime enim convenit in vatem communi dolore tactum, ante omnia queri mala inflicta a locustis, ac tum demum animo sedatiore considerare

1. causam malorum atque poetarum more depingere. — *Inflate buccinam*, buccina signum date *in Sione*, *et classicum canite in monte meo sancto*, buccina et tuba admonete cives de ingenti malo imminente, cf. Hos. 5, 8. Am. 3, 6., adventante, puta, immenso agmine locustarum, vs. 2 sqq.! *Contremiscant omnes incolae terrae! nam venit dies Jovae, nam propinquus est*, nam haud aliter est, ac si appropinquet terribilis ille judicii dies, cf. 1, 15. ibique not. Ad תִּקְעוּ שׁוֹפָר cet. cf. not. ad Hos. 5, 8. Quod קָדְשִׁי Suffixum habet personae *primae*, causa visa est Rosenmüllero et aliis, quod *deus* inducatur loquens. Quod neutiquam convenit. Loquitur enim per omnia vates. Itaque molestum Suffixum alii omiserunt, ut de Wette, quod nollem fecissent. *Suum* vates *montem sanctum* dicit eadem prorsus ratione, qua supra 1, 6 sq.
2. *suam* dixerat *terram*, *suas vitem* et *ficum*. — *Diem tenebrarum et crassae caliginis, diem nubium et densae obscuritatis! Ut aurora se expandit*, diffundit se *super montes*, sic se diffundit *populus numerosus et validus; qualis ille* est, illi similis *non fuit inde ab aeternitate*, inde ab antiquissimis temporibus, *et post eum non iterum erit in annos omnium aetatum*, in omnes aetates. Ad priora verba cf. Plin. H. N. 11, 29: „solem obumbrant." Verbis *ut aurora* cet. locustarum agmina late et cito se diffundentia depingi putant interpretes nonnulli. Nescio an rectius illa referas ad flavescentem splendorem, qui appropinquantibus locustarum agminibus in coelo apparet, quique oritur ex repercusso alis locustarum sole. Oedmann. verm. Samml. VI. p. 75. Ante עַם cogitatione suppressum est כֵּן; cf. vs. 4. 5. 7. Ad עַם רַב וְעָצוּם cf. supra 1, 6. ibique not. et infra 5. et 11. hujus cap. Simillima illis, quae leguntur a כָּמֹהוּ usque ad finem commatis habes Exod. 10, 14., et ibi quidem in eadem re, item Exod. 11, 6. Ad יוֹסֵף omissum est לִהְיוֹת repetendum ex superioribus, prorsus ut
3. Exodi loco modo laudato 11, 6. et saepius alias. — *Ante eum consumit ignis, et post eum incendit flamma*, i. e. ubicunque ille ex aëre in terram descendit, cuncta velut igne adusta apparent; *ut hortus Edeniticus*, amoenissimus, est *terra ante eum, et post eum desertum vastum; neque ulla evasio est ei*, nec quicquam est, quod effugiat eum. Rosenmüllerus utrumque לְפָנָיו וְאַחֲרָיו de tempore intelligit. Convenit temporis ratio in posterius, minime convenit in prius, quod manifeste intelligendum est de loco. De loco autem si intelligendum est prius, de loco capiendum po-

sterius quoque est, non de tempore, ut vult Crednerus, licet illud eodem rediret. Est vero prius illud *ante eum et post eum* idem fere quod *circumcirca*, cf. 1 Chron. 19, 10. Sensum jam supra significavimus; cf. Plin. H. N. 11, 29: „multa contactu adurentes.“ Ludolf. Hist. Aeth. 1, 13, 16: „quidquid herbidum aut frondosum arroditur, quasi igne tostum esset.“ Ex secundo membro Crednerus perlucere putat, primum locustarum adventum in exeuntem aestatem, quo tempore vites et arbores fructibus fuerint onustae, incidisse, minime vero in illud anni tempus, quod descriptum sit 1, 10 sq., utpote quo terra horto Edenitico nequaquam similis fuisset. Quod quaesitum. Non tam anxie ut Crednerus vates siccitatem a locustis distinguit, ut, quum de locustis loquitur, non cogitet de siccitate; sed utraque pestis semper illi obversatur ante oculos. Nec minus precarium est, quod idem vir doctus, vatem, si historici instar describere res voluisset, debuisse jam verba facere de locustarum decessu, relictis ovis, interitu in mari mortuo judicat. Quae quam aliena sint jam supra vidimus. Ad ultima vatis verba וְגַם cet. cf. Hieron. ad 1, 6: „quid locustis innumerabilius et fortius, quibus humana industria resistere non potest.“ — *Ut species*, forma, habitus, *equorum est species ejus*, 4.
atque ut equites, sic illi currunt. Ad priora verba Rosenmüllerus: „hanc locustarum cum equis comparationem Hebraei referunt ad cursus aut volatus velocitatem, qua sint equis prope pares; sed Bochartus Hieroz. III. p. 307. recte observat, spectari ea comparatione insuper ad caput aut faciem, equinae non absimilem, a qua locustae ab Italis vocantur cavallette. Theodoret. ad h. l.: *εἴ τις ἀκριβῶς κατίδοι τὴν κεφαλὴν τῆς ἀκρίδος, σφόδρα τῇ τοῦ ἵππου ἐοικυῖαν εὑρήσει.* Similia ex arabicis scriptoribus profert Bochartus l. c. „Nos facile largimur, aliquam et esse et a vate spectatam esse capitis aut faciei equinae similitudinem; praecipuum vero, in quo tertium comparationis ponatur, habendum esse *cursum citatum*, tum quod statim *currere* locustae ut equites dicuntur docet, tum quod Job. 39, 20. equum cum locusta comparans scriptor: *an facis*, inquit, *eum*, equum, *salire*, *locustae instar?* tum denique, quod ܩܡܨܐ apud Syros *locusta* dicta est a *subsiliendo*, arab. قَمَصَ, de qua re Michael. in lex. syr. p. 806: „ܩܡܨܐ *locusta* Exod. 10, 12. Lev. 11, 22. Matth. 3, 4. al. Arabibus قَمْص de solis minoribus locustis (primum egressis

ex ovis) usitatum, Aramaeis latius patet. Nomen habent a subsiliendo . . ., est enim قمص *saltu incedere*, et de equis positum, *duobus anterioribus simul sublatis et simul demissis currere (galoper)*.“ Cf. قموص et قميص *saltans equus*; cf. etiam Apoc.
5. 9, 7. — *Ut sonus curruum, super capita montium saliunt, ut sonus flammae ignis consumentis stipulam, ut populus validus instructus ad pugnam*, i. e. per altitudines saliunt, salientes se abripiunt magno strepitu, qualis est curruum qui raptim auferuntur, aut qualis est conflagrantium crepitus stipularum, aut ingentis qui contendit ad hostem exercitus. Crednerus: *ut sonitus curruum in capitibus montium*, sic *subsiliunt*, עַל־רָאשֵׁי הֶהָרִים referens ad מַרְכָּבוֹת existimansque, *montium capitibus* significari *montium asperas vias*. Quam eandem rationem nuper secutus est Hesselbergus, si discesseris ab eo, quod is etiam יְרַקֵּדוּן ad *currus* referendum putavit, cf. Nah. 3, 2., ut haec prodeat sententia: sunt *ut sonus curruum*, qui *in capitibus montium subsiliunt*, *ut* cet. Mihi facilior et aptior sensus nasci videtur relatis עַל רָאשֵׁי הֶהָרִים verbis ad locustas, quum primum loca superiora occupare soleant locustae, tum vero de illis descendere. Ad rem hoc commate descriptam cf. Plin. H. N. 11, 29: „tanto volant pennarum stridore, ut aliae alites credantur.“ Forskål descr. animal. p. 81: „transeuntes grylli super verticem nostrum sono magnae catarrhactae fervebant.“ Alii itinerum commentarii volantium locustarum strepitum cum strepitu comparant maris, venti, rotae molaris. Sed strepitum locustae edunt, non solum cum volant, verum etiam cum segetes commolunt. Tanquam venti flammam agitantis sonum edere locustas, cum fruges mandendo comminuant, ait Cyrill. Al. ad h. l. Ceterum mira sane locustarum cum exercitu comparatio esset, si imago essent locustae exer-
6. citus hostilis. — *Coram eo tremunt populi, omnes vultus retrahunt ruborem*, nitorem, i. e. pallescunt prae terrore. עַמִּים *populos* Crednerus de duabus tribubus Judae intelligi jubet. Noli obtemperare! Amant in talibus descriptionibus generatim loqui poetae. Simillima etiam apud Plin. H. N. 11, 29: „solem obumbrant, sollicitis suspectantibus *populis*, ne suas operiant terras.“ Verba כָּל־פָּנִים קִבְּצוּ פָארוּר, quae eadem leguntur Nah. 2, 11., non est dubium quin ut supra fecimus explicanda sint, tum quia sic פָארוּר voci domesticum suum est etymon, tum quod eadem

sententia aliis verbis expressa in hoc ipso scriptore reperitur
vs. 10. hujus cap. et infra 4, 15., verbis, inquam, אָסַף נָגְהָם. Est
vero פָּארוּר propr. *calor*, hinc *rubor*, *nitor* vultus, referendum
ad פָּאַר propr. *ferbuit*, hinc *rubuit*, hinc *nitidus*, *pulcher fuit*,
de facie, cf. arab. فَارَ aestuavit, efferbuit, فَوْرَةٌ vehementia et
fervor caloris; cf. זִיו *splendor* Dan. 5, 6. ibique not. — *Ut he-* 7.
*roes currunt, ut bellatores ascendunt murum, et quisque via sua
incedit, nec mutant semitas suas*, firmo ordine, velut instructi
ad aciem, recte progrediuntur sua quisque via, non evagantes
extra ordines. cf. quae cf. Prov. 30, 27. et Hieron. ad h. l.
„Hoc nuper in hac provincia vidimus. Quum enim locustarum
agmina venirent, et aërem, qui inter coelum et terram est, occu-
parent, tanto ordine ex dispositione jubentis dei volitant, ut instar
tesserularum, quae in pavimentis artificis figuntur manu, suum
locum teneant, et ne puncto quidem, et ut ita dicam ungue
transverso declinent ad alteram." — *Nemo alterum trudit*, premit, 8.
ut fere fit in magna multitudine. *quisque in tramite suo incedit;
et per media tela ruunt, non abrumpunt*, insistunt cursum, vel
quod magis placet, *non franguntur*, perturbantur, i. e. non con-
turbantur eorum ordines. בְּעַד particulae significatum primarium
nuper Redslobus in libro, quo Ewaldi *Grammaticam* et a me edi-
tum *Cursum* judicavit, P. II. p. 9 sqq. denuo asseruit esse *pone*,
post, utpote ortae ex בגד, quod propr. significet *obtegere* atque
ita *abscondere*. Negari non potest, ad eam notionem eo modo,
quem inivit vir ingeniosus, sine negotio referri posse quae in ista
vocula usitatae sunt significationes omnes. Sic hoc loco ruere
pone, *post tela*, i. e. in partem aversam telorum, nihil aliud esset
quam ruere *per media tela*, quia qui vult recta ruere in partem
posticam, aversam telorum, non potest nisi per media tela ruere.
Idem valet in בּוֹא בְּעַד הַחַלּוֹן vs. 9. בָּצַע verbum non uno modo
interpretati sunt interpretes. Nonnulli, ut Gesenius, Rosenmül-
lerus et alii, idem volunt significare, quod vicinum פָּצַע, *vulne-
rare*. Horum vero alii: *non vulnerant* illa (tela), q. d. non vul-
nerantibus illis; alii verbo intransitive accepto: *non vulnerantur*
locustae. Nos malumus *frangendi* significatum subjicere, tribus
de causis, quarum una haec est, quod ille *vulgaris* est significa-
tus, altera, quod idem ad nexum aptior est, cf. vs. 7. et 9.,
tertia, quod, si locustae per media tela ruentes illis non vulnerari

dicerentur, haec, ut vere monuit Crednerus, haud elegans veritatis
superlatio esset, *Frangendi* autem significatum si tribuis verbo,
tua est optio, utrum transitive an intransitive illum capere, utrum,
inquam, sic verba reddere velis: *non frangunt*, *abrumpunt* se.
cursum, quo eodem significatu nostrates quoque dicunt *abbrechen*,
an sic: *non franguntur*, i. e. *perturbantur*, cf. iterum apud no-
strates *brechen*, *abbrechen*, et נִשְׁבַּר de copiis dictum Dan. 11, 22.
9. al. — *In urbe discursitant*, avide quaerentes quae possint ab-
radere, *in muro*, muris *discurrunt*, muros intellige, quibus circum-
data sunt aedificia, ex more orientalium, *domos ascendunt*, *per
fenestras*, clathris instructas, *ingrediuntur furis instar.* Praeter
necessitatem prioribus verbis vim intulit Crednerus. Ad rem cf.
Exod. cap. 6. et Hieron. ad h. l.: „nihil enim locustis invium
est; quum et agros, et sata, et arbores, et urbes, et domos et
cubiculorum secreta penetrent.“ Per fenestras in domos penetrare
ad h. l. monet Theodoret. quoque. Ceterum quae ad Ps. 55, 15.
tentata est בַּיִת vocis explicatio aliquo modo firmatur verbo ara-
10. bico صَرَمَ *resecare et — commorari* apud aliquem. — *Coram eo
contremiscit terra, commoventur coeli; sol et luna obscurantur,
et stellae contrahunt splendorem suum*, non amplius splendent.
Ad verba אָסְפוּ נָגְהָם cf. קִבְּצוּ פָארוּר vs. 6. ibique not. Credne-
rus, Hesselbergus et alii quae hoc et vs. 11. habentur non amplius
ad locustas, verum ad dei adventum, praesentiam referri volunt,
coll. Nah. 1, 5. al. Quum vero quae vs. 11. memorantur *exerci-
tus Jovae* et *castra Jovae* et *exsecutores jussorum Jovae* mani-
feste sint *agmina locustarum*, nec quicquam reperiatur in vs. 10.,
quod in locustas non conveniat, equidem non dubito ad locustas
referre haec quoque. Recte igitur, opinor, Rosenmüllerus, Gese-
nius et alii ad שֶׁמֶשׁ cet. laudarunt illud Plinii 11, 29: „solem
obumbrant,“ monuitque Rosenmüllerus, etiam Elmacinum Hist.
Saracen. p. 98. referre, anno Heg. 317. tantam in Aegypto locu-
starum multitudinem fuisse, ut impediret radios solis, ne terram
attingerent; recte jam Hieronymus: „prae multitudine locustarum,
obtegentium coelum, sol et luna convertuntur in tenebras, et
stellae retrahunt lumen suum, dum lumen posita in medio nubes
locustarum ad terram non sinit pervenire.“ Sed possunt etiam
priora verba commode referri ad locustas. Nam cum locustae
tanto strepitu volent, ut, qu locustarum agmina viderunt, stre-

pitum maris aut magnae catarrhactae aut venti aut rotae molaris
audire sibi visi sint (vs. 5.), recte a poeta adventantibus locustis
dicitur terra contremiscere, coelum moveri. Hieronymus: „non
quod locustarum tanta vis sit, ut possint movere coelos, et ter-
ram concutere; sed quod adversa patientibus prae terroris magni-
tudine coelum ruere et terra fluctuare videatur." Quae ratio non
placet. Quemadmodum enim siderum obscuratio, sic coeli et ter-
rae commotio ipsis locustis est tribuenda. — *Et edit Jova vocem* 11.
suam coram exercitu suo, ipse Jova ducit hunc suum, a se mis-
sum locustarum exercitum, cf. vs. 25., eique dat jussa sua voce
tonante; *nam magna valde sunt castra ejus*, *nam validus*, fortis,
potens est *executor verbi ejus; nam magnus est dies Jovae et
terribilis valde, et quis sustineat eum?*

CAP. II, 12—27. Nova interjecta pausa hortatur cives,
ut animo poenitentia commoto supplices adeant deum, spem faciens
fore, ut Jova calamitatis finem faciat, et omnium rerum affluentia
pristina mala compenset. — *Atque etiam nunc*, *dictum Jovae*, 12.
*revertimini ad me toto corde vestro, et jejunio, et fletu, et
planctu!* Sensus: atque etiam nunc, cum proxime imminet ju-
dicium divinum, si animo sincero ad Jovam conversi fueritis,
extremam perniciem evadendi spes erit. — *Et lacerate cor ve-* 13.
strum, i. e. acerbissimum ob commissa delicta dolorem concipite,
animum vestrum acerbissima poenitentia affligite, *nec vestimenta
vestra*, ut alioquin in magnis malis, et publicis et privatis, fa-
ciebant, Jos. 7, 6. al., *et revertimini ad Jovam, deum vestrum!
Nam benignus et misericors ille est, tardus ad iram et magnae
gratiae, quemque poenitet mali*, calamitatis hominibus immissae.
הָרָעָה malum, quo deus aliquem affligit. Minus recte Crednerus
et alii de *praesenti* calamitate intelligunt הָרָעָה. Nam generalior
tota sententia est. Praesens calamitas versu sequenti demum
respicitur. Male Hesselbergus: „עַל־הָרָעָה *propter malum*, quod
perpessi sunt." Pertinet עַל ad נִחָם exprimitque ut saepius alias
id cujus aliquem poenitet. — *Quis scit? iterum poenitebit eum* 14.
sc. fortasse iterum poenitebit eum mali nobis immissi, *et relin-
quet post se bona, ferctum et libationem, pro Jova, deo vestro*,
ad quae cf. 1, 9. 13. 16. מִי יוֹדֵעַ seq. Fut. ut 2 Sam. 12, 22.
et, ubi eadem verba leguntur, Jon. 3, 9., *quis scit? fiet* i. e.
nescio an fiat, fortasse fiet. אַחֲרָיו nonnulli referendum putarunt
ad locustarum agmen vs. 11., quod justo remotius est. Referen-

dum ad Jovam est, qui *post se relicturus dicitur bona cet.*, quia
ipse quasi dux erat locustarum agminis, quia ab ipso locustae
15. erant immissae, vs. 11. 25. — *Inflate buccinam in Sione*, ad
convocandum populum, *sanctificate jejunium*, jejunium sacrum
16. instituite, *proclamate concionem!* cf. 1, 14. — *Congregate populum, sanctificate*, indicite *coetum* solennem, *colligite*, convocate
senes, *congregate parvulos et lactentes mammas!* „persuasum
enim erat antiquis, citius se posse impetrare veniam, si supplicantibus sibi una adjungerent infantes," Ros. *Exeat sponsus*, alioqui
17. a publicis exemtus officiis, Deut. 24, 5., *e thalamo suo, et sponsa
e toro suo nuptiali!* — *Inter vestibulum* templi Salomonei, exstructum in parte ejus orientali, 1 Reg. 6, 3., *et altare* holocaustorum, exstructum in atrio sacerdotum s. interiore, ante vestibulum templi, 2 Chron. 8, 12., cf. eadem locutio Ezech. 8, 16.,
*fleant sacerdotes, ministri Jovae, et dicant: Parce, Jova, populo
tuo, nec tradas peculium tuum*, Israelitas, qui tui sunt tuaeque
tutelae, *opprobrio, ut rideant eos populi! Cur dicant inter
populos: Ubi est deus eorum?* „quem sibi praesulem, quem defensorem jactabant?" Hieron. Cf. Ps. 79, 10. 115, 2. al. מְשָׁל
verbo veteres omnes non aptum *dominandi* significatum tribuerunt,
eosque allegoricae interpretationis in gratiam secutus est Hessel-
18. bergus. — *Atque ita*, si animo poenitentia commoto ad deum preces
feceritis (vs. 12 — 17.), *defendit*, defendet *Jova causam terrae
suae, et parcet populo suo.* Crednerus: *Tum defendit . . . et
pepercit cet.*, ita ut *narrantis* haec sint. Quae explicatio prorsus
abhorret a praegressis, quibus non acta sed agenda continentur.
Quae agenda sunt, sunt futura. Quae futuram actionem sequitur
forma relativa, exprimit futurum tempus. Plerumque in hac re
utuntur Praeterito relativo; quandoque tamen Futuro relativo,
G. gr. min. §. 126, 3. b. Sic infra vs. 23: וַיּוֹרֶד *et demittet*,
praecedente Praeterito prophetico; sive Hos. 8, 10: וַיָּחֵלּוּ *et liberabunt* praegresso Futuro. Nihil est quod Rosenmüllero, quocum facit Hesselbergus, placuit, „loqui vatem de futuris in Prae-
19. terito, ut in visione." — *Et respondebit Jova, et dicet populo
suo: ecce, missurus*, daturus *sum vobis frumentum et mustum et
oleum, et satiabimini eo, nec faciam vos amplius opprobrium
inter populos.* Cum deus daturum se dicit τὸν σῖτον cet., frumentum, mustum, oleum promittit ad vitam *necessarium*. Quod
non intelligens Crednerus quod subjicitur וּשְׂבַעְתֶּם אֹתוֹ invita

grammatica *quo satiemini* reddendum putavit. Finge, abesse וּשְׂבַעְתֶּם אֹתוֹ, tamen sua articulo praemisso Nominibus praegressis vis ac ratio manebit. — *Atque illum septentrionalem*, locustarum 20.
exercitum, qui e septentrionali plaga irrupit, *removebo a vobis, et propellam eum in terram aridam et vastam, primum agmen ejus in mare anterius* i. e. orientale i. e. mortuum, *et extremum agmen ejus in mare posterius* i. e. occidentale i. e. medium, *et ascendet foetor ejus, et ascendat putor ejus, quod fastuose*, insolenter *egit*. הַצְּפוֹנִי *ille septentrionalis*. Intelligendum esse agmen locustarum a septentrionali coeli plaga in Judaeam illatum docet nexus. Hac potissimum voce nituntur, qui quae duobus hisce capitibus continentur, ad populos hostiles, Assyrios maxime et Chaldaeos, referenda putant. Negant enim a plaga septentrionali venire locustas. Sed frustra. Res nota quidem est, pleraque locustarum agmina in Palaestinam venire a plaga coeli meridiana. Ratio est, quod vera ac propria locustarum patria sunt deserta calida et arenosa; cf. Hieron. adv. Jovin. 2, 7: „Orientales et Libyae populos, quia *per desertum et calidam eremi vastitatem locustarum nubes reperiuntur*, locustis vesci moris est.“ Aliquando tamen etiam ex septentrionali plaga in Palaestinam locustas inferri, testis est, qui locustarum agmina suis ipse oculis vidit Hieronymus, qui ad h. l.: „greges locustarum, inquit, *magis* auster quam aquilo consuevit adducere,“ testes sunt itinerum a receptioribus susceptorum commentarii, ut qui doceant, diversissimis itineribus ferri locustas. Cogitandum haud dubie de locustis ex deserto Palaestinae ad orientem sito illatis in Syriam, ex Syria in Palaestinam. Ceterum vide, an satis certum sit, צְפוֹנִי hoc loco, praeter quem non legitur (nam quod habetur Num. 26, 15. huc non pertinet), significare *septentrionalem* aliquem. Desideras aliquid in hoc significatu. Locustas intelligendas esse non intelligis, nisi ex nexu. Quod in צָפַן et derivatis ab illo Nominibus, צָפוֹן, מַצְפֻּנִים nonnisi *abscondendi* notio inest, id te vix poterit impedire, ne in צְפוֹנִי de alio cogites a lingua cognata oblato significatu. Neque enim desunt exempla. Possit autem צְפוֹנִי *locustae* nomen esse (formae אַכְזָרִי, אֱוִלִי), proprie significans vel *stercoreum* a ضفن *deposuit excrementum*, neque enim morsu solum locusta segetibus, pascuis, hortis pomariisque nocet, sed stercore item nigro, viridi, mordaci, gravi, bilosaque inprimis

atque acri saliva, quam multam ex ore inter rodendum fundit, vel *decorticantem s. radentem* a سفن *decorticare radendo*, a quo est سفينة nomen avis aegyptiacae, quae non incidit in arborem, nisi devorans omnia ejus folia (cf. quod ad permutatt. ש et צ ipsa ספן, שפן, צפן et al.). Aptissime dicit *removebo* מֵעֲלֵיכֶם, ut quod prorsus conveniat in locustas *volando abeuntes*. Verba וְהִדַּחְתִּיו et quae sequuntur Crednerus sic est interpretatus: *et propuli eum . . . et ascendit* (Perf.) cet. Quae qui legit, vix oculis credit. Nam cum supra dixerit Jova: . . . הִנְנִי שֹׁלֵחַ וּשְׂבַעְתֶּם . וְלֹא אֶתֵּן . . . וְ . . . אַרְחִיק *ecce, missurus sum . . . et satiabimini . nec dabo . . . et . . . removebo*, tam clarum est quam quod clarissimum, esse quae subjiciuntur וְהִדַּחְתִּיו . . . וְעָלָה Praeterita relativa sic reddenda: *et propellam eum . . . et ascendet.* Quod sequitur וְתַעַל est Jussivus, quem exprimere debebant interpretes. *Terra arida et vasta* videtur loca significare quae circumjacent mari mortuo, cf. quae subjiciuntur, coll. Jer. 48, 18. Quod Jova primum locustarum agmen in mare mortuum, extremum in mare medium depulsurus dicitur, eo iterum sententiam suam firmari clamant qui allegoricam horum capitum interpretationem sequuntur, negantes fieri posse, ut unius ejusdemque locustarum exercitus agmen primum in mare mortuum, extremum in medium propellatur. Sed quis, cujus aperti sunt oculi, non videt, solius parallelismi in gratiam sic dici a vate? צַחֲנָתוֹ ἅπ. λεγ. *foetor, putor*, ut in Chald. cf. rad. vicina זנח. Restat, ut rem illustremus exemplis. Hieron. ad h. l.: „etiam nostris temporibus, inquit, vidimus agmina locustarum terram texisse Judaeam, quae postea vento surgente in mare praecipitata sunt. Quumque litora maris acervis mortuarum locustarum, quas aquae evomuerant, implerentur, putredo earum et foetor in tantum noxius fuit, ut aërem quoque corrumperet, et pestilentia tam jumentorum, quam hominum, gigneretur.“ Plin. H. N. 11, 29: „gregatim sublatae vento in maria aut stagna decidunt.“ Orosius 5, 11: locustae „repentino abreptae vento, atque in globos coactae, portataeque diu per aërem, Africano pelago immersae sunt. — Harum cum immensos acervos longe undis urgentibus fluctus per extensa late litora propulissent, tetrum nimis atque ultra opinionem pestiferum odorem tabida et putrefacta congeries exhalavit, unde omnium pariter animantium tanta pestilentia consecuta est,

ut avium, pecudum ac bestiarum, corruptione aëris dissolutarum, putrefacta passim cadavera vitium corruptionis augerent. At vero, quanta fuerit hominum lues, ego ipse, dum refero, toto corpore perhorresco; siquidem in Numidia, in qua tunc Micipsa rex erat, octingenta millia hominum, circa oram vere maritimam, quae maxime Carthaginiensi atque Uticensi litori adjacet, plus quam ducenta millia periisse traditum est. Apud ipsam vero Uticam civitatem triginta millia militum, quae ad praesidium totius Africae ordinata fuerant, exstincta atque abrasa sunt. Quae clades tam repentina ac tam violenta institit, ut tunc apud Uticam sub una die, per unam portam, ex illis junioribus plus quam mille quingentos mortuos elatos fuisse narretur.“ Chronicon Reginonis ad ann. 873. (Pertz. monum. I, 1. p. 585.): „locustarum inaestimabilis multitudo mense Augusto ab oriente veniens totam paene pervastavit Galliam. Per turmas suas proficiscebantur, ut in parvis animalibus disciplinam militarem cerneres. Pervenerunt autem usque ad mare Britannicum, superficiem terrae cooperientes, in quo, deo volente, violento ventorum flatu impulsae, atque in profundum absorptae dimersae sunt. Aestu vero atque refusione oceani rejectae, litora maritima repleverunt, tantaque congeries facta est, ut ad instar montium cumulatae coacervarentur. Ex earum foetore ac putredine aër corruptus diram pestem finitimis
generavit, ex qua multi perierunt.“ — *Noli timere, terra! ex-* 21.
sulta et laetare! nam praeclare agit, aget *Jová*. Non sine vi est, quod eadem locutione, in alium sensum tracta, hic utitur de deo, qua superiore versu usus erat de locustis. Crednerus הִגְדִּיל et quae vs. 23. sequuntur verba in Praeterito reddit, ita ut *facta* narrentur. Quod quam falsum sit, tum ex eo intelligitur, quod supra ad וְהִדַּחְתִּיו vs. 20. monuimus, quandoquidem, si quae vs. 19. et seq. habentur ad tempus futurum referenda sunt, non possunt, quae subjiciuntur vs. 21. et seqq. ad praeteritum referri ullo modo, sed debent ad futurum referri et ipsa, tum perlucet ex Praeteritis relativis vs. 24. 25. 26. 27., quae non possunt non habere vim Futuri. Sed tanta libertate in hac re utitur Crednerus, ut unam eandemque formam eodem nexu nunc pro Futuro habeat, ut vs. 26. et 27. וַאֲכַלְתֶּם, וְהִלַּלְתֶּם, וִידַעְתֶּם, in quibus non potuit aliter, nunc conjecturae suae in gratiam pro Praeterito,
ut וְשִׁלַּמְתִּי vs. 25.! — *Nolite timere, pecudes agri*, agrestes 22.
(1, 20.)! *nam germinant*, germinabunt (et sic porro) *pascua campi*

(I, 19 sq.), *nam arbores ferunt fructus suos, ficus et vitis dant opes suas.* חֵילָ *opes* de fructibus arboris; cf. כֹּחַ Gen. 23. 4, 12. Job. 31, 39. — *Et filii Sionis, exsultate et laetamini de Jova, deo vestro! nam dat*, dabit *vobis pluviam autumnalem*, cadentem a medio Octobri usque ad medium Decembrem, terramque ad semen recipiendum praeparantem, *secundum id quod rectum est*, i. e. tantum pluviae, quantum agro ex naturae lege competit, *et demittit*, demittet *vobis aquas largas pluviae autumnalis et pluviae vernae*, quae posterior cadit Martio et Aprili mensibus, cum seges in culmos et spicas succrevit et grana turgescunt, efficitque, ut seges ad justam maturitatem perveniat, *primo tempore* i. e. quam primum erit tempestiva et necessaria utraque pluvia. Quod priore loco positum est מוֹרֶה nonnulli in genere *pluviam* significare volunt, possitque ea vox hunc significatum ferre altero etiam quo legitur loco Ps. 84, 7. Quum vero posterius מוֹרֶה, oppositum מַלְקוֹשׁ *pluviae serotinae* s. *vernae*, manifeste idem sit quod alias יוֹרֶה, id est, *pluvia matura* s. *autumnalis*, nec probabile sit, alio significatu accipi a vate מוֹרֶה prius, alio posterius, *pluviam autumnalem* significare putamus prius quoque. Causa vero, cur seorsum et ante serotinam pluviam memoretur *autumnalis*, nulla est alia, quam quod in aestatem inciderat locustarum calamitas, ideoque, quo tempore haec scribebantur, tempus instabat novae sationis, *cui ante omnia opus erat pluvia autumnalis.* In sequentibus autumnalis vernae praemittitur ea de causa, quod *natura* (sationem si spectas) *est prior.* לִצְדָקָה *secundum id quod rectum*, tantum, quantum terrae ad semen recipiendum praeparandae satis est, ut nihil desit, quod opus est, nihil abundet, ultra quod sat est, quorum utrumque frugibus nocet. וַיּוֹרֶד *et demittit*, *demittet*, continuat enim relativa forma tempus expressum verbis praegressis, quod tempus *futurum* esse vidimus ad vs. 21. Ad גֶּשֶׁם מוֹרֶה וּמַלְקוֹשׁ recte Rosenmüllerus, qui de reliquis minus accurate exposuit, „nomen גֶּשֶׁם, inquit, in genere *pluviam* (propr. *imbrem*, *pluviam largam*) significat, quum duo quae sequuntur, מוֹרֶה, *tempestiva* s. *matura pluvia*, et מַלְקוֹשׁ, *serotina pluvia*, eas in specie denotent, quae certo decidunt tempore." Quod, postquam jam ante dixerat, daturum Jovam *pluviam autumnalem* esse, hic Jova denuo dicitur demissurus esse *pluviam autumnalem*, ratio est, quod, postquam supra anni tempus proxime instans ante oculos habuerat vates, hic omne tempus

futurum respicit, q. d. dabit vobis, qua nunc, in praesenti opus est, pluviam autumnalem, quantum satis est, et demittet vobis in posterum quoque autumnalem et vernam pluviam, suo utramque tempore. Observa insuper, saepe repeti aliquid, ubi novi quid addendum est. בָּרִאשׁוֹן longe simplicissimum est ad utrumque pluviam referre et eo quo accepimus modo accipere, quo eodem jam accepisse videtur Chaldaeus, qui: *primam pluviam tempore suo, et serotinam mense Nisan.* Ita, quod non effugere debebat interpretes, לִצְדָקָה et בָּרִאשׁוֹן accurate sibi invicem respondent. Ita enim intellectum בָּרִאשׁוֹן *justum* exprimit *tempus*, quemadmodum לִצְדָקָה *justam mensuram.* LXX: *καθὼς ἔμπροσθεν,* Vulg. *sicuti in principio*, Syr. *ut antea.* Quae ratio, recepta a Gesenio et aliis, praeterquam quod difficultate grammatica laborat, delet parallelismum. Crednerus: *nunc ipsum, novissimo tempore*, quae significatio probari nequit. Reliquum est, ut Hesselbergum verba אֶת־הַמּוֹרֶה לִצְדָקָה cum Chaldaeo et Hieronymo reddidisse dicamus *doctorem justitiae* (!) his de causis, *quod* amet vates eidem voci in eadem sententia diversum tribuere significatum; sed qui afferuntur loci nullum pondus habent, nec si haberent aliquod, inde aliquid in hunc locum sequeretur, quoniam inter promissa compensandorum a locustis illatorum damnorum *doctoris* mentio prorsus aliena est; *quod* מוֹרֶה munitum sit articulo, qui certum quendam, eumque notum justitiae doctorem — Christum indicet, quam vim voculae cum stupore equidem contemplor; *quod* צֶדֶק non habeat nisi ethicum sensum, quod falsum, cf. צֶדֶק Ps. 23, 3.; *quod*, si מוֹרֶה sit *pluvia autumnalis*, vel si malis, *pluvia* in genere, nascatur tautologia, quod secus esse jam supra vidimus. Sed jam satis. — *Et plenae erunt areae frumento, et* 24.
redundabunt cupae musto et oleo. — *Et compensabo vobis annos,* 25.
quos voravit gregarius, linctor et exesor et sector, exercitus meus magnus, quem immisi in vos (vs. 11.) Ex eo quod loquitur de *annis*, non sequitur, per duos aut plures continuos annos durasse lucustarum pestem. Quae praeter novissimam superiore aetate diversis temporibus fuerant locustarum calamitates potius respici videntur. Quemadmodum enim longe in posterum prospicit vates et futura cogitat vs. 26 sq., sic praeterlapsa quoque respiciat oportet. De locustarum nominibus vid. ad 1, 4. — *Et com-* 26.
edetis et satiabimini, et celebrabitis nomen Jovae, dei vestri, qui egit vobiscum praeclare; nec pudore afficietur populus meus

in perpetuum, nunquam in posterum experietur, quod questus est
27. supra vs. 17. — *Et cognoscetis, in medio Israelis me esse*, me
iis sospitatorem atque salutis defensorem adesse, *et me esse Jovam, deum vestrum, et nullum amplius*, et praeter me nullum;
nec pudore afficietur populus meus in perpetuum! cf. ad vs. 26.

CAP. III, 1 — IV, 21. Quod jam supra coeperat hic facere
pergit, prospicere in posterum. Futuram aliquando auream aetatem promittit, qua insigni rerum divinarum cognitione et studio
imbuti omnes singuli Jovae cultores deletis hostibus omnibus Jovae
sub tutela summa tranquillitate et securitate ac perpetua felicitate
1. fruituri sint. — *Et futurum est postea, ut effundam spiritum
meum super omnem carnem*, omnes homines, universum genus
humanum; *et divino motu conciti erunt filii vestri et filiae vestrae; senes vestri somnia somniabunt, juvenes vestri visiones
videbunt*. Verba וְנִבְּאוּ בְּנֵיכֶם cet. Tychsen (Illustr. vaticinii
Joel. c. III.) sic explicanda putavit: „נִבָּא est *prophetico modo* et
auctoritate loqui, sive omnino, prophetae loco esse, posito eximio
officii prophetici actu pro universa dignitate prophetae. Haec
autem non ad oracula solummodo edenda revocari debet. Prophetae enim apud Hebraeos ministri erant et familiares Jovae,
divinae voluntatis interpretes, legum divinarum statores, qui non
modo impulsu divino oracula edebant, sed etiam summo cum
studio legibus Mosaicis operam dabant, ad easque observandas
populares suos cohortabantur, quae omnia comprehendit prophetae
nomen atque officium. Igitur hic non tam praedicere videbitur
vates, fore, ut omnes oracula edant, quam potius hoc, fore tempus, quo non, ut alias solitum, paucos quosdam prophetas familiaritate sua dignetur Jova, sed quo omnes eo honore, et cum
summo numine commercio, ea divinarum rerum intelligentia
fruantur, quibus alias prophetae. Eundem sensum exhibent sequentia, *senes vestri* cet. Sunt haec alia revelationis sive commercii divini genera. . . . Utrumque nihil aliud erit, nisi, intimiore eos familiaritate dignabitur Jova, atque omnes divinorum
virorum loco erunt. Notanda autem hic orationis concinnitas, et
poetae in jungendis verbis delectus, quod senibus somnia tribuat,
quae debiliori aetati magis conveniunt, juvenibus visiones, utpote
vividioribus ingeniis ad concipienda phantasmata promtioribus."
Consentit in rei summa Redslobus in libro laudato ad 2, 8. p. 22

sq., ubi, quum *propheta* non dicatur נֹבֵא, sed נָבִיא, et *esse proph.* non dicatur נָבָא, sed נִבָּא, intelligi monet, *passivam*, non activam vim propriam esse נָבִיא et נִבָּא verborum. Esse vero נָבָא emollitum ex נָבַע et significare proprie *perfundere*, ita ut נִבָּא propr. sit *perfundi*, נָבִיא *perfusus* sc. spiritu divino; coll. quod hoc ipso loco est אֶשְׁפּוֹךְ אֶת־רוּחִי עַל וגו׳ *effundam spiritum meum super* cet. Licet soleant divinae voluntatis nuntii esse prophetae, tamen cum prophetae notione nequaquam id necessario conjunctum esse, ut divinorum decretorum internuntius sit, verum ut in omnibus quae fiant divina in administrandis rebus consilia agnoscat. Prophetam hominem pium esse, qui non, ut vulgus, videat et non videat, rerum vicissitudines cum coeco stupore adspiciat, sed qui dei plenus omnia quae fiant signa esse intelligat voluntatis divinae, omnia referat ad deum, in physico rerum ordine intueatur ethicum, quique omnibus quae accidant divinitus se moneri atque ad recte vivendum excitari se patiatur. Hoc ipso sensu נִבָּא dici hoc loco, perlucere ex eo, quod fore dicatur, ut *omnes singuli* agantur divino spiritu. Nam omnes si dicantur futuri esse divinae voluntatis interpretes, neminem reliquum futurum esse, cui illam interpretentur. Quae si recte disputata sunt, promittit hoc loco eadem vates, quae aliis verbis alii passim promittunt, cum tempora canunt, quibus plena terra futura sit cognitionis dei Jes. 11, 9., quibus omnes futuri sint divinitus edocti ibid. 54, 13., sacerdotes et servi dei ibid. 61, 6., quibus habituri sint omnes divinam legem inscriptam animis Jer. 31, 33 sq., futuri sint nova mente praediti eaque divina, quae illos non sinat non vivere sancte Ezech. 36, 26 sq. Cf. inprimis Jer. 31, 33: *ponam legem meam in animo eorum, et cordi eorum inscribam eam, . . . neque amplius inter se docebunt alius alium, dicentes: cognoscite Jovam!* non amplius opus erit, ut alter alterum divina disciplina instituat, *nam omnes ipsi cognoscent me a minimo ad maximum* cet. cf. etiam Num. 11, 29. Sintne vero quae a Tychsenio et Redslobo de hujus loci sensu disputata sunt (quod ad ipsam originem et significatum primarium attinet נבא vocis, verum vidisse videtur Redslobus) recte disputata, potest dubitari. Nam quum quae hoc et sequenti versu leguntur arctissime cohaereant cum vs. 3. et seq., his vero describantur *prodigia* dei judicium extremum habituri adventum praecessura, haud profecto improbabile est, esse נִבָּא hoc loco strictiore *vaticinandi*

sensu capiendum, et quod tum temporis *omnes vaticinaturi* dicuntur, ad illa ipsa *τέρατα* dei adventum praegressura referendum. Quod memorantur *senes* et *juvenes*, et versu qui sequitur *servi* et *ancillae*, eo nonnisi per partes eundo amplificat vates, quod initio dixerat כֹּל *omnes*. *Visiones* et *somnia* modos signi-
2. ficant, quibus sint de decretis divinis certiores reddendi. — *Atque etiam super servos et super ancillas diebus illis*, tempore illo
3. *effundam spiritum meum*; vid. ad vs. 1. — Haec interna prodigia comitabuntur externa vs. 3. 4. *Et dabo portenta in coelo*
4. *et in terra, sanguinem et ignem et columnas fumi*; — *Sol convertetur in tenebras, et luna in sanguinem, antequam veniat dies Jovae, magnus ille et terribilis*, dies judicii a Jova in omnes populos exercendi. תִּימְרוֹת עָשָׁן praeter hunc locum legitur Cant. 3, 6., ubi 19 libri et unus a prima manu habent תִּמְרֹת עָשָׁן. Vix dubium, quin idem sit quod עַמּוּדֵי עָשָׁן (Jud. 20, 40.), i. e. *columnae fumi*, a rad. תָּמַר, quam erectionis et erectae staturae vim habuisse docent derivata; cf. chald. תִּמְרָה *columna fumi, fumus*, תִּמּוּר *columna* solis vel lunae orientis, et תַּמַּר *columnam facere, in modum columnae ascendere*. Firmatur illa significatio etiam Chaldaei interpretis auctoritate, qui pro תִּימְרוֹת posuit יְמוּדִין, *columnas*, cujus Sing. positus reperitur pro עַמּוּד Jud. 20, 40. Quae duobus his versibus describuntur ostenta et his similia semper magnarum perturbationum praenuncia esse existimata sunt. „Liv. 22, 1. inter prodigia, quae ante pugnam ad Thrasimenum contigerunt, narrat „„litora crebris ignibus fulsisse, et scuta duo sanguine sudasse; et milites quosdam ictos fulminibus, et solis orbem minui visum, et Praeneste ardentes lampades coelo decidisse, et Arpis parmas in coelo visas, pugnantemque in luna solem; et Capenae duas interdiu lunas ortas, et aquas Caeretes sanguine mixtas fluxisse, fontemque ipsum Herculis cruentis manasse sparsum maculis, et in Antiati metentibus cruentas in corbem spicas cecidisse."" Initio belli Marsici „„simulacra deorum sudavisse, et sanguinem fluxisse,"" narrat Cicero de Divin. 1, 44. Claudianus in Eutropium 1. init. „„Semiferos partus metuendaque pignora matri, Et lapidum duras hyemes, nimboque minacem Sanguineo rubuisse Jovem, puteosque cruore Mutatos tandem mirari desinat orbis."" Lucanus Pharsal. 1, 524 sqq. monstra enumerans, quae bellum civile praecesserunt: „„superique minaces Prodigiis terras implerunt, aethera, pontum. Ignota ob-

acura viderunt sidera nocte, Ardentemque polum flammis, coeloque volantes Obliquas per inane faces, crinemque timendi Sideris, et terris mutantem regna cometen. Fulgura fallaci metuerunt crebra sereno, Et varias ignis denso dedit aëre formas.““ Idem ibid. vs. 540 sqq. „„Ipse caput medio Titan cum ferret Olympo, Condidit ardentes atra caligine currus, Involvitque orbem tenebris, gentesque coëgit Desperare diem.““ Virg. Georg. 1, 466 sqq. de solis defectu sub obitum Caesaris tumultus illorum temporum praenuntiante: „„Ille (sol) etiam exstincto miseratus Caesare Romam, Quum caput obscura nitidum ferrugine texit, Impiaque aeternam timuerunt saecula noctem.““ Ros. His adde Virg. Buc. 1, 16 sq. „Saepe malum hoc nobis, si mens non laeva fuisset, De coelo tactas memini praedicere quercus.“ Ovid. Met. 15, 782 sqq. „Signa tamen luctus dant (superi) haud incerta futuri. Arma ferunt inter nigras crepitantia nubes, Terribilesque tubas, auditaque cornua coelo Praemonuisse nefas. Phoebi quoque tristis imago Lurida sollicitis praebebat lumina terris. Saepe faces visae mediis ardere sub astris, Saepe inter nimbos guttae cecidere cruentae, Caerulus et vultum ferrugine Lucifer atra Sparsus erat: sparsi Lunares sanguine currus. Tristia mille locis Stygius dedit omina bubo. Mille locis lacrimavit ebur, cantusque feruntur Auditi, sanctis et verba minacia lucis.“ — *Et futurum est, ut* 5.
quicunque invocaverit nomen Jovae i. e. Jovam coluerit, Jovae cultor exstiterit, *eripiatur*, salvus evadat ex judicio, cujus praenuncia futura sunt portenta enumerata in antegressis; *nam in monte Sionis atque Hierosolymis* i. e. in cultu Jovano, cujus sedes erat Hierosolymis, *futura est liberatio*, *quemadmodum dixit Jova*, *atque inter superstites*, elapsos ex isto judicio, erit *qui Jovam invocaverit.* Quando advenerit terribilis ille judicii dies, praenunciatus prodigiis ante descriptis, tutus erit ab horrendis rerum conversionibus omnis qui fuerit e cultoribus Jovae; salus enim in solo Jova posita erit, nec nisi qui Jovam deum agnoverit salvus erit. Hic mihi simplicissimus sensus esse videtur loci praeter necessitatem vexati ab interpretibus. קָרָא בְּשֵׁם יי *invocare nomen Jovae:* Jovam venerari, colere, ut Ps. 79, 6. al., quia nemo deus invocatur, nisi qui colitur. Verborum כִּי בְּהַר צִיּוֹן cet., quum praecedentium *rationem* reddant, non potest alius sensus esse, quam is, quem fecimus. Verbis ultimis וּבַשְּׂרִידִים rel. confirmantur quae jam ante dicta sunt. Est enim plus quam pro-

habile; illa verba ad modum verborum כֹּל אֲשֶׁר יִקְרָא בְּשֵׁם יְהוָה יִמָּלֵט explicanda esse, ita, ut יְהוָה non habeatur Subjectum, ut habetur ab interpretibus omnibus, sed Objectum, et קָרָא יְיָ idem sit quod קָרָא בְּשֵׁם יְיָ, quo sensu eam locutionem sumtam habes Ps. 14, 4. al., וּבַשְּׂרִידִים vero, collatis quae praecesserunt פְּלֵיטָה et יִמָּלֵט vocibus, intelliguntur de elapsis ex ingenti illa rerum perturbatione conjuncta cum judicio divino. Ad וּבַשְּׂרִידִים sine negotio יִהְיֶה repetitur ex praegresso תִּהְיֶה. Impeditiores sunt omnes prolatae a superioribus interpretibus explicationes. Tychsenus, Rosenmüllerus, de Wette et alii: . . . *nam in monte Sion et Hierosolymis futura est liberatio . . . atque apud superstites*, exsules ereptos hostium gladio, *quos Jova vocabit*, revocabit e terris exteris. „Simplicissimum est, repetere (ad וּבַשְּׂרִידִים) ex superioribus פְּלֵיטָה, quo valde augetur sententia, non Hierosolymis tantum securitatem fore ab imminentibus malis, sed apud exsules quoque, qui erepti hostium gladio inter gentes dispersi adhuc essent . . . *Vocare* est revocare ab exsilio. Jam artissime cohaerent sequentia: tum enim, cum reducam exsules Hierosolymorum, poenas repetam ab hostibus et oppressoribus gentis meae.“ Tychsen. Verum quum יִמָּלֵט et פְּלֵיטָה ad evasionem ex divino judicio referantur, plane precarium est, וּבַשְּׂרִידִים referre ad servatos a Jova exsules. Accedit, quod ita non perspicitur, quo tendant verba אֲשֶׁר יְהוָה קֹרֵא, utpote quorum tunc tantum apta aliqua ad verba בְּהַר צִיּוֹן et rel. ratio esset, si pro קֹרֵא scriptum esset קָרָאוּ, sic enim Hierosolymitanis Jovae cultoribus oppositi essent cultores Jovae viventes in terris exteris. Similia et alia in hac interpretatione displicuisse videntur Steudelio, qui „שְׂרִידִים, inquit, nequaquam sunt reliqui ii, qui sunt praeter Judaeos Hierosolymitanos, sed *superstites ex clade*. Non est, unde norimus, exsules ex terra Judaeorum hic a propheta spectari, et si spectarentur, haud optime verba inter se jungerentur. Si enim פְּלֵיטָה significat *ereptionem*, *evasionem*, velut e strage, quae inveniatur in monte Zion; non sane apte diceretur, eandem inveniri in superstitibus e clade, quos Jova in patriam revocet. Loco locus, qui praebeat effugium, rectius responderet.“ Ipse Steudel verba postrema sic reddenda putavit: *et inter superstites*, in numero superstitum ex clade illa erunt, *quoscunque vocarit Jova*. Quam eandem interpretationem suam fecit Crednerus, qui vatem, postquam dixisset, salvos futuros esse quicunque templum Hiero-

solymitanum frequentarent, tum vero secum reputasset, quam
multi essent, quibus templum frequentare non liceret, horum in
gratiam adjecisse putat, praeter illos qui Hierosolyma adeant, sal-
vos futuros esse quoscunque Jova elegerit. De qua interpretatione
quid sit judicandum, lectores ipsi viderint. — CAP. IV. *Nam* 1.
ecce, diebus illis, et tempore illo, ibi, tum reducam captivitatem,
captivos *Judae et Hierosolymorum.* כִּי „*nam*, ut superius (3, 5.)
promissis fidem faciam, et ostendam, salvos futuros esse, qui
Jovam coluerint." Ros. אֲשֶׁר si relativum habes, apodosis incipit
a versu secundo. Sed quum exsulum in patriam reducendorum
mentio in antecedentibus facta non sit, praestare videtur, אֲשֶׁר
particulae tribuere eam vim, qua gaudet Zach. 8, 23. in verbis
בַּיָּמִים הָהֵמָּה אֲשֶׁר יַחֲזִיקוּ *diebus illis, ibi, tum prehendent*, et
aliis locis notatis a Gesenio in lex. man. p. 110. Quum frequens
sit locutio שׁוּב שְׁבוּת *reducere captivos*, non audiendi sunt Maso-
rethae אָשׁוּב legi jubentes pro אָשִׁיב. De יְהוּדָה וִירוּשָׁלִָם vid.
not. ad Ps. 18, 1. Ad rem quod attinet, Rosenmüllerus „viden-
tur, ait, a Tyriis et Sidoniis, nec non a Philisthaeis, Aegyptiis
et Idumaeis, qui Hebraeos vexasse et oppressisse satis clare signi-
ficantur vs. 4. et 19., plures Judaei bello capti in exteras terras
deportati fuisse." Sitne vero de Phoenicibus et Philisthaeis, Ae-
gyptiis et Idumaeis hic cogitandum, possit dubitari, duplici de
causa. Una continetur in גַּם particula vs. 4., altera in eo, quod
populi, de quibus agitur, Judaeorum terram inter se distribuisse
dicuntur vs. 2. Nam si quod vs. 4. initio habetur גַּם pertinet ad
גּוֹיִם, sequitur, ut tribus primis hujus capitis versibus non quatuor
illos, sed alios populos spectaverit vates. Idem prodere videri
possunt quae leguntur vs. 2., ut quae in nullos magis, quam in
Assyrios et Chaldaeos conveniant. Attamen quum גַּם vs. 4. etiam
aliter strui possit et fortasse debeat, et quae vs. 2. habentur
verba וְאֶת אַרְצִי חִלֵּקוּ non necessario de divisis inter hostes am-
plioribus terrae Israeliticae partibus intelligantur (de adjuncta
alienis imperiis universa terra cogitari nequit), praeterea vero
permirum esset, si Phoenices et Philisthaeos, Aegyptios et Idumaeos
vates expressis verbis nominasset, hostes illis multo perniciosiores
non nominasset, his, inquam, de causis ad eosque vs. 4. et 19.
memoratos populos quae tribus primis versibus continentur refe-
renda puto et ego. — *Et congregabo omnes populos et deducam* 2.
eos in vallem Josaphat (*Jovae judicium*), *et litigabo cum iis ibi*

pretatio non solum pugnat cum accentu et loco parallelo Jes. 5,
26., verum etiam sensum fundit a prophetarum placitis alienum.
5. — Redditur nunc ratio, cur puniendi sint populi versu superiore
nominati. *Qui argentum meum et aurum meum abstulistis, et
res meas pretiosas, optimas illas, intulistis in templa*, vel si
mavis, *in palatia vestra.* Intellige auri et argenti pondera, vasa
aurea atque argentea, et alias res pretiosas coacervatas in templo
(„immensae opulentiae templo“ Tacit. Hist. 5, 8. cf. Jos. de B. J.
6, 40. Antt. 14, 4, 4. et 14, 7, 2.), in regio et aliis palatiis,
coll. 1 Reg. 15, 18. 2 Reg. 12, 18. 14, 14. al. Respici videtur
Arabum et Philisthaeorum in Judam et Hierosolyma irruptio,
de qua 2 Chron. 21, 16 sq. Nam quos ibi regium palatium spo-
liasse legimus Arabes et Philisthaeos nemo credet templum in-
6. tactum reliquisse. — *Et filios Judae et filios Hierosolymorum
vendidistis Javanitis*, Graecis, *ut procul abigeretis eos a termino
suo*, finibus patriae. Haec in utrosque, et Phoenices et Philisthaeos
dicta esse, intelligimus ex Am. 1, 6. 9. Crednerus בני היונים,
Javanitas, non Graecos, ut, si discesseris ab Ezech. 27, 13.,
locis omnibus, sed incolas urbis et regionis sitae in Arabia felici,
ut Ezech. l. l., esse putat propterea, quod Am. 1, 6. 9. Philisthaei
et Phoenices captivos suos *Idumaeis* vendidisse dicuntur, et quod
vs. 8. hujus cap. Joel minetur Philisthaeis et Phoenicibus, fore,
ut ipsorum liberi vendantur Sabaeis. Sed quis tandem sibi per-
suadeat, captivos Judaeorum omnes iisdem venditos esse? Quid
impedit, quominus alios Graecis, alios Idumaeis, alios aliis ven-
ditos esse statuas? Ad versum 8. vero quod attinet, ex eo plane
7. nihil colligi potest. Ratio in promtu. — *En, excitaturus sum
eos e loco, quo* (in quem) *vendidistis eos, et referam opus ve-
8. strum in caput vestrum.* — *Et vendam filios vestros et filias
vestras per filios Judae, et vendent eos Sabaeis, populo remoto;
9. nam Jova dixit*, decretum a Jova hoc est. — His ita dictis in
Phoenices et Philisthaeos revertitur jam ad propositum, ad nun-
tiandum, inquam, judicium olim in universos populos exercen-
dum a Jova, de quo dixerat vs. 7. Praecones falsi sunt, quibus
qui hic ad parandum bellum excitantur, videntur esse Israelitae.
Intelligendos esse hostes Israelitarum, docent vel vs. 12. et 14.
collati cum vs. 7. Excitantur autem ad bellum populi eo con-
silio, ut congregati a deo profligentur; cf. Zach. 12, 2 sqq.
Recte Hieronymus: „Ideo gentes adversariae Israeli parantur ad

pugnam, et aratra sua ligonesque vel falces in gladios lanceasque commutant, et infirmus robustum se esse dicit, erumpuntque et veniunt de circuitu, et contra domini exercitum congregantur, ut occumbere dominus faciat robustos earum, et intelligant, se deo adversante superatas." Item Rosenmüllerus: „Jubet gentes inimicas Hebraeo populo cogi ad bellum, ut ita congregatas deus profliget et perdat." Sed quod idem hic existimat, „ex una parte statui gentes universas suis viribus instructas, vs. 9. 10., ex altera deum cum bellatoribus suis, in fine vs. 11.", in eo non recte judicasse illum interpretem videbimus suo loco. *Proclamate hoc inter populos: suscipite bellum, excitate heroes! accedant, ascendant*, adveniant *omnes bellatores!* קַדְּשׁ מִלְחָמָה *suscipere, ingredi bellum* dicitur, quia omnes fere antiquitatis populi bellum sacros inter ritus suscipiebant. Crednerus et Hesselbergus esse volunt *suscipere bellum sacrum*, utpote gerendum cum Jova. Saepius tamen manifeste latius patet ista locutio, velut Mich. 3, 5. הָעִירוּ Crednerus intransitive accipi jubet, nulla urgente necessitate. Ad יַעֲלוּ Rosenmüllerus laudat haec C. B. Michaelis: „Objectum bello oppetendum Hebraeis concipitur ut *fastigium*, ab oppugnante superandum; indeque fit, ut qui regi, populo, regioni, urbi, bellum inferunt, *adscendere adversus eos* dicantur, quoquo modo se cetera iter habeat, sine respectu ad situm loci sive borealem, sive editiorem in montibus." Sed qui Hierosolyma proficiscuntur, *adscendere* dicuntur, undecunque veniant, ea de causa, quod urbs Hierosolymitana ratione regionis circumjacentis, circumjacentis, inquam, nam ejus terrae, ex qua quis Hierosolyma proficiscitur, nulla habetur ratio, id quod usque hodie non satis observatum video ab interpretibus, in loco edito posita fuit. Sic Zach. 14, 16. 17. quoque *adscendere* dicuntur venientes ex *omnibus* terris. Consilii quo quis proficiscitur nulla ratio habetur. Sic Zachariae loco modo laudato adorandi, non pugnandi causa Hierosolyma petunt populi. — *Cudite falces vestras messorias* 10.
in gladios, et falces vestras vinitorias in lanceas, deficientibus armis in arma convertite instrumenta ad agriculturam pertinentia! *Debilis dicat: heros ego sum*, etiam infirmi numerum augeant virorum fortium! Esse אֵת (cf. أَتَّ *secare, amputare*) e genere instrumentorum ferreorum, agriculturae inservientium eorumque secantium et nonnunquam acuendorum, perlucet e nexu eorum locorum, in quibus legitur. Sed quale sit instrumentum, certo

dici nequit. Plerisque veterum *vomer aratri* est, cui sententiae non favet 1 Sam. 13, 20.; Hebraeorum interpretibus et Symmacho *ligo*, sed ligo non facile convertitur in gladium. Itaque recentiorum nonnulli de *cultro aratri* cogitarunt. Mihi aptior omnibus locis videtur esse *falx messoria*. Ceterum cf. Mich. 4, 3. Virg. Georg. 1, 507 sq.: . . . squalent abductis arva colonis, Et curvae rigidum *falces* conflantur in *ensem*. Ovid. Fast. 1, 699 sq.: Sarcula cessabant, versique in pila ligones, Factaque de rastri pondere cassis erat. Martial. Epigr. 14, 34. (*falx* ex *ense*): Pax me certa ducis placidos conflavit in usus, Agricolae nunc sum, militis ante
11. fui. — *Adproperate et venite, omnes populi, ab omni parte! Et congregentur! Eo*, illuc, in vallem Josaphat, *deduc*, *Jova*, *heroes tuos!* Quod praeter hunc locum non reperitur עוּשׁ LXX Syr. Chald. reddunt *congregari*. Certior est *festinandi*, *adproperandi* significatus, coll. radicibus vicinis חוּשׁ, עוּץ, עֵוּת, arab. غَشّ IV. *ad festinandum impellere*. וְנִקְבָּצוּ non fuit quod sollicitarent interpretes. Est Praet. rel. Ni., cum vi Jussivi, utpote praegressis Imperativis. Quod secunda persona subito transit in tertiam, nihil potest habere difficultatis in loco, in quo iterum iterumque mutatur persona. שָׁמָּה *eo*, *illuc*, in vallem Josaphat, vs. 2. 12. הַנְחַת *deduc*, Imp. Hi. נָחַת verbi. Alii: *prosterne*; cf. chald. Ho. הָנְחַת *dejici* Dan. 5, 20. et hebr. יָרַד et הוֹרִיד *dejici* et *dejicere* multis in locis. Sed praestat prior ratio duabus de causis. Una est, quod שָׁמָּה habet ה motus. Interdum quidem שָׁמָּה idem est quod שָׁם, *ibi*. Quum vero proximo versu *ibi* accurate expressum sit simplici שָׁם, et sic quoque supra vs. 2., temere mihi facere videtur, qui hoc loco שָׁמָּה pro שָׁם positum vult. Altera causa est וְהוֹרַדְתִּים vs. 2. positum in eadem re, eodemque nexu, cf. inter se quae utroque loco subjiciuntur, vs. 2: וְנִשְׁפַּטְתִּי עִמָּם שָׁם et vs. 12: כִּי שָׁם אֵשֵׁב לִשְׁפֹּט. Veterum tamen plerique *dejiciendi*, *prosternendi* significatum expresserunt, sed tertia usi persona, velut Chald. et Syr. *franget*, Vulg. *occumbere faciet*. Ad גִּבּוֹרֶיךָ Rosenmüllerus, qui consentientem habet Hesselbergum: „*heroes tuos*, opponendos hostium robori." Quod falsum. Esse *heroes Jovae hostium heroes a Jova prosternendos*, totius loci natura docet; cf. inprimis vs. 9. 10. Non adjutum vi humana sui populi, sed sua sola potentia hostes Jovam
12. prostraturum esse sperat vates. — *Excitentur*, consurgant, *et adscendant*, adveniant *populi in vallem Josaphat* (vs. 2.)! *Nam*

ibi sedebo ad judicandum omnes populos ab omni parte, ex cunctis terrae partibus. Ad rem cf. Jes. 11, 11 sqq. Am. 9, 12. Mich. 4, 3. 11 sqq. Zeph. 3, 15 sqq. Zach. 12, 9. 14, 3 sqq. Mal. 3, 19 sq. Matth. 25, 31 sq.: *ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, καὶ πάντες οἱ ἄγγελοι μετ' αὐτοῦ, τότε καθίσει ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, καὶ συναχθήσεται ἔμπροσθεν αὐτοῦ πάντα τὰ ἔθνη.* Hieronymus: „Promittunt ergo sibi Judaei, quod in ultimo tempore congregentur a domino et reducantur in Jerusalem. Nec hac felicitate contenti, ipsum deum suis manibus Romanorum filios et filias asserunt traditurum, ut vendant eos Judaei non Persis et Aethiopibus et caeteris nationibus, quae vicinae sunt, sed Sabaeis, genti longissimae, quia dominus locutus sit, et populi sui ulciscatur injuriam. Haec illi et nostri judaizantes, qui mille annorum regnum in Judaeae sibi finibus pollicentur, et auream Jerusalem, et victimarum sanguinem, et filios ac nepotes, et delicias incredibiles, et portas gemmarum varietate distinctas." Idem ad vs. 12 sq.: „Alii autem (interpretantur,) consurgere gentes et convenire in vallem Josaphat, et sedere dominum, ut omnes judicet nationes, ideo asserunt, ut parent se, et assumant universa arma pugnantium, et in valle Josaphat domini falcibus demetantur. Venisse enim contra eos tempus judicii, et in tantum eorum crevisse mala, ut dei vincerent patientiam. Nam et Amorraei tunc expulsi sunt, quando expleta sunt peccata eorum. Judaei istum locum ad Gog et Magog gentes saevissimas referunt, arbitrantes ultimo tempore, quando Jerusalem fuerit instaurata, sub mille annorum imperio, contra dei populum esse venturas, et in valle Josaphat, quae ad orientalem partem templi sita est, esse ruituras; advenisse enim tempus occisionis earum, et effundendi sanguinis instare vindemiam." —
Immittite falcem segeti! *nam maturuit messis. Venite, calcate!* 13.
nam plenum est torcular, redundant cupae; nam magna est
pravitas eorum. Easdem imagines sumtas a messe et vindemia
habes Jes. 17, 5 sq. 63, 2 sq. Thren. 1, 15. al. — *Turbae, turbae* 14.
in valle judicii! nam propinquus est dies Jovae in valle judicii. עֵמֶק הֶחָרוּץ idem quod עֵמֶק יְהוֹשָׁפָט vs. 2. 12. חָרוּץ *decisum*, hinc *judicium*, cf. חָרַץ impr. *decidere, definire*, נֶחֱרָצָה *decisum, decretum* coll. not. ad Dan. 9, 26. extr. LXX: *ἐν τῇ κοιλάδι τῆς δίκης*, Theod. *ἐν τῇ κ. τῆς κρίσεως*, et sic quoque Syr. et Chald. Alii, ut Crednerus: *in valle tribuli* (vid. ad Jes. 28, 27.),

A M O S.

1. CAP. I, 1. Inscriptio. *Verba*, effata *Amosi*, *qui uit inter opiliones* i. e. unus ex opilionibus *e Thecoa*, *quae* verba, effata, *spectavit* i. e. quae ei divinitus patefacta sunt *super Israele diebus*, tempore *Usiae*, *regis Judae*, *et diebus*, tempore *Jerobeami*, *filii Joasi*, *regis Israelis*, *biennio ante terrae motum*. נֹקֵד *ovium custos*, *opilio*, et *ovium possessor* 2 Reg. 3, 4., propr. idem quod نَقَّاد pastor ovium deformium et brevipedum sed lana insignium, نَقَد dictarum (a نَقَدَ pupugit, hinc punctis notavit, hinc punctis notando discrevit selegitque quae melioris notae essent a sequioribus). Non video equidem, quid moverit interpretes, velut Rosenmüllerum, ut vocem utroque loco latius patere statuerent. Infra 7, 14. Amos ipse se בּוֹקֵר *armentarium* quidem dicit. Sed vix dubium, quin *armentarius* ibi ampliore significatu dictus sit pro *opilione* (cf. syr. ܒܩܪܐ *armentum* etiam de pecore ovillo); nam vs. 15. subjicit, *sumsisse Jovam se* מֵאַחֲרֵי הַצֹּאן i. e. *ab ovibus et capris*. Ad locum vero qui 2 Reg. 3, 4. habetur quod attinet, eo et ipso expressis verbis memoratur *pecus ovillum*. תְּקוֹעַ „oppidum sex millibus ad meridianam plagam abest a sancta Bethlehem.“ Hieron. in Praef. ad Amosum. Idem ad Jer. 6, 1: „Thecua viculus est in monte situs, et duodecim millibus ab Hierosolymis separatus; quotidie oculis cernimus.“ Cf. Jer. l. l. Situs erat in limitibus deserti magni, מִדְבַּר תְּקוֹעַ 2 Chron. 20, 20. cf. 1 Macc. 9, 33: ἡ ἔρημος Θεκωέ. „Jam vero deserta Palaestinae pascualia sunt, et alendis gregibus apta, unde clarius intelligitur, quid hoc sit, quum scriptor fuisse dicitur *inter pecuarios ex Thecoa*.“ Ros. „Ultra (Thecoae puta ad meridiem) nullus est viculus, ne agrestes quidem casae et furnorum similes, quos Afri vocant mapalia. Tanta est eremi vastitas, quae usque ad mare rubrum Persarumque et Aethiopum atque

Indorum terminos dilatatur. Et quia humo arida atque arenosa nihil omnino frugum gignitur, cuncta sunt plena pastoribus, ut sterilitatem terrae compensent pecorum multitudine. Ex hoc numero pastorum Amos propheta fuit." Hieron. in Praef. Quod Amos officii sui partes implevisse dicitur *regnantibus Usia et Jerobeamo*, id triplici modo potest accipi. Possit indicari, posuisse Amosum in colendo munere prophetico totum tempus, per quod regnarunt Usia et Jerobeamus, id est, annos 66 effluxos ab anno ante Chr. 823. usque ad annum 758.; nam Jerobeamus II., rex Israelitarum, imperium suscepit anno 15. Amaziae (2 Reg. 14, 23.); i. e. 823. ante Chr., tenuit annos 41 (ibid.), Usia vero, rex Judaeorum, rebus publicis praeesse incepit anno 15. Jerobeami II. (2 Reg. 14, 23. et ibid. vs. 17. 2 Chron. 25, 25.; de falso qui 2 Reg. 15, 1. habetur numero 27 vide quae disputavimus ad illum ipsum locum), praefuit annos 52 (2 Reg. 15, 2. 2 Chron. 26, 3.), i. e. usque ad annum ante Chr. 758. Vel possit certe illud tempus, quo Usia et Jerobeamus aequales fuere, totum munus suum obiisse dici vates, i. e. annos 27 praeterlapsos ab anno ante Chr. 809., Jerobeami 15., quo imperium Judaeorum ad Usiam venit, usque ad annum ante Chr. 783., Usiae 27., quo mortuus est Jerobeamus. Possit denique pars tantum significari temporis, quo duo illi reges fuerunt *σύγχρονοι*, atque sic sane statuendum est. Per partem tantum temporis imperii Jerobeamici, eamque extremam, prophetae munus obiisse Amosum, intelligit qui vatem consulit ipsum. Ex 7, 10. quidem nil nisi regnante Jerobeamo vatem provinciam suam administrasse cognoscimus. Verum ex illis, quae 6, 14. habentur, collatis cum 2 Reg. 14, 25. 28., atque ex iis locis, quibus Israelitarum perstringitur securitas et insolentia 6, 1. 13. atque luxuries 3, 12. 15. 6, 4 sqq., clare perlucet, vatem exstitisse Amosum, non solum post insignem illam a Jerobeamo reportatam a Syris victoriam, sed quum dudum pacis artes coluisset rex, et longa Israelitae usi fuissent felicitate, id est, annis Jerobeami extremis; cf. ad Hos. 1, 1. p. 202. Ejusdem temporis indicia sunt 1, 5. et 5, 27., ubi jamjam Assyriorum minatur arma; item 8, 2., ubi regni interitus adpropinquare dicitur. Verum ex 1, 6 sqq. coll. cum 2 Chron. 26, 6. vix quicquam colliges, quod idem valet in 6, 2. vid. ad hos locos not. Quod additum legitur *biennio ante terrae motum* in tempore accuratius definiendo nihil nos juvat, quum quo anno acciderit ille terrae motus non constet. Nam ex

Zach. 14, 5. nonnisi quod scimus discimus, incidisse illum in tempus Usiae; praeterea vero ejus terrae motus nusquam facta est mentio. *Bethele* prodiisse vatem, cognoscimus ex 7, 10 sqq. Quae sex primis capitibus continentur *oratoria* sunt, quae reliquis, *symbolica*, subjecta explicatione, et interjecta notitia historica 7, 10—17. Ab initio perstringit populos vicinos, ab his se convertit ad Judaeos, a Judaeis transit ad Israelitas, in quibus castigandis inde a cap. 3. usque ad finem versatur totus. Videntur omnia fere eodem tempore conscripta esse.

CAP. I, 2 – VI, 14. Orationes propheticae in populos vicinos atque in Israelitarum populum.

CAP. I, 2—II, 16. Stropharum rhythmus in hac oratione
est. Argum. 1, 2. exordium; 3—5. in Syros invehitur; 6—8.
in Philisthaeos; 9. 10. in Tyrios; 11. 12. in Idumaeos; 13—15.
in Ammonitas; 2, 1—3. in Moabitas; 4. 5. in Judaeos; 6—8.
2. 9—12. 13—16. in Israelitas. — *Et dixit* Amosus: *Jova e Sione*
rugit, atque ex Hierosolymis edit vocem suam; et lugent pascua
pastorum, et exarescit caput Carmelis; cf. Joel. 4, 16., ubi
prius hemistichium iisdem verbis legitur, ex quo tamen nequaquam
sequitur, quod volunt interpretes, ab illo haec sumsisse
Amosum. Simillima leguntur in Jer. 25, 30. Ps. 18, 14. et multis
aliis in locis. Promontorium Carmelum fuit fertilissimum, atque
in vertice arboribus consitum et pascuosum; cf. Jes. 33, 9. 35, 2.
Jer. 4, 26. 50, 19. Nah. 1, 4. Cant. 7, 5. Hieron. ad Jer. 4, 26:
„oleis consitûs et arbustis vineisque condensus.“ Idem ad hunc
Amosi locum: „laetis pascuis abundat.“ Quod ad sensum, Rosenmüllerus:
lugent, „tristi adspectu sunt propter horrendam sui
desolationem et incolarum stragem.“ Male. Dicit potius, enecari
et confici rerum naturam indignante ex Sione Jova; cf. quae
eodem redeunt in loco Joelis modo laudato verba *et commoventur*
3. *coelum et terra.* — *Sic dicit Jova: Propter tria delicta Damasci*
et propter quatuor non revocabo id, quod propositum mihi
est, poenas, puta, sumere ab illa (cf. vs. 4 sq.), i. e. exsequar
quod decrevi poenas capere de Damasco tum propter alia ejus
delicta tum *propterea quod triturarunt tribulis ferreis Gileaditidem,*
Gileaditas. De sensu locutionis עַל שְׁלֹשָׁה cet. nequaquam
accurate expositum video apud interpretes. Ante omnia rejicienda
est ratio eorum, qui locum sic explicandum putarunt: „tria delicta

Damasci, etsi vindictam meruissent, tamen a me condonata fuissent, sed quia quartum quoque addiderunt, adeoque peccatorum suorum mensuram penitus impleverunt, non possum non ipsos punire.“ Quam eandem rationem Hieronymus quoque secutus est, liberius tantum illa usus hoc modo: „si semel meum esset populum prosequutus, aut secundo, darem veniam; nunc vero, cum tertio et quarto crudelis exstiterit, ut captivam multitudinem plaustris ferreis tereret, nonne debeo eum plagis corripere?“ Ubicunque in modum hujus loci numerus quidam componitur cum numero qui proxime sequitur, hic posterior ad illum priorem ita pertinet, ut eum compleat, et una cum eo certam quandam multitudinem exprimat. Sic *tria et quatuor* Prov. 30, 15: *tria non satiantur, quatuor non dicunt: satis!* ibid. vs. 18: *tria captum meum excedunt, et quatuor non intelligo;* ibid. vs. 21: *sub tribus contremiscit terra, et sub quatuor non potest consistere.* Item *sex et septem* ibid. 6, 16: *sex odit Jova, et septem abominabilia sunt ei;* Job. 5, 19: *in sex angustiis tibi auxilio eit* Jova, *atque in septem te non attingit malum.* Cf. praeterea *duo, tria* Jes. 17, 6.; *quatuor, quinque* ibid.; *septem et octo* Mich. 5, 4. Item *semel et bis* Job. 33, 14.; *bis, ter* ibid. 33, 29., nec non apud scriptores graecos et latinos *bis et ter, bis terque, τρὶς καὶ τετράκις, ter quaterque, ter et quater, ter aut quater.* Non potest igitur ullo modo ad עַל־שְׁלֹשָׁה פִּשְׁעֵי דַמֶּשֶׂק aliud idque contrarium illi quod sequitur cogitando suppleri verbum, sed pertinet לֹא אֲשִׁיבֶנּוּ ad עַל־שְׁלֹשָׁה פִּשְׁעֵי דַמֶּשֶׂק pariter atque ad עַל אַרְבָּעָה. Sic vero locus aliqua laborat difficultate. Nam si propter *tria et quatuor* delicta deus propositum se executurum dicit, enumerationem exspectas vel totidem vel plurium certe delictorum. Quotiescunque enim istiusmodi numeris res singulae subjiciuntur, subjiciuntur aut totidem quot sunt numeratae, aut plures certe. Denuo conferantur quae supra laudavimus Prov. 30, 15: *tria non satiantur, quatuor non dicunt: satis! Orcus, et mulier sterilis, terra quae non satiatur aqua, et ignis qui non dicit: satis!* ibid. vs. 18: *tria captum meum excedunt, et quatuor non intelligo: viam aquilae in coelo, viam serpentis in rupe, viam navis in medio mari, viam* cet.; ibid. vs. 21: *sub tribus contremiscit terra, et sub quatuor non potest consistere: sub servo quando fit rex, et* sub *homine stulto quando satur fit, sub femina spreta quando fit uxor, et* sub *ancilla quando expellit dominam*

suam; ibid. 6, 16: *sex odit Jova, et septem abominabilia sunt ei: oculi superbi, lingua mendax, et manus fundentes sanguinem innocentem, cor machinans consilia prava, pedes cito currentes ad malum, qui efflat mendacia testis falsus, et qui excitat lites inter fratres;* Job. 5, 19: *in sex angustiis tibi auxilio est* Jova, *atque in septem te non attingit malum,* post quae, quamquam non totidem, quot sunt numerata, plura tamen nominantur mala. Hoc vero quem tractamus loco *unum* tantum delictum subjicitur, et sic quoque reliquis, quibus repetita est ista locutio, plerisque hujus et sequentis capitis locis. Quam difficultatem ut effugeret Hesselbergus הֵשִׁיב verbo non quam nos illi tribuimus *revocandi, irritum faciendi* significationem coll. Num. 23, 20. Esth. 8, 5. 8., sed *retribuendi, remunerandi* significatum tribuit, et quae subjiciuntur עַל־דּוּשָׁם cet. non cum praecedentibus, verum cum iis quae sequuntur vs. 4: וְשִׁלַּחְתִּי cet. construxit, in hanc sententiam: *propter tria delicta Damasci et propter quatuor non retribuam ei; sed propterea quod triturarunt tribulis ferreis Gileaditidem, immittam* cet. vs. 4.; et sic quoque vs. 6 sq. 9 sq. 11 sq. 13 sq. 2, 1 sq. 4 sq. Qua ratione qui difficultatem removet, incidit in duas alias, quarum una est, quod הֵשִׁיב, ubi significat *retribuere, remunerari,* non construitur cum Accusativo, sed cum Dativo aut cum עַל personae; altera, quod hoc modo עַל־מִכְרָם cet. 2, 6. non habet, quo referatur, ita ut ibi oriatur anacoluthon. Nos exemplorum quae supra vidimus diversa ratio non potest movere, ut aliter atque statuimus statuamus. Nam verum si quaeris, potest, qui dicit *propter tria delicta et propter quatuor te puniam,* si voluerit delictorum afferre exempla, aut *quatuor* afferre, aut etiam *unum.* Potest enim aut totum numerum, quaternarium, inquam, respicere, aut solum id quod quartum est. Cujus rei causa in ipsa natura istius locutionis posita est, in eo, inquam, quod, ut subsistamus in exemplo quo supra usi sumus, id quod quartum est *seorsum* ponunt, nam qui *propter tria delicta et propter quatuor te puniam* dicit Hebraeus, idem dicit, ut si dicat *puniam te propter tria delicta quibus accedit quartum.* Plane nihil proficitur eo, quod interpretes istiusmodi numerorum compositione indefinitam multitudinem exprimi monuisse satis habent. Nam qui indefinitus est numerus pluralis desinit esse pluralis eo quod est indefinitus? Ceterum cf. etiam not. ad vs. 11. Suffixum in אֲשִׁיבֶנּוּ Crednerus ad Joel. p. 60.

referendum putat ad קוֹל vs. 2., quod minus convenit. Constat, saepius Pronomina referri ad ea quae subjiciuntur; cf. ad Ps. 9, 13. Ad ipsum quod hic spectatur delictum quod attinet, vid. 2 Reg. 10, 32 sq. 13, 3 sq. Crudelis illius supplicii, quod nonnunquam a captivis sumebant istarum terrarum populi, frumenti instar *tribulis ferreis* (de quibus vid. ad Jes. 28, 27.) eos trituantes, exemplum habes 2 Sam. 12, 31. — *Et immittam ignem* 4.
in domum Hasaëlis, *et consumet palatia Benhadadi*, illius filii, vid. loca modo ll. 2 Reg. 10, 32 sq. 13, 3 sq. — *Et frangam* 5.
vectem, vectes, portarum claudendarum, puta, *Damasci*, *et exscindam incolam*, incolas *e valle idoli*, *et tenentem sceptrum e Beth-Eden; et migrat populus Syriae Kiram*, *dicit Jova*. Ad בִּקְעַת אָוֶן Gesenius in Thes. p. 52: „N. propr. vallis cujusdam amoenae duobus milliaribus germanicis ab urbe Damasco desertum versus dissitae, hodie *Un* dictae. Ita J. D. Michaelis (in not. ad h. l.) ex ore Josephi Abassi, qui vallem haud quidem viderat, sed Damasci fuerat, et proverbium de ea proferebat: *fuistine in valle Un?* i. e. in loco amoeno. Non male haec observatio adhibetur loco Am. 1, 5., ubi בִּקְעַת אָוֶן una cum Damasco et Eden tanquam Syriae regio memoratur. Quanquam molestum est, testimonium Josephi illius omnino solitarium esse et a nemine confirmatum, fatendum tamen, regionem illam ad orientem Damasci parum exploratam esse. Si vera dixit homo, vallis אָוֶן dicta videtur a commoditate vitae (أون). Si falsa ille, בִּקְעַת אָוֶן verti debet *vallis vanitatis*, et de valle Damascena intelligi.“ Valde arridet prior sententia ea de causa, quod עֵדֶן nomen *proprium* est et significat *amoenitatem*. Modo certioris fidei fuisset ille Josephus; cf. Ros. Arch. I, 2. p. 302. Itaque nescio an rectius intelligas vallem Libanum inter et Antilibanum sitam, Coelesyriam Strabonis, eamque dictam a vate putes *vallem vanitatis* a cultu deorum commenticiorum. Ad תּוֹמֵךְ שֵׁבֶט cf. σκηπτοῦχος Homeri. בֵּית עֵדֶן videtur esse qui Ptolemaeo 5, 15. Παράδεισος dicitur Libani locus amoenissime situs. קִיר regio Assyriorum imperio subjecta, Jes. 22, 6. 2 Reg. 16, 9. cf. infra 9, 7., prob. eadem quae hodie armenice vocatur Kur, sita ad Cyrum fluvium qui se effundit in mare Caspium. — *Sic dicit* 6.
Jova: Propter tria delicta Gasae et propter quatuor non revocabo id, quod decrevi, *propterea quod abduxerunt captivorum*

plenum numerum, ut traderent eos *Idumaeis.* Vid. ad vs. 3. et quod ad rem 2 Chron. 11, 16 sq. coll. Joel. 4, 1 sqq. 6 sq. Quod *Gath* urbs hoc versu et duobus proximis non memoratur, causa Crednero ad Joel. p. 53. videtur haec esse, quod, quo tempore scripserit Amosus, illa Philisthaeorum urbs cum aliis ab Usia fuisset expugnata, 2 Chron. 26, 6. Quod quam festinanter judicatum sit, facile intelliges ex eo, quod inter urbes ab Usia expugnatas fuit *Asdod* quoque, et nihilo secius eam urbem delendam vs. 8. dicit Amosus! Respexisse Amosum susceptam ab Usia in Philisthaeos expeditionem tutius colliges ex eo, quod vs. 8. delendi Philisthaeorum *superstites* dicuntur. Sed ne hoc quidem pro certo indicio potest haberi. Sic enim dicere potuit vs. 8. Amosus habita ratione eorum, quae ante dixerat. Postquam enim Jovam induxerat dicentem, velle se Gasam igne delere, Asdodenses et Ascalonenses exstirpare, maxime profecto conveniebat, pergere sic: *tum convertam manum meam adversus Ecron, et peribunt s u p e r s t i t e s Philisthaeorum;* deletis enim Gasanis, Asdodensibus, Ascalonensibus non superfuit nisi *pars* Philisthaeorum. —
7. *Et immittam ignem in murum Gasae, et consumet palatia ejus.*
8. — *Et excindam incolam ex Asdod, et tenentem sceptrum ex Ascalon; et convertam manum meam adversus Ecron, et peribunt superstites Philisthaeorum, dicit dominus, Jova.* Vid. not.
9. ad vs. 6. — *Sic dicit Jova: Propter tria delicta Tyri et propter quatuor non revocabo id,* quod decrevi, *propterea quod tradiderunt captivorum plenum numerum Idumaeis, nec memores fuerunt foederis fraterni.* Ad rem cf. Joel. 4, 1 sqq. 6 sq. Quod ad *foedus fraternum,* recte Hieronymus: „Quaerimus, quomodo Tyrii fratres sint Judaeorum. Fratres hic amicos vocat, et necessitudine copulatos, eo quod Hiram, princeps Tyri, cum Davide et Salomone habuerit amicitias, in tantum, ut et ille in aedificationem templi atque palatii ligna cedrina ratibus Joppen usque perduceret, et hi frumentum et oleum Tyriis largirentur" cet. Pleniora vide 2 Sam. 5, 11. 1 Reg. 5, 26. 9, 11—14. 27.
10. 10, 22. 1 Chron. 14, 1. 2 Chron. 8, 18. 9, 10. — *Et immittam*
11. *ignem in murum Tyri, et consumet palatia ejus.* — *Sic dicit Jova: Propter tria delicta Idumaeae et propter quatuor non revocabo id,* quod decrevi, *propterea quod persequitur gladio fratrem suum, et perdit,* opprimit *amorem suum, et quod dilacerat,* saevit *in perpetuum ira ejus, et* quod *furorem suum*

servat in sempiternum. Hic licet non quatuor delicta, tamen unum delictum quatuor expressum sententiis habes, ita ut quod dixerat *propter tria delicta et propter quatuor* hic quodammodo confirmetur ope parallelismi formalis. Similia habes infra 2, 4. Plura inter se vere diversa delicta non leguntur nisi 2, 6 sqq. Vocantur *fratres* Judaei et Idumaei, ut Obad. 10. Deut. 23, 8., ubi: *ab Idumaeo ne abhorreas, nam frater tuus est*, quia ab Isaaco et Rebecca utrique erant oriundi, Gen. 25, 25 sq. שִׁחֵת רַחֲמָיו *perdere*, opprimere *amorem*, ut שִׁחֵת חָכְמָה *perdere*, opprimere, negligere *sapientiam* Ezech. 28, 17. שְׁמָרָה 3. masc. cum ה parag. Nonnulli, ut de Wette, ultima verba: *et furor ejus memoriam* illatae injuriae *servat in sempiternum*, ita ut עֶבְרָתוֹ efficiat Subjectum, non Objectum. Quae ratio primo adspectu se commendat eo, quod in membro parallelo Subjectum est אַפּוֹ quoque. Obstat tamen שְׁמָרָה, pro quo deberet scriptum esse שָׁמְרָה. Praeterea cf. Jer. 3, 5: אִם־יִשְׁמֹר לָנֶצַח *num servabit iram in sempiternum?* Ad rem cf. 2 Reg. 8, 20 sqq. 2 Chron. 21, 8 sqq. coll. Joel. 4, 19. et quod ad antiquiora et recentiora tempora Gen. 27, 40 sq. Num. 20, 20 sq. atque not. ad Jes. 34. in prooemio et vs. 8. ejus capitis. — *Et immittam ignem in* 12.
Themanem, et consumet palatia Bosrae. Quod *Selae* i. e. *Petrae*, urbis primariae Idumaeorum, mentio facta non est, id Crednerus in Joel. p. 53. non casu et fortuito, sed consilio et ratione factum esse putat. Fuisse enim tum temporis urbem illam in potestate Judaeorum, utpote expugnatam ab Amazia 2 Reg. 14, 7. In quibus, cum Usiae quoque arma victricia fuerint, 2 Reg. 14, 22. 2 Chron. 26, 2. 6. 7., ita ut nequaquam probabile sit, urbem bello captam ab Amazia regnante Usia iterum perditam esse, equidem nolo repugnare viro doctissimo, quanquam non multum tribuendum esse argumentis a silentio ductis vidimus supra ad vs. 6.
— *Sic dicit Jova: Propter tria delicta Ammonitarum et propter* 13.
quatuor non revocabo id, quod decrevi, *propterea quod diffiderunt gravidas Gileaditidis*, immane bellum Gileaditis intulerunt, cf. Hos. 14, 1. ibique not., *ut dilatarent terminum suum*, fines suos proferrent. Videtur bellum respici, de quo 1 Sam. 11, 1 sqq.
— *Et incendam ignem in muro Rabbae, et consumet palatia* 14.
ejus, inter clamorem bellicum die pugnae, inter turbinem die tempestatis, inter horrendum hostium urbem expugnantium tumultum. — *Et ibit rex eorum in exsilium, ipse et principes* 15.

1. *ejus omnes*, *dicit Jova*. — CAP. II. *Sic dicit Jova: Propter
tria delicta Moabitarum et propter quatuor non revocabo id*,
quod decrevi, *propterea quod combusserunt ossa regis Idumaeae
in calcem*. De quo facto nihil traditum legimus in libris histo-
ricis. Hieronymus: „regis quoque Idumaeorum injuriam vindicat
(deus), imo scelus, quod in eum a Moabitis perpetratum est, ut
ossa ejus usque ad cinerem concremarent, et saevitiam suam et
rabiem nec in morte finirent. Tradunt Hebraei, ossa regis Idu-
maeae jam sepulti, qui cum Joram rege Israel, et Josaphat, rege
Juda, adscenderat adversum Moab (2 Reg. 3, 5 sqq.), in ultionem
doloris a Moabitis postea convulsa ac succensa." Rosenmüllerus:
„sunt, qui nostro loco respici existiment illud, quod 2 Reg. 3,
26. 27. factum narratur a Mesa, Moabitarum rege, qui a junctis
Judaeorum, Israelitarum, et Idumaeorum viribus ad extremam
angustiam redactus, cum viris septingentis gladio stricto perrum-
pere ad regem Idumaeae conatus sit, et quum perrumpere non
posset, acceperit filium ejus primogenitum, qui post eum regna-
turus erat, eumque immolaverit super moenibus. Hoc igitur inter-
pretantur de filio regis Idumaei, quem vates hic *regem* appellet,
quod regni haeres destinatus esset. Alii vero cum Josepho Ant.
9, 3. laudato libri Regum loco intelligendum existimant proprium
regis Moabitici filium a patre Molocho immolatum. Sane quod
vates *ossa* tantum regis Idumaei a Moabitis cremata memorat,
magis illud commendat, quod ab Hebraeis traditum refert Hiero-
nymus." Referendum esse quod hic perstringitur facinus ad bellum
a Joramo, Josaphato et Idumaeorum rege gestum cum Moabitis
2 Reg. 3, 5 seqq. suspicor ego quoque. Neque enim facinus in
rege Idumaeae factum Moabitis vates exprobrasset, nisi quo tem-
pore factum est Hebraei cum Idumaeis amicitiam habuissent.
Probabile est etiam, reversis bello feliciter gesto Israelitis et
Judaeis Moabitas ultionem sumsisse a rege Idumaeorum auxilio
jam destituto. Sed quod ossa regis jam mortui cremata putant,
id ridiculum est. Nam *ossa alicujus comburere* nihil est aliud,
quam *comburere aliquem*. Quae l. l. vs. 27. leguntur, plane aliena
sunt, nam qui ibi immolatur *filius*, nexus postulat ut habeatur
2. proprius regis Moabitarum filius. — *Et immittam ignem in
Moabum*, Moabitarum civitatem, *et consumet palatia Kerijothi;
et peribit in tumultu Moab*, *inter clamorem bellicum*, *inter sonum
buccinae*. De הַקְּרִיּוֹת vid. quae disputavimus ad Jer. 48, 41. Ad

ultima verba cf. Virg. Aeneid. 2, 313: exoritur clamorque virum
clangorque tubarum. — *Et exscindam dominum*, regem *e medio* 3.
ejus, *et omnes principes ejus interficiam cum eo*, rege, *dicit*
Jova. שׁוֹפֵט is apud quem est summa judicandi potestas, rex;
cf. quod sequitur שָׂרֶיהָ. — *Sic dicit Jova: Propter tria delicta* 4.
Judae et propter quatuor non revocabo id, quod decrevi, *pro-*
pterea quod repudiant legem Jovae, *et statuta ejus non servant*,
et quod seduxerunt eos numina vana eorum, *quae secuti sunt*
patres eorum, olim coluerunt eorum majores. כְּזָבִים *mendacia*,
numina quae fallunt, falsa, vana. — *Et immittam ignem in Ju-* 5.
dam, *et consumet palatia Hierosolymorum.* — *Sic dicit Jova:* 6.
Propter tria delicta Israelis et propter quatuor non revocabo
id, quod decrevi, *propterea quod vendunt argento justum*, ar-
gento corrumpi se patiuntur, ut reum faciant eum, qui justam
causam habet, *et pauperem pro pari calceorum*, et pauperem in
judicio opprimunt accepto vilissimo quovis pretio, immemores
legis Deut. 16, 19. Ad בַּעֲבוּר נַעֲלָיִם cf. 8, 6. et similes locutio-
nes Joel. 4, 3. Ezech. 13, 19. — *Qui inhiant pulveri terrae in* 7.
capite tenuium, i. e. qui nihil magis cupiunt, quam ut sit pulvis
in capite tenuium, i. e. quam ut eos in luctum detrudant, oppri-
mant eos, *et causam afflictorum flectunt*, res eorum pervertunt;
et filius et pater adeunt eandem puellam, *ut profanent nomen*
meum sanctum. Priora verba Rosenmüllerus, secutus Hebraeorum
interpretes, eodem quo nos modo convertit, sed alium sub iis
sensum subjicit, hunc: qui toti id agunt, ut tenuiores in pulve-
rem, ad terram dejectos conculcent. Quod durum. Durior etiam
Hesselbergi interpretatio haec: *qui aspere increpant in pulvere*
terrae caput tenuium, i. e. tenuiores humi prostratos, supplices.
הִטָּה דֶּרֶךְ פ׳ idem est quod alibi הִטָּה מִשְׁפַּט פ׳. Nam דֶּרֶךְ פ׳
saepius passive est *ratio qua cum aliquo agitur*, hinc est *causa*,
res alicujus. Hesselbergius: *viam afflictorum deflectunt* i. e. af-
flictos repellunt, causam eorum non agunt. Verba וְאִישׁ cet. de
cultu obscoeno Astartes et aliorum deorum dearumque videntur
intelligenda esse; cf. vs. 8. לְמַעַן male Rosenmüllerus de eventu
quam de consilio intelligere mavult. Ubique finis et propositum
exprimitur. Sic hoc quoque loco sceleste agendo Israelitae nomen
dei sanctum consulto quasi et data opera profanare dicuntur. —
Et in vestibus pignoris loco acceptis, quas ante solis occasum 8.
pauperibus reddi lex postulabat Exod. 22, 25 sq., *discumbunt*,

epulas agentes sacrificales, *juxta omnem aram*, ad omnes passim deorum fictorum aras; *et vinum mulctatorum* i. e. partum e facultatibus eorum quos inique mulctarunt, *bibunt, in domo deorum suorum*. Perstringit falsorum deorum cultum conjunctum cum oppressione pauperum. בְּגָדִים h. l. sunt vestes exteriores et amplae, quas sibi substernebant et insternebant discumbentes. יַטּוּ propr. *extendunt*, omisso Accusativo *membra*, „ex discumbendi more veteribus usitato, quo epulantes ad mensam non, ut nos hodie, sederunt, sed accubuerunt, reclinata supera parte corporis in cubitum sinistrum, infera in longum porrecta et jacente, capite leviter erecto.“ Ros. Idem: „veteres intra ipsum templum solebant solennia sacrificiorum convivia agitare, uti apparet ex historia, quam refert Herodotus 1, 31. de Cleobe et Bitone, qui in fano post sacrificium epulati et somno se dedisse narrantur.“
9. Cf. Hos. 4, 18. al. — Et tamen ego vos olim summis affeci et plurimis beneficiis. *Et tamen ego delevi Amoritam*, Amoritas, quae gens eum fuerit omnium maxima et potentissima, hic ut Gen. 15, 16. 48, 22. Deut. 1, 20. Jos. 7, 7 pro omnibus gentibus Cananaeis ponitur, *coram iis*, *cujus altitudo erat instar altitudinis cedrorum*, *et qui robustus erat quercuum instar*, cf. Num. 13, 32 sqq.; *et delevi fructum ejus superne et radices ejus inferne*, i. e. delevi eum penitus; cf. eadem imago Job. 18, 16.
10. Ezech. 17, 9. De וְאָנֹכִי cf. ad Ps. 2, 6. — *Et tamen ego ascendere feci*, eduxi *vos e terra Aegypti*, *et deduxi vos per desertum quadraginta annos*, *ad occupandam terram Amoritae*, Amo-
11. ritarum, Cananaeorum, vid. ad vs. 9. — *Et excitavi de filiis vestris prophetas*, *et de juvenibus vestris Nasiraeos*. *Num non est ita*, numquid hoc negare potestis, *filii Israelis? dictum Jovae*. „Leges Nasiraeatus erant, ut sibi caverent ab omni quod a vite proficiscitur, nec non a tonsura omnique immunditie, Num. 6, 2 seqq.“ Ros. „Nasiraeatus proprium est, ut abstinentia ab omnibus ex vite confectis potibus homo ad excellentiorem dignitatem promoveatur, et rebus necessariis contentus esse discat.“ Maimonid. More Neb. 3, 48. „Vates pro summo et haud vulgari documento sanctitatis et praestantiae populi Israelitici haberi vult, quod ille talis esset, in quo deus et viros eximios spiritu divino tactos, vates, constitueret, et inter juvenes, qui addicti esse solent voluptatibus, eos tamen eligeret, qui voto solenni obligati ab illis abstinerent.“ Ros. הַאַף propr. *num adeo*, q. d. num audebit

quisquam negare hoc ita esse? — *Et*, vos vero, spernentes eximia 12.
a me accepta beneficia, *bibendum dedistis Nasiraeis vinum, et*
prophetis mandastis, dicentes: non vaticinabimini! — En de- 13.
pressurus sum vos, quemadmodum deprimitur plaustrum plenum
sibi mergitum. מֵעִיק הֵעִיק *subprimere.* Ad posterius מֵעִיק, quod
intrans. capiendum est, ex priore cogitando repetendum est תַּחְתֵּיכֶם.
לָהּ pleonasmus notus. — *Et peribit fuga celeri*, nullum quan- 14.
tumvis celeri patebit effugium, *et robustus non alacres reddet*
vires suas, non uti poterit viribus suis, *et heros non eripiet*,
servabit *vitam suam.* — *Et qui tenet*, tractat *arcum, non con-* 15.
sistet, et celer pedibus non eripiet se, et qui vehitur equo, non
eripiet vitam suam. Ad prius יְמַלֵּט cogitatione supplendum נַפְשׁוֹ
e membro quod subjicitur parallelo. — *Et fortissimus animo* 16.
inter heroes nudus fugiet, die, tempore *illo, dictum Jovae.*

CAP. III. Argumentum nequaquam recte descriptum ab interpretibus hoc est. Vs. 1. 2: singulari amore Jovam Israelitas prosecutum esse, ideoque gravi ingratos afficiendos esse poena. 3—8: prophetarum praedictiones de instantibus malis non temere fieri putandas esse, sed immitti quae accidant mala a Jova, qui de illis commonefaciat prophetas, cuique jussi mala praedicere non possint ullo modo resistere prophetae. 9—15: luxuriei, violentiae, improbitatis nullum modum esse; instare civitatis ruinam,
ex qua pauci tantum sint elapsuri. — *Audite verbum hoc, quod* 1.
loquitur Jova ad vos, filii Israelis! ad totam gentem, quam
ascendere feci, eduxi *e terra Aegypti! dicens: — Tantum vos* 2.
novi ex omnibus gentibus terrae; propterea puniam in vobis
omnia delicta vestra i. e. vos solos ex omnibus terrarum gentibus
curavi; quare quum tamen a me defeceritis (de quo infra pluri-
bus exponitur), justas jam poenas dabitis. — „Sequuntur jam 3.
aliquot parabolicae interrogationes, quae sunt instar enthymematum, in quibus alia semper propositio vel conclusio latet. Earum applicatio brevis sequitur vs. 7. 8., unde quo illae spectent intelligitur. Quia dixerat supra (2, 12.), Israelitas interdixisse prophetis, ne vaticinarentur, nunc vult eorum auctoritatem et consensum cum deo asserere, demonstrando, se aliosque prophetas non sua, sed divina auctoritate et jussu, Israelitis mala annunciare vs. 3. 8.; hoc vero non temere, sed gravissimis fieri de causis, nimirum propter peccata populi vs. 4.; neque haec vana et in

cassum futura esse auguria, sed certissime implenda, ni populus resipiscat vs. 5.; subesse tamen sub his ipsis poenarum comminationibus gratiam dei, qui populo suo consultum cupiat, ut poenas praenunciatas seria conversione antevertat vs. 6. 8." Ros. Quae artificiosior quam verior interpretatio est. Non potest alius semper sensus subesse sub sententiis simillimis inter se; sed debet idem latere in omnibus, isque, cum unaquaque aliquid *non sine causa fieri* dicatur, non potest esse alius, quam qui supra in Argumento a nobis est expressus, *non temere fieri putandas esse prophetarum de malis futuris praedictiones.* A figurata ad propriam orationem transitur inde a vs. 6. medio. *Num eunt*, iter faciunt *duo una, nisi inter se convenerint?* Quae verba quanquam in rei summa recte explicuit Rosenmüllerus, tamen juste anxius inhaesit verbis. „Quemadmodum, ait, fieri non solet, ut duo homines concurrant ad idem iter suscipiendum aliquo, ni prius de eo inter illos conventum fuerit, sic haudquaquam credendum, prophetas aliquid praedicere, nisi eis prius cum deo convenerit, ut hoc aut illud praenunciarent. Prophetae a se nihil, sed a deo duntaxat accepta loqui possunt, quum eum ad omnia, quae loquuntur, quasi praesentem habeant comitem. Quod inter deum et prophetas summum consensum arguit." Qua ratione qui singula premit, curet, ut deinceps sibi constet! Nonnisi hoc vult vates, quemadmodum duo homines non facile simul iter faciant, nisi idonea de causa, sic prophetas, quae faciant, loquantur, non temere facere, loqui, sed justis de causis. Hesselbergus verba בִּלְתִּי אִם נוֹעָדוּ reddidit *nisi sibi invicem noti fuerint.* Quae interpretatio orta est ex oculorum errore. Pro נוֹעָדוּ enim per negligentiam vir doctus legit נוֹדְעוּ. Cujus exempli velim memores
4. sint lectores in similibus veterum interpretum erroribus! — *Num rugit leo in sylva, et praeda non est ei*, non habens praedam? *Num edit leo juvenis vocem suam ex habitatione sua*, lustro suo, *nisi ceperit* aliquid? „In rugitu leonis hoc maxime terribile est, quod hac quasi clarigatione, aut hoc classico, si mavis, bellum indicit. Et post rugitum statim sequitur strages et dilaceratio. Neque enim acri illo et contento rugitu rugire solet, nisi cum videt praedam, in quam protinus irruat." Bochart. Eodem pertinet haec comparatio, quo superior. Atque ita etiam quae subjicitur vs. 5. et quae continetur vs. 6. hemistichio priore. —
5. *Num cadit avis in laqueum ad terram, et tendicula non est ei,*

avi, non posita illi tendicula? *Num ascendit laqueus de terra,*
et nihil prorsus cepit, si nihil prorsus ceperit? Hesselbergus
hemistichium prius: *Num cadit avis in laqueum ad terram, ten-*
dicula non posita in ea? לָהּ referens ad *terram*, quod prorsus
falsum. Pertinet enim ad *avem*; cf. vs. 4: וְטֶרֶף אֵין לוֹ. Male
idem פַּח et מוֹקֵשׁ hic ita inter se differre putat, ut פַּח indicet
totum, מוֹקֵשׁ partem; nec rectius Rosenmüllerus: „posterius h. l.
magis exprimit laquei dispositionem, qua ita aptatur ab aucupe,
ut illabentes aviculas constringere possit, sicut prius laqueum
etiam tum significare potest, cum actu ad capiendum dispositus
non sit.“ Nihil probant in hanc distinctionem allati loci. Non
differunt inter se duo ista nomina. Quod priore loco פַּח, po-
steriore מוֹקֵשׁ positum est (poterat etiam prius ponere מוֹקֵשׁ,
posterius פַּח), nil nisi lusus est verborum pro תִּפֹּל צִפּוֹר עַל
תִּפֹּל צ׳ עַל מוֹקֵשׁ וּמוֹקֵשׁ אֵין לָהּ vel פַּח הָאָרֶץ וּפַח אֵין לָהּ;
nam nonnisi hoc sibi vult, num possit avis cadere in laqueum,
laqueo non posito. Posterius hemistichium Hesselbergus: *num*
ascendit i. e. aufertur *laqueus* cet.; Rosenmüllerus, יַעֲלֶה formam
Hiphilicam habens: *num ascendere facit*, aufert, tollit quis *la-*
queum cet. Sed prior ratio certior et simplicior est. Eandem
secuti sunt Alexandrinus, qui: *εἰ σχασθήσεται παγίς*, et Chald.
Cogitandum de laqueo alligato virgae elasticae ad terram deflexae,
quae, simulatque illabitur avicula, resilit ita, ut avis constrin-
gatur. — *Num inflatur buccina in urbe*, ab excubitore in spe- 6.
cula constituto, *et populus non trepidat*, quin causam habeat
populus trepidandi? *Num accidit malum*, calamitas *in urbe*, *et*
Jova non fecit, quod, quam non immiserit Jova? — *Neque enim* 7.
facit dominus, *Jova quicquam*, *nisi aperuerit arcanum suum*,
secretum suum consilium, *servis suis*, *prophetis*. — *Leo rugit*, 8.
quis non timeat, leo si rugit, quis non pertimescat? *Dominus*,
Jova loquitur, Jova si loquitur, *quis non vaticinetur?* quemad-
modum rugiente leone nemo non timet, sic Jova loquente, divi-
nitus monente, vates non potest non edere vaticinia. — Transit 9.
jam ad perstringendos Israelitarum, principum maxime, corruptis-
simos mores iisque annuntiandas poenas. *Vocem edite in palatiis*
Asdodi, Asdodensibus, *et in palatiis in terra Aegypti*, in aulis
principum Philisthaeorum et Aegyptiorum, *et dicite: congrega-*
mini in montibus Samariae, *et videte perturbationes magnas*
intra eam et oppressiones in medio ejus! Evocat populos vici-

nos a cultu Jovae alienos, ut adsint et suis ipsi oculis videant dissolutam et improbam principum Samaritanorum vitam, qui possint eam testimonio suo comprobare, quo tempore de illis poenas sumturus sit deus; cf. vs. 13. הַשְׁמִיעוּ וְאִמְרוּ indefinite dictum ad quosvis, q. d. *nuntietur et dicatur!* עַל א׳ nequaquam, ut Masorethae volunt, positum est pro אֶל־א׳, sed dictum plane ut עַל בָּתֵּיהֶם *in domibus suis* Hos. 11, 11. al. Quod in aulis principum res divulganda dicitur, causa videtur esse Rosenmüllero, quod aulae „loca sint celeberrima, quo magna hominum turba confluat, et, quod in aulis divulgetur, latere non possit.“ Mihi *principes* evocari videntur simpliciter propterea, quod de *principibus* hic agitur. הָרֵי שֹׁמְרוֹן non sunt *montes regni Samariae*, ut Jer. 31, 5., sed *montana urbis Samariae*, quae fuit in monte sita; cf. vs. 12. et infra 4, 1. 6, 1. quo utroque loco habes הַר שֹׁמְרוֹן. מְהוּמֹת *perturbationes*, cum omnia sursum deorsum miscentur, principibus, nullis legibus adstrictis, effrenata licentia moventibus omnia. Similiter Rosenmüllerus significari ait „tam turbas concitatas a potentioribus, pauperes insolentioribus motibus agitantibus et vexantibus, quam strepitum eorum, qui affliguntur et conterantur.“ Hesselbergus מְהוּמוֹת intellectum vult de vita turbulenta et voluptuosa principum, coll. Prov. 15, 16. Non male. Sed quae subjiciuntur magis favent rationi priori. עֲשׁוּקִים Rosenmüllerus *oppressos* reddit. Intelligimus vero ex Eccl. 4, 1. Job. 35, 9., esse עֲשׁוּקִים etiam Nomen plur. tantum, significans *oppressiones, injurias*, quae significatio, quia praecedit abstractum,
10. aptior hic est. — *Ac nesciunt facere quod rectum est*, *dictum Jovae* hoc est, *illi qui cumulant injuriam et violentiam in pa-*
11. *latiis suis.* — *Propterea sic dicit dominus, Jova: hostis! et quidem ab omni parte terrae!* aderit hostis, isque ab omni parte! *et dejiciet de te robur tuum*, id est, dejiciet te de robore, potentia, statu tuo, *et diripientur palatia tua.* צַר aliis, ut Hesselbergo, sunt *angustiae.* Verum quod sequitur הוֹרִיד hostis significationem postulat. Suffixa feminina referuntur ad *Samariam*
12. urbem. — *Quemadmodum eripit pastor ex ore*, faucibus *leonis* ovem lacerantis *duo crura aut particulam auris*, *sic eripientur filii Israelis*, *sedentes Samariae in angulo lecti*, *et in panno Damasceno strati.* Dicit evasuros esse ex hostium manu paucissimos tantum eorum, qui nunc Samariae in magnificis palatiis molliter se curent; hoc enim exprimitur illo *sedere in angulo*

lecti est. Risum movet Hesselbergi interpretatio, qui eos tantum
evasuros dici putat, qui in lecto latuerint. דְּמֶשֶׁק „*pannus Da-
mascenus*, isque sericus, artificiose textus, qui hodieque in linguis
occidentalibus ab urbe Damasco denominatur (angl. et dan. *Da-
mask*, ital. *Damasco*, gall. *Damas*, germ. *Damast*). Idem voc.
litteris varie permutatis et transpositis reperitur apud Arabes.
Usitatissima forma est دِمَقْس, quae in Kamuso p. 760. ita ex-
planatur: *sericum generatim aut e folliculis factum, ex quibus
jam eruperunt papiliones* (Floretseide), *aut vestis serica picta,
aut byssus. Dicitur etiam* دِمَقَاس, *et vestis tali serico texta*
مُدَمْقَس. Alibi (p. 867.) in Kamuso recensentur formae دِمَقْص et
دِمَقَاص." Ges. Thes. Libri haud pauci: וּבִדְמֶשֶׁק, alii: וּבְדַמֶּשֶׂק
et Damasci, in urbe Damascena. Atque ita etiam veteres inter-
pretes. Quae scriptura, orta haud dubie e conjectura ex בְּשֹׁמְרוֹן
ducta, vel propterea rejicienda est, quod בְּ עֶרֶשׂ particula caret.
Quam dura et prorsus intolerabilis est Rosenmülleri, qui eam
scripturam recepit, interpretatio haec: „*sic evadent Israelitae,
qui habitant in Samaria in angulo lecti*, i. e. quae est illis tan-
quam angulus lecti, ubi suaviter et molliter quiescunt, *et in
Damasco* in *strato*, qui, inquam, in Damasco agunt non secus,
ac in quodam strato, summa mollitie et suavitate, omni voluptate
indulgentes!" Plane nihil est, quod monuit Rosenmüllerus, si
quem nos fecimus sensum vates exprimere voluisset, scribendum
fuisse וּבַעֶרֶשׂ דְּמֶשֶׁק *et in strato panni Damasceni.* Eodem enim
redit, utrum dicas *pannus Damascenus strati*, an *stratum panni
Damasceni;* utrumque enim spondam exprimit pannis Damascenis
instratam. — *Audite et testamini contra domum Jacobi*, contra 13.
Israelitas! *dictum* est *domini, Jovae, dei exercituum*, naturarum
et rerum omnium coelestium dei. Quem versum male intellectum
video ab interpretibus. בְּבֵית יַעֲקֹב nequaquam est *in domo Ja-
cobi*, quasi testes esse jubeantur Israelitae, quod plane alienum;
neque in iis, quae subjiciuntur, ponendum est id, quod testatum
vult vates. הֵעִיד בְּ ut saepius est *testari contra* aliquem; qui
jubentur esse testes contra Israelitas, nulli alii sunt, quam ii,
quos supra vs. 9. vates adesse jusserat, ut suis oculis viderent
Samariae pravitatem, populi vicini, inquam; id vero, quod illi
testimoniis suis confirmare debent, illa ipsa Samariae pravitas est,

ante descripta, quam publico vicinorum populorum testimonio comprobatam vult deus, ut, cum Israelitas affecerit poenis, eas meritas esse nemo possit negare. Sic omnia optime inter se co-
14. haerent. — *Nam die*, tempore, *quo puniam delicta Israelis in*
eo, *puniam aras Bethelenses*, vitulis exstructas a Jerobeamo (cf. ad Hos. 4, 15.), *et succidentur cornua arae*, quae sanguine victimarum adspergi solebant, *et cadent in terram*, tunc destruentur
15. arae deorum commenticiorum. — *Et contundam*, confringam *do-*
mum hibernam una cum domo aestiva, *et peribunt domus eburneae*, id est, quarum parietes ebore sunt obtecti, *et auferentur*, finem habebunt *domus magnae*, *dictum Jovae.* עַל ut Gen. 28, 9. al. Ad rem cf. Jer. 36, 22. coll. Pallad. de re rust. 1, 9: „forma aedificii sit ejusmodi, ut ad habitationem aestati et hyemi praebeat mansiones. Mansiones hyemales totus propemodum cursus hyberni solis hilaret; aestivae orientem solstitialem et partem septentrionis adspiciant.“ Ad בָּתֵּי חֹשֶׁן cf. Ps. 45, 9. ibique not. וְסָפוּ Milra propter Vàv conversivum. Sic וְנָחָה Jes. 11, 2. al.

CAP. IV. Argum. Vs. 1—3. perstringit rapacitatem, violentiam, luxuriem potentiorum inter Israelitas, iisque annunciat poenas; 4. 5. universis exprobrat nefandum deorum falsorum cultum; 6—11. Jovam immisisse dicit famem, siccitatem, locustas, pestem, gladium, sed frustra; 12. 13. ideo jam poenas daturos esse, nisi ad virtutem redeant, quod ut faciant eos hortatur vates.
1. — *Audite verbum hoc*, *vaccae Basanitidis*, *quae* estis *in monte*
Samariae, *quae opprimitis tenues*, *confringitis pauperes*, *quae dicitis ad dominum vestrum: affer, et bibamus!* פָּרוֹת הַבָּשָׁן *vaccae Basanitidis* i. e. pingues et ferocientes, quales pascuis opimis nobilissima Basanitis alebat (cf. ad Ps. 22, 13.), appellat aulicos illos divites, luxuriosos et lascivos, de quibus dixerat 3, 9 sq. 15. *Vaccae*, non tauros, eos dicit, mollitiem et effrenatos eorum mores notans. Ubi terminatione feminina utitur, respicit vaccas, ubi masculina, eos qui vaccis significantur. Ad אֲשֶׁר בְּהַר שֹׁמְרוֹן cf. supra 3, 9. ibique not. Quae latine transtulimus *quae opprimitis* cet., hebraice sonant *quae opprimunt* cet., cf. Suffixum in לַאֲדֹנֵיהֶם. *Dominus* est *rex*, quocum principes per luxuriam
2. vivunt, Hos. 7, 5. — *Jurat dominus*, *Jova per sanctitatem suam:*
ecce dies supervenient vobis, *et auferent*, quibus auferent *vos hamis*, *et posteritatem vestram*, posteros vestros *uncinis pisca-*

toriis. „Imago a belluis domandis repetita, quarum naribus hami et annuli injiciebantur; cf. Jes. 39, 29: *hamum meum naribus tuis injicio . . . teque reduco, unde venisti.* Cur piscatorii hami memorentur, intelligitur ex Ezech. 29, 4. Job. 40, 26. cf. Oedmanni verm. Samml. aus der Naturkunde V, 5. Solebant enim pisces majores jam captos ex annulis, quibus nares perforabant, suspensos aquae denuo immittere.“ Gesen. Rectius, ni fallor, Rosenmüllerus de *hamo* propr. dicto vult cogitari, ut sensus sit: „Israelitas ab hostibus ex urbibus sedibusque extrahendos esse, ut ex aqua a piscatore piscis hamo extrahatur.“ Cf. vs. 3. Etiam Ezech. l. l. *hami*, quo piscis capitur et extrahitur, significatum melius convenire, vidimus ad ipsum. כִּי, ὅτι, latine non transferendum. נָשָׂא impers. Cogitandum de hoste. De כֶּם et כֶן
vid. ad vs. superiorem. — *Et rupturas*, murorum puta urbis ab 3.
hostibus expugnatae, *egrediemini*, captivae abducendae, *unaquaeque ante se* i. e. qua via patebit, *et ruetis montana versus*, id est, in Assyriam, *dictum Jovae.* יָצָא ut saepius cum Acc. loci, ex quo proditur. Utitur feminino, respiciens *vaccas.* Ad אִשָּׁה נֶגְדָּהּ cf. Jos. 6, 5. 20: אִישׁ נֶגְדּוֹ et אִישׁ לְפָנָיו Jer. 49, 5. eodem sensu. Verba וְהִשְׁלַכְתֶּנָה הַהַרְמוֹנָה Gesenius in Thesauro: „*et projiciemini* h. e. captivae contumeliose abducemini *in arcem hostilem.* הִשְׁלַכְתֶּנָה intransitive, nisi mavis cum LXX, Symm. Hieron. Syro et uno codice efferre הָשְׁלַכְתֶּנָה. הַרְמוֹן i. q. אַרְמוֹן *arx, palatium*, de arce hostili. Rad. הָרַם i. q. אָרַם, רוּם, רָאַם *altus fuit.* Arab. هرم magnifecit, extulit, unde هَرَمٌ pyramis, aedificium altum. הַרְמוֹן idem esse quod אַרְמוֹן statuunt praeter alios Kimchius, Gussetius, arab. هَرَمٌ confert Golius in Lex. arab. p. 2538.“ Idem potiores reliquorum interpretum et criticorum conjecturas recensuit ibidem his verbis: „ex vett. Symm. Syr. Chald. *Armeniam* reddunt, vel *montes Armeniae*, quod vindicare studet Bochartus in Phaleg. I, 3. p. 22. 23., cui הַרְמוֹנָה compositum videtur ex הַר et מוֹנָה i. q. מִנִּי. Ab eo dictis addi possit, הוּרְמִנִּי chald. pro Armenia dici. In Targg. (Job. 1, 12. 2, 7.) et Talmude הַרְמָנָא est mandatum regium (Firman), quod ipsum ignotae originis voc. h. l. Jarchius adhibet, hoc sensu: abjicietis auctoritatem i. e. fastum paene regium; invita sententia et accentu vocis הַהַרְמוֹנָה, qui in penultima est. Vaterus *Hermonem* montem intelligi volebat, ut הַרְמוֹן idem sit quod חֶרְמוֹן vel cum nonnullis

codd. legatur התרמונה. Paulo audacius nuper Hitzigius (Begr. der Kritik p. 132.) legendum conjecit: הִשְׁלַכְתֶּן הֲדַדְרִמּוֹנָה *rustis Hadadrimmonem versus* i. e. Maximianopolin, oppidum planitiei Megidduntis. Favet ei quodammodo scriptura interpretis Alexandrini: *ἀποῤῥιφήσεσθε εἰς τὸ ὄρος τὸ Ῥομμὰν* (השלכתן הר הרמון); sed oppidum tamen illud exiguum (modo tale exstitit, quod soli Hieronymo credimus) vix satis aptus fugae terminus fuerit.“ Haec Gesenius. Qui וְהִשְׁלַכְתֶּנָה exhibet liber est R. 23. Hisp. Mirum tamen esset, si vera eaque facilior scriptura in uno tantum libro servata fuisset. Videtur itaque intransitive capiendum esse הִשְׁלִיךְ, ita ut significet *conjicere se, ruere.* Pro הִשְׁלַכְתֶּן vero positum videtur הִשְׁלַכְתֶּנָה, ut consonet verbum cum praegresso תֵּצֶאנָה. Hesselbergus הִשְׁלַכְתֶּנָה habet pro 1. pers. cum Suff. pl. fem. pers. 3., תֵּצֶאנָה vero pro tertia, in hanc sententiam: *et rupturas egredientur, unaquaeque ante se, et projiciam eas* cet. Sed talis 1. Sing. pers. forma omni caret exemplo. Nomen appellativum esse הַרְמוֹן, ab הָרַם *altum esse*, puto et ego. Sed *palatii*, *arcis* nuda significatio apta hoc nexu non videtur. Existimo potius, significari ista voce *montana*, ea quidem quae Israelitis Assyriam abducendis trajicienda erant. Ita autem ut statuam, me movet locus parallelus 5, 27., ubi Israelitae captivi abducendi dicuntur *ultra Damascum*; cf. etiam 1, 5. Ceterum chald. הַרְמָנָא non dixerim ignotae originis vocabulum. Est enim hoc quoque repetendum ab הָרַם altum esse, significatque propr. *altitudinem*, *celsitatem*, hinc *summum*, *regium imperium*;
4. *summam*, *regiam potestatem.* — „Ironia eos ridet, jubens, ut suae vacent idololatriae, sicut faciant diligentissime, ut videant, quid illis inde commodi proventurum sit. Quasi dicat: quum tantae poenae vos maneant, jam sane pergite idolorum vestrorum cultum urgere, si forte ea vos adverso tempore ab hoste servare poterunt.“ Ros. *Ite Bethelem* (3, 14.), *et deficite!* ite *Gilgalem* (Hos. 4, 15. 9, 15. 12, 12.), *multum deficite! Et offerte quovis mane sacrificia vestra, tertio quoque die decimas vestras*, quod posterius recte videtur cum Aben-Esra Rosenmüllerus ad augendam irrisionem dictum existimare, q. d. quum lex jubeat post tres annos demum afferri decimas extraordinarias (Deut. 14, 28 sq. 26, 12.), vos, ut diligentiores et ardentiores in cultu idolorum vos ostendatis, non tertio quoque anno, sed tertio quoque
5. die illas afferte! — *Et suffite de fermentato*, contra legem,

Lev. 7, 12., cf. tamen ibid. vs. 13., *sacrificium eucharisticum,*
et proclamate sacrificia spontanea! vocem edite! nam sic ama-
tis, filii Israelis, dictum domini, Jovae. קַטֵּר Inf. pro Verbo
finito. — *Feci ego vobis etiam puritatem dentium* i. e. famem 6.
in omnibus urbibus vestris, et inopiam panis in omnibus locis
vestris; nec convertistis vos ad me, dictum Jovae, i. e. praeter
alia mala famem quoque vobis immisi, ut ad officium vos revo-
carem, sed frustra. גַּם pertinet ad נָתַתִּי cet., non ad אֲנִי; cf.
Hos. 6, 11. ibique not. — *Et denegavi ego vobis etiam pluviam* 7.
intra tres menses usque ad messem, per tres menses ante messem,
quo tempore maxime necessaria est pluvia, quae מַלְקוֹשׁ dicitur,
i. e. pluvia serotina, verna, vid. ad Joel. 2, 23.; *et pluviam de-*
misi in urbem unam, atque in urbem alteram pluviam non de-
misi; fundus unus pluvia rigatus est, et fundus, in quem non
pluit, exaruit. תַּמְטִיר 3. fem. impers. posita, propr. *pluviam*
demisit, es liess regnen, vel *pluviam fecit* i. e. pluit. Male non-
nulli: *pluviam demisisti* (Jova), quod durius. — *Et migrarunt* 8.
duae, tres urbes in urbem unam, ad bibendum aquam, nec sa-
tiatae sunt; nec convertistis vos ad me, dictum Jovae. — *Per-* 9.
cussi vos uredine frumenti, quae euro efficitur, Gen. 41, 6., *et*
flavedine, marcore; *multitudinem hortorum vestrorum et vinearum*
vestrarum, et ficus vestras et oleas vestras voravit locusta; nec
convertistis vos ad me, dictum Jovae. הַרְבּוֹת Inf. vim habet
Nominis. גָּזָם propr. certa quaedam locustarum species, *bruchus*
(vid. not. ad Joel. 1, 4.), hoc loco generatim pro locusta esse
videtur. — *Immisi vobis pestem, modo Aegypti* i. e. qualem olim 10.
immisi Aegyptiis, Exod. 9, 3 sqq. cf. eadem dictio Jes. 10, 24.;
interfeci gladio juvenes vestros, cum captivitate equorum ve-
strorum i. e. equos vestros ab hostibus abigi patiens; *et ascen-*
dere feci foetorem exercituum vestrorum, caesorum ab hostibus,
idque in nasum vestrum; nec convertistis vos ad me, dictum
Jovae. — *Everti inter vos secundum eversionem dei* i. e. secun- 11.
dum illam a deo i. e. a me factam eversionem *Sodomae et Go-*
morrhae, everti inter vos urbes, quemadmodum olim everti So-
domam et Gomorrham, *et fuistis ut torris ereptus ex incendio,*
i. e. vix et male mulcati ex ruina elapsi estis, *nec convertistis*
vos ad me, dictum Jovae. מַהְפֵּכַת ad modum verbalium cum
casu verbi, Accusativo, ut Jes. 13, 19. Jer. 50, 40. eodem nexu;
cf. Hos. 3, 1: כְּאַהֲבַת יְהוָה אֶת־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל. Quod dicitur *se-*

cundum eversionem dei, in eo Hesselbergus vestigium reperit secundae divini (Christianorum) numinis Personae quae dicitur, Filii, inquam, qui voluntatem Patris exsequatur. Quae insania! *Secundum eversionem dei* dictum pro *secundum eversionem meam*. Saepissime apud Hebraeos nomen, Jovae maxime, repetitur loco pronominis. Cujus rei exempla dabit Gesenius gr. ampl. p. 742. Quod ad rem, Rosenmüllerus „quemadmodum, inquit, in calamitatibus quatuor superioribus, quibus Israelitas ad frugem revocare studuit deus, verba communi interpretum consensu, uti sonant, sunt accipienda, ita sensus proprius et hoc loco retinendus. Vix dubium mihi, quin respiciatur ad magnum aliquem terrae motum, quo isto tempore nonnullae regni Israelitici regiones sunt vastatae. Ingentis terrae motus, quo Usiae tempore Palaestina est conquassata, diserte mentio facta supra 1, 1.“ Recte, si discesseris ab eo, quod respici putat terrae motum, qui illo ipso tempore acciderit. Omnium minime cogitari potest de illo, cujus in inscriptione mentio facta est. Ibi enim expresso verbo vates exstitisse Amosus dicitur biennio *ante* terrae motum (illum qui incidit in Usiae aetatem). Quid multa? Saepius accidunt in istis regionibus terrae motus. Respiciuntur, ut in iis quae praecesserunt, tempora superiora, inde ab initiis rerum Israeliticarum usque ad illud tempus praeterlapsa et quae in illis acciderant mala omnia. Ceterum ad totum hunc qui a vs. 6. usque ad praesentem vs. decurrit locum conferenda sunt quae leguntur Deut. 27,
12. 15—26. 28, 15—68. — *Idcirco sic faciam tibi, Israel*, i. e. his te poenis afficiam, quas supra (vs. 2 sq.) sum minatus. *Propterea quod hoc faciam tibi*, quare quum propositum mihi sit, ita tecum agere, nisi ad virtutem redeas, *para te in occursum dei tui*, ad occurrendum deo tuo, cura, ut obviam te feras deo tuo, i. e. ut neglectum a te Jovam iterum adeas animo poenitentia commoto paratoque ad emendanda prava studia, *Israel!* Ad priora versus verba Rosenmüllerus: „haec tibi mala inferam, has poenas irrogabo, quas scilicet supra sum comminatus, quum initio cap. minaretur hostem illos velut hamis pisciculos abducturum; vel: poenas omnes jam memoratas (vs. 6 sqq.) pergam tibi inferre, et graviores.“ Posterior ratio probatur Hesselbergo; mihi prior.
13. Nam fas est, referre se vatem eo, unde est egressus. — *Nam ecce, format montes, et creat ventum, et indicat homini, quae sit cogitatio ejus*, hominis; *facit auroram tenebras*, i. e. mutat

auroram in tenebras, *et ingreditur in excelsis terrae*, i. e. cui omnia quantumvis sublimia subjecta sunt; *Jova, deus exercituum*, naturarum et rerum omnium coelestium, est *nomen ejus*. Hesselbergus maluit sic struere: *nam ecce, qui format montes . . . Jova, deus exercituum*, est *nomen ejus*. Mihi prior ratio simplicior atque ad verba postrema commatis praecedentis aptior videtur. Idem רוּחַ vult esse *spiritum, animum*, quae interpretatio aliquo modo juvatur eo quod subjicitur *et indicat homini, quae sit cogitatio ejus*. Ad quod cf. Ps. 139, 2. 4. al. Nonnulli שֵׂחוֹ ad deum referunt, quasi deus dicatur indicare homini mentem suam, consilia sua, per prophetas. Sed multo convenientior est prior sensus, siquidem virtutes Jovae hic describuntur. Verba עֹשֵׂה שַׁחַר עֵיפָה alii, ut Gesenius: *facit auroram tenebras* i. e. in auroram mutat tenebras, coll. quae 5, 8. leguntur verbis הֹפֵךְ לַבֹּקֶר צַלְמָוֶת. Sed conferenda potius quae ibidem leguntur יוֹם לַיְלָה הֶחְשִׁיךְ, quorum eadem plane structura est. Possit quidem, quum hoc quem tractamus loco nulla sit oppositio, quod posterius positum est עֵיפָה haberi Objectum prius, quod prius, שַׁחַר, posterius. Quotiescunque vero nulla ut aliter statuas urget necessitas, tutius est hujusmodi sententias ita accipere, ut fert ordo verborum. Alii, ut de Wette: *facit auroram, tenebras*. Sic jam Alexandrinus: *ποιῶν ὄρθρον καὶ ὁμίχλην*. Quae ratio, quum desit copula, et ipsa illi quam nos secuti sumus, posthabenda est.

CAP. V. Argum. Vs. 1—3: Israelitis interitum imminere dicit; 4—7: admonet eos, ut, si salvi esse velint, a diis commenticiis convertant se ad Jovam, 8. 9: deum potentissimum, improborum punitorem; 10—13: perstringit improbitatem magistratuum, qui aliorum spoliis suas facultates augeant; 14. 15: denuo hortatur, ut recte agant, causam agant miserorum, si velint servari; 16. 17: ultima passuros esse, futurum ubique planctum et luctum; 18—20: vae illis, qui diem judicii a prophetis praedictum proterve rideant! 21—24: ingrata deo sacrificia esse, molestum fidium strepitum, gratam pietatem; 25—27: falsos deos inde ab initio coluisse Israelitas, hinc illos migraturos esse in exsilium. — *Audite verbum hoc, quod profero de* 1.
vobis, cantum lugubrem, de imminente vobis exitio, cf. Ezech.
32, 2., *domus Israelis! — Cecidit, non amplius surget virgo* 2.
Israelis, civitas Israelitarum, *projecta est in terram suam*, humi,

nemo est qui erigat eam. בְּתוּלַת יִשְׂרָאֵל ut Jer. 18, 13. 31, 4. 21. vid. not. ad 2 Reg. 19, 21. coll. ad Jes. 23, 12. Falsum esse quod nuper denuo Hesselbergus *virginem* dici putavit populum nondum subjectum imperio alius, vel locus docet Thren. 2, 13. Ad נִטְּשָׁה עַל אַדְמָתָהּ cf. Ezech. 29, 5. 32, 4: וּנְטַשְׁתִּיךָ בָאָרֶץ. —
3. *Nam sic dicit dominus, Jova: urbs quae effundit mille,* quae
nunc emittere solet ad bellum expeditos viros mille, *reliquos habebit centum,* ceteris absumtis gladio, peste aliisque calamitatibus, *et quae effundit centum, reliquos habebit decem domui* vel *de domo Israelis.* הַיֹּצֵאת אֶלֶף propr. *quae egreditur mille* viris,
4. agmine milliario; vid. G. gr. min. §. 135, 1. adn. 2. — *Nam sic*
dicit Jova domui Israelis: quaerite me, me curate, colite, *et*
5. *vivetis,* salvi eritis; G. gr. min. §. 127, 2. — *Nec quaeratis*
Bethelem, curetis deos Bethelenses (3, 14. 4, 4.), *et Gilgalem non ibitis* (4, 4.), *et Beersebam,* et ipsam tum temporis cultus deorum falsorum sedem (8, 14.), *non proficiscemini! Nam Gilgal in exsilium migrabit, et Bethel fiet vanitas,* redigetur in nihilum, evertetur. In הַגִּלְגָּל גָּלֹה יִגְלֶה paronomasia inest. Sed luditur etiam in iis, quae subjiciuntur. Nam quum בֵּית אֵל ob vigentem ibi deorum falsorum cultum saepius per contemtum a prophetis dicatur בֵּית אָוֶן *domus vanitatis* (Hos. 4, 15.), vates, cum dicit, *Bethelem futuram esse vanitatem,* nihilum, hoc vult dicere, habere nomen et omen istam urbem; *nihilum* appellari, in *nihilum* redactum iri; cf. de utroque lusuum genere G. gr. ampl. p. 856
6. sqq. — *Quaerite Jovam, et vivetis* (vs. 4.), *ne pervadat ignis*
instar domum Josephi, regnum Ephraimiticum, *et consumat, nec sit qui exstinguat, Bethele.* צָלַח primario *pervadendi, perrumpendi* significatu hic gaudet, hinc est cum Accusativo constructum. אֹכֶלֶת et מְכַבֶּה absolute sunt posita. לְבֵית אֵל *Bethele,* ut Hos. 5, 1: לְמִצְפָּה *Mizpae.* Construendum est cum וְאָכְלָה. Possit tamen etiam cum Hesselbergo construi cum וְאֵין מְכַבֶּה in hunc modum: *nec sit qui exstinguat Betheli* i. e. nec habeat Bethel, qui exstinguat incendium. Pro לְבֵית אֵל liber unus (K. 253): לְיִשְׂרָאֵל, alius (R. 1092): לְבֵית יִשְׂרָאֵל. Quae scripturae manifesto profectae sunt ex LXX qui liberius: τῷ οἴκῳ Ἰσραήλ. —
7. *Qui convertitis in absinthium,* herbam noxiam et venenosam,
jus, i. e. qui in atrocissimam injuriam commutatis jus, *et justitiam humum dejiciunt.* הַהֹפְכִים Hesselbergus cum וְאָכְלָה vs. 6. construit; Rosenmüllerus appositione cohaerere putat cum בֵּית

יוֹסֵף et בֵּית אֵל ibid. Praestat construere cum Subjecto quod in דִּרְשׁוּ ibid. inest primario; cf. etiam not. ad vs. 8. Non obstat tertiae pers. verbum תְּגִיחוּ. Constat enim nihil personarum mutationibus frequentius esse. Exemplum simillimum statim se offeret vs. 12. extremo. — *Qui facit Pleiades et Orionem, et* 8.
convertit, mutat *in lucem matutinam*, splendidam *umbram mortis*, tenebras densissimas, *et diem ut nox fiat obscurat*, et diem mutat in noctem; *qui vocat*, evocat *aquas maris, et effundit eas in superficiem terrae; Jova est nomen ejus.* Quemadmodum הַהֹפְכִים vs. 7. referendum vidimus ad דִּרְשׁוּ vs. 6., sic quae hic habentur Participia referenda sunt ad אֶת־יְהוָה ibidem, ut hic sit nexus: *Quaerite Jovam* . . ., *vos qui convertitis* . . ., *illum* (quaerite) *qui facit* cet. Hesselbergus verba hic iterum ut supra 4, 13. struit hoc modo: *Is qui facit* . . ., *Jova est nomen ejus.* כִּימָה est *Pleiadum* sidus, כִּימָּה i. e. *cumulus* a כּוּם, كَامَ II. *cumulum facere* (a quo est كَوْمٌ agmen camelorum, كُومَةٌ cumulus terrae) dictum, quod quasi cumulus est complurium stellarum, septem majoribus aliisque minoribus constans, de quibus Ovid. in Fastis: Plejades incipiunt humeros relevare paternos, Quae septem dici, sex tamen esse solent; cf. Job. 38, 31: *an tu colligas vincula Pleiadum?* De כְּסִיל *Orione* vid. not. ad Jes. 13, 10. Ad verba וְהֹפֵךְ et seqq. cf. supra 4, 13: עֹשֵׂה שַׁחַר עֵיפָה. Intelligenda, ut illa, sunt de diei noctisque vicissitudine. Verba postrema alii de inundationibus intelligunt, alii de pluviis, laudantes Lucret. de Rer. Nat. 6, 628 sqq.: „Praeterea docui multum quoque tollere nubeis Humorem magno conceptum ex aequore ponti, Et passim toto terrarum spargere in orbe, Cum pluit in terris, et venti nubila portant.“ Videtur de utrisque cogitandum esse. —
Qui facit aurorae instar effulgere i. e. subito oriri, inopinato 9.
et incredibili cum velocitate irrumpere *vastationem in potentem*, potentes, *et vastatio munimento*, munimentis, locis munitis *supervenit.* בָּלַג i. q. arab. بَلَجَ *nitere, fulgere*, de aurora. Imago petita ab aurora subito et velocissime se diffundente. Quam A. Schultensi interpretationem non debebat rejicere Rosenmüllerus. Incertior eademque durior est, quae ipsi probatur haec interpretatio: „*qui refocillat*, roborat (sed in reliquis locis הִבְלִיג est *nitere facere*, *exhilarare* vultum, *hilarem esse*) *vastationem*, quod passive sumimus, i. e. eum qui devastatus est, imbecillem

refocillat et roborat *adversus* et *supra fortiorem*, ut ei praeva-
10. leat." Nec meliores sunt veterum interpretum opiniones. — *Odio habent eum qui in porta, in judicio rem suam probat, et eum qui loquitur quod rectum est detestantur.* הוֹכִיחַ volunt esse *corripere, reprehendere* h. l., redduntque vel sic: *oderunt* qui *in porta* sunt, judices, *eum qui reprehendit* ipsos, in his Rosenmüllerus qui: „sive igitur propheta, sive quis magistratus integer, sive alius aliquis judicem in judicio injuste agentem coargueret, is odio habebatur," vel sic: *oderunt eum qui in porta reprehendit* ipsos, ut de Wette, Hesselberg, alii. Mihi parallelismus indicare videtur, esse הוֹכִיחַ hic *probare, docere rationibus*, ut Job. 13, 15. 19, 5. et in loco simillimo Jes. 29, 21., qui idem
11. ostendit, בַּשַּׁעַר pertinere ad מוֹכִיחַ. — *Quare quum conculcetis tenuem, et donum frumenti accipiatis ab eo: domos lapidum caesorum*, lapide quadrato *aedificastis, neque habitabitis in iis; vineas amoenas plantastis, nec bibetis vinum earum.* בּוֹשַׁס i. q. בּוֹסַס; cf. 6, 10: מְסָרְפוֹ pro מְשָׂרְפוֹ. Quae in apodosi habentur verba quomodo inter se contineantur, latuisse video interpretes. Cum dicit vates: *domos lapide quadrato aedificastis, neque habitabitis in iis* cet., hoc dictum est pro *domos, quos lapide quadrato aedificastis, non habitabitis* cet. Exempla vide Jes. 5, 4.
12. 50, 2. al. — *Novi enim multa delicta vestra, et numerosa peccata vestra, qui premitis*, affligitis *justum, accipitis lytrum*, pretium, quo qui injustam causam habet sese a vestra sententia redimat, *et pauperes in porta*, judicio *repellunt*, non sinunt defendere causam suam. רַבִּים et עֲצֻמִים adjectiva nominibus suis substantivis cum vi praemissa sunt, quod rarius fit, G. gr. min. §. 110, 1. adn. 1. Possit tamen etiam יָדַעְתִּי רַבִּים פִּשְׁעֵיכֶם cet. breviter dictum esse pro יָדַעְתִּי כִּי ר׳ פ׳ *novi, multa* esse *delicta vestra* cet. Quod pro עֲצֻמוֹת scriptum est עֲצֻמִים ratio quaerenda est in praegresso רַבִּים. Verba ultima alii sic reddunt: *et pauperes* i. e. eorum causam *in porta*, judicio *flectunt*, pervertunt, iniqua in eos lata sententia. Sed quod hic et Jes. 29, 21. Prov. 18, 5. est הִטָּה פ׳ (בַּשַּׁעַר) non crediderim idem esse quod supra 2, 7. הִטָּה דֶרֶךְ פ׳, et alias הִטָּה מִשְׁפַּט פ׳. Videtur potius significare *repellere aliquem*, qui vult defendere causam suam; cf. Jes. 10, 2., ubi appositum מִדִּין. Ceterum hic ut supra vs. 7.
13. a secunda persona transitur ad tertiam. — *Propterea qui prudens est hoc tempore tacet, nam tempus malum est.* Rosen-

müllerus: „id est, periculosum propter homines sceleratos et ini-
quos, qui in eo vivunt; quos si quis velit reprehendere, aut sui
officii admonere, probrum ab eis ferat, aut etiam in vitae discri-
men incidat.“ Hesselbergus: „qui prudens est more hominum,
tacet hisce temporibus, sed propheta *debet* loqui, 3, 8.“ Sed
tacere hic non solum est *non reprehendere* sceleratos; et quae
ab Hesselbergo praeterea statuitur oppositio inter hominem e vulgo
et prophetam, temere illata est in verba. Latius patet *tacere*
significatque quietum se tenere, se non immiscere rebus publicis
aut aliorum quibuscunque privatis, eas nulla ex parte attingere,
quod tum faciunt cives prudentiores, cum inopia est aut neglectio
legum. Nihil igitur nisi maxima istius temporis pravitas et sum-
ma rerum perturbatio exprimitur hemistichio priore, quod ipsum
nudis verbis declarat hemistichium posterius. — *Quaerite bonum,* 14.
et non malum, ut vivatis, salvi sitis (vs. 4. 6.); *eritque sic,* hac
ratione *Jova, deus exercituum, vobiscum, quemadmodum dicitis,*
quemadmodum putatis esse Jovam vobiscum, quum non sit. —
Odio habete malum, et amate bonum, et stabilite in porta, ju- 15.
dicio, *jus; fortasse miserebitur Jova, deus exercituum, super-
stitum Josephi,* Israelitarum, qui fuerint deletis improbis super-
stites. — *Propterea sic dicit Jova, deus exercituum, dominus:* 16.
*in omnibus plateis planctus! et in omnibus vicis dicunt: vae!
vae! et vocant agricolam ad luctum,* advocant agricolas ad luctum
agendum, *et „planctus!“* clamant *ad peritos lamentationis* i. e.
et „plangite!“ dicunt ad eos qui sciunt plangere, ad planctum
vocant praeficos et praeficas, s. ut Hieronymi utar verbis, „et
qui sciunt more provinciae praecinere ad concitandas lacrymas
vocabuntur.“ Causa futuri luctus redditur vs. 17. לָכֵן recte
monent interpretes non ad proxime praegressa, verum ad vs.
10 — 13. dicta referendum esse. Membra postrema unam conti-
nuam sententiam efficere putat Hesselbergus hanc: *et advocant
agricolae ad luctum et planctum peritos lamentationis,* existi-
mans, קָרָא constructum esse cum אֶל pers. et אֶל rei, et quod
agricolae ad luctum invitent praeficos, causam proferri membro
priore commatis proximi. Qua ratione omnis perit membrorum
parallelismus nasciturque sententia maxime incommoda, impedita
et claudicans utroque pede. Verba manifeste sic ut fecimus dis-
tinguenda et explicanda sunt. Post וּמִסְפֵּד e membro parallelo
cogitatione repetendum קָרְאוּ. Quae vs. 17. initio leguntur *et in*

omnibus vineis planctus, nequaquam necessario ad agricolas per-
tinere, docet vs. 11. Quod ad luctum agendum vocandi dicuntur
agricolae, causam Rosenmüllerus dicit vastatos agros. Quod non
probaverim. Nam cum אִכָּר *agricolae* in membro parallelo (si
sensum spectes) respondeant יוֹדְעֵי נֶהִי *periti lamentationis:* ma-
xime est probabile, vocari ad planctum agricolas, aut quia vehe-
mentius clamare soleant rustici, aut, quod praeferendum videtur,
ut significet vates, tam amplam se oblaturam esse lamentandi
materiam, ut undiquaque accersendi sint praefici et praeficae. —
17. *Et in omnibus vineis* (cf. vs. 11.) *planctus* erit, *nam transibo
per medium tui*, per mediam tuam terram, poenam sumens de te,
18. *inquit Jova.* — *Vae desiderantibus diem Jovae*, vae illis, qui
dicere non verentur: veniat modo dies judicii, avide illum videre
cupimus! *Ad quid tandem vobis dies Jovae?* non est quod eum
temere optetis, *est* enim *tenebrae*, miseriarum plenus, *et non lux*,
nihil habens laeti. Vere Rosenmüllerus diem Jovae ironice optari
putandum esse monuit; cf. Jes. 5, 19. Jer. 17, 15. Ezech. 12, 22.
Sed quod idem verba לָמָּה־זֶּה לָכֶם vel sic reddi vult: *cur hunc
vobis* optatis ridentes? vel sic: *cur hoc vobis* in mentem venit?
unde vobis haec libido incessit? יוֹם יְהוָה trahens ad sequentia,
in eo facere cum illo non possumus. Neque enim est, quod
19. לָמָּה־זֶּה accipias aliter atque alias. — *Quemadmodum fugit ali-
quis leonem, et incidit in eum ursus; et venit domum, et im-
ponit manum suam parieti*, et innititur manu parieti admota, *et
mordet eum serpens.* Sensus: tum temporis ex uno malo inci-
detis in alterum, mala super mala ingruent; cf. illud Incidit in
20. Scyllam, qui vult vitare Charybdim. — *Nonne tenebrae*, tenebra-
rum plenus est *dies Jovae et non lux? et obscurus, nec splendor
21. ei?* i. e. sane tenebrae cet. cf. vs. 18. — *Odio habeo, fastidio
dies festos vestros, nec delector concionibus vestris.* הֵרִיחַ בְּ
22. ut Jes. 11, 3., ubi cf. not. — *Nam si offertis mihi holocausta
et sacrificia incruenta vestra, non grata habeo; et sacrificium
eucharisticum pecudum saginatarum vestrarum non intueor*,
sperno. Hesselbergus verba sic struenda putavit: *nam si offeratis
mihi, holocausta et sacrificia incruenta vestra non grata habeo*
23. cet. Sed prior ratio multo simplicior est. — *Remove a me
strepitum canticorum tuorum, et cantum lyrarum tuarum non
24. audio!* De שִׁיר cf. ad Ps. 30, 1., de נֶבֶל ad Ps. 33, 2. — *Et
volvatur*, copiose se diffundat, fluat *ut aqua jus, et justitia*

ut rivus perennis! Hesselbergus: *et volvetur*, fluet *ut aqua* cet.,
illo judicii die, vs. 18. Quod falsissimum. De judicio illo inde
a vs. 21. non amplius sermo est. Quod dicit his versibus deus,
hoc est: fastidio dies vestros festos, ingrata mihi sacrificia, mo-
lestus canticorum fidiumque strepitus; verum ut aquae instar fluat
justitia vestra, hoc est quod volo. — *Ista sacrificia cruenta et* 25.
incruenta obtulistis mihi in deserto quadraginta annos, *domus*
Israel! Sensus et nexus hujus et proxime sequentis versus hic
est: fastidio quae mihi offerre soletis sacrificia conjuncta cum
impietate vs. 21.—24. Sacrificia ista debita jam olim in deserto
per quadraginta annos mihi obtulistis, 25.; sed praeterea diis
commenticiis et conjunctis cum illorum cultu flagitiis dediti fui-
stis, 26. Interpretes et antiquiores et recentiores ה praemissum
זְבָחִים voci *interrogativum* habent. Qua ratione difficultas nasci-
tur, quam explicare nequeas. En verba Rosenmülleri: „*Num*
victimas et fertum obtulistis mihi in deserto annis quadraginta,
domus Israel? Est vero hic versiculus cum proximo admodum
difficilis. Quod enim ex hac interrogatione colligitur, Israelitas
totis quadraginta annis in deserto sacrificia non fecisse, aliud sane
Pentateuchi libros tres medios percurrenti apparebit, quum et eo
tempore sacrificia fecerint, quo Jova cum illis foedus iniit, in
monte Sinai, Exod. 24, 4 seqq., et in consecratione tabernaculi
oblatae sint victimae a singulis principibus tribuum, Num. 7.,
itemque in celebratione Paschatos, altero post exitum Aegyptia-
cum anno, Num. 9, 1 seqq. Quem nodum varii vario modo sol-
vere tentarunt.“ Tentarunt quidem, sed expedivit nemo. Ipse
Rosenmüllerus: „negat, inquit, deus, sacrificia sibi oblata fuisse,
quia et animi pietate vacua, et cum idolorum cultu mixta erant,
ut proximus versus docet.“ Verum enimvero quum sacrificia
animo impio oblata non desinant esse sacrificia, non potuit deus
sacrificia sibi in deserto oblata fuisse negare propterea, quod
animi pietate vacua et cum idolorum cultu mixta illa fuerant.
Documento est hic ipse, quem tractamus, locus. Impio animo
offerri etiam quae in praesenti offerantur sacrificia dicit deus,
vs. 22. 24. Nihilo secius illa vocat *sacrificia*, dicit, *offerri sibi*
sacrificia. Debuisset igitur aliis verbis uti vates, si quod inesse
vult Rosenmüllerus, voluisset exprimere. Quod alii, ut de Wette,
Hesselberg., לִי cum accentu efferendum putant, ut hoc dicat deus:
num victimas et fertum obtulistis m i h i (soli) cet., precaria est

interpretatio, quum nihil adsit, quod significet, tanti ponderis esse לִי voculam. Sed quid tandem est, cur malint interrogationis quam articuli esse ה in הַזְבָחִים? „Quia, inquiunt, ubi propheta de sacrificiis in universum loquitur, articulo plane non est opus“ (Ros.). Quod argumentum quam infirmum sit, quis non videt?
26. *Ista sacrificia* dicuntur sacrificia debita, lege praescripta. — *Et tamen portastis tentorium regis vestri, et Chijunem*, Saturnum, *simulacrum vestrum, stellam dei vestri, quam fecistis vobis.* סִכּוּת jam veteres idem significare putarunt quod סֻכָּה, סֹךְ; cf. σκηνὴ ἱερά Carthaginiensium, Diod. Sic. 20, 65., et apud ipsos Hebraeos הָאֹהֶל, אֹהֶל מוֹעֵד, cui ipsi quod hic est סִכּוּת מַלְכְּכֶם oppositum est, q. d. portastis tentorium regis veri (Jovae), portastis vero etiam tentorium regis falsi. Rosenmüllerus סִכּוּת *columnam, statuam* esse vult, coll. chald. סַכָּא, סִכְּתָא *clavus, paxillus*, deinde *forma numismatis*, quia figuram clavi refert, nisi malis credere, סִכּוּת hic quoque *paxillum, palum* significare, *palum* vero regis falsi simulacrum per contemtum dici. Sed *tentorii* significatio multo certior est. מַלְכְּכֶם *regis*, id est, dei *vestri*. Diversum a Chijune hunc regem existimant interpretes. Equidem eundem utrumque esse putaverim coll. verbis כּוֹכַב אֱלֹהֵיכֶם, non alium significantibus atque is est, qui proxime praecedit. Praeterea cf. statim afferendae veterum interpretationes. Est q. d. portastis tentorium regis vestri cum ipso Chijune, simulacro vestro, stella dei vestri. LXX: ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ Μολόχ, Hieron. *portastis tabernaculum Moloch vestro*, Syrus: *portastis tabernaculum Malcumi.* Quod, *Molochi vestri*, Rosenmüllerus „ne verisimile, inquit, videatur, facit affixum pronomen. Propria enim nomina cum pronominibus affixis non solent componi.“ Sane falsa est ista interpretatio, si voluit exprimere significatum; ita enim pro מַלְכְּכֶם scriptum esse deberet הַמֹּלֶךְ vel מַלְכָּם, מִלְכֹּם; verissima tamen videtur, si voluit sensum exprimere. Nam *Molochus* Ammonitarum est *Saturnus* planeta, qui ipse statim suo כִּיּוּן nomine nominatur. כִּיּוּן id. q. arab. كَيْوَان, syr. ܟܐܘܢ, *Saturnus* planeta; cf. quod per appositionem subjicitur כּוֹכַב אֱלֹהֵיכֶם *stellam dei vestri*. LXX: καὶ τὸ ἄστρον τοῦ θεοῦ ὑμῶν, Ῥαιφὰν τοὺς τύπους αὐτῶν, in quibus, cum membra trajecta sint, vides כִּיּוּן graece translatum esse Ῥαιφάν voce, quae prob. aegyptium Saturni nomen fuit (Kircheri ling. aegypt.

restituta p. 49. Jablonskii opusc. II. p. 159.). Syrus: ܘܟܐܘܢ ܨܠܡܟܘܢ *et Saturnum, simulacrum vestrum.* Saturnum planetam *κακοδαίμονα* habebant veteres, et hostiis humanis placabant Semitae; cf. etiam Prop. 4, 1, 84: Est grave Saturni sidus in omne caput. Lucan. 1, 650: summo si frigida coelo Stella nocens nigros Saturni accenderet ignes. Alii, ut Rosenmüllerus, Hesselbergus, כִּיּוּן nomen appellativum esse volunt, *statuam, imaginem* significans, a כּוּן, Pi. כִּיֵּן, his de causis. „Ut כִּיּוּן pro Nomine proprio idoli habeamus, repugnat additus Pluralis צַלְמֵיכֶם, qui cum praecedente Singulari non commode jungitur. Esse autem כִּיּוּן et appellativum, et in regimine positum, arguit et illud, quod eodem plane modo se habet ad צַלְמֵיכֶם, ac סִכּוּת et כּוֹכַב ad constructa sua. Optime enim membra hujus versus concinunt, si nobiscum vertas: *atqui gestatis statuam regis vestri, et effigiem*, sive collective, *effigies simulacrorum vestrorum, stellam dei vestri.*" Ros. Verum צלמיכם Pluralis praecedenti Singulari haud minus commode jungitur, quam אלהיכם praecedenti כוכב. Quemadmodum enim 'א vim habet Singularis, sic etiam 'צ. Majoris momenti esse videtur alterum argumentum. Nam quum סִכּוּת et כּוֹכַב sint appellativa et constructa, possit appellativum et constructum esse debere videri כִּיּוּן quoque. Attamen quum כִּיּוּן nomen et Saturni nomen arabicum et syriacum tantopere concinant, item Saturni significatio summopere commendetur apposito כּוֹכַב אֱלֹהֵיכֶם, etiam invito parallelismo formali praeferenda videtur ratio prior. — *Itaque in exsilium abducam vos ultra Da-* 27
mascum, id est, in Assyriam, *dicit Jova*, *deus exercituum* est *nomen ejus;* cf. 1, 5. 4, 3. 6, 14.

CAP. VI. Argum. Vs. 1—7. perstringit primorum utriusque populi socordiam et luxuriem, iisque annuntiat exsilium; 8—11. ruinam minatur magnificorum palatiorum, gravissimam populi internecionem; 12—14. magistratibus denuo exprobrat improbitatem et fastum, eosque patria ejectum iri praedicit. —
„Ad Sion et ad montem Samariae, id est, ad duas tribus, quae 1.
appellabantur Juda, et ad decem, quae Israëlis nomine vocabantur, prophetae sermo confertur, maxime ad eos, qui in utroque populo optimates sunt et principes." Hieron. *Vae socordibus in Sione, et securis*, nihil sibi timentibus *in monte Samariae*, *proceribus praestantissimi populorum*, *et venit ad eos domus Israëlis*, ad

intelligit ex טוֹב, sanissimum esse רַק? Ad hoc, quam languidus et inanis est iste sensus: *quae meliora erant regnis vestris, quum fines eorum ampliores essent finibus vestris!* Hesselbergus: *nonne meliora* fuerunt *regnis his, et ampliores fines eorum finibus vestris?* In qua interpretatione non hoc reprehendam, quod הֲ *nonne* redditur. Quandoque enim ea interrogatio (quod non debebam olim cum Ewaldo et aliis in dubium vocare) vim affirmativam habet, velut Ezech. 20, 4., ubi vid. not. Sed quod ad praeteritum tempus refertur sententia, id ferendum non est. Nam cum desit *verbum*, hoc nexu non potest nisi ad praesens
3. referri. — *Qui remotum locum statuitis diei malo*, qui procul abesse jubetis diem vobis fatalem, *et admovetis sedere*, sedem *violentiae*, et praesentem solio insidere, dominari, sinitis injustitiam. Rosenmüllerus: „removetis a vobis indictum per prophetas supplicium, quasi aut numquam futurum, aut certe post multos annos, posterorum aetate; et tamen non removetis id, unde paratum est vobis id malum, sed adhuc exercetis iniqua judicia, quibus miserorum justam causam evertitis. Vel: quia procul abesse putatis et numquam eventura, quae vobis minantur prophetae, ideo vitam non emendatis, imo vero indies deteriores reddimini, judicia pervertentes et injuria afficientes pauperes." Quarum interpretationum utram putabis veram? Posteriorem ut putes, postulat nexus; cf. inprimis vs. 6. extremus. Dicit, proceres procul abesse perniciem putantes improbitati se dare, — Et voluptatibus
4. secure indulgere vs. 4—6. *Qui recumbunt* (transitur enim a secunda ad tertiam personam) *in lectis eburneis, et effusi*, prostrati *sunt in spondis suis, et comedunt agnos de grege, et vitulos ex medio stabulo.* מִטּוֹת שֵׁן *lecti eboris*, id est, vel *ebore facti, eburnei*, vel *ebore obducti, ornati* (3, 15.); cf. apud Hor. *lecti eburnei*, in Plaut. et Varr. *lecti eborati.* Ceterum vid. de duobus prioribus membris not. ad 2, 8. *Agnos de grege* Rosenmüllerus et reliqui lectissimos esse volunt ex toto grege. Mihi vates illo *de grege, ex medio stabulo* indicare videtur, principes istos opulentos et luxuriosos suos sibi habere ovium greges, sua propria armentorum stabula, ex quibus quidquid tenerum et pingue, sibi
5. parent. — *Qui crepant ad modos lyrae, Davidis instar excogitant sibi instrumenta musica.* פָּרַט, quod hoc solo loco reperitur, nonnulli, ut Gesenius, Winerus, significare volunt *spargere* (cf. פָּרַס et verba vicina), hinc *spargere, effutire verba, garrire,*

cantare inepta, coll. نثر spargere, multam profundere orationem, نثّر multiloquus, garrulus. Alii idem esse putant quod chald. פְּרַט *divisim aliquid facere*, hinc transl. ad numeros orationis: *modulari*, *canere*. In his Rosenmüllerus, qui: „verbum פָּרַט videtur proprie significare *speciatim*, *sigillatim* et *particulatim distinguere*. Hic vero de *canendo* usurpatur, propterea quod in cantu vocis sonus multis modis variatur, multas habet diversorum tonorum, modulorum, numerorum distinctiones. Similem vim habet Latinorum *modulari*; *cantare* enim significat, ab ea quae inter canendum adhibetur distinctiorum modulorum in discrepantibus sonis varietate." Alii *minurire* esse credunt, coll. eodem illo verbo chaldaico. Quae omnia longius petita, valde incerta et minus apta videntur. Mihi, quum verba vicina in *dirupendi* notione concinant, פָּרַט hic per contemtum et irrisionem pro זִמֵּר dictum videtur, ita ut temulenti isti heluones non *carpere fides*, *canere* ad modos lyrae, sed quasi *dirumpere*, *diffringere fides*, i. e. *crepare*, *furere* ad modos lyrae dicantur. De quo significatu, ni fallor, jam cogitavit Alexandrinus, qui: ἐπικροτοῦντες. De נֶבֶל vid. ad Ps. 33, 2. — *Qui bibunt ex crateribus vini*, *et* 6.
praestantissimis oleis ungunt membra, *nec solliciti sunt propter fracturam*, vulnus *Josephi*, nec laborant de vulneribus, non curant vulnera civitatis Israeliticae. De שָׁתָה בְּ vid. ad Gen. 44, 5. De מִזְרְקֵי יַיִן non satis accurate exposuerunt interpretes. מִזְרַק יַיִן est *crater*, vas majus, in quo *vinum* miscebant veteres, quod deinde ex illo in calices hauriebant. Dicuntur igitur isti temulenti vinum non ex calicibus, verum ex ipsis crateribus bibere largis haustibus. רֵאשִׁית ut supra vs. 1. ר' שְׁמָנִים Accusativus ejus quo quis ungitur, ut Ps. 45, 8. Ad יִמְשָׁחוּ omissum est Objectum *membra*. שֶׁבֶר metaph. de vulnere civitatis, ut Ps. 60, 4. יוֹסֵף i. q. בֵּית יוֹסֵף 5, 6. — *Propterea jam in exsilium migra-* 7.
bunt in fronte migrantium, et recedet, finem habebit *clamor effusorum*, prostratorum in suis spondis, cessabunt laeti clamores comessantium, vs. 4 seqq. Ad בְּרֹאשׁ גֹּלִים recte Rosenmüllerus: „alludit aperte ad (vs. 1. et ad) רֵאשִׁית שְׁמָנִים vs. 6., ut sensus sit: ut luxuriosi isti primi sunt in populo, et primariis unguentis delibuti, sic primi exsulabunt." Hieronymus: „vos, qui primi estis divitiis, primi captivitatis sustinebitis jugum." Sed praeter hunc alius lusus inest, in מִרְזַח inquam (de quo vid. ad Jer.

omnibus vineis planctus, nequaquam necessario ad agricolas pertinere, docet vs. 11. Quod ad luctum agendum vocandi dicuntur agricolae, causam Rosenmüllerus dicit vastatos agros. Quod non probaverim. Nam cum אִכָּר *agricolae* in membro parallelo (si sensum spectes) respondeant יוֹדְעֵי נֶהִי *periti lamentationis:* maxime est probabile, vocari ad planctum agricolas, aut quia vehementius clamare soleant rustici, aut, quod praeferendum videtur, ut significet vates, tam amplam se oblaturam esse lamentandi materiam, ut undiquaque accersendi sint praefici et praeficae. —
17. *Et in omnibus vineis* (cf. vs. 11.) *planctus* erit, *nam transibo*
per medium tui, per mediam tuam terram, poenam sumens de te,
18. *inquit Jova.* — *Vae desiderantibus diem Jovae*, vae illis, qui
dicere non verentur: veniat modo dies judicii, avide illum videre cupimus! *Ad quid tandem vobis dies Jovae?* non est quod eum temere optetis, *est* enim *tenebrae*, miseriarum plenus, *et non lux*, nihil habens laeti. Vere Rosenmüllerus diem Jovae ironice optari putandum esse monuit; cf. Jes. 5, 19. Jer. 17, 15. Ezech. 12, 22. Sed quod idem verba לָמָּה־זֶּה לָכֶם vel sic reddi vult: *cur hunc vobis* optatis ridentes? vel sic: *cur hoc vobis* in mentem venit? unde vobis haec libido incessit? יוֹם יְהוָה trahens ad sequentia, in eo facere cum illo non possumus. Neque enim est, quod
19. לָמָּה־זֶּה accipias aliter atque alias. — *Quemadmodum fugit ali-*
quis leonem, et incidit in eum ursus; et venit domum, et imponit manum suam parieti, et innititur manu parieti admota, *et mordet eum serpens.* Sensus: tum temporis ex uno malo incidetis in alterum, mala super mala ingruent; cf. illud Incidit in
20. Scyllam, qui vult vitare Charybdim. — *Nonne tenebrae*, tenebra-
rum plenus est *dies Jovae et non lux? et obscurus, nec splendor*
21. *ei?* i. e. sane tenebrae cet. cf. vs. 18. — *Odio habeo, fastidio*
dies festos vestros, nec delector concionibus vestris. הֵרִיחַ בְּ
22. ut Jes. 11, 3., ubi cf. not. — *Nam si offertis mihi holocausta*
et sacrificia incruenta vestra, non grata habeo; et sacrificium eucharisticum pecudum saginatarum vestrarum non intueor, sperno. Hesselbergus verba sic struenda putavit: *nam si offeratis mihi, holocausta et sacrificia incruenta vestra non grata habeo*
23. cet. Sed prior ratio multo simplicior est. — *Remove a me*
strepitum canticorum tuorum, et cantum lyrarum tuarum non
24. *audio!* De שִׁיר cf. ad Ps. 30, 1., de נֵבֶל ad Ps. 33, 2. — *Et*
volvatur, copiose se diffundat, fluat *ut aqua jus, et justitia*

ut rivus perennis! Hesselbergus: *et volvetur*, fluet *ut aqua* cet., illo judicii die, vs. 18. Quod falsissimum. De judicio illo inde a vs. 21. non amplius sermo est. Quod dicit his versibus deus, hoc est: fastidio dies vestros festos, ingrata mihi sacrificia, molestus canticorum fidiumque strepitus; verum ut aquae instar fluat justitia vestra, hoc est quod volo. — *Ista sacrificia cruenta et* 25.
incruenta obtulistis mihi in deserto quadraginta annos, domus Israel! Sensus et nexus hujus et proxime sequentis versus hic est: fastidio quae mihi offerre soletis sacrificia conjuncta cum impietate vs. 21.—24. Sacrificia ista debita jam olim in deserto per quadraginta annos mihi obtulistis, 25.; sed praeterea diis commenticiis et conjunctis cum illorum cultu flagitiis dediti fuistis, 26. Interpretes et antiquiores et recentiores ה praemissum זְבָחִים voci *interrogativum* habent. Qua ratione difficultas nascitur, quam explicare nequeas. En verba Rosenmülleri: „*Num victimas et fertum obtulistis mihi in deserto annis quadraginta, domus Israel?* Est vero hic versiculus cum proximo admodum difficilis. Quod enim ex hac interrogatione colligitur, Israelitas totis quadraginta annis in deserto sacrificia non fecisse, aliud sane Pentateuchi libros tres medios percurrenti apparebit, quum et eo tempore sacrificia fecerint, quo Jova eum illis foedus iniit, in monte Sinai, Exod. 24, 4 seqq., et in consecratione tabernaculi oblatae sint victimae a singulis principibus tribuum, Num. 7., itemque in celebratione Paschatos, altero post exitum Aegyptiacum anno, Num. 9, 1 seqq. Quem nodum varii vario modo solvere tentarunt.“ Tentarunt quidem, sed expedivit nemo. Ipse Rosenmüllerus: „negat, inquit, deus, sacrificia sibi oblata fuisse, quia et animi pietate vacua, et cum idolorum cultu mixta erant, ut proximus versus docet.“ Verum enimvero quum sacrificia animo impio oblata non desinant esse sacrificia, non potuit deus sacrificia sibi in deserto oblata fuisse negare propterea, quod animi pietate vacua et cum idolorum cultu mixta illa fuerant. Documento est hic ipse, quem tractamus, locus. Impio animo offerri etiam quae in praesenti offerantur sacrificia dicit deus, vs. 22. 24. Nihilo secius illa vocat *sacrificia*, dicit, *offerri sibi sacrificia.* Debuisset igitur aliis verbis uti vates, si quod inesse vult Rosenmüllerus, voluisset exprimere. Quod alii, ut de Wette, Hesselberg., לִי cum accentu efferendum putant, ut hoc dicat deus: *num victimas et fertum obtulistis* m i h i (soli) cet., precaria est

interpretatio, quum nihil adsit, quod significet, tanti ponderis esse לְ voculam. Sed quid tandem est, cur malint interrogationis quam articuli esse ה in הַזְּבָחִים? „Quia, inquiunt, ubi propheta de sacrificiis in universum loquitur, articulo plane non est opus“ (Ros.). Quod argumentum quam infirmum sit, quis non videt?

26. *Ista sacrificia* dicuntur sacrificia debita, lege praescripta. — *Et tamen portastis tentorium regis vestri, et Chijunem*, Saturnum, *simulacrum vestrum, stellam dei vestri, quam fecistis vobis.* סִכּוּת jam veteres idem significare putarunt quod סֻכָּה, סֹךְ; cf. σκηνὴ ἱερά Carthaginiensium, Diod. Sic. 20, 65., et apud ipsos Hebraeos אֹהֶל מוֹעֵד, הָאֹהֶל, cui ipsi quod hic est סִכּוּת מַלְכְּכֶם oppositum est, q. d. portastis tentorium regis veri (Jovae), portastis vero etiam tentorium regis falsi. Rosenmüllerus סִכּוּת *columnam, statuam* esse vult, coll. chald. סִכָּא, סִכְּתָא *clavus, paxillus*, deinde *forma numismatis*, quia figuram clavi refert, nisi malis credere, סִכּוּת hic quoque *paxillum, palum* significare, *palum* vero regis falsi simulacrum per contemtum dici. Sed *tentorii* significatio multo certior est. מַלְכְּכֶם *regis*, id est, dei *vestri*. Diversum a Chijune hunc regem existimant interpretes. Equidem eundem utrumque esse putaverim coll. verbis כּוֹכַב אֱלֹהֵיכֶם, non alium significantibus atque is est, qui proxime praecedit. Praeterea cf. statim afferendae veterum interpretationes. Est q. d. portastis tentorium regis vestri cum ipso Chijune, simulacro vestro, stella dei vestri. LXX: ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ Μολόχ, Hieron. *portastis tabernaculum Moloch vestro*, Syrus: *portastis tabernaculum Malcumi.* Quod, *Molochi vestri*, Rosenmüllerus „ne verisimile, inquit, videatur, facit affixum pronomen. Propria enim nomina cum pronominibus affixis non solent componi.“ Sane falsa est ista interpretatio, si voluit exprimere significatum; ita enim pro מַלְכְּכֶם scriptum esse deberet הַמֹּלֶךְ vel מַלְכָּם, מִלְכֹּם; verissima tamen videtur, si voluit sensum exprimere. Nam *Molochus* Ammonitarum est *Saturnus* planeta, qui ipse statim suo כִּיּוּן nomine nominatur. כִּיּוּן id. q. arab. كَيْوَان, syr. ܟܐܘܢ, *Saturnus* planeta; cf. quod per appositionem subjicitur כּוֹכַב אֱלֹהֵיכֶם *stellam dei vestri*. LXX: καὶ τὸ ἄστρον τοῦ θεοῦ ὑμῶν, Ῥαιφὰν τοὺς τύπους αὐτῶν, in quibus, cum membra trajecta sint, vides כִּיּוּן graece translatum esse Ῥαιφάν voce, quae prob. aegyptium Saturni nomen fuit (Kircheri ling. aegypt.

restituta p. 49. Jablonskii opusc. II. p. 159.). Syrus: ܘܟܐܘܢ
ܨܠܡܝܟܘܢ *et Saturnum, simulacrum vestrum.* Saturnum planetam
κακοδαίμονα habebant veteres, et hostiis humanis placabant Se-
mitae; cf. etiam Prop. 4, 1, 84: Est grave Saturni sidus in omne
caput. Lucan. 1, 650: summo si frigida coelo Stella nocens
nigros Saturni accenderet ignes. Alii, ut Rosenmüllerus, Hessel-
bergus, כִּיּוּן nomen appellativum esse volunt, *statuam, imaginem*
significans, a כּוּן, Pi. כִּיֵּן, his de causis. „Ut כִּיּוּן pro Nomine
proprio idoli habeamus, repugnat additus Pluralis צַלְמֵיכֶם, qui
cum praecedente Singulari non commode jungitur. Esse autem
כִּיּוּן et appellativum, et in regimine positum, arguit et illud,
quod eodem plane modo se habet ad צַלְמֵיכֶם, ac סִכּוּת et כּוֹכַב
ad constructa sua. Optime enim membra hujus versus concinunt,
si nobiscum vertas: *atqui gestatis statuam regis vestri, et effi-
giem*, sive collective, *effigies simulacrorum vestrorum, stellam
dei vestri.*“ Ros. Verum צלמיכם Pluralis praecedenti Singulari
haud minus commode jungitur, quam אלהיכם praecedenti כוכב.
Quemadmodum enim 'א vim habet Singularis, sic etiam 'צ. Ma-
joris momenti esse videtur alterum argumentum. Nam quum סִכּוּת
et כּוֹכַב sint appellativa et constructa, possit appellativum et con-
structum esse debere videri כִּיּוּן quoque. Attamen quum כִּיּוּן
nomen et Saturni nomen arabicum et syriacum tantopere conci-
nant, item Saturni significatio summopere commendetur apposito
כּוֹכַב אֱלֹהֵיכֶם, etiam invito parallelismo formali praeferenda vi-
detur ratio prior. — *Itaque in exsilium abducam vos ultra Da-* 27.
mascum, id est, in Assyriam, *dicit Jova, deus exercituum est
nomen ejus*; cf. 1, 5. 4, 3. 6, 14.

CAP. VI. Argum. Vs. 1—7. perstringit primorum utrius-
que populi socordiam et luxuriem, iisque annuntiat exsilium;
8—11. ruinam minatur magnificorum palatiorum, gravissimam
populi internecionem; 12—14. magistratibus denuo exprobrat
improbitatem et fastum, eosque patria ejectum iri praedicit. —
„Ad Sion et ad montem Samariae, id est, ad duas tribus, quae 1.
appellabantur Juda, et ad decem, quae Israelis nomine vocabantur,
prophetae sermo confertur, maxime ad eos, qui in utroque populo
optimates sunt et principes.“ Hieron. *Vae socordibus in Sione,
et securis*, nihil sibi timentibus *in monte Samariae, proceribus
praestantissimi populorum, et venit ad eos domus Israelis*, ad

quos, proceres, conveniunt undique Israelitae, i. e. quorum imperio
parent Israelitae. נְקֻבִים *distincti*, proceres, nobiles; cf. arab.
نقيب princeps, نقابة praefectura. רֵאשִׁית *primum* ratione digni-
tatis, *praecipuum*, *praestantissimum*, ut vs. 6. לָהֶם *ad eos*,
principes. Possis etiam *iis* reddere, i. e. iis jubentibus, sensu
eodem. Rosenmüllerus: „Malumus לָהֶם ad *montes* referre ante
memoratos, quibus per synecdochen utrumque regnum intelligitur,
Judaicum, cujus caput erat Hierosolyma cum arce regia in Sione,
et Israeliticum, cujus urbs primaria Samaria. Ad eos igitur
montes, in hanc terram venerunt Israelitae, expulsis Cananaeis,
eorumque ditiones occuparunt. Sunt, qui לָהֶם referant quidem
ad montes Sion et Samariae, sed hoc sensu: *ad quos montes
veniunt* undique *domus Israel*, i. e. quo conveniunt Israelitae vel
sacrorum causa, vel judiciorum, nam in monte Sion non solum
sedes regia erat supremumque judicium, quod de ortis in regno
controversiis disceptabat, verum et templum in colle Moria, qui
Sionis pars erat. Sic in monte Samaria et aula erat, et, uti
credibile, senatus summus illarum tribuum. Nos tamen praefe-
rendum haud dubitamus sensum a nobis adoptatum, quod versu
proximo amplificat vates ingrati populi scelus intolerabile, qui
quum sedes a deo accepisset omnium optimas, ab illo tamen re-
cessit beneficii immemor. Nam ut montium illorum praestantiam
commendet, jubet, ut regiones alias adeant, explorentque, an illa-
rum sit aliqua, quae cum illa praeclara possessione conferri possit."
Verum enimvero illi, de quibus agitur hoc versu, principes sunt,
non montes. Ad principes igitur referendum est לָהֶם. Quod idem
intelligitur ex eo, quod qui proxime ante וּבָאוּ memorantur, non
montes, sed principes, נְקֻבִים, sunt. Sed rejicienda Rosenmülleri
opinio etiam ea de causa, quod eam falsa, ut statim videbimus,
2. superstruxit interpretatione versus secundi. — *Proficiscimini*
(propr. *trajicite*, erat enim Calne ad ripam orientalem Tigridis
sita, cf. Jer. 2, 10: (עִבְרוּ אִיֵּי כִתִּיִּים) *Calnen, et videte; et ite
inde Hamatham magnam; et descendite Gatham Philisthaeorum:
suntne meliora*, feliciora ista regna, *quam regna haec*, Judaicum
et Israeliticum (vs. 1.), *an ampliores fines eorum, quam fines
vestri?* Non sunt! Et tamen fuerunt, nec potuerunt se defen-
dere ab hostibus. Ex quo quam temeraria sit vestra fiducia in-
telligitis. *Fuisse*, quod negat esse in praesenti, regna illa poten-

tiora regno Judaico atque Israelitico, vates non expressis verbis dicit, sed cogitatione supprimit, potuitque supprimere, quia *Calne* modo expugnata erat ab Assyriis (cf. Jes. 10, 9.), *Hamath* a Jerobeamo (2 Reg. 14, 25. cf. infra vs. 14. hujus capitis), *Gatha* ab Usia (2 Chron. 26, 6.). Hic difficilioris loci sensus est non perspectus a superioribus interpretibus. Rosenmüllerus: „Ut magis et apertius illorum ingratitudinem ostendat, qui terrae a deo ipsis concessae bonis ad luxum et voluptatem abuterentur, et secure contemnerent prophetarum monita, invitat illos, ut vicinas urbes celebratissimas imperii et ubertatis potentiaeque nomine adeant et perlustrent, considerentque, num ab illis superentur. Conferte vos, inquit, ad praestantissimas circumquaque urbes, Ctesiphontem ad orientem, inde Hamatham ad aquilonem, postea ad Gatham, Philisthaeorum urbem, partim ad occidentem, partim ad meridiem sitam; experientia discetis, regionem vestram excellere. Sunt quidem isti populi non mediocriter felices, et fines eorum satis ampli, non tamen feliciores sunt vobis, nec fines eorum ampliores vestris, quos meo beneficio possidetis, imo et felicitate et terminorum amplitudine vobis utrique cedunt.“ Quae ratio a nexu prorsus abhorret. Nam quum vs. 1. et 3 et seqq. vates temerariam principum fiduciam perstringat, eosque falli dicat putantes occasum imperii procul abesse, versus secundi nequaquam eum, qui Rosenmüllero est probatus, sed illum quem nos fecimus sensum exspectas; exspectas, inquam, hoc, ut exempla proponantur regnorum, quae, licet majora et potentiora fuissent regnis Judaeorum atque Israelitarum, tamen resistere hostibus non potuerint. Fieri quidem potuisset, ut, quum dixisset vates וּבָאוּ לָהֶם בֵּית יִשְׂרָאֵל, in hunc campum paullulum exspatiaretur, eo modo quo verba intellexit Rosenmüllerus. Ita tamen quae vs. 2. continentur valde essent otiosa, et a consilio vatis aliena. Praeterea, qua, quaeso, ratione urbes ab hostibus expugnatae potuerunt exempla proponi florentis regnorum status? Quid illud sit, quod postulet nexus, viderunt quidem Crednerus et Hesselbergus; sed quomodo is sensus a vate expressus sit, non viderunt. Uterque verbis vim intulit. Crednerus ad Joel. p. 54: *trajicite Calnen, et videte, et ite inde Hamatham magnam, et descendite Gatham Philisthaeorum, ad ea* regna *quae meliora* erant *regnis his, quum fines eorum ampliores essent finibus vestris.* Pro הֲטוֹבִים cum nonnullis libris et interpretibus antiquis legit הַטּוֹבִים. Sed quis non

intelligit ex אִם, sanissimum esse הֲ? Ad hoc, quam languidus et inanis est iste sensus: *quae meliora erant regnis vestris, quum fines eorum ampliores essent finibus vestris!* Hesselbergus: *nonne meliora* fuerunt *regnis his, et ampliores fines eorum finibus vestris?* In qua interpretatione non hoc reprehendam, quod הֲ *nonne* redditur. Quandoque enim ea interrogatio (quod non debebam olim cum Ewaldo et aliis in dubium vocare) vim affirmativam habet, velut Ezech. 20, 4., ubi vid. not. Sed quod ad praeteritum tempus refertur sententia, id ferendum non est. Nam cum desit *verbum*, hoc nexu non potest nisi ad praesens
3. referri. — *Qui remotum locum statuitis diei malo*, qui procul abesse jubetis diem vobis fatalem, *et admovetis sedere*, sedem *violentiae*, et praesentem solio insidere, dominari, sinitis injustitiam. Rosenmüllerus: „removetis a vobis indictum per prophetas supplicium, quasi aut numquam futurum, aut certe post multos annos, posterorum aetate; et tamen non removetis id, unde paratum est vobis id malum, sed adhuc exercetis iniqua judicia, quibus miserorum justam causam evertitis. Vel: quia procul abesse putatis et numquam eventura, quae vobis minantur prophetae, ideo vitam non emendatis, imo vero indies deteriores reddimini, judicia pervertentes et injuria afficientes pauperes." Quarum interpretationum utram putabis veram? Posteriorem ut putes, postulat nexus; cf. inprimis vs. 6. extremus. Dicit, proceres procul abesse perniciem putantes improbitati se dare, — Et voluptatibus
4. secure indulgere vs. 4—6. *Qui recumbunt* (transitur enim a secunda ad tertiam personam) *in lectis eburneis, et effusi*, prostrati *sunt in spondis suis, et comedunt agnos de grege, et vitulos ex medio stabulo.* מִטּוֹת שֵׁן *lecti eboris*, id est, vel *ebore facti, eburnei*, vel *ebore obducti, ornati* (3, 15.); cf. apud Hor. *lecti eburnei*, in Plaut. et Varr. *lecti eborati*. Ceterum vid. de duobus prioribus membris not. ad 2, 8. *Agnos de grege* Rosenmüllerus et reliqui lectissimos esse volunt ex toto grege. Mihi vates illo *de grege, ex medio stabulo* indicare videtur, principes istos opulentos et luxuriosos suos sibi habere ovium greges, sua propria armentorum stabula, ex quibus quidquid tenerum et pingue, sibi
5. parent. — *Qui crepant ad modos lyrae, Davidis instar excogitant sibi instrumenta musica.* פָּרַט, quod hoc solo loco reperitur, nonnulli, ut Gesenius, Winerus, significare volunt *spargere* (cf. פֶּרֶט et verba vicina), hinc *spargere, effutire verba, garrire,*

cantare inepta, coll. نَثَرَ spargere, multam profundere orationem, نَثَّارٌ multiloquus, garrulus. Alii idem esse putant quod chald. פְּרַט *divisim aliquid facere*, hinc transl. ad numeros orationis: *modulari*, *canere*. In his Rosenmüllerus, qui: „verbum פָּרַט videtur proprie significare *speciatim*, *sigillatim* et *particulatim distinguere*. Hic vero de *canendo* usurpatur, propterea quod in cantu vocis sonus multis modis variatur, multas habet diversorum tonorum, modulorum, numerorum distinctiones. Similem vim habet Latinorum *modulari*; *cantare* enim significat, ab ea quae inter canendum adhibetur distinctiorum modulorum in discrepantibus sonis varietate." Alii *minurire* esse credunt, coll. eodem illo verbo chaldaico. Quae omnia longius petita, valde incerta et minus apta videntur. Mihi, quum verba vicina in *dirupendi* notione concinant, פָּרַט hic per contemtum et irrisionem pro זִמֵּר dictum videtur, ita ut temulenti isti heluones non *carpere fides*, *canere* ad modos lyrae, sed quasi *dirumpere*, *diffringere fides*, i. e. *crepare*, *furere* ad modos lyrae dicantur. De quo significatu, ni fallor, jám cogitavit Alexandrinus, qui: ἐπικροτοῦντες. De נֶבֶל vid. ad Ps. 33, 2. — *Qui bibunt ex crateribus vini*, *et* 6.
praestantissimis oleis ungunt membra, *nec solliciti sunt propter fracturam*, vulnus *Josephi*, nec laborant de vulneribus, non curant vulnera civitatis Israeliticae. De שָׁתָה בְּ vid. ad Gen. 44, 5. De מִזְרְקֵי יַיִן non satis accurate exposuerunt interpretes. מִזְרָק יַיִן est *crater*, vás majus, in quo *vinum* miscebant veteres, quod deinde ex illo in calices hauriebant. Dicuntur igitur isti temulenti vinum non ex calicibus, verum ex ipsis cratéribus bibere largis haustibus. רֵאשִׁית ut supra vs. 1. שְׁמָנִים ר' Accusativus ejus quo quis ungitur, ut Ps. 45, 8. Ad יִמְשָׁחוּ omissum est Objectum *membra*. שֶׁבֶר metaph. de vulnere civitatis, ut Ps. 60, 4. יוֹסֵף i. q. בֵּית יוֹסֵף 5, 6. — *Propterea jam in exsilium migra-* 7.
bunt in fronte migrantium, et recedet, finem habebit *clamor effusorum*, prostratorum in suis spondis, cessabunt laeti clamores comessantium, vs. 4 seqq. Ad בְּרֹאשׁ גֹּלִים recte Rosenmüllerus: „alludit aperte ad (vs. 1. et ad) רֵאשִׁית שְׁמָנִים vs. 6., ut sensus sit: ut luxuriosi isti primi sunt in populo, et primariis unguentis delibuti, sic primi exsulabunt." Hieronymus: „vos, qui primi estis divitiis, primi captivitatis sustinebitis jugum." Sed praeter hunc alius lusus inest, in מַרְזֵחַ inquam (de quo vid. ad Jer.

8. 16, 5.) et מִזְרָק vs. 6. — *Jurat dominus*, *Jova*, *per se ipsum*,
dictum Jovae, *dei exercituum: detestor fastum Jacobi*, *et palatia*
ejus odio habeo, *et tradam* hostibus *urbem et quod implet eam*.
9. — *Et futurum est*, *ut*, *si reliqui fuerint*, effugerint e manibus
hostium, *decem viri in domo una*, *moriantur*, tamen moriantur
et ipsi, absumendi aliis calamitatibus, velut peste, de qua cogi-
tandum versu proximo. Quod jam superiore quodam loco acci-
derat Hesselbergo, ut hebraica perperam legeret, id illi hoc loco
iterum accidit, siquidem pro אִם legit עִם redditque verba sic:
tum una erunt decem viri cet., cui errori nulla potest esse
10. excusatio. — *Et tollet eum*, unum aliquem qui mortuus est de
illis decem, *patruus ejus et combustor*, idemque combustor *ejus*,
ad efferendum ossa ex domo, *et dicet ad eum*, *qui est in inte-*
riore parte domus: estne praeterea tecum aliquis? estne praeter
hunc mortuum apud te aliquis, quem domo efferam? *et dicet*,
respondebit, qui intus est: *non est! et dicet*, subjiciet is, qui
foris est: *sile! neque enim laudandum est nomen Jovae!* דוד
Rosenmüllerus cum aliis synecdochice de quocunque *cognato* su-
perstite intellectum vult. Quam sententiam si quis voluerit suam
facere, pace mea faciet. Idem causam, cur mortuus a patruo
aliove cognato efferendus dicatur, his descripsit verbis: „in tan-
tam paucitatem et solitudinem redacta fuerit domus illa, ut vix
quisquam ex ea supersit, qui inde ejus mortuos efferat, utque
prae aliorum defectu vel patruus ipse aliusve cognatus hoc genus
officii praestare mortuo cogatur. Similis sententia est apud Se-
necam in Oedipo, ubi is pestem describit vs. 53 seqq. . . „„portat
hunc aeger parens Supremum ad ignem, mater hunc amens gerit,
Properatque ut alium regerat in eundem rogum.““ In qua ea-
dem sententia esse video Winerum (Realw. I. p. 173. II. p. 18.).
Apud Hebraeos tamen mortui a proximis consanguineis efferri
solebant, Gen. 25, 9. 35, 29. Jud. 16, 31. Nihil igitur majoris
atrocitatis inesse videtur in eo, quod mortuis isthoc officium
praestaturi dicuntur proximi cognati. Nervus totius sententiae
extremis, ut infra videbimus, verbis continetur. מְסָרְפוֹ pro מְשָׂרְפוֹ;
cf. ex contrario בּוֹשַׁסְכֶם pro בּוֹסַסְכֶם 5, 11. Quod in pluribus
libris habetur מְשָׂרְפוֹ est interpretamentum. Rosenmüllerus:
„Arabibus, inquit, شَرَفَ in conj. tertia et quarta frequenter est
vicinum, *prope esse* rei aut personae alicui. Unde מְסָרְפוֹ com-

modo *vicinus*, *propinquus ejus* vertetur.“ Ita autem ut statueret duabus causis se duci passus est. Una est, quod humaverint, non combusserint Hebraei corpora mortuorum. Justo fidentius asseruisse J. D. Michaelem, Hebraeos inde a Saulis tempore comburere mortuos coepisse, eumque morem sensim invaluisse. De Saule quidem ejusque filiis certum esse, eorum cadavera ex muro Bethsan sublata, a Jabesitis combusta esse et ossa sepulta. Verum singulare hoc fuisse videri, ex metu factum, ne sepulta modo cadavera effoderentur denuo a Philisthaeis atque ludibriis adficerentur (1 Sam. 31, 12 sq. cf. ibid. vs. 10.). Cetera tria loca, quibus probari velint, cadavera Hebraeis combusta fuisse (2 Chron. 16, 14. 21, 19. Jer. 34, 5.), plane aliena esse, ut quibus agatur de combustis *aromatibus*, non cadaveribus. Verissime haec quidem Rosenmüllerus. Quemadmodum vero quod 1 Sam. l. l. factum narratur, singulari de causa factum esse recte monuit b. interpres, sic hoc quoque loco statuendum videtur, quo corpora mortuorum commode putantur comburenda dici metu contagionis. Nec firmius est alterum argumentum ductum ex mortuorum frequentia, ex labore tantam lignorum struem congerendi, ex sumtu, ex incendiorum periculis (!) cet. De quibus omnibus vates ne ex longinquo quidem cogitavit. Adquiescendum est in *comburtoris* significatu, eoque confidentius, quo incertior est illa *vicini*, *propinqui* significatio sumta ex شَرَفَ, quod ita *prope esse* significat, ut significet *imminere*. עֲצָמִים non recte Winerus l. l. de cadavere, macie ita torrido ut vix *ossibus* haereat, intelligendum putat. Nil nisi *corpus defuncti*, *cadaver* significatur ista voce, ut Gen. 50, 25. Exod. 13, 19. al. De יַרְכְּתֵי הַבַּיִת vid. not. ad Jes. 14, 13. 15. coll. Ps. 128, 3. Verba וְאָמַר הָס כִּי לֹא לְהַזְכִּיר בְּשֵׁם יְהוָֹה, diversissimis modis, sed a nemine recte intellecta, cardinem continent totius propositionis. Postquam interroganti illi qui foris est, sintne etiamnum cadavera quae domo efferat, is qui intus est respondit, nulla esse, hic ipse subjicere vult formulam grati animi sensa testantem, quod ipsi licuerit esse superstiti, vel, quod eodem redit, putat ille qui foris est, velle eum qui intus est, talem formulam recitare. Fortasse in morem venerat apud Hebraeos, recitare talia, quando efferebatur mortuus. Talia igitur grati in deum animi verba cum superstes in eo est ut recitet, vel in eo esse putatur ut recitet, ille qui foris est eum

interpellans *tace*, inquit, *neque enim laudandum est nomen Jovae*, nam non est quod laudes Jovam, gratias agas Jovae pro servata vita, nam *tibi* quoque moriendum est, moriendum est omnibus ad unum! Hic solus sensus, ut aptissimus per se est, sic maxime est conveniens ad ea quae praecedunt et subsequuntur. Versu nono enim, si vel decem unius familiae viri effugerint e manibus hostium, moriendum et ipsis esse dixerat, versu undecimo autem, praemissa particula *causali*, Jovam constituisse dicit, funditus delere sine discrimine omnes. Prorsus aliena aliorum placita, velut Hieronymi: „*tace, et non recorderis nominis domini*. Hoc autem idcirco commemorat, ut ostendat, nec malorum quidem pondere et necessitate compulsos velle nomen domini confiteri, et in tantam apud Israel oblivionem dei venisse vocabulum, ut ne in simplici quidem juramento nomen ejus dignetur audire;" Hesselbergi: „*tace, nam non est*, fit (quid tandem?), *ut laudetur Jova;*" aliorum: „ne commemores nomen Jovae cum laude, ne eum praedices, qualis praedicari solet, mitem et clementem, quum nunc longe aliud experiamur, eum in nos saevissimum, qui tanta nos peste affligat." Proximus a veritate solus fuit Rosenmüllerus.
11. — *Nam ecce, Jova constituit et confringit* i. e. constituit confringere *domum magnam ut fiat ruinae, et domum parvam, ut fiat fissurae* i. e. evertere constituit et magnificas et humiliores domos, i. e. parcere nec potentioribus nec tenuioribus, perdere ad unum omnes. Hesselbergus, iterum aliter, atque scriptum est legens: *nam ecce, Jova jubet, et ecce, domus magna* est, fit *ruinae, et domus parva* est, fit *fissurae*. Vides pro וְהִכָּה legisse וְהִנֵּה. Adeone hebetes sunt oculi viri boni, an usus est
12. exemplari mendoso? — *Num current in rupe equi, an arabit* aliquis ibi *bobus, quod convertitis in papaver jus, et fructum justitiae in absinthium*, herbas noxias et venenosas, i. e. quod in atrocissimas injurias commutatis jus (cf. 5, 7.)? בַּסֶּלַע etiam ad secundum membrum pertinet. יַחֲרוֹשׁ impers. כִּי non est *sane*, ut vult Hesselbergus, sed *quod*, quo multo concinnior fit sententia. פְּרִי צְדָקָה *fructus justitiae* nihil aliud est quam מִשְׁפָּט *jus*. Sensus: jus in injuriam convertentes tam perverse agitis, ut si quis in petrosis et saxosis locis equo citato vehatur aretve. Apposite laudant illud Maronis Ecl. 3, 90: Qui Bavium non odit, amet tua carmina, Maevi; Atque idem jungat vulpes, et mulgeat
13. hircos. — *Qui laetamini de nihilo*, opibus vestris fluxis et ca-

ducis, *qui dicitis: nonne robore nostro*, viribus nostris *sumsimus nobis cornua*, potentiam comparavimus? *Cornua* constat roboris et potentiae imaginem esse. Hemistichium posterius Hesselbergus: *nonne* sumus *in robore nostro? sumsimus nobis cornua.* Prior ratio simplicior. Ceterum quam florens regnante Jerobeamo II. rerum Israeliticarum status fuerit, vidimus ad Hos. 1, 1. p. 202.
— *Nam ecce, faciam exsurgere*, excitabo *contra vos, domus* 14.
Israelis, dictum Jovae, dei exercituum, populum, et prement, affligent *vos inde ab Hamatha*, Israelitarum imperio subjecta a Jerobeamo (vs. 2.), sita in borealibus terrae Israeliticae finibus, *usque ad rivum deserti*, i. e. regionis illius in quam vallis Jordanis circa Hierichuntem excurrit, i. e. usque ad Kedronem, qui in borealem sinum maris mortui infra Hierichuntem se infundit, terminum regni Israelitici meridionalem; cf. 2 Reg. 14, 25., ubi Jerobeamus fines regni Israelitici restituisse dicitur מִלְּבוֹא חֲמָת עַד יָם הָעֲרָבָה *inde ab Hamatha usque ad mare deserti* i. e. *mortuum.* Olim ad Jes. 15. cum Hitzigio נַחַל הָעֲרָבָה putavi esse torrentem, qui in ostium australe maris mortui infunditur, hodie *Wadi el-Ahsa* dictum. Sed obstat huic opinioni 2 Reg. l. l., utpote quo, quum praecedat *inde ab Hamatha*, עַד יָם הָעֲרָבָה vix possit aliter accipi atque de septentrionali sinu maris mortui; cf. etiam 2 Chron. 28, 15.

CAP. VII—IX. Visa Amoso divinitus objecta cum eorundem explicatione.

CAP. VII. Duae sunt hujus capitis partes, una prophetica vs. 1—9., qua deus semel atque iterum Israelitas delere se decrevisse nec tamen delevisse, jam vero quod decretum sit facturum se esse dicit; altera historica 10—17., qua narrantur gesta Amaziam, Israelitarum sacerdotem Bethelensem inter et Amosum circa hanc ipsam quae priore parte continetur προφητείαν. —
Sic videre me fecit, hoc mihi visum objecit *dominus, Jova: et* 1.
ecce, formavit locustam, locustas, *initio germinationis foeni serotini*, quo tempore germinare coepit foenum serotinum, *et ecce foenum serotinum post foenisecia regis*, i. e. quo tempore prodiit, progerminavit foenum serotinum peractis foeniseciis regis. גֹּבַי, גּוֹבַי Nah. 3, 17. male habent pro Plurali nominis גֹּב ibid. Est potius nomen singulare formae tertiae cum Jod radicali pro גֹּבָת (cf. secundae formae nomen שָׂדַי i. q. שָׂדֶה al.), idem quod גֹּב

(abjecto ה) Nah. l. l. (ubi ejusdem nominis repetitio multitudinem exprimit) et גֵּב (formae primae nomen, ut שֵׁם) Jes. 33, 4. (cf. chald. גּוֹבָא et גּוֹבַי), *locustae* species, sic dicta a *prorepondo* ex terra, גָּבַח, ut جَابِي *locustae* a جَبَأ *egressus est* ex terra, velut anguis e latibulo; cf. aethiop. *anbat*, *locusta*, a نَبَطَ *scaturivit*, *apparuit*, *prodiit* quid, quod ante latebat. Cf. Plin. H. N. 11, 29: „pariunt in terram demisso spinae caule ova condensa autumni tempore. Ea durant hyeme sub terra; subsequente autem exitu veris emittunt parvas.“ Quod etymon si verum est, esse גּוֹב locustam recens natam, certe locustam inter primas exuvias (vid. ad Joel. 1, 4.) probabile est, sed nequaquam certum, quum a *prorepondo* dicta esse possit adulta quoque. Verum esse quod cum aliis statuimus etymon negavit Crednerus ad Joel. p. 299 et seqq., ea de causa, quod *prorepere e terra* non solius locustae sed innumerabilium insectorum proprium sit. Quod plane nullius ponderis argumentum est. Praeter locustas innumerabilia alia insecta atque animalia sunt gregaria, secantia, lambentia, depascentia, et tamen ab eo quod gregaria est locusta dicta est אַרְבֶּה, a secando גָּזָם, a lambendo יֶלֶק, a depascendo חָסִיל. Aliorum exemplorum magnum cumulum facili opera addent lectores. Ipse Crednerus גּוֹב vim *elationis* habere judicat, coll. גב syllaba in pluribus verbis, atque sic dictam locustam putat ab eo, quod locustae, quum frigeant, in magnos cumulos correpant, coll. Nah. 3, 17. et Hieronymi ad vs. 15. ibidem his verbis: „quum multiplicata fueris ut bruchus, et ut locusta in unum pariter congregata, et congregaveris sicut locustae et bruchus et parva germina locustarum, quae vocantur attelabi, sole incalescente avolant, nec reperiuntur.“ Ad posterius וְהִנֵּה nequaquam cum Rosenmüllero, Hesselbergo et aliis cogitatione supplendum est הָיְתָה; sed לֶקֶשׁ Objectum est הִנֵּה particulae in hanc sententiam: *et ecce foenum serotinum* i. e. et prodiit, progerminavit foenum serotinum, i. e. quo tempore prodiit cet., ita ut his verbis idem sed magis definite dicatur quod verbis praecedentibus. גִּזֵּי הַמֶּלֶךְ *foenisecia regis* recte puto Gesenium suspicari significare primitias foeni, quae exigerentur ab Israelitarum regibus. Ceterum Rosenmüllerus „non sine arcana significatione est, inquit, quod herbam videt in usu jumentorum *regiorum* resectam repullulare, ut innuatur, tum temporis, beneficio Jerobeami coepisse renasci

res Israeliticas, gravissime ante a regibus Syrorum accisas, et
attritas in morem pulveris, ut dicitur 2 Reg. 13, 7. Itaque tum
meliuscule esse coepisse Israelitico populo, quum fines Israeliticos
restituisset rex Jeroboam, partis insignioribus victoriis, 2 Reg.
14, 25. Quum ergo tum aliquid melioris spei affulsisset, et re-
surgere inciperet collapsus populus, si rursum in eum immitte-
rentur hostes, qui per locustas designantur, videbat propheta
actum esse de illo. Similiter Grotius ad verba אַחַר גִּזֵּי הַמֶּלֶךְ:
„„postquam detonsi agri fuerant a Benhadado 2 Reg. 13, 3. Post
clades tunc acceptas reflorescere status Israelis coeperat, regnante
Jerobeamo, ut videmus 2 Reg. 14, 25.““ Verum enimvero puras
putas locustas, non hostes esse locustas, videbimus infra ad vs. 9.
Quae praeterea dicuntur nonnisi exornandam rem facere videntur.
— *Et quum consumsisset herbam terrae, dixi: domine, Jova,* 2.
condona, quaeso! Qui, quomodo *consistet Jacobus? nam parvus
est!* parce domine! alioquin actum erit de cet. מִי יָקוּם יַעֲקֹב
propr. *quis consistet Jacobus?* cf. Jes. 51, 19. ibique not. —
Poenituit Jovam hujus rei; non fiet, dixit Jova, non fiet quod 3.
hoc viso significavi me facturum esse. — Sequitur alterum visum. 4.
Sic videre me fecit, hoc visum mihi objecit *dominus Jova: et
ecce, advocavit ad litem* i. e. ad poenam a populo sumendam
ignem i. e. siccitatem *dominus, Jova, et absumsit,* absorpsit, ex-
siccavit *oceanum, et absumsit,* combussit *agrum,* terram. Verba
קֹרֵא לָרִב בָּאֵשׁ Rosenmüllerus: *vocavit ad contendendum* cum
Israele *igne* sc. ministros suos, vocavit ad puniendum Israelem
igne ministros suos. Quae maxime contorta et quaesita ratio vi-
detur. Mallem, si cui non probaretur supra proposita explicatio,
verba sic struere: *et advocavit litem,* poenam *igne* i. e. advoca-
vit, adesse jussit poenam igne sumendam a populo. *Ignis* est
siccitas, ut Joel. 1, 19 sq. cf. infra ad vs. 9. extr. חֵלֶק idem
quod חֶלְקָה 4, 7. — *Et dixi: domine, Jova, desine, quaeso!* 5.
Qui, quomodo *consistet Jacobus? nam parvus est!* — *Poenituit* 6.
Jovam hujus rei; etiam hoc non fiet, dixit dominus, Jova. —
Tertium visum. *Sic videre me fecit,* hoc mihi visum objecit: 7.
et ecce, dominus stetit in muro perpendiculi, ad perpendiculum
constructo, *et in manu ejus* fuit *perpendiculum.* — *Et dixit* 8.
*Jova ad me: quid vides, Amose? et dixi: perpendiculum; et
dixit dominus: ecce, adponam,* admovebo, adhibebo *perpendicu-
lum medio populo meo, Israeli,* i. e. quasi ad perpendiculum

omnia destruam in populo meo, cf. Jes. 34, 11. Threa. 2, 8.
2 Reg. 21, 13., *non amplius ignoscam ei.* עָבַר עַל פֶּשַׁע propr.
praeterire i. e. condonare *delictum* Mich. 7, 18. Prov. 19, 11.,
hinc etiam absolute seq. לְ pers. *condonare*, *ignoscere alicui*, hic
9. et infra 8, 2. — *Et vastabuntur excelsa*, sacella deorum ficto-
rum in honorem in collibus exstructa (cf. Hos. 10, 8. coll. 4, 13.)
Isaaci, et sacraria Israëlis illicita *desolabuntur; atque exsurgam*
contra domum Jerobeami gladio. יִשְׂחָק ut saepius i. q. יִצְחָק,
h. l. de regno δεκαφύλῳ i. q. יִשְׂרָאֵל. Ceterum falso Rosenmül-
lerus et alii *locustas* vs. 1 seqq. *hostium* imaginem esse volunt,
ignem vero vs. 4 seqq. in universum „supplicium gravissimum et
ineluctabile, cui non magis resisti possit, quam igni omnia devo-
ranti et depopulanti.“ Qui locum simillimum 4, 6—11. contu-
lerit, quo et ipso Jova dicit praeter alia mala Israelitis a se im-
missa esse *siccitatem*, *locustas*, *gladium*, is facile profecto videbit,
10. verba eo modo accipienda esse, quo accepimus nos. — Sequitur
pars altera capitis, historica. „Subjungit propheta, quid sibi ac-
ciderit, et quomodo exceptus fuerit ab Amazia, sacerdote Bethe-
lensi, quum haec vaticinia tum aperta edidisset palam, idque in
loco regni celeberrimo, Bethel, ubi fanum religionis nomine cele-
berrimum erat, ob vitulum, qui illic colebatur. Amazias igitur,
offensus, uti videtur, παῤῥησίᾳ Amosi contra fana idolis dedicata,
quorum ille uti sacerdos, sic vindex jure sibi videbatur esse, et
metuens plurimum sibi quaestus decessurum, si veritas a plebe
cognosceretur, seditionis et proditionis apud regem accusat prophe-
tam.“ Ros. *Et misit Amazia, sacerdos Bethelensis, ad Jero-
beamum, regem Israëlis, dicens*, haec illi per nuntium indicavit:
conspirat, conjurationem facit *contra te Amos in media domo
Israëlis, non potest terra sustinere*, ferre *omnia verba ejus*, tam
sunt atrocia. Ultimorum verborum non is sensus est, quem esse
credit Hesselbergus, verendum esse, ne populus rapiatur ad sedi-
tionem; multo minus ineat, quod alii voluerunt, verendum esse,
ne propria auctoritate saeviat in Amosum populus; sed plane in-
tolerabilia, non ferenda proferri ab Amoso, hoc sibi volunt verba.
11. — *Nam sic dicit Amos: gladio morietur Jerobeam, et Israel in*
12. *exsilium ducetur e terra sua.* — Interea sacerdos ut de terra
Israelitica discedat hortatur molestum prophetam. *Et dixit Ama-
zia ad Amosum: vates! i, fuge tibi in terram Judae, et ede
illic panem, et illic vaticinare!* De quibus verbis vide quae dis-

putavimus ad Hos. 1, 1. p. 201. — *Et Bethele non amplius vati-* 13.
cinaberis! nam sacrarium regis est, i. e. locus, ubi sacra fiunt a rege constituta, sancita, *et domus*, sedes *regia est*, ad quae verba recte Rosenmüllerus: „etsi enim regum Israeliticorum sedes ordinaria Samaria esset, tamen et Bethele videntur suam habuisse domum, in quam diverterent, quoties religionis causa ad colendum vitulum illuc venirent.“ Hesselbergus מֶלֶךְ *Baalum* esse judicat, coll. 5, 26. Quod quam falso sit judicatum praeter nexum indicat hoc, quod בֵּית מַמְלָכָה de nullo unquam templo dictum reperitur. — *Et respondit Amos et dixit ad Amaziam:* 14.
non propheta ego sum, nec filius prophetae ego; sed armentarius ego sum et colens sycomoros. Quorum verborum vim veram non perspexerunt interpretes. Sensus hujus et sequentis versus hic est: falsus es, sacrificule, quod me vatem (חֹזֶה) dixisti, et munere me fungi putas, ex quo idonea merces mihi redeat (vs. 12.); neque enim ex ordine prophetarum ego sum, prophetarum in scholis institutus, officii publici causa docens, et habens unde bene vivam; sed opilio ego sum, in re tenui natus, qui ne cogitavi quidem de prophetico munere inter vos colendo, donec ad id obeundum vis divina me impulit. Propulsat igitur atque dissolvit his verbis Amosus falsissimam et nefandam sacrificuli Bethelensis criminationem, colere se mercedis causa munus propheticum (Israeliticorum more prophetarum! vid. ad Hos. l. l.). Hic est hujus et proximi commatis nervus ac finis. Verba לֹא נָבִיא אָנֹכִי Rosenmüllerus: „*non propheta ego* fui (הָיִיתִי) ab initio,“ addens haec: „si in Praesenti converti velles, ut Vulgatus et Chaldaeus, *non sum propheta*, adversarentur Amosi ipsius verbis quae sequuntur vs. 15: *dixit ad me Jova: abi, vaticinare ad populum meum Israelem.* Recte vero LXX: *οὐκ ἤμην προφήτης ἐγώ*, quos sequutus est Syrus.“ Quod prorsus falsum. Non potest לֹא נָבִיא אָנֹכִי aliter reddi, atque *non propheta ego sum;* hoc vero cum dicit Amos, non negat se vaticinari, verum ex ordine, collegio, corpore prophetarum se esse negat, quod ut intelligatur recte, statim subjicit: וְלֹא בֶן־נָבִיא אָנֹכִי *nec filius prophetae*, id est, nec discipulus cujusdam prophetae, in propheticis scholis institutus *ego sum.* כִּי *nam*, praegressa negatione: *sed.* Aliter tamen de כִּי in hujusmodi propositionibus nuper judicavit Redslobus in sua de hac particula commentatione p. 41 sq., ubi „Si ex duobus, inquit, sibi per disjunctionem oppositis alterutrum

tollis negando, de altero certo et affirmative judicari potest, & tum particulae כִּי locus datus est is, ut rem positivam pona, dum negationis particula alteram tollit, כִּי — לֹא *non est* — *ratum est, omnino est.* Ex quo fit oppositio, quae quamvis simpliciter vertatur per *sed*, tamen in mente Hebraeorum exprimebatur per *imo* . . . Itaque Hebraei id quod nos particulis adversativis exprimimus, expresserunt per simplicem affirmationem, plane ut Latini per suum *verum*, *utique vero* (wohl aber) . . . Repugnantia notionum, qua oppositio nititur, multo facilius percipitur ideoque in linguis exprimitur, quam rationes causales inveniuntur et exprimuntur. Ex longa observatione constantis repugnantiae rerum demum concludit homo rationem causalem in repugnantia. Tum vero in conjunctione causali provocamus ad rem, quae ei, ad quem loquimur, jam certa et nota est, et rem ei minus certam et notam ex nexu cum illa confirmamus. At contra in oppositione rem, quae ei, ad quem loquimur, incerta et ignota fuit, declaramus affirmando et opinionem falsam corrigimus negando. Tam incommoda via nullus facile populus ad oppositionem lingua exprimendam incessit.“ De בוֹקֵר *armentario* vide quae observavimus ad 1, 1. hujus vatis. בוֹלֵס שִׁקְמִים *bolens sycomoros.* Est enim בָּלַס, quod praeter hunc locum non legitur, ut vere monuerunt melioris notae etymologi et interpretes, *ficos et sycomoros colere*, *colligere*, *edere*, denom. a بَلَس *ficus* et aethiopice etiam *sycomorus;* cf. *συκάζειν* et *ἀποσυκάζειν* *ficus colligere* et *edere*, *θριάζειν* et *ἀποθριάζειν* *ficorum folia colligere* et alia similia. Chald. *sycomoros habens*, Syr. *sycomoros colligens.* LXX et Vulg. liberius sed eleganter: *κνίζων συκάμινα*, *vellicans sycamina.* Vellicatio enim ad culturam pertinet sycomororum. Hieronymus: „agrestes ficus si non vellicantur, amarissimas cariculas faciunt, et a culicibus corrumpuntur.“ Theophr. hist. plant. 4, 2: „maturescere non possunt, nisi vellicentur; proinde unguibus ferreis vellicant (*ἐπικνίζουσι*), et, postquam vellicatae sunt, quarto die maturescunt.“ Plin. H. N. 13, 7, 14; „ficus est praedulcis, sine granis interioribus, perquam fecundo proventu, scalpendo tantum ferreis unguibus; aliter non maturescit.“ Forskål. Flor. Aeg. Ar. p. 182: „cum fructus ad magnitudinem pervenit diametri pollicis, solent incolae ad umbilicum ejus partem resecare, qui locus deinde nigrescit. Sine hac cir-

cumcisione maturitatem non obtineri ajunt. Cultros habent ad hoc artificium factos, apice rotundatos, et ab una parte acutos.“ Sycomororum in depressioribus Palaestinae regionibus maxima est copia, cf. 1 Reg. 10, 27. Qui ex ipso ramorum ligno proveniunt fructus figura et odore ficum referunt, sapore tamen cedunt, insipidam quandam dulcedinem habentes, quapropter non coluntur
nisi a tenuioris conditionis hominibus. — *Et sumsit me Jova* 15.
a grege, a ducendis et pascendis ovibus et capris, cf. 1, 1., *et dixit ad me Jova: i, vaticinare in populum meum, Israelem!* נִבָּא אֶל non est *vaticinari alicui*, ut volunt interpretes, sed *in aliquem*, idque hoc loco in malam partem, ut Jer. 26, 11 sq. 28, 8. Ezech. 6, 2. al., idem quod versu proximo נִבָּא עַל. —
Et jam, jam igitur *audi verbum Jovae: tu dicis: non vaticina-* 16.
beris adversus Israelem, nec verba facies adversus domum Isaaci! De הִטִּיף cf. ad Ezech. 21, 2. יִשְׂחָק i. q. יִשְׂרָאֵל, ut supra vs. 9.
— *Propterea sic dicit Jova: uxor tua in urbe scortabitur*, 17.
scortum fiet, te spectante nec impedire valente stuprum patietur, *et filii tui et filiae tuae gladio cadent*, peribunt, *et terra tua funiculo mensorio distribuetur*, eam inter se hostes partientur, *et tu in terra impura*, extera, hostili *morieris*, *et Israel in exsilium ducetur e terra sua*, cf. vs. 11. Verba אִשְׁתְּךָ בָּעִיר תִּזְנֶה recte Rosenmüllerus: „*uxor tua in urbe scortabitur*, quod non de stupro voluntario, cum Kimchio, intelligendum, sed vi illata ab hoste irrumpente, q. d. constuprabitur, stuprum patietur, idque in civitate, publice et palam, ut nec tu, nec alius quisquam contra tantam hostis violentiam obstare ausurus sis. A victore milite vis mulieribus inferri solet.“ Cf. Jes. 13, 16. Thren. 5, 11. Hieron. ad בָּעִיר: „grandis autem dolor incredibilisque ignominia, quando maritus in media civitate, praesentibus cunctis, uxoris injuriam prohibere non potest.“

CAP. VIII. Argum. Vs. 1—3. populum Israeliticum jam maturum exitio esse dicit; 4—6. insatiabilem ditiorum avaritiam perstringit, qui pauperum bona fraudibus et dolis ad se rapiant; 7—10. instare totius terrae ruinam; 11—14. tum futurum dicit, ut, qui nunc prophetarum oracula derideant, summa miseria oppressi omnisque consilii inopes summo illorum desiderio
teneantur, sed nusquam terrarum illa reperiant. — *Sic videre me* 1.
fecit, hoc mihi visum objecit *dominus*, *Jova*, *et ecce corbem po-*

morum, pomis repletum. De כְּלוּב vocis etymo vide quae obser-
2. vavimus ad Ps. 22, 17. p. 49. vol. III. — *Et dixit: quid vides,*
Amose? et dixi: corbem pomorum; et dixit Jova ad me: venit
finis ad populum meum, Israelem, jamjam finis, exitium adest
populo meo; *non amplius ignoscam illi.* Hesselbergus „sensus
est, inquit, Israelitas ex terra patria deducendos esse, quemad-
modum ista poma sint decerpta arbore.“ Vides, nimis anxie in-
haesisse hunc interpretem duarum, quibus luditur, vocum קַיִץ et
קֵץ significationi nativae. Quod idem accidisse video Rosenmül-
lero. *Maturum* exitio esse populum, nihil aliud vult vates. De
3. verbis postremis vid. not. ad 7, 8. — *Et ejulabunt cantica pa-*
latii, id est, in clamores lugubres abibunt laeti clamores palatio-
rum, *die*, tempore *illo*, *dictum domini*, *Jovae*, *multum cadaver*,
magna cadaverum vel gladio vel peste mortuorum copia erit, *in*
quovis loco projicient ea, quod sepelire non vacabit, *tacito.* Ad
verba priora cf. vs. 10. הֵיכָל Hesselbergus cum aliis de *templis*
deorum commenticiorum intelligit, sine idonea ratione; cf. potius
6, 5. הִשְׁלִיךְ is cujus hoc negotium est, cf. 6, 10. Latine im-
personaliter reddendum. הַס hic non est *sile!* ut supra 6, 10.,
sed adv. *tacite*, hoc vero, nisi me omnia fallunt, referendum est
ad id, quod in tanto cadaverum numero nulli superfuturi sint
praefici (cf. 5, 16.), sed absque omni planctu projiciendi sint
4. mortui. — *Audite hoc, qui inhiatis pauperi*, id strenue agitis,
ut pauperum bona devoretis, *atque ut perdatis afflictos terrae.*
5. לַשְׁבִּית (id est לְהַשְׁבִּית) pendet ex שֹׁאֲפִים. — „Jam egregie et gra-
phice depingit mores et ingenium avarorum hominum, quia ita
inhiant quaestui suo improbo, ut vel unius diei moram, quo ces-
sandum est, impatienter ferant.“ Ros. *Dicentes: quando prae-*
teribit novilunium, ut vendamus annonam, et sabbathum, ut
aperiamus frumentum, id est, frumenti horrea, ad vendendum, *ut*
parvam faciamus, minuamus *epham*, modio justo minore emen-
tibus metiamur, *et ut magnum faciamus*, augeamus *siclum*, pon-
dus sicli, ut pecuniam ab ementibus accipiamus pondere justo
majore, *et ut pervertamus lances fraudulentas*, lances reddamus
fallaces, eadem figura, quam habes Job. 22, 6. מָתַי optantis, ut
Ps. 42, 3. al. חֹדֶשׁ *novilunii dies* Hebraeis festus erat, Num.
10, 10. al., diebus festis autem mercaturam facere nefas erat,
6. Neh. 10, 32. al. — *Ut emamus argento tenues, et pauperem*
pro pari calceorum, id est, ut cogamus in re tenui natos, ut

premente rerum penuria pro accepta a nobis pecunia vel alia, qua opus habent, re vilissima (cf. 2, 6. ibique not.) se ipsos in servitutem nobis tradant (cf. Lev. 25, 39.), *et deciduum frumenti*, paleam, quae alias vendi non solèt, *vendamus?* — *Jurat Jova* 7.
per decus, gloriam *Jacobi*, id est, per se ipsum (6, 8. 4, 2.), nam gloria Jacobi, id est, is, quo gloriantur Jacobitae, ipse Jova est, *non obliviscar in perpetuum omnium facinorum eorum*, nullius unquam oblivíscar ab illis facti facinoris. — *Num propter* 8.
hoc, ob tot ac tanta facinora *non contremiscet terra*, *et lugebit quicunque habitat in ea? et ascendet*, intumescet *fluvii instar tota*, *et abripietur et submergetur ut fluvio Aegypti?* i. e. nonne tam immania sunt scelera a vobis commissa, ut eorum causa regnum vestrum totum quantum debeat perturbari, et quidquid incolarum est deleri? Ad וְנִשְׁקְה, K'ri וְנִשְׁקְעָה, Rosenmüllerus: „pro וְנִשְׁקְעָה, quod in margine legi jubetur, in textu est וְנִשְׁקָה *et irrigetur*, adaquetur, ut rivo Aegypti; sensu fere eodem, sed וְנִשְׁקְעָה, ut fortius aptiusque ad rem, praeferendum." Qua ratione res non recte expeditur. נִשְׁקָה *irrigatur* quidem significaret; sed masculina forma haec esset, quum nexus postularet femininam נִשְׁקְתָה. Sed fac, sumsisse sibi aliquid vatem et posuisse pro feminina masculinam, tamen rejiciendum erit נִשְׁקָה *irrigatur*, ea de causa, quod *irrigandi* notio hic plane aliena est. Itaque aut vitium hic subest, aut נִשְׁקָה consilio scriptum est pro נִשְׁקְעָה (cf. 9, 5.), ejecto ע, ut in בַּל contracto ex בַּעַל. יְאֹר מ' Acc. — *Et futurum est die*, tempore *illo*, *dictum domini*, *Jovae*, 9.
et faciam, jubebo *occidere solem meridie*, *et tenebras faciam terrae die lucido*, cum nitidus dies, clara lux est. Calamitatum imaginem tenebras esse constat. — *Et convertam dies festos* 10.
vestros in luctum, *et omnia cantica vestra in cantum lugubrem*, *et inducam omnibus lumbis saccum*, *et omni capiti calvitium*, et ipsum luctus signum, *et reddam eam*, terram (vs. 9.) *sicut luctum unigeniti*, de unico filio, „id est, in eum statum terram Israeliticam redigam, ut undique sese tanta offerat lugendi materia, materia, quanta quum pater vel mater unicum amisit filium" (Ros.), cf. Jer. 6, 26. Zach. 12, 10. nec non Ps. 35, 14., *et finem ejus*, terrae, reddam *ut diem amarum*, id est nihil aliud quam: et ultimam ejus sortem reddam amaram, acerbam, tristissimam, cf. Prov. 5, 4. Hesselbergus אַחֲרִית *posteros* esse vult, et יוֹם Accusativum temporis, in hanc incommodam sententiam:

11. *et posteros ejus* faciam *ut die mali*, calamitatis. — *Ecce, dies venient, dictum domini, Jovae, et immittam famem in terram* (sitimque), *non famem panis, nec sitim aquarum, sed audiendi verba Jovae.* „Qui jam oracula divina a prophetis promulgata tanta insolentia despiciunt et derident, imo expellunt vates (7, 12.), quondam summa miseria oppressi summo desiderio coelestis institutionis atque divinorum oraculorum tenebuntur, nescientes unde consilium capiant in rebus arctis.“ Ros. Cf. ad hunc et
12. proximos versus Ezech. 7, 26. Mich. 3, 7. — *Et vagabuntur*, oberrabunt *a mari ad mare*, a mari mortuo ad medium, ab oriente ad occidentem, *et a septentrione ad orientem, discurrent ad quaerendum verbum Jovae, nec reperient.* „Verbis מִיָּם עַד יָם duas coeli plagas, austrum et occasum, complectitur, quia subdit: וּמִצָּפוֹן וְעַד מִזְרָח *et ab aquilone ad ortum.* Sensus est, eos universam illam terram per omnes ejus terminos circumituros ad quaerenda dei oracula. Primum a maris mortui australi extremitate profectos perambulaturos totum meridianum tractum usque ad mare mediterraneum in occidente, deinde illa occidentali plaga emensa ad aquilonarem venturos, ac per eam tandem in orientalem progressuros. Hoc enim ordine procedit descriptio finium terrae Cananaeae Num. 34, 3 sqq., *ab extremitate maris salsi* i. e. mortui, *per plagam australem, ad mare mediterraneum* in occidente, inde *ad aquilonem*, et tandem *ad orientem.*“ Ros. Quum vero *mare mortuum* ab Hebraeis dicatur *anterius*, id est, *orientale*, *medium* autem *posterius* i. e. *occidentale*, velut Joel. 2, 20., illud *a mari ad mare* vix poterit significare *ab austro ad occasum*, sed debebit potius esse *ab oriente ad occidentem.* Ita deerit quidem una coeli plaga, alia bis posita, quum non sequatur *et a septentrione ad meridiem*, verum *a septentrione ad orientem.* Sed liberius in hac re versari potuisse vatem nemo facile negabit, qui perpenderit, non geographicam illum imaginem voluisse exprimere, sed in universum longe lateque Israelitas oberraturos esse ad quaerenda oracula divina dicere. יְשׁוֹטְטוּ de Wette ad verba praecedentia refert. Malo cum Masorethis trahere ad sequentia, qua ratione augetur vis ac numerus sententiae. —
13. *Die*, tempore *illo conficientur virgines pulchrae et juvenes siti*
14. audiendi oracula Jovana, — *Qui jurant* in praesenti *per culpam* i. e. deos falsos *Samariae, et dicunt: „ita vivat deus tuus, Dan!“ et „ita vivat cultus Beersabae!“ et cadent nec surgent*

amplius. Sensus hujus et proxime praegressi versus: illo tempore
ii ipsi, qui hodie scelesto deorum fictorum cultui maxime indul-
gent, conficientur desiderio solatii divini. אַשְׁמַת שֹׁמְרוֹן *culpa
Samariae* i. e. ejus dii commenticii, quibus colendis culpam con-
traxit; cf. Hos. 4, 8. ibique not. nec non ibid. 5, 2. *Jurare
per deum:* colere deum, ut Ps. 63, 12. al. דָּן 1 Reg. 12, 29.
בְּאֵר שָׁבַע supra 5, 5. De verbis דֶּרֶךְ ב' שׁ' vid. not. ad Ps.
139, 24.

CAP. IX. Argum. Vs. 1—4: supplicium divinitus immit-
tendum, ex quo nemo sit evasurus; 5. 6: nullam dari evasionem
e manu dei potentissimi; 7—10: neque vero delendum univer-
sum populum esse; delendos improbos tantum, servandos probos;
11—15: aetatis aureae promissio. — *Vidi* mentis oculis *domi-* 1.
num stantem in ara, et dixit: percute capitulum, capitula co-
lumnarum, *ut contremiscant limina, et frange ea*, capitula *in
caput*, id est, frange ita, ut frustra decidant in capita *omnium
eorum*, Israelitarum! *et superstites eorum*, eos qui evaserint ex
ruina, *gladio interficiam; non effugiet illis fugitivus, neque
evadet iis evadens*, nec quisquam eorum fuga elabi poterit ex
communi clade. Totius civitatis ruina exprimitur. De סִפִּים cf.
ad Ps. 84, 11. בְּצַעֵם pro בְּצָעָם. — *Si irrumpant in orcum, inde* 2.
*manus mea auferet eos; et si ascendant coelos, inde detrudam
eos;* cf. Ps. 139, 8. Obad. 4. — *Et si occultent se in capite,* 3.
vertice *Carmeli*, ubi sylvae (cf. 1, 2. ibique not.) et, in occiden-
tali maxime parte, speluncae ad latendum aptae (cf. 1 Reg. 18, 19
seqq. 2 Reg. 2, 25. 4, 25.), *inde pervestigabo et auferam eos;
et si abscondant se a conspectu oculorum meorum in fundo
maris, inde imperabo serpenti, et mordebit eos*, jubebo serpentem
eos mordere. — *Et si abeant in captivitatem ante hostes suos,* 4.
vitae saltem hac ratione consultum sperantes, *inde imperabo gla-
dio, et interficiet eos*, jubebo gladium interficere eos, gladio eos
interfici; *et convertam oculum meum in eos in malum, et non in
bonum*, ut perdam eos, non ut defendam. — „Quia tam gravia 5.
Israelitis comminatus fuerat, nusquam gentium aut locorum tutos
illos fore, et a supplicio divinitus inferendo immunes, iam dei
ostendit potentiam, quem nihil mirum sit hoc effecturum.“ Ros.
Et dominus, Jova exercituum (cf. ad Jes. 1, 9. coll. not. ad Ps.
35, 23.), *qui tangit terram, et diffluit*, dissolvitur, *et lugent
quicunque habitant in ea, et ascendit*, intumescit *fluvii instar*

6. *tota terra, et demergitur ut fluvio Aegypti;* cf. 8, 8. — *Qui
aedificat in coelis conclavia sua superiora, et fornicem suum
in terra fundat eum; qui advocat aquas maris, et effundit eas
in superficiem terrae: Jova* est *nomen ejus.* מַעֲלוֹת Rosenmül-
lerus, Hesselbergus et alii usitatam *graduum* significationem ha-
bere putant, *gradus* vero intelligendos esse *solii regii*, coll. 1 Reg.
10, 19 sq. Possintne vero simpliciter *gradus* poni pro *gradibus
solii*, vel ipso *solio*, solio ante non memorato, equidem vehemen-
ter dubito. Malo igitur meam facere sententiam eorum, qui מַעֲלוֹת
hic idem significare credunt, quod alias עֲלִיּוֹת, de quo vid. not.
ad Ps. 104, 3. אֲגֻדָּה h. l. *opus fornicatum*, *fornix*, i. q. arab.
أَجَادٌ (cf. مُوجَدٌ compactus, inprimis aedificium firmiter com-
pactum) ab inus. אָגַר, chald. אֲגַר *ligare*, *colligare*, translato ad
compingendi vim. „*Fornicem coeli in terra fundavit deus*,
poetica phrasis; coelum fornicatum, ejusque fornicis ima videntur
7. terrae incumbere, horizonte sustentata.“ Michael. Suppl. — *Nonne
ut filii Aethiopum*, Aethiopes *vos mihi* estis, *filii Israelis*, Israe-
litae? *dictum Jovae; nonne Israelem eduxi e terra Aegypti, et
Philisthaeos e Caphthor, et Aramaeos ex Kir?* Quorum verbo-
rum vim Rosenmüllerus, quanquam sensu magis veritatis quam
perspecta vera sententiarum ratione ductus, recte expressit his
verbis: „Supra vs. 1. seqq. Israelitis gravissima interminatus est.
Quoniam vero illi supra modum sibi placebant, et confidentia ac
securitate magna praediti, jactabant se esse populum Jovae carum,
in quo suam gloriam et majestatem collocasset, quem prae ceteris
nationibus eximiis donis ornasset, quos ex Aegypto eduxisset, non
certe frustra introductos in terram Cananaeorum inde pulsorum,
ut in eorum locum substituerentur, itaque numquam deum pul-
surum suos e terra, quam eis dedisset, propterea nunc Jova eo-
rum vult superbiam retundere. *Annon tanquam Aethiopes estis
mihi, Israelitae?* Ne existimetis, vos apud me esse in aliquo
pretio; non pluris sane vos facio, quam Aethiopas, homines bar-
baros et feros. Fiditis veteribus beneficiis a me in vos collatis,
sed talia etiam aliis populis praestiti, quocirca non est, quod eo
nomine vos plus aequo efferatis, quasi in vos solos id contulerim
beneficii. *Nonne Israelitas eduxi e terra Aegypti* cet. i. e. ve-
rum quidem est, me eduxisse vos ex Aegypto, sed non propterea
mihi cariores estis, nam idem feci aliis quoque gentibus, quas

transposui in alias regiones.“ Ad verba priora idem „sunt, ait,
qui Aethiopum mentionem speciatim inter ceteras gentes factam
putent, quasi illis similes Israelitas significare velit, non magis
mores improbos mutare, quam Aethiopes cutem; perinde animo
atros, ut illi corpore sunt nigri. Ita Jer. 13, 23: *si mutabit
Aethiops cutem suam, aut pardus maculas, et vos recte facere
poteritis, edocti male facere.*“ Quae interpretatio nuper arrisit
Hesselbergo. Sed nihil hic de mutanda cute, ut Jeremiae loco.
Nihil aliud, quam Aethiopum instar esse sibi, id est, non pluris
quam Aethiopes facere se Israelitas Jova dicit. Accedit, quod
quae subjiciuntur ab illo sensu abhorrent, contra maxime con-
veniunt in sententiam quae nascitur ex superiore explicatione.
Verba הֲלוֹא אֶת־יִשְׂרָאֵל הֶעֱלֵיתִי מֵאֶרֶץ מִצְרַיִם Rosenmüllerus cum
iis quae sequuntur hoc modo copulanda putavit: *nonne Israelitas
eduxi e terra Aegypti?* eduxi quidem; sed transposui alios
quoque populos in alias regiones; nonne enim *et Philisthaeos* cet.
Qua maxime arbitraria et violenta ratione, quamquam sensum
praebet verum, verba expediri nullo modo possunt. Sunt illa ex
eo genere sententiarum, ubi, quae praemissa *quum* vel *dum* con-
junctione aut pronomine relativo propositionem secundariam effi-
cere debebant, una cum propositione primaria copulata sunt per
et, ita ut, cum dicitur *nonne Israelem eduxi e terra Aegypti,
et Philisthaeos* cet. hoc dictum sit pro *nonne, qui Israelem eduxi
e terra Aegypti, idem eduxi Philisthaeos* cet. Exempla vidimus
Jes. 5, 4. 50, 2. 65, 12. et in hoc ipso scriptore 5, 11. Ad
מִכַּפְתּוֹר cf. Jer. 47, 4. ibique not. Ex קִיר, de quo vid. supra
ad 1, 5., si, quod hoc solo loco legimus, in terram Aramaeam
immigrarunt Aramaei, apposite vates supra l. l. illos in *eandem*
terram in exsilium abductum iri praedixit, haud aliter, atque
aliis locis Israelitis prophetae minantur fore, ut iterum ejiciantur
in Aegyptum. — *Ecce, oculi Domini, Jovae,* id est, mei, defixi 8.
sunt *in hoc regnum improbum, et delebo illud de superficie ter-
rae, tantum quod non penitus delebo domum Jacobi* (cf. vs. 9 sq.),
dictum Jovae. Ad verba עֵינֵי אֲדֹנָי ה cf. quae adnotavimus ad
Ps. 34, 17. — *Nam ecce, imperabo, et agitabo inter omnes po-* 9.
pulos domum Israelis, quemadmodum agitatur quid *cribro; nec
cadet granum in terram.* Rosenmüllerus: „dum vanno sive cribro
purgatur et ventilatur frumentum, pulvis et aceres tritici e vanno
decidunt, grana autem, et quae graviora sunt, ut si sint aliqui

scrupuli seu lapilli (צְרוֹר Rosenmüllero *lapillus* est, vid. infra), in cribro remanent, nec in terram decidunt. Sic deo, velut utraque manu cribrum tenente terrae margines et omnes regiones, agitabuntur huc illuc Israelitae, ubi improbi et scelerati perituri, boni servandi, illi pulveri, aceribus et paleis similes, quae a cribro ejiciuntur, hi vero granis et lapillis, qui relinquuntur.“ Ros. *Cribro terrae populos* significari existimat Hesselbergus quoque. Dubito an recte. Videtur hoc potius dicere Jova, agitando Israelitas velut cribro, improbos se dissipaturum esse per exteras terras, probos vero esse remansuros. צְרוֹר Hesselbergus *fasciculum* esse vult, quae significatio hic plane aliena est. Rosenmüllerus, Gesenius, Winerus alii *lapillum*, ut 2 Sam. 17, 13. „Retineri potest usitata lapilli significatio, ut hoc dicat: una cum granis in cribro etiam lapilli remanebunt, quales interdum in tritico, dum cribro purgatur, reperiuntur, ne uno quidem ex eis decidente inter aceres et quisquilias.“ Ros. Sed nescio equidem, cur, quum lapilli significatio facillime transferatur in significatum grani, grani vero significatus multo aptior sit significatione lapilli, illum
10. admittere nolint interpretes. — *Gladio morientur omnes peccatores populi mei, qui dicunt: non appropinquabit nec ruet post nos*, non insectabitur nos, tergis nostris inhaerebit *malum*. Male Hesselbergus בַּעֲדֵינוּ *circa nos* reddidit. Est sine dubio *post nos;* a tergo imminet periculum, tergo scelesti inhaeret poena. —
11. *Die*, tempore *illo erigam tugurium*, regnum *Davidis collapsum, et obstruam rupturas eorum, et destructa ejus erigam, et aedificabo illud, ut diebus antiquitatis*, ut tempore antiquo, Davidis et Salomonis. „Suffixum plurale femininum in פִּרְצֵיהֶן referendum est vel ad duo regna (מַמְלָכוֹת), Judaicum et Israeliticum; vel ad סֻכַּת דָּוִיד, collective sumendum, complectens universas regni partes vel urbes.“ Ros. Posterius magis probabile. Quod
12. sequitur ־ָיו referendum ad דָּוִיד, ־ָהּ vero iterum ad סֻכַּת. — *Ut occupent reliquias Idumaeae, et omnes populos, super quibus appellatur nomen meum*, quibus nomen meum additur, i. e. qui mei sunt, quondam Davidis fuerant, *dictum Jovae*, *facturi hoc*, qui quod promisit, praestabit. „*Idumaeorum* inter alias gentes nominatim meminit, quod quum cognati Judaeorum essent, illis tamen infensissimi et maxime adversarii.“ Ros. Cf. 1, 11. ibique not. *Reliquias* Idumaeorum quod occupaturi dicuntur Israelitae, causam Crednerus in Joel. p. 53. et 60. expugnatam ab Amazia

Petram urbem putat; cf. ad 1, 12. Nobis respici hic ea videntur, quae dixerat vates 1, 12. Postquam enim eo loco de igne immittendo in Themanem, et comburendis palatiis Bosrae verba fecit vates, apte profecto hic dicit de occupandis Idumaeae *reliquiis*; cf. quae disputavimus ad 1, 6. — *Ecce, dies venient, dictum* 13.
Jovae, et adjunget se arator messori, et qui calcat uvas illi qui trahit, spargit se sulcos *semen*, qui sementem facit; *et stillabunt montes mustum*, affluent musto (Joel. 1, 5.), *et omnes colles diffluent*, toti quasi resolventur, abibunt in humorem vini et olei. Ad priora verba Rosenmüllerus: „tanta frugum demetendarum copia erit, ut messis pertingat ad tempus usque rursum proscindendae terrae, et vix liceat illis ante arandi tempus messem absolvere; vix messem absolverint, quam arandi erunt agri et parandi, ut rursum sementis in terram jaciatur; tanta uvarum futura est copia, ut vindemia sit duratura ad sementem usque, et vix satis sit temporis ab initio vindemiae ad solitum sementis tempus colligendis uvis et vino faciendo.“ Malumus cum Hesselberge sensum hunc facere: tantam futuram esse terrae fecunditatem, ut eodem tempore sementem et messem faciant, ut in idem fere tempus incidant, quae nunc diversis anni temporibus fiant.
— *Et reducam captivitatem*, captivos *populi mei*, *Israelis*, *et* 14.
aedificabunt urbes vastatas et habitabunt, et plantabunt vineas, et bibent vinum earum, et facient, excolent *hortos*, *et edent fructum eorum*, non amplius eorum irritus labor erit. Ad וְיָשָׁבוּ, per negligentiam omissum a de Wette, Rosenmüllerus cogitando suppleri vult בָּם, quod falsum, quum constet יָשַׁב etiam cum Accusativo construi. — *Et plantabo eos*, firmas iis et stabiles 15.
sedes dabo *in terra sua*, *neque evellentur*, expellentur *amplius e terra sua*, *quam dedi eis*, eorum majoribus, *dicit Jova*, *deus tuus*, Israel! cf. ad hunc locum quae observavimus ad Jer. 12, 16.

OBADIA.

In definiendo tempore, quo edita haec oratio sit, valde inter se dissentiunt interpretes. Dissentiunt etiam in eo, utrum, quum Obadia in variis locis concinat cum Jeremia, in suos usus converterit Obadiam, an Obadia Jeremiam. Cum Schnurrero (Diss. phil.) Rosenmüllerus: „Argumentum, inquit, vaticinii Obadiani est hoc: oratione ad Edomitas conversa vates genti superbiam nimiamque in montanis arcibus, quas inexpugnabiles putet, confidentiam acriter exprobrans, diram terrae eversionem vastitatemque indicit, a Jova decretam propterea, quod Israelitico populo, sanguinis etiam vinculo secum conjunctissimo, quum barbaris copiis oppressus misere haberetur, atrociter insultasset, multiplicesque injurias intulisset; itaque et ipsi nunc tempus excidii eventurum, Judaicum contra populum ad pristinam dignitatem rediturum, quin eum potentiae et gloriae gradum consequuturum esse, ut cum alias gentes complures, sibi antea infensas, tum maxime Edomiticam, imperio suo subjiciat, Jova civitatem suam moderante, modisque omnibus exornante. Obadiam suum oraculum edidisse post eversam a Babyloniis urbem Hierosolymitanam, clarissime apparet e versu 11., ubi Idumaeis exprobrat, eos tum quum a barbaris diriperetur Hierosolyma, etiam in societatem sceleris pervenisse. Quam Idumaeorum erga Judaeos a Babyloniis devictos immanitatem commemorant et Jeremias (Thren. 4, 21 sq.), Ezechiel (cap. 35.), et poeta quidam anonymus in Psalmis (137, 7.). Cum versibus quatuor prioribus carminis prophetici Obadiani concinit particula vaticinii in Edomitas, quod inter Jeremiae oracula exstat (49, 14 — 16. Sed praeter haec alia quoque concinunt, haec inquam, Obad. 5. et Jer. 49, 9., Obad. 6. et Jer. 49, 10., Ob. 8. et Jer. 49, 7.). Quaeritur, horum prophetarum uter alterum propositum sibi habuerit, atque imitatione expresserit? Sunt quidem haud pauci, qui Obadiae oraculum repetitionem et ampli-

ficationem existiment vaticinii Jeremiani contra Idumaeos. Sed Schnurrerus (l. l. p. 427.) argumentis idoneis evicit, Obadiae orationem eam esse, quae mutuo sumta, et membratim in alteram, quae apud Jeremiam legitur, translata fuerit. „„Primo enim quibus sermonem exorditur Obadias verba שְׁמוּעָה שָׁמַעְנוּ מֵאֵת יְהוָה וְצִיר בַּגּוֹיִם שֻׁלָּח apud Jeremiam, ubi medio sermoni interposita sunt, minus concinnam ad sermonem reliquum rationem, vim atque dignitatem haud paulo minorem habent. Secundo, quod שָׁמַעְנוּ mutatum est a Jeremia in שָׁמַעְתִּי, temperationis ac velut emendationis speciem habet haud obscuram. Porro, qua Obadias utitur formula vs. 4., אִם תַּגְבִּיהַּ כַּנֶּשֶׁר וְאִם בֵּין כּוֹכָבִים שִׂים קִנֶּךָ, sublimior est audaciorque, altera Jeremiae vs. 16., כִּי תַגְבִּיהַּ כַּנֶּשֶׁר קִנֶּךָ et brevior et moderatior. Denique, si rem universe spectaveris, utraque oratio quidem laudem habet atque commendationem sibi peculiarem; Obadiae tamen in summa elatione castigatior videtur atque rotundior.““ Quum Obadias post eversam demum urbem vaticinatus fuerit, mirum videri possit, prophetam aetate posteriorem antecedere alios ipso haud dubie multum antiquiores. Sed rationem, cur Obadiae in duodecim prophetarum serie assignatus fuerit is ipse locus, quem nunc occupat, haud dubitamus perspectam fuisse Schnurrero. Nimirum quod Amosus extrema sua oratione et ipse Idumaeos a Judaeis olim subigendos esse praedicit, sed nonnisi breviter et summatim; visum est illi, qui minores prophetas uno volumine comprehendit digessitque, Amoso proxime subjungere Obadiam, qui quod breviter ab illo dictum esset, declararet copiosius, et legentibus praeberet quasi usum commentarii.“ Haec cum Schnurrero Rosenmüllerus. Consentiunt de Wette, Hendewerk et alii. Sed qui nuperrime Obadiae orationem diligenter inquisivit Jaeger (*Ueber das Zeitalter Obadja's*, Tub. 1837.) tantum non per omnia aliter judicandum putavit. Indicari quidem iis, quae vs. 11—14. continentur, expugnatam esse urbem Hierosolymitanam ab hostibus, eaque occasione Idumaeos hostilem in Judaeos animum prodidisse. Sed variis temporibus jam antea urbem ab hostibus direptam et expugnatam esse. Direptam esse ab Aegyptiis regnante Rehabeamo 1 Reg. 14, 25 sq. 2 Chron. 12, 2 sqq., a Philisthaeis et Arabibus regnante Joramo 2 Chron. 21, 16 sq., ab Joaso, rege Israelitarum, regnante Amazia 2 Chron. 25, 22 sqq., expugnatam parte incolarum in exsilium abducta a Chaldaeis regnante Jojakimo 2 Reg. 24, 1 sqq.,

et mox iterum ab iisdem regnante Jojachine 2 Reg. 24, 8 sqq. Ad Idumaeos vero quod pertineat, eos omni tempore infensissimos Judaeorum hostes fuisse. Conferenda inprimis esse quae in Joel. 4, 19. Amos. 1, 11 sq. de Idumaeis dicta legantur multo atrociora iis, quae de iisdem Idumaeis habeantur in hac Obadiae oratione. Temere igitur de ultima regnante Zedekia facta a Chaldaeis expugnatione cogitari, nisi certa illius temporis reperiantur vestigia. Talia vero reperiri negat, conferri jubens מֵחֲמַס אָחִיךָ vs. 10. cum Joel. 4, 19., בְּיוֹם עֲמָדְךָ מִנֶּגֶד vs. 11. cum Ps. 38, 12., בְּיוֹם שְׁבוֹת זָרִים חֵילוֹ ibid. cum 2 Chron. 21, 16 sq. coll. vs. 8., וְנָכְרִים בָּאוּ שְׁעָרָו ibid. cum Joel. 4, 17., וְעַל יְרוּשָׁלַםִ יַדּוּ גוֹרָל ibid. cum Joel. 4, 3., בְּיוֹם אָבְדָם vs. 12. cum minoris ponderis verbis quae subjiciantur בְּיוֹם צָרָה coll. Prov. 31, 6. Job. 29, 13. 31, 19. Nec certiora vastatae a Babyloniis urbis indicia offerri existimat a vs. 15. usque ad 21., e contrario plura in his inesse, quae indicent, urbem cum templo tum temporis nondum fuisse deletam. Negat enim, verba quae vs. 16. leguntur כַּאֲשֶׁר שְׁתִיתֶם עַל הַר קָדְשִׁי יִשְׁתּוּ וגו' explicari sic posse: *quemadmodum vos*, Judaei, *bibistis in monte meo sancto*, sic *bibent* cet., negat dici vs. 17. de recuperandis Judaeorum sedibus pristinis, negat recte exponi vs. 20. hoc modo: *et exsules agminis hujus Israelitarum*, i. e. abductae in exsilium copiae istae Ephraimitarum, occupabunt *quod Cananaeorum est Sareptam usque* cet., existimans potius, vs. 16. verba laudata significare: *quemadmodum vos*, Idumaei, *bibistis*, i. e. biberitis, *propter montem meum sanctum* cet., vs. 17. verbis prioribus Sionem tum integrum fuisse indicari, et quod eodem versu legatur מוֹרָשֵׁיהֶם de possessionibus intelligendum esse *populorum exterorum*, non Judaeorum, versum 20. vero hunc in modum expediendum esse: *et exsules istius turmae Israelitarum*, Judaeorum, *quos abduxerunt Cananaei Sareptam usque* cet. Haec Jaegerus l. l. p. 18—44. Ad Jeremiae illam in Idumaeos orationem 49, 7—22. quod attinet, ipsi quoque persuasum est, propositum fuisse Jeremiae Obadiam, non Obadiae Jeremiam. Verum illud ipsum, quod Jeremia l. l. imitatione expresserit Obadiae orationem, documento esse, ante vastatam a Babyloniis urbem, non post illam, scripsisse Obadiam. Nam ante illud tempus editum esse Jeremiae sermonem significari ejusdem verbis שָׁתוֹ יִשְׁתּוּ vs. 12., ut quae quum opposita sint verbis שָׁתֹה תִשְׁתֶּה, non possint, ut soleant, reddi *biberunt*, sed debeant reddi *bibent*. De

qua re vir doctissimus exposuit p. 1—18. Jam quum Obadia in pluribus concinat cum Joele (cf. Ob. 10: מֵחֲמַס אָחִיךָ יַעֲקֹב cum Joel. 4, 19: מֵחֲמַס בְּנֵי יְהוּדָה, Ob. 11: עַל יְרוּשָׁלִַם יַדּוּ גוֹרָל cum Joel. 4, 3: אֶל־עַמִּי יַדּוּ גוֹרָל, Ob. 17: וּבְהַר צִיּוֹן תִּהְיֶה פְלֵיטָה cum Joel. 3, 5: בְּהַר צִיּוֹן וּבִירוּשָׁלִַם תִּהְיֶה פְלֵיטָה, Ob. 18: וְהָיָה בֵית יַעֲקֹב אֵשׁ וּבֵית יוֹסֵף לֶהָבָה וּבֵית עֵשָׂו לְקַשׁ וְדָלְקוּ בָהֶם וַאֲכָלוּם cum Joel. 2, 3: לְפָנָיו אָכְלָה אֵשׁ וְאַחֲרָיו תְּלַהֵט לֶהָבָה et ibid. vs. 5: כְּקוֹל לַהַב אֵשׁ אֹכְלָה קַשׁ al.), praeterea locum in bibliis assignatum habeat post Joelem et Amosum: videri Obadiam fere aequalem fuisse Joelis et Amosi, p. 44—49. Qua occasione edita sit oratio, pro certo dici non posse; probabile tamen esse, respici a vate quae 2 Chron. 25, 22 et seqq. narrata legantur de expugnata et direpta ab Ephraimitis urbe Hierosolymitana, regnante Amazia. Nam cum paullo ante regnante eodem illo Amazia Judaei Idumaeos proelio victos crudeliter tractassent, 2 Chron. 25, 11 seqq., haud improbabile esse, Ephraemitis Judaeos bello persequentibus Idumaeos se adjunxisse; convenire etiam in Usiae felix faustumque imperium orationem magna spirantem, p. 50 sq. Haec Jaegerus. Nos, ut ab hac re incipiamus, quae in Jeremia et Obadia concinunt, ab Obadia sumsisse Jeremiam putamus et ipsi. Ita enim ut statuatur, utriusque orationis tam singularum vocum et locutionum ratio, quam totius compositionis indoles postulat. De singulis vocibus locutionibusque quae dicenda sunt singulis quibus reperiuntur locis dicentur. Ad alterum vero argumentum quod attinet, intelliget quicunque liber a praejudicata opinione orationes legerit, in Obadia optime omnia inter se cohaerere, in Jeremia vero, ut scite monuit Jaegerus, velut disjecta membra poetae esse. Accedit quod Jeremiam etiam alios antiquiores scriptores in suos usus convertisse constat. Negamus vero, Jeremiam quae 49, 7—22. leguntur, propter vs. 12. scripsisse putandum esse ante vastatam a Chaldaeis urbem. Verum quidem est, obstare grammaticam rationem, quominus illud שָׁתוּ יִשְׁתּוּ reddas *biberunt*. Verum quominus *bibunt* (biberunt et adhuc bibunt) reddas, grammatica lex non obstat. Quid? quod quae opponuntur וְאַתָּה הוּא נָקֹה תִּנָּקֶה *et tu te impunem mansurum esse putas?* cet. omnino postulare videntur, ut שָׁתוּ יִשְׁתּוּ non de instante sed de *praesente* Judaeorum calamitate intelligas. Nihil igitur ab hac parte impedit, ne Obadiam post urbem vastatam scripsisse statuas. Argumenta vero ex ipsa Obadiae oratione ducta

si spectamus, et ipsa ad unum omnia infirmiora mihi videntur. Ac primum quidem quum vs. 12—14. vates de die illo dicens, quo Idumaei gravissimas Judaeis injurias intulerint, tam multa verba fundat, ut nihil paene reliqui habeat, quod praeterea dicere possit, dies intelligendus videtur insigniter calamitosus ac plane exitialis, ita ut יוֹם אָחִיךָ vs. 12. idem sit qui Ps. 137, 7. dicitur יוֹם יְרוּשָׁלָםִ, item יוֹם אֵידָם, אֵידוֹ 'י vs. 13. idem tempus, quod Ezech. 35, 5. appellatur עֵת אֵידָם. Quod ipsum confirmatur eo, quod idem ille dies vs. 12. nominatur יוֹם אָבְדָם, ubi אָבַד verbum non usitatum *pereundi* significatum habere sed latius patere temere Jaegerus sumit propterea, quod subjiciatur יוֹם צָרָה minoris ponderis locutio, nam qui animo incitatiore loquens tot verba cumulat quot vates, illorum pondera non solet scrupulosius examinare ita, ut non subinde misceat diversi ponderis verba. Ex eo quod in Obadia similia reperiuntur iis quae habentur in Joele nihil potest colligi. Neque enim ex Joele illa sumta esse sequitur, quum similes voces et locutiones etiam apud alios scriptores legantur, nec si sumta fuerint, Obadiam Joeli aequalem fuisse efficitur, de qua re non opus est pluribus dicere Deinde falsa videtur a viro doctissimo prolata interpretatio versus 16., vera ea quae ab ipso est impugnata, id quod videbimus ad locum ipsum. Tum festinantius judicatum est, integrum tum temporis Sionem fuisse perlucere ex membro commatis 17. priore, neque esse posterius membrum intelligendum de recuperandis Judaeorum sedibus pristinis. Pendet enim prioris membri sensus ex sensu membri posterioris, in hoc autem מוֹרָשֵׁיהֶם non posse non intelligi de *possessionibus Judaeorum*, ostendetur suo loco. Postea, quod vs. 19. Judaei praeter alias vicinorum populorum regiones occupaturi dicuntur *provincias Ephraimitarum*, ex eo quidem sententiae a Jaegero propositae in gratiam colligere aliquis possit (quod ipse Jaegerus non collegit), fuisse, quo tempore scripsit Obadia, Judaeos maxime infesto in Ephraimitas animo, flagrasse tum temporis inter Ephraimitas et Judaeos bellum. Verum quod Ephraimitarum provincias ad se vindicaturi dicuntur Judaei, causa nequaquam necessario ponenda est in exorto tum temporis Judaeos inter et Israelitas bello. Nihil nisi hoc dicit vates, fore aurea illa aetate, ut Judaei fines suos amplificent (cf. Jes. 61, 7.) adjectis provinciis populorum circumjacentium omnium, ideoque et Ephraimitarum. Quae spes quoad Ephraimitas in nullum magis convenit, quam in

tempus expugnatae a Chaldaeis urbis Hierosolymitanae, utpote quo Ephraimitae dudum abducti essent in Assyriam. Ceterum Judaeos cum Ephraimitis nullo non tempore aemulatos esse res nota est; cf. ad Jes. 11, 13. Denique verissimum quidem est, falsam esse eorum opinionem, qui vs. 20. Ephraimitarum exsules abductos olim opponi putant exsulibus Judaeorum abductis in praesenti; sed verum illius loci sensum alium esse videbimus, atque is est quem fecit Jaegerus, eumque talem, qui ad eam aetatem, qua urbs deleta est, sit satis idoneus. Quae quum ita sint, equidem in superiorum interpretum sententia adquiescendum puto, quanquam magna ex parte longe aliis, atque illi usi erant, ductus rationibus. Modo plane singulari difficultatem expedivit Hesselbergus. Is enim non dubitavit existimare, vixisse Obadiam fere Amosi tempore quidem, sed nihilo secius perstrinxisse Idumaeos eapropter quod Judaeis a Nebucadnezare abducendis (duo post secula!) injurias *illaturi essent!!!* Sed accedendum est ad ipsam orationem. Ejus sunt duae partes, una vs. 1—16., qua Idumaeos propterea, quod Judaeos ab hoste oppressos gravissimis injuriis affecissent, una cum reliquis hostilibus erga Judaeos populis delendos dicit; altera vs. 17—21., qua Judaei praeter pristinas suas sedes occupaturi dicuntur cum alias vicinorum populorum, tum maxime Idumaeorum terras. — *Visum*, vaticinium 1.
Obadiae. Sic dicit dominus, Jova, de Idumaea. Nuntium audivimus, accepimus *a Jova*, *et*, nimirum *legatus inter populos est missus* his illos excitans verbis: *surgite*, agite! *et surgamus contra eam ad bellum!* vel: *nuntium audivimus*, accepimus *a Jova*, *et* jam *legatus inter populos est missus; surgite*, agite igitur, *et surgamus* cet. Qua ratione verba כֹּה אָמַר אֲדֹנָי יְהוִֹה לֶאֱדוֹם cum sequentibus contineantur, de eo variorum variae sunt sententiae. Rosenmüllerus: „verba שְׁמוּעָה שָׁמַעְנוּ מֵאֵת יְהוָֹה id habent difficultatis, quod ad Jovae, qui verba facere dicitur, sermonem pertinere nullo modo possunt. Quapropter suspicatur Eichhorn, spuriam esse, et forte ex Jeremiae loco parallelo 49, 7. huc translatam formulam כֹּה אָמַר אֲדֹנָי יְהוִֹה. Cui conjecturae tamen verissime opposuit Schnurrerus, primo, formulam illam niti auctoritate versionum antiquarum omnium. Deinde haud intelligi, quomodo abesse possit salvo sensu. Etenim quum dubium esse nequeat, inde a versu secundo ipsius Jovae verba recitari, consequitur, illam vel similem aliquam formulam ex more praefigen-

dam a propheta fuisse. Nec tamen eliminandis verbis כֹּה אָמַר אֲדֹנָי יְהוָה effici quidquam ad removendam difficultatem ipsam, quae in eo posita est, quod Jehovae sermonem recitaturus vates suo ipsius nomine verba facere instituit, nisi sublata vs. 1. formula כֹּה אָמַר אֲדֹנָי יְהוָה eandem vel similem נְאֻם יְהוָה adjiciendam statuas ad versum proxime sequentem. „„Quae, inquit Schnurrerus, quum ita sese habeant, nihil, puto, relinquitur, nisi hoc, ut dicamus, prophetam ob vehementiorem mentis concitationem vel sui non bene memorem, vel summae concinnitatis negligentiorem, commiscuisse diversas loquendi formas, et, cum dicendum erat שְׁמַע אֶת דְּבַר יְהוָה vel simile quidquam, eodem quidem sensu, sed diverso schemate, dixisse: *accepimus nos ex Jehova.*““ Haec illi. Jaegerus l. l. p. 7 sq. verba שְׁמוּעָה — לַמִּלְחָמָה suspicatur in parenthesi interposita esse, ad indicandum, certissimum eventum habituras esse, quae hac oratione contineantur, minas de Idumaeis poena afficiendis, partim quod istius supplicii nuntius ab ipso Jova profectus sit (שְׁמוּעָה — יְהוָה), partim quod quae ad infligendam Idumaeis poenam pertineant jam sint parata (וְצִיר — לַמִּלְחָמָה). Hendewerk כֹּה אָמַר אֲדֹנָי יְהוָה לֶאֱדוֹם *inscriptionem* alteram esse jubet, qua oraculi fons proprius et objectum significetur. Nam quum nullo illa cum sequentibus vinculo cohaereant, non posse ab ipso vate profecta esse. Hujus sententiae repugnat, quod כֹּה אָמַר יְהוָה et similia non reperiuntur in inscriptionibus, verum in ipsis orationum sententiarumque initiis, ita ut hujusmodi formula illae introducantur. Parenthesis autem in scriptoribus hebraicis non facile admittenda est, nisi si summa urgeat necessitas. Maxime aliena ab initio orationis esse videtur. Rejicienda igitur Jaegeri quoque sententia. Probabiliora dedit Schnurrerus; argutius tamen quam verius disputavit et ipse. Cum dicit vates כֹּה אָמַר אֲדֹנָי יְהוָה לֶאֱדוֹם, nihil aliud sibi vult quam: haec me dicere jussit Jova, haec divinitus monitus dicenda habeo de Idumaeis, quae nemo non intelligit aeque apta esse ad ea quae proxime sequuntur שְׁמוּעָה rel., quam ad remotiora illa הִנֵּה cet. vs. 2. לֶאֱדוֹם Rosenmüllerus „malo, ait, *ad Edomum*, ut ad sequentia et totam prophetiam referatur, ubi secunda persona compellatur Edom.“ Ad quae Hendewerk: „hoc argumentum, inquit, probabile esset, si statim sequerentur verba הִנֵּה קָטֹן נְתַתִּיךָ וגו׳ neque interposita essent verba שְׁמוּעָה שָׁמַעְנוּ וגו׳, nam haec verba prorsus impediunt, quominus לֶאֱדוֹם interpretemur

ad E. Praeterea etiam haud multo post dictum est עָלֶיהָ *adversus eam*, quae vox jam sola nos cogit illud לֶאֱדוֹם *de E.* interpretari." Quibus recte reprehenditur Rosenmüllerus in eo, quod in definienda לְ particulae significatione ea tantum consulit quae sequuntur vs. 2. et seqq. Debent enim ante omnia respici quae proxime subjiciuntur שְׁמוּעָה rel. Male vero negatur, ferre illa verba *ad* significatum. Neque enim video, quid impediat, quominus *nuntium audivimus a Jova, et legatus inter populos est missus* cet. dicta putentur *ad* Idumaeos. Egregie fallitur qui repugnare opinatur עָלֶיהָ, debuisse judicans ejus loco scribi עָלֶיךָ. Quasi qui alios alloquuntur (קוּמוּ) iidem simul possint alloqui Idumaeos! Facilior tamen *de* significatus. Quare quum idem conveniat ad vs. 2., in eo videtur acquiescendum esse. *Nuntium audivimus a Jova*, id est, nuntius ad nos pervenit a Jova profectus, effatum ad nos delatum est Jovanum; cf. Jes. 21, 10. 53, 1. *Audivimus*, ego cum populo meo, est enim locutio quae dicitur communicativa. „Communicatio, quae est in שָׁמַעְנוּ, spectat non ad alios prophetas, sed ad populares Obadiae universe, qui etiamsi effatum dei non eodem, quo ipse, modo audiverant, audivisse tamen et ipsi dici poterant, quatenus ad eos non minus pertinebat, quam ad prophetam." Schnurrer. וְ praemisso צִיר voci Rosenmüllerus explanandi vim tribuit, monens, commemorari nunc edicti illius divini argumentum. Sic jam Lutherus: *Wir haben vom Herrn gehört, dass eine Botschaft* cet. Iidem et alii quae subjiciuntur קוּמוּ rel. verba legati esse putant. Ita haec totius commatis sententia prodit: *nuntium audivimus*, accepimus *a Jova*, *et*, i. e. nimirum *legatus inter populos est missus*, his illos excitans verbis: *surgite*, agite, *et surgamus* junctis viribus *contra eam*, Idumaeam, *ad bellum*. Potest tamen totum comma sic quoque capi: *nuntium audivimus*, accepimus *a Jova*, *et* jam *legatus inter populos est missus; surgite*, agite igitur, *et surgamus* junctis viribus *contra* cet. Sic quidem, qui fuerit ille nuntius a Jova profectus, et quonam consilio legatus ad populos sit missus, non exprimitur; sed utrumque facile intelligitur ex iis quae subjiciuntur קוּמוּ cet. Perlucet enim ex his, nuntium intelligendum esse de inferendo Idumaeis bello, legatum vero missum esse ad excitandos ad hoc bellum populos. Quae ratio probatur Hendewerko. Nec potest negari, simpliciorem eam et rotundiorem, quam alteram, sensum fundere. Sed quod omnino negat Hende-

werk, posse verba 'קוּמוּ וגו haberi verba legati, ut qui pro נָקוּמָה
dicere debuisset אָקוּמָה, id tam absurdum est, ut nihil unquam
legerim absurdius. Ratio in promtu. Ceterum quae Jer. 49, 14.
leguntur ex hoc Obadiae loco sumta esse vel ex eo potest colligi,
quod priora commatis verba in Obadia quoad nexum paullo sunt
2. impeditiora. — *En, parvum reddam te inter populos, contemtus
eris valde.* Supra usus erat feminino עָלֶיהָ, respiciens Idumaeo-
rum *terram;* hic utitur genere masculino, respiciens populum.
Rosenmüllerus: „*en, parvum reddidi te* cet. neque enim lata
fuit Idumaeorum ditio, neque ampla celebrisque regio. Quasi di-
cat: ita es humilis et ignobilis obscurusque inter alias nationes,
ut vix inter eas celebreris aut nomineris. Quid ergo est, quod
tibi ita placeas? sic tete efferas? Ita sensum exponit et Hiero-
nymus: „„o, inquit, Edom, qui quum minimus sis inter omnes in
circuitu nationes, et ad comparationem gentium ceterarum parvus
in numero, ultra vires erigeris superbia."" Quae falsissima est
interpretatio. Recte Hendewerk „si, inquit, Idumaei jam parvi
ab Jehova redditi et valde contemti fuissent, cur eum tanta em-
phasi gentes peregrinae haud dubie plures, ni forte omnes ad
bellum huic populo tam parvo et contemto inferendum excitaren-
tur (vs. 1.)? Cur non genti uni, cur non Hebraeis solis permit-
titur, hunc populum tam comminutum internecione prorsus delere?
Cum igitur tam multae gentes eaeque tanta cum gravitate ad hoc
bellum gerendum excitentur, inde jure concludi potest, Idumaeos
ex judicio prophetae minime parvos et contemtos, sed potius po-
tentissimos et maxime strenuos fuisse." Quod idem perlucet ex
tota reliqua oratione. Nec mirum. Fuerunt enim revera tum tem-
poris potentes et opulenti Idumaei, ut quorum fines usque ad
Dedanem Arabiae (Ier. 49, 8. Ezech. 25, 13.), atque septentrionem
versus ad Bosram usque porrigerentur (Jer. 49, 13. cf. Thren.
4, 21.) Ceterum quod Jer. 49, 15. pro בָּזוּי אַתָּה מְאֹד legitur
בָּזוּי בָּאָדָם, conformandi studium prodit (cf. quod praecedit בַּגּוֹיִם),
3. ideoque indicio est, ab Obadia haec sumsisse Jeremiam. — *In-
solentia cordis tui decepit te, habitantem in refugiis petrae*
i. e. in summis petrarum verticibus, vel quod praeferendum vi-
detur, *in faucibus petrae*, petrarum, in *altitudine sedis suae*,
sede sua altissima; *dicit in corde suo*, cogitat secum: *quis deji-
ciet me in terram?* Pro הִשִּׁיאֶךָ in nonnullis libris scriptum re-
peritur הִשִּׁיאַךְ, expressum a LXX, Ar. Syr. hexapl. et Hiero-

nymo. Sed sanam esse scripturam receptam, vel solus docet Jeremiae locus parallelus 49, 16. sumtus ex hoc loco, ubi est הַשִּׁיא sine ulla scripturae diversitate. שֹׁכְנִי cum Jod parag. חַגְוִים cum A. Schultenso Gesenius refert ad חָגָה i. q. حجا *confugere*, a quo est مَحْجًا *refugii locus*, ita ut חַגְוֵי סֶלַע sint *refugia petrarum*, quibus hoc Obadiae loco et Jeremiae loco parallelo significentur summi petrarum vertices inaccessi hostibus (cf. quod subjicitur מְרוֹם שִׁבְתּוֹ), in Cant. 2, 14. vero fissurae s. speluncae, in quibus columbae nidos faciant (cf. quod ibi sequitur בְּסֵתֶר הַמַּדְרֵגָה coll. etiam Jer. 48, 28.). LXX tamen hoc quem prae manibus habemus loco habent *ὀπαί*, et Jer. loco parallelo *τρυμαλιαί*, Vulg. h. l. *scissurae*, et in Jer. *cavernae*, atque ita Syrus quoque. Itaque nescio an rectius cum Ewaldo et Hendewerko existimem, חַגְוֵי סֶלַע proprie significare omnes *petrarum fissuras, foramina, hiatus, specus, fauces*, coll. arab. خجّ *fidit, laceravit*. Quem significatum non cum Gesenio dixerim minus aptum ad hunc et Jeremiae locum. E contrario aptissimus ille est, sive de urbibus rupibus cinctis cogitas, qualis fuit Petra, urbs Idumaeorum primaria, de qua Plinius 6, 32. „fuit, inquit, oppidum circumdatum montibus inaccessis, amne interfluente," sive respici putas illud, quod istiusmodi Idumaeorum urbes, in his illa ipsa Petra, rupibus ita circumdatae erant, ut maxima domiciliorum pars in rupem incisa esset, Diod. 19, 108. cf. Hieron. ad Obad. 5: „et revera, ut dicamus aliquid et de natura loci, omnis australis regio Idumaeorum de Eleutheropoli usque ad Petram et Halam, haec est enim possessio Esau, in specubus habitatiunculas habet." Schnurreri, quae Rosenmüllero probatur opinionem, conferendum esse arab. حجى *tractus, regio*, ab حجا *consistere* in loco, ita ut חַגְוֵי סֶלַע sint *regiones petrarum*, jure optimo Gesenius rejiciendam putavit. Talis enim significatio latius patet, quam ut satisfacere possit. Verba בְּחַגְוֵי סֶלַע cum מְרוֹם שִׁבְתּוֹ manifeste cohaerent appositione, ita ut בְּ ad utrumque membrum pertineat. Hendewerkus illa cum sequentibus vult construi hoc modo: *propter altitudinem habitationis suae dicit* cet., invita grammatica, invito et accentu. In שִׁבְתּוֹ a secunda persona ad tertiam transitur ita, ut mox iterum redeatur ad secundam. Ceterum qui Jer. 49, 16. habetur parallelus locus verbosior et languidior est, ut vix dubium

4. sit, quin Jeremia illum debeat Obadiae. — *Si exaltes ut aquila, et si inter stellas ponas nidum tuum*, in altissimis locis exstruas domicilia tua, arces tuas, *inde dejiciam te*, *dictum Jovae*. Quod in secundo membro Objectum efficit קִנֶּךָ pertinet etiam ad primum. שִׂים Infinitivus, praegresso Verbo finito in membro parallelo, positus pro Verbo finito est. Posset ad תַּגְבִּיהַּ in membro primo ex secundo praeter קִנֶּךָ etiam שִׂים compleri, contra in secundo ad שִׂים ex primo repeti תַּגְבִּיהַּ, ita ut תַּגְבִּיהַּ Adverbii vices sustineret (cf. יַגְבִּיהוּ עוּף *alte volare* Iob. 5, 7., et omisso עוּף idem ibid. 39, 27.), שִׂים vero non esset pro Verbo finito positum, sed pendens ex תַּגְבִּיהַּ; saepissime enim membra sibi respondentia ita ex se invicem complenda sunt. Quum vero in secundo membro propter appositum בֵּין כּוֹכָבִים supervacanea et frigida esset *alte ponendi* notio, rejecta hac ratione servanda est prior, ad quam cf. Num. 24, 21: אֵיתָן מוֹשָׁבֶךָ וְשִׂים בַּסֶּלַע קִנֶּךָ *sit* (quamvis sit)
5. *firma habitatio tua*, *et ponas in rupe nidum tuum*. — *Num fures aggressi sunt*, invaserunt *te*, *num perditores*, praedones *nocturni?* Eheu *quam excisus*, vastatus *es!* quanta est ista vastatio! *nonne furantur*, solent furari fures, praedones nocturni *quod ipsis sufficit*, quantum ipsis satis est, alia intacta relinquentes? *Num vindemiatores aggressi sunt*, invaserunt *te? nonne relinquunt racemationes*, solent reliquos facere racemos? Significatur, non, ut fures et praedones soleant domos aut vindemiatores vineas, sic hostes Idumaeam expilaturos esse, sed nihil omnino relicturos, omnia cum pulvisculo ablaturos esse. Possis etiam אִם reddere *si*, ut fecit Jaegerus, fecimusque ipsi in Jeremiae loco parallelo 49, 9. Ita tamen illud אֵיךְ נִדְמֵיתָה (omissum a Jeremia) velut in parenthesi interpositum putare necesse habes. Ceterum haud incommode Rosenmüllerus et alii haec verba putant esse vicinorum populorum, Idumaeis de statu suo deturbatis insultantium, quamquam ut ita statuas nulla urget necessitas. Hendewerk, cum hoc versu proximum arctius jungens, locum sic expediendum existimavit: „*Si fures te invaderent*, *si vastatores nocturni: quomodo funditus everterentur?* prorsus extinguereris? hoc modo minime prorsus perires, id quod divinitus statutum est; *nonne furarentur*, *quantum ipsis sufficeret? Si vindemiatores invaderent te: nonne relinquerent racemos? quomodo* igitur *penitus pervestigarentur Idumaei? prorsus perquirerentur eorum latibula?* Quae interpretatio aeque profecto incondita et insulsa

est atque illa, quae inita est ab Hesselbergo, haec: *si fures adorientur te, si praedones nocturni! eheu quam deleberis! nonne furabuntur, quantum iis satis fuerit,* libuerit? *Si vindemiatores adorientur te: nonne reliquas habebunt* (relictas a furibus!) *racemationes.* Verum jam vidit in rei summa Hieronymus, qui, „quod dicit, inquit, hoc est: si fures et latrones, qui de nocte domos suffodere consueverunt, et rapere quae in domibus sunt, introissent ad te, et absconditi tenebris circumiissent domus tuae angulos, utique hoc tulissent, quod sibi putabant posse sufficere, et aliquid in aedibus tuis vel per satietatem vel per ignorantiam reliquissent. Si vindemiatores rel. Sed omnia hostes, qui ad te, domino jubente, venerunt, investigaverunt." — Eheu *quam per-* 6.
vestigantur a militibus praedae avidis *Esavitae, perquiruntur loca abscondita eorum!* cf. quae supra notavimus ad חַגְוֵי סֶלַע
vs. 3. Jeremia 49, 10. hic iterum est verbosior. — *Ad fines* 7.
propellunt te omnes foederati tui; decipiunt te, praevalent tibi i. e. te circumveniunt, dolis capiunt *qui amicitia tua utuntur, tuo utuntur convictu; ponunt tendiculam tibi; nulla est intelligentia in eo* (te), nemo in te consilio rerumque peritia quidquam valet amplius. Verba priora Rosenmüllerus: „*usque ad fines deducunt te omnes foederati tui,* quasi tecum junctis viribus sint oppugnaturi hostes tuos, ac interea in animo habent, quum eo te perduxerint, te deserere, et sese tuis hostibus adjungere." Similiter Hendewerk: „*ad fines usque comitabuntur te omnes socii tui.* Opem ferre simulantes, Idumaeos illam petentes ad fines usque suos prosequentur; sed eo usque progressi spem auxilii promissi auferent Idumaeis ab iisque fines suos defendent, perfugium non praebituri." Quae interpretatio quaesita mihi et incommoda videtur. Vere haud dubie Schnurrerus שִׁלְּחוּ cepit de *expellendo, ejiciendo* (cf. Gen. 3, 23. 1 Reg. 9, 7. Jes. 50, 1.) in hunc sensum: „quos de petendo contra hostem auxilio legatos mittes, socii recusabunt admittere, suisque finibus excedere jubebunt, metu hostium tuorum, quos lacessere verebuntur." Quam interpretationem frustra Rosenmüllerus impugnare studet verbo quod proxime sequitur הִשִּׁיאוּךָ *decipiunt te,* ut quod „satis indicet, foederatos id agere, ut Idumaeos prodant; in eo enim fallere, quod quum illis fidat Idumaeus populus, ipsi eum hostibus prodant, ubi ad regionis fines fuerit perventum." Num qui sociorum petentes contra hostem auxilium legatos finibus excedere jubent foe-

derati, proditores non sunt? יָכֹל לְ h. l. esse praevalere alicui consiliis fraudulentis, aliquem circumvenire, dolo capere, docet nexus. Ad אַנְשֵׁי שְׁלֹמֶךָ cf. Ps. 41, 10. Jer. 38, 22. 22, 10. לַחְמְךָ interpretes non dubitant cum Masorethis referre ad ea quae sequuntur. Nonnulli, ut Rosenmüllerus, Gesenius: *panis tuus*, i. e. comedentes panem tuum, commensales, domestici tui *ponunt* cet., לַחְמְךָ metaph. positum volentes pro אַנְשֵׁי לַחְמְךָ, אֹכְלֵי ל׳, secuti Chaldaeum et Hieronymum. Quod durius. Alii: *panem tuum faciunt insidias tibi.* In his Hendewerk, qui: „*panem tuum convertent in insidias contra te* i. e. ut nunc abs te aluntur, ita tunc tibi insidias tendent." Malumus, si quis hanc rationem praeferre voluerit, sensum hunc facere: efficiunt, ut illud ipsum, quod de tuo vivere, tuo uti convictu, tua uti familiaritate iis licet, tibi sit exitio, inde occasionem sumentes te tuaque consilia prodendi. Verum enimvero, quo diutius locum considero, eo magis ad suspicandum inclinat animus, esse pro שְׁלֹמֶךָ לַחְמְךָ mutata Pausa legendum שְׁלֹמְךָ לַחְמֶךָ, ita ut לחמך arctissime cohaereat cum שלמך et pariter atque illud pendeat ex אַנְשֵׁי in eum quem supra expressimus sensum. Qua ratione verba jam intellexisse video Syrum, si discesseris ab eo, quod לחמך voci de suo praemisit copulam, qua facile caremus. מָזוֹר LXX ἔνεδρα, Vulg. Syr. *insidias*, Chald. תַּקְלָא *offendiculum, laqueus*. Videtur propr. *tendiculam* significare, utpote referendum ad מָזַר quod *extendendi* significatum habuisse videtur; cf. talmud. מָזַר *nere, fila ducere*, syr. ܡܬܚ *extendere* cum nomine deriv. quod significat *funes laneos, vincula lanea*, arab. مزز *aequaliter distendere*. Alii volunt propr. esse *mendacium* (a זור deflectere, coll. arab. زور falsum, mendacium) hinc *fraudes, insidias*, quod longius petitum. Verba postrema אֵין תְּבוּנָה בּוֹ, in quibus iterum mutata est persona, Rosenmüllerus et Hendewerk dicta volunt habita ratione eorum, quae proxime praecedunt, q. d. adeo stupidus es, ut non sentias tibi ab amicis tuis foederatis insidias strui. Malo exprimi illis, in rebus tam desperatis omnis consilii inopes futuros esse Idu-
8. maeos, id quod versu proximo pluribus dicitur. — *Nonne die,*
tempore illo, dictum Jovae, perdam, auferam, *sapientes ex Idumaea, et intelligentiam e montibus Esavi?* הֲלֹא simpliciter affirmantis est, ut saepe. מֵהַר עֵשָׂו i. q. מֵהָרִים, quae montana regio erat, vs. 3. 4. Ad sensum Schnurrerus: „quod dicit propheta,

futurum esse, ut sapientiores omnes ablati sint, non eum sensum habere debet, quod qui consilio rerumque peritia valerent exstinguendi sint ante excidium reipublicae; sed potest verborum sensus esse hic: fore, ut omnia ab ipsis tam perverse agantur et infeliciter, ac si nullus inter eos superesset, qui consilio rerumque usu quidquam valeret.“ Imo vero fore dicit vates, ut tum temporis revera omni consilio destituantur Idumaei; cf. Jes. 19, 3. Jerem. 19, 7. Cic. Cat. 3, 9: „Jam vero illa Allobrogum sollicitatio, sic a Lentulo ceterisque domesticis hostibus, tanta res, tam dementer credita et ignotis et barbaris, commissaeque literae nunquam essent profecto, nisi a diis immortalibus huic tantae audaciae consilium esset ereptum.“ Vellej. Paterc. 2, 118: „Praevalebant jam fata consiliis, omnemque animi ejus vim praestrinxerant. Quippe ita se res habet: ut plerumque, qui fortunam mutaturus est, consilia corrumpat.“ Quibus adde illud Quos perdere vult Jupiter, dementat. Ceterum quod Idumaeos, et speciatim Themanitas, sapientiae et prudentiae laude apud veteres floruisse putant interpretes, vanam opinionem esse recte mihi statuere videtur Jaegerus l. l. p. 10 sqq. Nam quum in hoc Obadiae loco et parallelo Jeremiae 49, 7. nihil aliud dicatur, quam omnis consilii expertes Idumaeos futuros esse, nullum ex his locis duci potest argumentum, quo fulciatur ista opinio. Nec certiora colligi possunt ex Bar. 3, 22 sq. — *Et frangentur*, consternabuntur *heroes* 9.
tui o Theman, ut exstirpetur unusquisque e montibus Esavi, ex Idumaea (vs. 7.), *propter caedem.* מִקָּטֶל nonnulli, ut de Wette, Rosenmüllerus: *occidione, internecione.* Verum quum in iis, quae subjiciuntur, מִן eodem nexu significet *propter*, vix dubium esse potest, quin ista significatio hic quoque sit subjicienda, ita ut מִקָּטֶל sit *propter caedem.* Neque vero sic intellecta vox cum LXX, Vulg. Syr. trahenda est ad versum proximum. Rectissime Hendewerk, quem secuti sunt Jaegerus et Hesselbergus, „his, inquit, expositis, propheta statim causam tantae miseriae propriam subnectit, eamque tam breviter quam graviter una voce מִקָּטֶל significat . . . Sequentibus autem commatibus haec causa plene exponitur, ita ut inter hoc nomen (מִקָּטֶל) et commata sequentia eadem ratio intercedat, quae inter nomen לַמִּלְחָמָה comm. 1. et comm. 2—6., inter verba אֵין תְּבוּנָה בּוֹ comm. 7. et comm. 8. 9. interest.“ Schnurrerus: . . . *exscindetur ex monte Esau unusquisque ad pugnam aptus*, „immutatis, inquiens, vocalibus

ponendum putamus מְקַטֵּל seu מְקֹטֵל, ut sit Participium istiusmodi conjugationis, Paahel seu Pohel dicas perinde est, quae respondeat tertiae Arabum, habeatque vim relativae seu mutuae actionis. Est itaque מְקַטֵּל idem plane quod مُقَاتِلٌ *vir proelio aptus.* Sensus: fractis copiis Themaniticis peribunt reliqui omnes; qui ad pugnam apti sunt. Forte Themanenses, quod reliquos bellicae fortitudinis fama antecellerent, ad primum hostium impetum sustinendum adhibiti sunt, vel initium oppugnandae terrae Edomiticae factum est a Themanensi provincia.“ Cui conjecturae vere Rosenmüllerus et Hendewerk praeter alia vel structuram verborum monuerunt obstare. Gravissimum vero quod obstat hoc est, quod mutatione minime est opus. Ceterum quod *caedes* nominatur Judaeis illata ab Idumaeis injuria, id plane concinit cum iis, quae
10. leguntur vs. 14. — *Propter injuriam fratris tui, Jacobi* i. e.
a te illatam fratri tuo, Jacobo, *teget te ignominia, et exstirpaberis in perpetuum.* חֲמַס אָחִיךָ, ut חֲמַס בְּנֵי יְהוּדָה *injuria Judaeorum,* injuria Judaeis illata Joel. 4, 19. et alia aliis ibi notatis locis. Vere, quamquam paullo scrupulosius, Drusius: „in singulis verbis pondus est. Nam *violentia* major fit, cum in *fratrem* exercetur. Vis etiam est in nomine *Jacobi*; nam Jacob et Esau fratres erant gemini, quod plus est, quam si tantum germani
11. aut uterini fuissent.“ cf. Deut. 23, 7. — Amplificantur nunc quae
vs. 10. paucis dicta erant. Ac primum quidem, ratione habita verborum מֵחֲמַס אָחִיךָ יַעֲקֹב, *injuriam* exponit, qua Idumaei Judaeos affecerint et adhuc afficiant vs. 11—14.; deinde, respiciens verba תְּכַסְּךָ בוּשָׁה וְנִכְרַתָּ לְעוֹלָם, de *poena* loquitur, qua afficiendi sint populi cum reliqui omnes, tum maxime Idumaei vs. 15. 16. *Illo die, quo stetisti ex adverso,* miseria Jacobi oculos pascens ejusque avide exspectans interitum, vel, quod mihi probabilius videtur: quo die in acie constitutus fuisti exadversum Jacobum, *illo die quo captivum abduxerunt barbari,* Chaldaei, *exercitum ejus, et peregrini intrarunt portas ejus; et de Hierosolymis jecerunt sortem,* sorte inter se distribuerunt cives Hierosolymitanos eorumque bona: *etiam tu* fuisti *ut unus ex iis,* etiam tu, qui frater eras, quem Jacobitis subvenire oportebat, talem te praebuisti, ut si ex barbarorum numero esses. Verba בְּיוֹם עֲמָדְךָ מִנֶּגֶד sic exposuit Rosenmüllerus: „*die quo stetisti ex adverso* fratris tui Jacobi, magna attentione spectans et observans, quid Judaeis ac-

cideret, imminens eorum cladi. Curiositatem itaque et impium malignumque animum atque ardens vindictae studium indicat his verbis; quum Idumaeos oportuerit sese fratribus suis, Hebraeis, adjungere et opem ferre, tantum abest, ut hoc facerent, et ex adverso stando conspicerent et exspectarent eorum cladem et exitium. In eadem sententia video esse Hendewerkum, Jaegerum, alios; cf. Ps. 38, 12. Potest tamen עָמַד מִנֶּגֶד etiam significare *stare*, *constitutum esse contra* in acie, pugna, pugnare contra; cf. הִתְיַצֵּב מִנֶּגֶד *opponere se contra* 2 Sam. 18, 13., עָמַד לְנֶגֶד *stare ex adverso*, *contra*, sensu hostili, Dan. 10, 13. cf. ibid. vs. 20. Qui significatus, quum Idumaei pugnae a Chaldaeis et Hierosolymitanis commissae nequaquam fuerint otiosi spectatores, sed hostibus se adjunxerint, haud scio an sit praeferendus. Ad verba quod attinet בְּיוֹם שְׁבוֹת זָרִים חֵילוֹ, Hendewerkus חֵילוֹ *nobilitatem ejus* reddit, „חַיִל, inquiens, proprie *robur*, tum *honestas*, est h. l. *nobilitas*, omnesque cives significat, qui pro civitatis robore et decore habentur." Quem significatum vere Jaegerus alienum esse monuit a tempore vastatae a Babyloniis urbis, utpote quo in exsilium abducti sint, non ut antea factum regnantibus Jojakimo et Jojachino, nobiliores tantum, verum יֶתֶר הָעָם הַנִּשְׁאָרִים בָּעִיר יֶתֶר הֶהָמוֹן Jer. 39, 9. 2 Reg. 25, 11. Sed rejiciendus est *facultatum*, *bonorum* quoque significatus, quem cum Rosenmüllero, de Wettio et aliis sub חַיִל subjiciendum putavit Jaegerus coll. vs. 13. Verissimum quidem est, ei significationi non obstare, quod Hendewerk monuit obstare, שָׁבָה verbum; cf. 2 Chron. 21, 17: וַיִּשְׁבּוּ אֵת כָּל־הָרְכוּשׁ. Obstat vero locus *parallelus* vs. 20. Aut enim omnia me fallunt, aut חַיִל voci eadem potestas tribuenda est, qua gaudet חֵל vs. 20., ubi idem est nexus, in verbis גָּלֻת הַחֵל הַזֶּה וגו', quae verba quemadmodum huic loco lucem accendunt, ita ab eodem accipiunt lucem, id quod videbimus infra. Intelligendum igitur est *agmen*, *multitudo* Judaeorum in exsilium abductorum a Chaldaeis. In verbis וְנָכְרִים בָּאוּ שְׁעָרָו jure merito Rosenmüllerum, quod ante שְׁעָרָו omissum existimet בְּ, reprehendit Hendewerk, constat enim, בּוֹא etiam cum Accusativo strui; sed idem mox dupliciter peccat, שערו Singularem habens, quum non sit nisi Pluralis defective scriptus (שְׁעָרָו pro שְׁעָרָיו K'ri), eumque Singularem efferens שְׁעָרוֹ! Ad וְעַל יְרוּשָׁלַםִ יַדּוּ גוֹרָל cf. Joel. 4, 3. et Nah. 3, 10. — *Ne spectes cum voluptate diem fra-* 12.
tris tui, *diem infortunii ejus*, oculos ne pascas die fratris fatali

et infesto, *ne gaudeas de filiis Judae*, Judaeis *die interitus eorum*, *neque magnum facias os tuum*, insolenter loquaris, insultes *die angustiarum!* Quae vr. 12—14. habentur verba Jaegerus existimat non modo *posse* intelligi de eo quod fieri *debuisset* (cf. 2 Sam. 3, 33: הַכְּמוֹת נָבָל יָמוּת אַבְנֵר *num, ut moritur sceleratus, mori debebat Abner?* 1 Sam. 21, 16: הֲזֶה יָבוֹא אֶל־בֵּיתִי *num hic debebat venire in domum meam?* 2 Reg. 3, 27. G. gr. ampl. p. 773. E. gr. ampl. p. 526.), sed *debere* omnino ita intelligi, nisi omnem negligere nexum velis. Etenim ab una parte copulata esse cum proxime praegressis, in quibus agatur de re praeterita; ab altera parte verba כַּאֲשֶׁר עָשִׂיתָ vs. 15. manifeste respicere ea, quae dicantur vs. 12—14., ex quo perluceat, ad tempus praeteritum referenda esse quae tribus hisce versibus contineantur. Itaque Jaegerus: *nec debebas spectare* cet. Atque ita etiam Rosenmüllerus, Hendewerk et alii. Nos vero aptissimam putamus interpretationem eam, quam supra dedimus, modo ne cum iis, qui et ipsi interpretati sunt: *ne spectes* cet., sic verba intelligas, quasi dicat vates: noli amplius oculos pascere cet., si quae calamitas Jacobo supervenerit, quod plane esset alienum (cf. vs. 17 seqq.), verum ad rerum rationes temere neglectas ab interpretibus omnibus illa referas, quales post urbem a Chaldaeis vastatam fuisse probabile est. Jam vero quis, quaeso, est, qui sibi persuadeat, post combustum a Nebusaradano templum et abductos ex Hierosolymitanis octingentos et triginta duos (Jer. 52, 29.) statim desitum esse saeviri in cives relictos? Nonne per multos dies inde ab illo tempore vicinorum populorum, qui Chaldaeis urbem expugnantibus se adjunxerant, Syrorum, Moabitarum, Ammonitarum (cf. 2 Reg. 24, 2.), Idumaeorum maxime, novas semper turbas in urbem irrupisse, miseris civibus insultasse, rapinas fecisse (Obad. 12. 13.), grassatas per agros esse, fugitivorum (cf. inprimis Jer. 52, 8.) alios trucidasse, alios Chaldaeorum in potestatem reddidisse (Ob. 14.) credis? Talia, inquam, si hisce versibus respiciuntur, nemo, opinor, apta ad nexum dici negabit. Quidni, qui vs. 11. de urbe expugnata incolisque magnam partem in exsilium abductis dixerat, idem vs. 12. et seqq. mala respiciat, quae post illud tempus ad eum usque diem, quo haec scripta sunt, superstites perpessi erant? Quidni idem illa mala respiciens vs. 15. recte dicat: כַּאֲשֶׁר עָשִׂיתָ? יוֹם אָחִיךָ i. e. dies ejus fatalis, exitialis i. q. יוֹם יְרוּשָׁלָםִ Ps. 137, 7. cf. supra Prooem. נָכְרוֹ quid significet, pro certo dici vix poterit.

Quod Job. 31, 3. legitur vicinum נֵכֶר parallelismus postulat ut
significet *grave infortunium*, *calamitatem* s. *exitium*, *perniciem*.
Itaque Gesenius et alii נֵכֶר significare volunt *fortunam alienam*
i. e. infestam, *infortunium*, coll. arab. نُكْر id.; Jaegero autem
propr. videtur esse *peregrinitas*, hinc peregrini status miser et
infelix, deinde universe *infortunium*, *miseria*. Potuit, opinor,
peregrinitatis notio etiam abire in notionem *alienationis*, quem
significatum voci tribuisse videtur Hieronymus, qui: *dies peregrinationis ejus*, tribuerunt Kimchi: „tempus quo Israel alienigena
redditus est solo natali expulsus," et e recentioribus Schnurrer,
Hendewerk: *dies abalienationis*, Hesselberg: *dies ejectionis*, *relegationis*; alienationis vero significatus potuit ducere ad significatum *perniciei* (נֵכֶר Job. l. l.), nam quod alienatur, *perit* (אָבַד);
cf. apud Latinos *oppida alienata*, *provincia alienata*. De verbis
בְּיוֹם אָבְדָם vide quae monuimus in Prooemio. — *Ne intres in* 12.
portam populi mei die exitii eorum, *ne spectes cum voluptate
etiam tu calamitatem ejus*, oculos ne pascas tu quoque calamitate
ejus *die exitii ejus*, *neve admoveas*, inferas, manum *opibus ejus*,
surripias eas *die exitii ejus!* יוֹם אֵידָם idem prorsus quod Ezech.
35, 5. עֵת אֵידָם. שָׁלַח בְּ *admovere*, *inferre* manum *rei*, omisso
Objecto membri, G. gr. ampl. p. 851. תִּשְׁלַחְנָה Rosenmüllerus
„quibusdam, ait, est secunda Pluralis persona, licet verba singularia masculina praecedant et subsequantur, uti et alias vates de
populo loquuntur nunc in Singulari, nunc in Plurali, nunc in
Masculino, nunc in Feminino. Sed magis concinne est, cum Chaldaeo et reliquis veteribus תִּשְׁלַחְנָה pro secunda masculina persona
habere pro תִּשְׁלַח cum He paragogico et Nun epenthetico. Ita
et in tertia feminina hujus ipsius verbi Jud. 5, 26: יָדָהּ לַיָּתֵד
תִּשְׁלַחְנָה pro תִּשְׁלַח." Est sane pro תִּשְׁלַח accipiendum, cf. praeter
Jud. l. l. Jes. 28, 3. Job. 17, 16., sed de נָה syllaba vid. G. gr.
ampl. p. 800 sq. Inter eos, qui תִּשְׁלַחְנָה habent secundam Plur.
fem., est Hesselbergus, qui vatem ea forma cum irrisione uti
putat, quasi dicat: o mulieres, o molles, timidi! coll. Amos. 4, 1.
Nah. 3, 13. Quod vel propterea alienum est, quod Idumaei nequaquam animo imbelli similes mulieribus se ostenderunt. Hendewerk: „pro תִּשְׁלַח־נָה vel potius תִּשְׁלַח נָא positum est; cf. Exod.
12, 9. Hac particula נָא subnexa propheta propter populi sui
calamitatem dolore summo commotus Idumaeos quodammodo pre-

catur et quasi obsecrat" cet. Qua ratione quominus statuas obstant loci Jud. 5, 26. Job. 17, 16., ubi nulla petitio. Quod *opes* interpretati sumus חַיִל possit hic quoque, ut supra vs. 11. et infra vs. 20. *multitudo incolarum*, *populus* esse, quo significatu acceptum est ab Hesselbergo, et שָׁלַח בְּ ut alias etiam significare
14. *vim inferre alicui.* — *Neque stes in bivio*, *ad occidendum fuga elapsos*, fugitivos *ejus*, *neve tradas* hostibus *superstites ejus die angustiarum!* פֶּרֶק *bivium*, *compitum*, a separando; cf. arab. فرق *fidit*, *diffidit*, *separavit*, item *divisa et bifida sese obtulit* alicui via, hinc مفرق et مفرق discrimen capillorum, medium capitis, item *discrimen viae*, *locus ubi ex una via exit altera.* Hieronymus: „quumque coeperint fugere per notas sibi vias et diverticula et calles ad solitudinem perferentes, *non stabis in bivio*, *nec venientes exspectabis in compitis*, ut interficias eos, qui fuerint liberati, aliosque comprehensos recludas, et vel ipse capias, vel captivitati hostium serves." Jaegerus פֶּרֶק *rupturam*, *hiatum* muri vult significare; non male, sive etymon spectas, nam hebr. פָּרַק non tam simpliciter separare, quam vi separare, *rumpere*, *frangere*, *diffringere* significat, sive respicis nexum. Attamen, quum *ruptura*, *hiatus* muri alias dicatur פֶּרֶץ, posthabenda ista significatio videtur supra allatae. Mallem, si quis in bivii significatu acquiescere nollet, intelligere *fauces*, *angustias locorum*, *angusta viarum*, a rumpendo, diffringendo dicta, coll. arab. فرق distantia, intervallum al. Sane Syrus: ܡܦܩܬܐ (a rad. ܢܦܩ perforavit), ad quod nomen Michaelis: „exitum angustum inter duos montes significare videtur," et LXX: διεκβολή, *transitus.* Male Kimchi פֶּרֶק *cladem*, *interitum* esse judicat coll. שֶׁבֶר, Hesselbergus vero *rapinam* coll. Nah. 3, 1. Utrisque enim obstant, certe non favent ea quae subjiciuntur. Ad rem Schnurrerus: „Permagnam Judaeorum multitudinem post urbem a Babyloniis vi captam Aegyptum petiisse constat; horum igitur multos in Idumaea, inter Judaeam Aegyptumque fere media, interceptos, ac vel occisos, vel in hostium potestatem reddditos fuisse, admodum credibile est." In qua eadem sententia video esse Hendewerkum, qui: „multi enim Hierosolymitani, urbe capta, ne de ipsis sors jaceretur, in Aegyptum potissimum aufugere studuerunt. Idumaei autem viarum terrae suae, per quam illi iter facere coacti erant, gnari ad modum la-

tronum singulos profugos in compitis opperiebantur, eosque aut captos Hierosolyma ad Chaldaeos foede reduxerunt, aut resistentes crudeliter occiderunt." Nos ne tantillum quidem dubitamus, quin ex Judaeis Aegyptum petentibus multi sint ab Idumaeis intercepti, occisi, captivi abducti; negamus vero, id respici hoc loco. Perlucet enim, nisi vehementer erramus, ex vs. 13., atrocia quae hic respiciantur Idumaeorum facinora commissa esse in terra non Idumaeorum, sed *ipsorum Judaeorum*. Quare vide quae disputavimus supra ad vs. 12. — *Nam propinquus* est, instat *dies Jovae* 15.
super omnes populos; quemadmodum fecisti, fiet tibi; opus tuum redibit in caput tuum, referentur tibi facinora tua. כִּי Rosenmüllerus „alii, inquit, *sed*, alii *sane*, *utique*, *profecto* vertunt. Nobis usitata significatio *quia*, *nam* retinenda videtur. Pendet enim haec particula ex vs. 10., ubi Idumaeo populo ob violentiam, qua in cognatos Judaeos saeviit, minatur, ipsum in perpetuum exscindendum esse. In culpa amplificanda versatus est vates vs. 11—14., nunc de poena agit. Ergo quum vs. 10. dixisset וְנִכְרַתָּ לְעוֹלָם, nunc ait כִּי קָרוֹב וגו'." Qua ratione nobis quoque statuere visum est. Vid. quae observavimus supra ad vs. 11. init. In eadem sententia est Jaegerus. Negari tamen non potest, haud incommode etiam ad proxime praegressa referri posse, quae hic dicuntur. Quam rationem inivit Hendewerk, qui „nunc affert, inquit, quam ob causam haec omnia non modo non perpetranda sed summa cum diligentia fugienda fuerint. Tempus enim instare, quo Idumaei cum gentibus ceteris eadem passuri sint, quae Judaeis intulerint." Verba עַל־כָּל־הַגּוֹיִם non pertinent ad קָרוֹב, verum ad יוֹם יְהוָה, ita ut instare dicatur dies, quo Jova judicaturus i. e. poenis affecturus sit omnes populos. Ceterum Jaegerus, si urbem Hierosolymitanam a Chaldaeis expugnatam in hac oratione respiciat vates, difficile intellectu esse monet, cur Chaldaeos, qui primarias partes egerint in urbe expugnanda, nonnisi generali כָּל־הַגּוֹיִם nomine amplectatur, contra in perstringendis Idumaeis, qui in expugnatione Hierosolymorum secundas partes sustinuerint, fere totus versetur. Quod leve mihi videtur. Cum Idumaeis enim vati res est, hos sempiternos et infestissimos populi sui hostes, quanquam sanguinis vinculo junctos, perstringere vati est propositum; itaque his potissimum illatas Judaeis injurias exprobrat, his maxime minatur poenas. Erit vero, cur Chaldaeos tantum communi *omnium populorum* nomine complectatur, eo facilius

ad intelligendum, si reputaveris, quo tempore hanc orationem scripserit vates, si reputaveris, inquam, scripsisse vatem non statim post expugnatam a Babyloniis urbem, sed aliquo interjecto temporis spatio, quo tempore Chaldaeorum copiae maxima ex parte decesserant, Idumaei vero pergebant injurias inferre Judaeis; cf. vs. 12—14. coll. not. ad vs. 12., ubi quae disputavimus hoc
16. quoque loco vides confirmari. — *Quemadmodum enim bibistis in monte meo sancto: bibent omnes populi continuo, bibent et sorbebunt et erunt quasi non fuissent.* Vehementer hic locus vexavit interpretes, non vexaturus, si aperuissent oculos. Falsi sunt et ii, qui quorsum referendum sit שְׁתִיתֶם, viderunt; neque enim cur illuc referri et possit et debeat intellexerunt. Sed fusius de hoc loco est disputandum. Rosenmüllerus: „Prima hujus versus verba interpretes bene multi ad Idumaeos directa existimant, intelliguntque de compotationibus conviviisque ab Edomitis ad suam de urbis templique eversione laetitiam publice testandam institutis, quae vero sequuntur verba יִשְׁתּוּ כָל־הַגּוֹיִם de poena omnibus gentibus irroganda, quasi diceret: quemadmodum vos, Idumaei, laetati estis, et in laetitiae signum convivia agitastis super montem sanctum meum, i. e., ut Kimchi exponit, *de excidio*, ob excidium *sacri mihi montis*, mei templi, sic bibent, i. e. sic bibetis vos et ceterae gentes, quae populo Israelitico infestae fuerunt, sc. כּוֹס הַתַּרְעֵלָה calicem vertiginis (Jes. 51, 11.); vestro gaudio succedet summa tristitia et gravissima afflictio. Ita jam Chaldaeus: *nam quemadmodum laetati estis de excidio montis mei sancti, sic bibent omnes gentes calicem ultionis suae.* Sed verissime monet Schnurrerus, molestum esse, idem verbum שָׁתוּ, eodem loco positum, duplici et plane contrario sensu accipere, praesertim quum non sequatur גַּם אַתֶּם תִּשְׁתּוּ *bibendum vobis quoque erit* de calice irae. De poena autem si intelligatur שְׁתִיתֶם, nequaquam referri posse ad Idumaeos, qui tunc poenas jam dedisse nullo modo dici poterant. Quae quum ita sint, haud dubitamus accedere Schnurrero, autumanti, sermonem, subita conversione facta, qua nihil frequentius apud prophetas, redire nunc ad Judaeos, ad quos sequentia pariter omnia potissimum respiciunt. Quod ipsum et vidit Aben-Esra, qui observat, inde ab hoc loco deum incipere populum suum consolari, et sensum esse: quemadmodum vos, Hebraei, castigationis poculum bibistis, sic bibent et omnes aliae gentes. Quam interpretationem egregie confirmant

tria Jeremiae loca, quibus itidem dicitur, Judaeis primum bibendum esse, deinde Idumaeis, 25, 27—29. 49, 12. Thren. 4, 21 sq. Ita et nostri loci sensus erit hic: quum vobis Judaeis, montem mihi sacrum tenentibus, bibendum fuerit, magis etiam reliquas gentes eandem sortem experiri oportet." Haec Schnurrerus et Rosenmüllerus, quos secuti sunt de Wette, Hesselbergus et alii. Horum vero interpretationem pluribus argumentis impugnarunt Jaegerus et Hendewerk. Ac *primum* quidem Jaegerus, quum in verbis כַּאֲשֶׁר שְׁתִיתֶם עַל־הַר־קָדְשִׁי novum Subjectum nominatum non sit, negat posse illa referri ad alios, quam ad eos, qui in antecedentibus compellati sint, id est, ad *Idumaeos*. Qua eadem ratione illam interpretationem oppugnavit Hendewerk. Is enim: „Prorsus ineptum fuisset, si propheta, postquam per tot commata Idumaeos solos alloquutus erat, nulla significatione adjecta, tam inopinato et tam ambigue Judaeos alloquutus esset, cum non modo hoc comma cum antecedenti, particula כִּי interposita, ita conjunctum sit, ut haud sane quisquam prophetam de Idumaeis agere eosque alloqui perrecturum esse dubitet, sed etiam in sequentibus commatibus propheta minime ita pergat, ut Judaeos alloquatur, quanquam in his commatibus ultimis de iis potissimum disserit. Nam prophetae in oraculis singulis eos tantummodo alloquuntur, contra quos proprie illa pronunciant, quapropter etiam Obadia per totum oraculum Judaeos nullibi alloquitur, neque etiam in oraculi altera parte, in qua de iis agit, se ad eos convertit. Non liquet igitur, quomodo Rosenmüllerus de sermonis reditu ad Judaeos loqui possit. Neque etiam recte dictum est, ejusmodi transitum apud prophetas frequentissimum esse. Prophetae enim saepius quidem a persona tertia vel secunda ad secundam vel tertiam transeunt, et ab hac ad illam vel ab illa ad hanc redeunt, hoc tamen semper ita fit, ut ii, de quibus modo loquuntur, et quos modo alloquuntur, prorsus iidem nec alii sint." *Deinde*, si ad Judaeos referatur שְׁתִיתֶם, et sic reddantur verba: *quemadmodum bibistis in monte meo sancto*, variis iisque non facile expediendis difficultatibus locum laborare monet Jaegerus. *Primum* enim languidum et supervacaneum et prorsus alienum additamentum contineri verbis *in monte meo sancto*, simulatque ad Judaeos referatur locus. Bonam quidem et gravem sub verbis sententiam subjecisse Schnurrerum hanc: „cum vobis *adeo*, montem meo nomini sacrum tenentibus, bibendum fuerit, *magis etiam* reliquas

gentes eandem sortem experiri oportet." Verum illud ipsum *adeo* et *magis etiam* temere illatum in verba esse, eoque certius, quod כַּאֲשֶׁר vs. 16., ut eadem vox vs. 15., solam *aequationis* notionem debeat exprimere, ita ut de illo *adeo* aut *magis etiam* cogitari nullo modo possit. Inesse quidem, quem Schnurrerus Obad. 16. inesse dicat, sensum in Jer. 25, 27. 29. 49, 12. Thren. 4, 21., sed claris verbis expressum; hic vero nihil clari, sed ambigua omnia esse. Nullius momenti esse, quod Benary (in ephem. Berol. 1836. no. 108) tamen lucem huic loco accendere dixerit Jeremiam, utpote Obadiae interpretem (49, 12.). Neque enim interpretem, sed imitatorem Obadiae Jeremiam esse, imitatori autem licuisse Obadiae verba ad alias referre res, ad alios referre homines; cujus rei exemplum Jaegerus ex ipso Jeremia affert 49, 19. coll. cum 50, 44. *Deinde* verba עַל הַר קָדְשִׁי, si significent *in monte meo sancto*, ab apodosi, ubi sint cogitatione repetenda, plane abhorrere. *Tum* non probabile esse, expressisse vatem *in* praepositionem in eadem re vs. 16. עַל vocula, vs. 17. בְּ particula. *Denique*, si vs. 16. nihil aliud dicatur, quam, quemadmodum Judaei mala perpessi fuerint, sic mala passuros esse cum alios populos, tum maxime Idumaeos, omnem orationis infringi nervum, quum hac ratione nulla fiat mentio praecipuae, cur Judaeorum sortem illi experiri debeant, causae, illatae, puta, Judaeis injuriae. Hic igitur de causis, quas examinabimus infra, Hendewerk et Jaegerus verba de quibus quaeritur ad *Idumaeos* referenda putant, sed suo uterque modo. Ac *prior* ille quidem rejectam a Schnurrero et Rosenmüllero interpretationem defendit, ita tamen, ut עַל reddat *in*, non cum Chaldaeo et Kimchio putet significare *de*. „Vatem dicit eodem verbo שָׁתָה praemium aequum et illis facinoribus 12—14. propositis prorsus consentaneum eo majori cum festivitate significare, quo significantius hoc modo simul illam aequitatis legem *qualia facinora, talia praemia* exprimat. Hebraicae enim dictionis idiotismum esse, unum idemque verbum sensu duplici adhibere (Ges. gr. ampl. p. 859.). Itaque etiam Obadiam verbo שָׁתָה sensu duplici usum esse. In sticho primo enim de conviviis et commissationibus (in Hierosolymorum vastatione institutis) sermonem esse; altero autem et tertio loco cogitatione supplendum esse יֵין תַּרְעֵלָה vel simile quid, verba adjecta וְהָיוּ כְּלֹא הָיוּ satis ostendere." Nihil esse, quod Schnurrerus molestum esse dicat, idem verbum, eodem loco positum, duplici sensu accipere. Nam „si interpreti recentiori

scriptorem antiquum explicanti aliqua vox vel loquutio vel constructio molesta sit, inde non esse extemplo concludendum, locum exponendum revera ita esse percipiendum, ut huic interpreti placeat. Nam quod huic molestum sit, scriptori antiquo non modo recte et vere, sed etiam suaviter et festive dictum videri potuisse. Cum vero satis constet, prophetas quadam cum festivitate suavi et exquisita eadem verba iisdem locis duplici sensu saepius posuisse (Jes. 30, 16. Ges. l. supra l.) illis viris doctissimis hunc hebraicae dictionis idiotismum molestum esse non debuisse, neque etiam futurum fuisse, si interpretis officio satisfacturi etiam hac in re satis antiqui facti fuissent." Verum enimvero scivit, si quis alius, Schnurrerus, delectari Hebraeorum prophetas verborum lusibus. Sed probe intellexit idem, elegantioris judicii interpres, alienum esse ejusmodi lusum in sententia, qualis haec est, comparativa. Nullum quod idoneum esset exemplum protulit Hendewerk, nec potuit proferre. Praeterea qualis isthic est cogitationum nexus: *quemadmodum bibistis*, compotastis, convivati estis, o Idumaei, *in monte meo sancto*, sic *bibent* calicem titubationis, poenas dabunt, *omnes populi continuo?* Debebat certe sic dici: כַּאֲשֶׁר שְׁתִיתֶם (יַיִן) עַל הַר קָדְשִׁי תִּשְׁתּוּ (כּוֹס הַתַּרְעֵלָה) אַתֶּם וְכָל־הַגּוֹיִם וגו׳, *quemadmodum bibistis* (vinum, compotastis) *in monte meo sancto*, sic (calicem titubationis) *bibetis vos et omnes populi* cet. Gravissimum vero, quod illi interpretationi obstat, quodque miror non observatum esse ab aliis, hoc est, quod verbis יִשְׁתּוּ כָל־הַגּוֹיִם adjectum est תָּמִיד *continuo*. Ubi enim, quemadmodum biberit Cajus, sic bibiturus Sempronius dicitur, *ita tamen, ut hic sit bibiturus continuo*, ibi ex his ipsis verbis clarissime perlucet, *bibendi* verbum utroque loco eodem sensu capiendum esse. Debet igitur שָׁתָה prius eodem spectare, quo posterius. Posterius vero ipse vir doctus recte monuit intelligendum esse de *bibendo calice titubationis*. Quanquam enim שָׁתָה et שָׁקָה et alia hoc sensu sumta amant addita habere כּוֹס הַחֵמָה vel כּוֹס הַתַּרְעֵלָה Jes. 51, 17. 22., vel יַיִן תַּרְעֵלָה Ps. 60, 5., vel כּוֹס הַיַּיִן הַחֵמָה Jer. 25, 15. al., tamen, quum frequentissima haec sit imago, etiam absque istiusmodi complemento posita reperiuntur ibi, ubi cogitationum nexus de vi verborum non sinit dubitare, ut Nah. 3, 11. al. Qua eadem ratione hunc quoque locum comparatum esse, vides ex verbis וְהָיוּ כְּלוֹא הָיוּ, ut quae aperto indicio sint, esse quod praecedit שָׁתָה bibere calicem titubationis. Nec melior est sententia *Jaegeri*, qui

שָׁתַת prius recte quidem eodem sensu accipi jubet, quo accipiendum est posterius, verum ad Idumaeos שְׁתִיתֶם referendum putat et ipse. Is enim hunc in modum verba transferenda existimat: *nam quemadmodum* vos, Idumaei, *bibistis*, poenam dedistis i. e. biberetis, poenam dederitis *propter montem meum sanctum* i. e. propter injuriam monti meo sancto i. e. populo mihi sacro illatam: sic *bibent*, poenas dabunt *omnes populi*. Saepe repeti in scriptoribus hebraicis כִּי particulam, ubi nostrates dicant *nam — et*. Idem fieri hoc loco. Dixisse vatem vs. 15. (cf. not. ad vs. 11.) universe: כִּי קָרוֹב יוֹם יְהוָֹה עַל כָּל־הַגּוֹיִם, eamque sententiam mox, ratione habita Idumaeorum, de quibus praecipue in hac oratione agatur, amplificasse verbis his כַּאֲשֶׁר עָשִׂיתָ יֵעָשֶׂה לָּךְ גְּמֻלְךָ יָשׁוּב בְּרֹאשֶׁךָ; haec jam vs. 16. denuo recepisse vatem dicentem כִּי כַּאֲשֶׁר שְׁתִיתֶם עַל הַר קָדְשִׁי יִשְׁתּוּ כָל־הַגּוֹיִם וגו׳, ut verbis eo se referret oratio, unde esset egressa. שְׁתִיתֶם esse Praeteritum quod dicatur propheticum, cf. vs. 2. 5. 6. 7.; עַל significare *propter*; *propter montem meum sanctum* vero nihil aliud esse, quam propter injuriam meae urbi, quam non intrare debebatis, meo populo illatam, cf. vs. 11. et seqq. Quam Jaegeri interpretationem rejiciendam putamus hac una, sed gravissima de causa, quod, quum verba כַּאֲשֶׁר שְׁתִיתֶם עַל הַר קָדְשִׁי יִשְׁתּוּ כָל־הַגּוֹיִם in rei summa manifeste respondeant illis כַּאֲשֶׁר עָשִׂיתָ יֵעָשֶׂה לָּךְ וגו׳, illud שְׁתִיתֶם non potest aliter atque עָשִׂיתָ accipi, id est, non potest pro Praeterito prophetico haberi ullo modo. Jam vero ad *quosnam* שְׁתִיתֶם referendum videatur *nobismet ipsis*, interrogant lectores. Ad *Judaeos*, respondemus. Ad hos vero referendum non videtur nobis, sed, esse referendum, firmissime nobis est persuasum. Rectissime quidem Hendewerk et Jaegerus Schnurreri illam et Rosenmülleri aliorumque interpretationem impugnarunt eo, quod supra inde a verbis „Ac *primum* quidem“ exhibuimus, argumento *priore*. Nam quum in antecedentibus ad Idumaeos oratio conversa sit, nihil certius, nihil clarius est, quam, si desit in verbis, ex quo cognoscatur, ea ad Judaeos directa esse, ad Judaeos temere illa referri, licet reliqua omnia suadeant, ut referantur ad Judaeos. Verum enimvero, hoc ipsum, deesse Subjectum novum, non inesse, ex quo intelligatur, ad Judaeos nunc verba fieri, precario sumi ad Judaeos orationem, hoc est quod non nego sed pernego. Inest enim, quod desideras, in verbis עַל הַר קָדְשִׁי, modo recte illa intelligas! Nam cum dicit vates: *quemadmodum bibistis in monte*

meo sancto, nihil aliud dicit quam: *quemadmodum bibistis, qui estis in monte meo sancto, quemadmodum bibistis vos, Sionii, Hierosolymitani, Judaei.* Cf. בְּהַר צִיּוֹן vs. 17. et e contrario הַר עֵשָׂו vs. 8. 9. 19. 21., intellecturus, quam facile et commode pro בְּנֵי יְרוּשָׁלִַם vel בְּנֵי יְהוּדָה (vs. 12.) post secundae plur. pers. verbum vates dixerit עַל הַר קָדְשִׁי. Qua ratione simulatque locum expediveris, etiam argumentorum *quatuor posteriorum* ab Jaegero e diverso allatorum eorum, quae supra inde a verbis „*Deinde*, si ad Judaeos“ exhibuimus, nec *primum* neque *alterum* quicquam valebit amplius. Nam si verbis עַל הַר קָדְשִׁי significantur *Judaei*, nihil jam languidi aut supervacanei ineptive illa continent, neque opus est *adeo* et *magis etiam* vocabulis temere intrusis a Schnurrero. Nihil porro inest in protasi, quod abhorreat ab apodosi; imo tantum abest, ut tale quid habeat protasis, ut optime cum apodosi concinat: sic enim עַל הַר קָדְשִׁי et כָּל־הַגּוֹיִם rectissime inter se sunt opposita. Ad *tertium* autem et *quartum* argumentum quod attinet, ea, quod pace dixerim doctissimi viri, plane nulla sunt. Nam quum *in monte* aeque recte dicatur עַל הַר, atque בְּהַר, et utrumque reperiatur sexcenties, quis credat, debuisse vatem utroque loco (vs. 16. et 17.) aut עַל הַר scribere aut בְּהַר! Nullius igitur ponderis est tertium argumentum. Nec firmius quartum. Nihil enim hic attinet dicere de injuria illata Judaeis; cf. not. ad vs. 11. Quid? quod, cum dicit, si versu 16. nihil aliud significetur, quam, quemadmodum Judaei mala perpessi fuerint, sic mala passuros esse cum alios populos, tum maxime Idumaeos, omnem orationis infringi nervum, quum hoc modo nulla fiat mentio praecipuae, cur Judaeorum sortem populi experiri debeant, causae, illatae inquam Judaeis injuriae: secum ipse pugnat vir maxime spectabilis. Ipse enim quae vs. 10. dicta sunt recte monuit (l. l. p. 18 sq. 24. al.) amplificari versu 11. et seqq. ita, ut vs. 11—14. *injuria* exponatur illata Judaeis, vs. 15. et 16. vero Idumaeis immittenda *poena!* Quod *praeterea* idem Jeremiae loca parallela nihil valere dixit in definiendo hujus loci sensu, id nollem dixisset. Quanquam enim Obadiae non tam interpres quam imitator exstitit Jeremia (49, 12.), tamen ejus in explicando loco haud exigua manet auctoritas, siquidem, qui alium scriptorem in suos usus convertit scriptor ea, quae ab illo sumit, *eodem sensu plerumque solet* accipere, quo acceperat is, a quo sumsit. Itaque, ut omnia una comprehensione com-

plectamur, quum שָׁתָה prius idem debeat exprimere quod posterius, id est bibere vinum titubationis, dare poenam, quum שְׁתִיתֶם non possit non esse purum Praeteritum, Praeteritum vero hoc subjecta verbo notione poenas dandi ad Idumaeos referri non possit utpote nondum punitos sed puniendos, possit vero aptissime referri ad Judaeos, eosque non intrusos temere sed significatos verbis עַל הַר קָדְשִׁי, denique quum simillima his legantur in Jeremia quoque, Obadiae imitatore: nobis certo certius est, sic explicandum hunc locum esse: *Quemadmodum enim bibistis* i. e. ad calamitatem depulsi estis, poenam dedistis, *in monte meo sancto* i. e. vos Sionii, Hierosolymitani, Judaei: sic *bibent omnes populi continuo* i. e. sic omnes populi ad calamitatem depulsi erunt continuam, poenam dabunt perpetuam cet. Restat, ut dicamus de כִּי, tum vero eam quam תָּמִיד voci modo tribuimus potestatem confirmemus. כִּי non est, ut existimat Jaegerus, repetitum ex versu superiore, sed illum versum explanat. Ea enim horum commatum ratio est, ut, quod priore expressum erat, idem alio modo exprimatur posteriore, ita tamen, ut populorum poena perpetua futura esse dicatur. תָּמִיד ab aliis temere est sollicitatum, ab aliis male intellectum. Rejiciendum esse quod in multis et scriptis et editis libris est סָבִיב, jam vidit Schnurrerus, qui: „Primum libri accuratiores et meliores omnes Hispani atque Germanici exhibent תָּמִיד, praesertim in textu, lectionem vero סָבִיב plerique habent in Haphtaris. Deinde antiquiorum versionum nulla est, quae lectionem סָבִיב sua auctoritate confirmet. Denique, quod plurimum apud nos valet, si ambae lectiones conferantur, excogitari causa non potest, cur lectio סָבִיב, quae est ad intelligendum facillima, abierit in תָּמִיד; hac autem posita mirum videri non potest, ad illam deflexisse librarios, quod hanc a contextu orationis alieniorem putarent.“ Jam ad significatum ut veniamus, negant Hendewerk, Jaegerus et alii, posse תָּמִיד significare *continuo*, *perpetuo*, *indesinenter* referendum ad יִשְׁתּוּ, volentes esse *ordine*, *ex ordine*, *deinceps* referendum ad כֹּל. Sic enim hac de re judicavit Jaegerus. „Si, inquit, תָּמִיד ad יִשְׁתּוּ referas, verba יִשְׁתּוּ תָּמִיד minus convenire ad וְשָׁתוּ וְלָעוּ וגו׳, sive propriam vim respicias שָׁתָה verbi, sive impropriam. Si propriam (*bibent continuo*): non convenire quae proxime sequantur minoris ponderis verba וְשָׁתוּ וְלָעוּ *bibent et sorbebunt;* si impropriam (*poenas dabunt continuo*, continuas): alienum id esse a verbis וְהָיוּ כְּלוֹא הָיוּ i. e. delebuntur, quandoquidem *deleti poena*

non possint dici *perpetuam poenam daturi esse.* Quare quum תָּמִיד ad יִשְׁתּוּ referri non possit, referendum esse ad כֹּל, quod amplificetur illa voce, quemadmodum eadem voce amplificetur לַיּוֹם in verbis תַּקְרִיבוּ לַיּוֹם עֹלָה תָמִיד Num. 28, 3., ideoque תָּמִיד idem fere exprimere, quod מִגּוֹי אֶל־גּוֹי Jer. 25, 32.“ Quibus adde Hendewerki haec: „Quomodo haec vox (תָּמִיד) proprie intelligenda sit, apparere videtur verbis (!) עֹלַת הַתָּמִיד, quae non continua i. e. indesinenter oblata sacrificatio est, sed sacrificium ex ordine singulorum dierum oblatum, et propter horum ordinem continuum simul sacrificium continuum nominatur. Itaque etiam illud שתה תָּמִיד non potionem continuam in universum, ita ut, qui bibit, in aeternum et sine ulla intermissione bibat, sed potionem ex ordine singulorum populorum et hoc modo non interruptam denotet.“ Quae falsa interpretatio est. Hendewerk argumenta attulit nulla; Jaegerus nullius pretii argumenta. Ac primum quidem ex eo, quod תָּמִיד voci subjicitur וְשָׁתוּ וְלָעוּ, nullo modo sequitur, ut תָּמִיד nequeat significare *perpetuo, indesinenter.* Est utriusque locutionis, יִשְׁתּוּ תָמִיד et וְשָׁתוּ וְלָעוּ eadem vis, idem pondus. At quam multis in locis repetita leguntur ante dicta aliis verbis! Exemplorum omnia plena. Ad alterum autem argumentum quod pertinet, id satis firmum esset, si de singulis poena delendis hominibus loqueretur vates. At ille de *integris* delendis i. e. deturbandis de statu suo, expellendis patria *populis* loquitur, qui quid impediat, quominus hanc poenam *perpetuo* daturi esse dicantur, equidem plane non video. Adquiescendum igitur est in usitata תָּמִיד vocculae significatione, ut hoc dicat vates: quemadmodum poenas dederint, de statu suo deturbati sint Judaei, sic poenas daturos esse, de statu suo deturbatum iri populos omnes, ita tamen, ut, quum Judaeorum civitatem Jova denuo sit instauraturus multisque modis amplificaturus (vs. 17. et seqq.!), hostiles populi eam poenam *perpetuo* sint daturi, nunquam restituendi in statum pristinum (18 sqq.). Ceterum quanquam illud שתה certum urbis vastatae et exsilii temporis indicium non est, quum de aliis quoque calamitatibus dictum reperiatur, tamen de nulla magis quam de ultima illa calamitate dictum legitur, ut Jes. 51, 17. 22. Jer. 13, 12 sq. 25, 15 sqq. 28. 49, 12. 51, 7. Thren. 4, 21 sq. Hab. 2, 16. Ps. 60, 5. — Sequitur jam altera pars, qua Judaei non solum recu- 17.
peraturi sedes suas pristinas (vs. 17.), verum etiam occupaturi dicuntur terras cum aliorum populorum, a quibus vexati et male

habiti essent, tum maximo Idumaeorum (vs. 18 sqq.). *Et in monte Sion erit evasio*, erunt qui evaserint ex clade illata a Chaldaeis aliisque (vs. 11 sqq.), secus atque in montibus Esavi atque in terris reliquorum populorum, qui ex clade ipsis inferenda non sunt evasuri (vs. 9. 15 sq.), *et erit is*, Sion *sanctus*, id est, Jovae ejusque cultoribus sacer, inviolatus, non amplius violatus ab hominibus profanis, barbaris, *et occupabunt domus Jacobi*, Jacobitae, i. e. Judaei et Benjaminitae, *possessiones suas*, i. e. recuperabunt sedes suas pristinas. Verbis prioribus וּבְהַר צִיּוֹן תִּהְיֶה פְלֵיטָה Jaegerus indicari putat, fore, ut Judaei elapsi ex communi clade integri maneant, dum reliqui populi pereant, qua de causa negat posse orationem post vastatam a Chaldaeis urbem scriptam esse, siquidem, quod Judaei e communi clade evasuri, integri mansuri dicantur, documento sit, integrum tum temporis fuisse Sionem, id est, integram urbem Hierosolymitanam. At enim vero quum supra vates neutiquam dixerit de una tantum clade populis omnibus inferenda, sed duabus de cladibus, una illo ipso tempore illata Judaeis (11—14. 15. 16, a.), altera futuro tempore inferenda populis exteris ea de causa, quod cladem ante dictam Judaeis fecissent (15. 16, b.), intelligitur, verba וּבְהַר צִיּוֹן תִּהְיֶה פְלֵיטָה referenda esse ad cladem illam priorem allatam tum temporis Judaeis, minime vero ad cladem olim afferendam populis, ideoque eo modo accipienda esse, quo accepimus supra. Ad verba וְהָיָה קֹדֶשׁ cf. Joel. 4, 17., ubi verbis וְהָיְתָה יְרוּשָׁלַםִ קֹדֶשׁ addita leguntur וְזָרִים לֹא יַעַבְרוּ בָהּ עוֹד *et peregrini*, barbari, *non amplius pervadent eam*; nec non Jes. 52, 1. Falsissima est Hendewerki et aliorum interpretatio haec: „*eritque sanctitas* sc. in monte Sione, in republica restituta i. e. ejus cives ea, quae sancta i. e. justa, aequa, bona, honesta, pulchra sunt, servabunt, neque, ut antea, vitiis et sceleribus erunt dediti, aut cum iis, qui Jehovam non agnoscunt et venerantur, commercium habebunt.“ De moribus enim Judaeorum ne verbulo quidem dicit vates, nec potuit dicere consilii tenax. Nam si pravos Judaeis mores exprobrasset, non potuisset tanta cum vi et gravitate Idumaeis exprobrare illatam Judaeis injuriam. Quae sequuntur וְיָרְשׁוּ בֵּית יַעֲקֹב אֵת מוֹרָשֵׁיהֶם *et occupabunt Jacobitae possessiones suas* intelligenda esse de recuperandis quas amiserant sedibus pristinis, docent verba commatis priora (quorum sensum in Procemio non recte diximus pendere ex sensu verborum ultimorum), coll. cum vs. 11. et seqq. Non

satis mirari possum Jaegerum, negantem, Jacobitas i. e. Judaeos et Benjaminitas, in antecedentibus usquam dictos esse sedibus pristinis expulsos. Quae vs. 11. leguntur *quo die captivum abduxerunt peregrini exercitum* i. e. populum *ejus* quid, obsecro, sibi volunt, nisi Judaeos expulsos patria volunt? Qui fit tandem, ut vs. 20. certas quasdam regiones occupaturi dicantur *exsules exercitus*, populi, *hujus Israelitarum*, *exsules Hierosolymitani?* cf. praeterea vs. 12. 13. coll. Prooemio, 14. 16. 21. cum nott. Quod idem, si verba postrema de recuperandis sedibus pristinis intelligi voluisset vates, cum illa verbis בְּהַר צִיּוֹן תִּהְיֶה פְלֵיטָה praemissurum fuisse putat, nullius momenti esse vix est quod moneam. Tam scrupulose enim non solent verba ponderare prophetae. Nec melius est tertium quo vir doctissimus interpretationem nostram oppugnavit argumentum hoc, quod, quum יָרַשׁ vs. 19. et 20. non possit esse *recuperare*, quandoquidem Judaei et Benjaminitae terras ibi memoratas nunquam antea possedissent, sed omnino debeat significare *occupare:* idem hic significatus tenendus sit versu decimo septimo quoque. Neque enim in mentem venit nobis, *recuperandi* significatum tribuere יָרַשׁ verbo hoc loco; *occupandi* vim subjicimus nos quoque; sed nihilo secius intrepide verba intelligimus de *recuperatione*. Sermo est enim de terra *amissa* (Judaeorum et Benjaminitarum provincia) vs. 11 sqq., et *amissam* terram qui *occupat*, eam *recuperat!* Ipse vir doctissimus Suffixum in מוֹרָשֵׁיהֶם referri jubet ad *populos hostiles* (atque ita etiam Hesselbergus), existimans, quae vs. 19—21. contineantur, illorum quae hic legantur verborum וְיָרְשׁוּ בֵּית יַעֲקֹב אֵת מוֹרָשֵׁיהֶם *amplificationem* esse, ita quidem, ut vs. 17. extremo Judaei hostium terras occupaturi dicantur universe, vs. 19. vero et seqq. quasnam terras illi sint occupaturi dicat vates. Sic tamen necesse habet Jaegerus, quae vs. 18. habentur in parenthesi interjecta putare, quae ratio vehementer dubito an lectoribus sit satisfactura. Utra vobis videbitur praeferenda interpretatio, eane, ex qua alia ex aliis nexa et omnia inter se apta sint, an illa, ex qua nexus sententia interposita, quanquam haud incommoda, interrumpatur? Prior haud dubie. At illa nostra est. Simulatque enim ad Judaeos retuleris Suffixum, verba quae leguntur vs. 18. aptissimum parabunt *transitum* ad ea, quae sequuntur vs. 19. et sqq., ita ut nihil quod desideres reliquum maneat. Ceterum בֵּית יַעֲקֹב regnum *Judae* esse, id est, *Judae* et *Benjaminis* tribuum, recte monuit Jaegerus per-

lucere ex עַל יְרוּשָׁלַםִ vs. 11., ex לִבְנֵי יְהוּדָה vs. 12., ex עַל הַר קָדְשִׁי vs. 16., ex בְּהַר צִיּוֹן vs. 17. cf. etiam vs. 19. et seqq. —
18. Dixerat versu superiore, Judaeos elapsos ex clade ipsis illata a populis barbaris sedes pristinas recuperaturos esse, nec violatum a barbaris urbem Hierosolymitanam iri amplius. Verum non sua tantum recuperaturos, sed suum ad imperium oppressorum ab ipsis barbarorum quoque terras adjuncturos esse Judaeos nunc dicit vs. 18. 19. *Eritque domus Jacobi ignis, et domus Josephi flamma, et domus Esavi stipula, et ardebunt* Jacobitae et Josephitae *inter eos*, Esavitas, *et consument eos, neque erit superstes domui Esavi; nam Jova loquutus est.* In his priora verba haud exiguam habent difficultatem. Ad ea Hendewerk: „Jacobi et Josephi posteri, id est ex Hieronymi sententia haud dubie recta regni Judae tribus duae et regni Israelis tribus decem quae alias Ephraim nominantur, separatim afferuntur et conjunctim Edomitis opponuntur, quia prophetae omnes sperabant, fore, ut illa civitatis restitutae aetate futura etiam Israelitae, omni idololatria et inimicitia mutua remota, cum Judaeis rursus conjungantur, et utrumque regnum ad modum Davidis aetatis in unum redigatur, quo Israelitae et Judaei se invicem tanquam fratres agnoscentes et amore fraterno se invicem amplectentes etiam Jehovam tantummodo colant et in universum prorsus uniti sint. Jes. 11, 12. 13. Ezech. 37, 22—28. Jer. 3, 18. Hos. 1, 11. Hanc concordiam et unitatem restituendam Obadia illis nominibus illo modo compositis significare voluit. Rosenmüllerus quidem censet, בֵּית יַעֲקֹב non tam de regni Judae tribubus duabus, sed generaliter de omnibus tribubus intelligendum esse, et בֵּית יוֹסֵף de decem, quarum post omnes tribus speciatim mentionem faciat, ne illae sese putarent excludendas, quod quondam impietate praecellentes idola et vitulos coluissent. Sed Hieronymi sententia supra proposita magis quadrare videtur.“ Verus est vir doctissimus in eo, quod בֵּית יַעֲקֹב cum Hieronymo *Judae* et *Benjaminis* duas tribus esse statuit; vid. ad versum superiorem. Verum quod cum eodem illo et Rosenmüllero et aliis בֵּית יוֹסֵף *Ephraimitarum decem tribus* esse vult, in eo falsus est haud dubie. Nam si Judaei et Ephraimitae junctis viribus Idumaeos dicuntur oppressuri: quomodo tandem fit, ut vs. 19. Judaei praeter alias terras *Ephraimitarum* quoque provincias occupaturi dicantur, Ephraimitae vero sintne pro amissis sedibus pristinis occupaturi alias et quasnam ne verbulo quidem dicatur? (nam quod de Ephraimi-

tarum novis sedibus agi vs. 20. putant interpretes, in eo falsos
esse, videbimus ad illum ipsum). Jaegerus quidem, quum Judaeo-
rum et Ephraimitarum reconciliatio in praecipuis aureae aetatis
bonis numeretur, Am. 9, 11. Hos. 3, 5. Ezech. 37, 22., spem illius
subinde, vel minus favente nexu, velut per transennam atque ita
exprimi monet, ut non amplificetur. Sed fac, reperiri in prophetis
ejusmodi locos (qui a Jaegero allatus est Hos. 2, 2. coll. 1, 7.
nihil probat): aliud est immiscere aliquid ad rem minus idoneum
et mox iterum omittere, aliud attingere aliquid et paucis post
verbis *contraria* dicere. Itaque praeferenda est expediendae diffi-
cultatis ratio ea, quam idem Jaegerus inivit loco altero. Quemad-
modum enim in verbis quae leguntur Jes. 10, 17. וְהָיָה אוֹר יִשְׂרָאֵל
לְאֵשׁ וּקְדוֹשׁוֹ לְלֶהָבָה, quum una Praedicati notio אֵשׁ לֹהֵט (Ps.
104, 4.) vel לַהֲבוֹת אֵשׁ (Ps. 29, 7.) in duo membra divisa sit,
ignem dico et flammam, etiam una Subjecti notio duplici modo
est expressa, ita ut non aliud sit אוֹר יִשְׂרָאֵל, aliud קְדוֹשׁוֹ, sed
utrumque unius ejusdemque dei signum (cf. etiam Num. 21, 28:
כִּי אֵשׁ יָצְאָה מֵחֶשְׁבּוֹן לֶהָבָה מִקִּרְיַת סִיחוֹן coll. ibid. vs. 26. al.
nam maxime frequentatur hoc genus parallelismi): sic hic quoque
בֵּית יַעֲקֹב et בֵּית יוֹסֵף unam notionem efficere poterunt, oppositam
בֵּית עֵשָׂו nomini, pariter atque unam notionem, oppositam קַשׁ voci,
efficiunt אֵשׁ et לֶהָבָה. Nihil igitur obstat, quominus בֵּית יוֹסֵף
idem exprimere putetur quod בֵּית יַעֲקֹב, modo se offerant loci,
ubi בֵּית יוֹסֵף de toto dictum reperiatur populo Israelitico; de toto
enim si dicitur, potest etiam de duabus quae tum reliquae fuerunt
praecipuis tribubus dici. Tales vero locos habes Ps. 80, 2. 81, 5. 6.
Ceterum quod hoc loco Idumaeos oppressuri dicuntur Judaei, cum
vs. 1. non pugnare, videbit qui respexerit quod ibi scriptum est
קוּמוּ וְנָקוּמָה. — Jam quasnam oppressorum populorum hostilium 19.
terras singulae Judaeorum provinciae sibi subjecturae sint, dicit
vs. 19. *Et occupabunt meridies* i. e. qui meridionalem terrae Judai-
cae partem futuro illo tempore (17.) tenent, *montes Esavi*, Idu-
maeorum terram, *et regio depressior* i. e. et qui depressiorem terrae
Judaicae regionem illo tempore tenent, occupabunt *Philisthaeos*,
Philisthaeorum terram, *et occupabunt* (reliqui de tribu Judae, qui
tractum montanum eo tempore tenent) *agrum Ephraimi*, Ephraimi-
ticum *et* speciatim *agros Samariae*, *et Benjamin*, Benjaminitae
restituti in patriam occupabunt *Gileaditidem*. הַנֶּגֶב, הַשְּׁפֵלָה i. q.
יוֹשְׁבֵי הַנֶּגֶב, י׳ הַשְּׁפֵלָה. Bene LXX: οἱ ἐν Ναγέβ, οἱ ἐν τῇ Σε-

φηλά. E contrario statim פְּלִשְׁתִּים dicitur pro 'אֶרֶץ פ. שְׂדֵה ־אֶת שֹׁמְרוֹן et speciatim *agros Samariae*, cf. ad Ps. 18, 1. Dicit igitur, habita ratione singularum in quas Juda divisa erat partium (cf. Jos. 15, 21: בַּנֶּגְבָּה, 33: בַּשְּׁפֵלָה, 48: בָּהָר; coll. Jer. 33, 13: בְּעָרֵי הָהָר בְּעָרֵי הַשְּׁפֵלָה וּבְעָרֵי הַנֶּגֶב וּבְאֶרֶץ בִּנְיָמִן), qui meridionalem Judae tractum (הַנֶּגֶב) futuro illo tempore teneant, occupaturos esse conterminam Idumaeorum terram; qui depressiorem Judae tractum (הַשְּׁפֵלָה) teneant, occupaturos adjacentem Philisthaeam; reliquos qui regionem montanam (הָהָר) teneant, vicinam Ephraimitarum provinciam occupaturos esse; Benjaminitas vero sibi subjecturos esse Gileaditidem. Esse, qui Ephraimitarum provinciam occupaturi sint, Judaeos *tractum montanum* (הָהָר) *tenentes*, non quidem expressis verbis dicit vates. Quum vero praecedant הַנֶּגֶב et הַשְּׁפֵלָה, praeterea post alterum וְיָרְשׁוּ nominetur *contermina montibus Judae* provincia Ephraimitarum, quemadmodum in antecedentibus memorata est contermina regioni meridionali Idumaea, et contermina regioni depressiori Philisthaea: recte Jaegerus vix dubium esse monuit, quin וְיָרְשׁוּ posterius sic accipiendum sit, ut accepimus supra. Eodem quo nos verba struximus modo praeter Jaegerum struxerunt Schnurrerus, Rosenmüllerus, de Wette, Hesselbergus et alii, in eademque sententia jam fuit Hieronymus, qui „Reverso, inquit, in regnum suum Juda, qui habitavit in Meridie, et possedit cunctam regionem, juxta divisionem Jesu, filii Nave, quae vergit ad scorpionem, id est, ad omnem Acrabathenam (Jos. 15, 3.), hi, qui prius terminis arctabantur angustis, possidebunt montem Esau, id est, montes Seir, et montana, quae Edom ante possederat. Qui autem habitabant in Sephala, id est, in campestribus, Lyddam et Emmaus, Diospolim scilicet Nicopolimque significans, possidebunt Palaestinos, quinque urbes Palaestinorum, Gazam, Ascalonem, Azotum, Accaron, Geth, vel omnem illam plagam, quae juxta Actus Apostolorum (9, 35.) Saronas appellatur. Alii vero putant eam Sephalam, id est, campestrem regionem, quae circa Eleutheropolim est, repromitti, quod ad Rhinocoruram et ad mare usque tendenda sit, id est, de tribu Juda non solum Eleutheropolim teneant, sed usque ad maritima perveniant, et Philistim suo imperio subjugent, quos prius non habuerunt subjugatos. Dilatabitur quoque terminus filiorum Juda usque ad Ephraim, ubi nunc Neapolis est, et usque ad regionem Samariae, ubi Sebaste condita est. Benjamin autem, cujus statim ab Hierusalem contra

septentrionem termini dilatantur, cunctam possidebit Arabiam, quae prius vocabatur Galaad, et nunc Gerasa nuncupatur.“ Alii tamen וּבִנְיָמִן, וְהַשְּׁפֵלָה, הַנֶּגֶב non pro Subjecto, sed pro Objecto habent, in his Hendewerk, qui: „*Et possidebunt meridiem cum montibus Esavi, et planitiem cum Philistaea; Et possidebunt agrum Ephraimi et agrum Samariae, et Benjaminis cum Gileaditi*, si, inquiens, simplicem hujus comm. constructionem et arctum cum antecedente comm. connexum tenemus, hemistichii primi mens est, incolas exules, ad civitatem restituendam reversos, non modo, Idumaeis interemtis, tractum Palaestinae meridionalem ab illis tunc temporis occupatum recuperaturos, sed etiam illorum terram ipsam acquisituros esse. Item non modo illam Palaestinae planitiem Philistaeae affinem, sed etiam hanc terram ipsam Judaeis fore. Deinde propheta ceteras regiones recuperandas nominat, Samariam et agrum Ephraimitarum Beniaminitarumque cum Gileaditi trans Jordanem sita. Nam ante בִּנְיָמִין aut nomen שְׂדֵה est subaudiendum, aut tribus pro ejus terra nominata est, quae nullo modo omitti potuit, cum Hierosolyma et templum in ea sita essent.“ Sed infirmissima vel potius plane nulla sunt argumenta, quibus interpretationem nostram oppugnavit vir doctus, contra gravissima est qua sua ipsius interpretatio laborat difficultas. De utrisque recte jam expositum video ab Jaegero. Negat Hendewerk, posse הַנֶּגֶב Subjectum esse, quia, si esset, „necessario ab initio ponendum et וְהַנֶּגֶב יָרְשׁוּ dicendum fuisset. Quod quam perperam judicatum sit, vel ex natura perlucet loci qui vs. 17. legitur paralleli וְיָרְשׁוּ בֵּית יַעֲקֹב אֵת מוֹרָשֵׁיהֶם. Negat idem, posse הַנֶּגֶב, הַשְּׁפֵלָה dicta esse pro יוֹשְׁבֵי׳ הַשְּׁפֵלָה, הַנֶּגֶב. Et tamen nihil frequentius quam regiones pro earundem incolis positae. E contrario ea quam cum aliis ipse est sequutus explicandi ratio hac premitur difficultate, quod ex illa ratione אֵת primum et alterum significare jubetur *cum*, tertium et quartum *Accusativum*, quintum denuo *cum*. Ceterum quae hoc commate continentur nequaquam cum Jaegero et aliis ita sunt intelligenda, quasi qui meridionalem terrae tractum teneant, relictis hisce sedibus occupaturi dicantur Idumaeam, pristinas illas sedes cessuri aliis de suis cet., sed hoc dicit vates, fore, ut recuperatis pristinis sedibus (vs. 17.) singulae Judaeorum provinciae augeantur adjectis aliis vicinorum populorum provinciis, ita quidem, ut, qui tum futuri sint regionis meridionalis incolae, ad suum imperium adjungant Idumaeam; qui tum futuri sint regionis depressioris in-

colae, ad suum imperium adjiciant Philisthaeam cet. Fraudi fuit Jaegero versus 20., ubi exsules Judaeorum occupaturi dicuntur אֵת עָרֵי הַנֶּגֶב, quibus verbis non efficitur, quod voluit vir aestumatissimus. Nam cum vs. 19. dicitur וְיָרְשׁוּ הַנֶּגֶב אֶת־הַר עֵשָׂו, deinde vs. 20: וְגָלֻת — יָרְשׁוּ אֵת עָרֵי הַנֶּגֶב, nihil his aliud significatur, quam, ex iis, qui Idumaeam sibi subjecturi sint, tractus meridionalis incolis futuros esse eos etiam, qui nunc in Phoenicia et aliis terris vivant exsules Judaeorum et speciatim Hierosolymitanorum; cf. infra ad vs. 20. Si recte judicasset Jaegerus, debuisset vates eos quoque nominare, qui occupaturi essent relictam (ex Jaegeri sententia) regionem depressiorem, relictum agrum Ephraimiticum, relictam tribum Benjaminitarum. Quod idem, quum de exsulibus vs. 20. demum dicatur, negat posse versum 19. referri ad incolas pristinos, nunc ejectos in Chaldaeam, olim restituendos, et ipsum falso est judicatum. Nam vs. 20. sermo est de captivis quidem Judaeorum et speciatim Hierosolymitanorum, non autem de his, qui abducti erant in Babyloniam, verum de illis, qui in Phoeniciam
20. aliasque terras erant ejecti. — His ita de sedibus pristinis a Judaeis in Babyloniam ejectis olim recuperandis (vs. 17.) augendisque adjectione terrarum vicinarum (18. 19.) dictis, jam illis quoque de populo Judaeorum, Hierosolymitanorum maxime, qui sint in alias terras ejecti, sedem suam occupandam assignat vs. 20., tum vero ante dicta paucis complectitur ita, ut simul redeat ad id, quod praecipuum continetur hac oratione, ad opprimendos subjungendosque Judaeorum sub imperium Idumaeos vs. 21. *Et exsules exercitus*, populi *hujus Israelitarum*, Judaeorum, *quos* abduxerunt *Cananaei ad Sareptam usque*, et exsules de his nunc quidem de statu suo deturbatis Judaeis illi, qui sunt in Phoeniciam abducti, *et exsules Hierosolymorum, qui sunt dispersi*, qui in aliis quibuscunque terris vivunt, *occupabunt urbes meridionales*. Hemistichium prius a Schnurrero et Rosenmüllero sic explicatur: *Et exsules exercitus illius Israelitarum*, et exsules illi priores Israelitae, Ephraimitae, tenebunt *quod Cananaeorum est usque ad Sareptam*. Verba גָּלֻת הַחֵל הַזֶּה לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל ad Israelitas olim abductos in Assyriam referenda putant. „Superiore versiculo de Juda tantum et Benjamine dixit; hoc versu jam de decem tribubus agit, quemadmodum sint possessiones suas recuperaturae, et nonnihil etiam de Hierosolymitanis, qui de tribu Juda magna ex parte erant, speciatim dicit." Ros. Ante אֲשֶׁר e commate superiore vel ex hemistichio

posteriore hujus ipsius commatis cogitatione supplent יִרְשׁוּ. Dubitabundus quidem Schnurrerus „Accentus, inquit, si spectes, pars prior Athnacho terminata Subjectum orationis exponit, posterior, cum Silluko exiens, Praedicatum, hoc sensu: et exsules de Israelitis illi, qui sunt inter Cananaeos dispersi usque ad Sareptam, et exsules ex Hierosolymis, qui sunt in Sepharad, possidebunt urbes tractus meridionalis. Et confirmatur quidem haec interpretatio potissimum eo, quod formulae אשר כנענים et אשר בספרד videntur ad parallelismum conformatae esse.“ „Sed contra, monet, duo sunt, quae obstant, primo, neque vestigium aliquod neque suspicio extat ulla, aliquem Israelitarum numerum in Canaanitarum seu Phoeniciorum terram deportatum fuisse; deinde mirum videri debet, illis potissimum, qui in Phoenicia exsularent, Judaeis meridionalem tractum, adeoque eum, qui extremus esset in adversa plaga, occupandum assignari.“ Eandem interpretationem in rei summa sequutus est Hendewerk, qui: *Et exsul nobilitas* (cf. ad vs. 11.) *ista filiorum Israelis* dispersa possidebit *quas* fuerunt *Cananaeorum ad Sareptam usque*, „postquam, inquiens, propheta regiones recuperandas et acquirendas universe significavit, hoc commate affert, illas non minus ad Israelitas ab Assyriis devectos quam ad Judaeos a Babyloniis abductos pertinere, et quidem ita, ut secundum rerum naturam Israelitarum ager non minus septentrionem versus quam Judaeorum terra meridiem versus dilatetur.“ Quorum virorum interpretationi tria potissimum obstant. *Primum* enim, ne verba וְגָלֻת הַחֵל הַזֶּה לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל de Ephraimitis ab Assyriis in exsilium ejectis intelligas impedire videtur illud הַזֶּה. *Hic* exercitus, *hoc* agmen Israelitarum ante centum et quinquaginta annos in Assyriam abductorum agmen dici non potuit, nisi ante memorato isto agmine. Jam vero mentio quidem in antecedentibus facta est agri Ephraimitici, Samariae, poterantque, quod non fecisse miror, istius interpretationis defensores cum specie quadam veritatis judicare, הַזֶּה dictum esse habita illorum verborum ratione, ita ut *exsules agminis hujus* fere dictum esset pro *exsules agminis abducti ex his* modo dictis *terris*, poterant etiam videri לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל perspicuitatis causa adjectum esse existimare. Sed durior haec ratio esset. Contra maxime est probabile, respici eum populum, de quo per totam orationem agitur, cujusque eadem חיל voce mentio facta est vs. 11., Judaeorum, inquam, populum. Minoris momenti mihi videtur, quod Jaegerus, qui hemistichium prius ad Ephraimitas referendum esse

et ipse negat, si בְּנֵי יִשְׂרָאֵל essent *Ephraimitae*, pro (בְּנֵי) יְרוּשָׁלִַם vatem scripturum fuisse בְּנֵי יְהוּדָה putat, coll. Jes. 11, 12. 13. Nam cum malum a Chaldaeis et vicinis populis illatum *Hierosolymitanos* maxime afflixerit, non dubium mihi videtur, quin, si sensus loci is esset, quem putarunt esse illi interpretes, *Ephraimitis* recte potuissent opponi *Hierosolymitani*. *Deinde* ea illa interpretatio laborat difficultate, quod ante אֲשֶׁר deest אֶת, quod, quum supra vs. 19. quinquies sit expressum, id est toties, quoties Accusativus exprimi debuit, expressum quoque sit hoc ipso quem tractamus versu extremo: etiam hoc loco videtur debuisse exprimi, eoque magis, quod deest יָרְשׁוּ. *Denique*, quod gravissimum est, quodque Schnurrerus sensit ipse, turbatur ista interpretatione membrorum parallelismus. Quemadmodum enim וְגָלֻת הַחֵל הַזֶּה לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל respondent verbis וְגָלֻת יְרוּשָׁלִַם, sic אֲשֶׁר כְּנַעֲנִים עַד צָרְפַת respondeant necesse est verbis אֲשֶׁר בִּסְפָרַד. Servat quodammodo parallelismum Hesselbergus sic verba reddens: *Et exsules populi hujus*, i. e. Judaeorum, occupabunt quod *Israelitarum est*, *qui Cananaei sunt*, i. e. inter Phoenices vivunt *usque ad Sareptam*. Modo intelligere possem, quo tendant haec verba, quid sibi velint Judaeorum exsules occupaturi *quod Israelitarum est viventium inter Phoenices!* Sed ne strui quidem sic verba possunt. Plane arbitrarium est וְגָלֻת הַחֵל־הַזֶּה לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל dictum putare pro וְגָלֻת הַחֵל הַזֶּה יָרְשׁוּ אֶת אֲשֶׁר לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל. Nihil igitur sani inest in hac interpretatione praeter illud, quod גָּלֻת הַחֵל הַזֶּה recte refertur ad Judaeos. Praestat Rückerti, quam suam fecit Benary (ephem. Berol. 1836. n. 108.), sententia, ex qua post אֲשֶׁר aliquid quod responderet בִּסְפָרַד voci excidisse putatur in hunc sensum: *Et exsules agminis illius Israelitarum*, *qui* sunt . . . occupabunt *Cananaeos* i. e. terram Cananaeorum *usque ad Sareptam*. Sed desperata haec ratio est et insuper laborans ea difficultate, qua premi vidimus Schnurreri interpretationem. Desideratur enim Accusativi nota. Itaque nos: *Et exsules exercitus*, populi *hujus Israelitarum* i. e. Judaeorum (vid. supra), *quos* abduxerunt *Cananaei usque ad Sareptam*, ad אֲשֶׁר cum Jaegero cogitatione supplentes הָלְכוּ, quod nemo negabit potuisse hoc nexu, praegresso גָּלֻת, omitti. Antehac suspicatus eram, pro כְּנַעֲנִים legendum esse כְּנֻעִים scriptum a prima manu in cod. R. 419., quod facillime abire potuisset in tritissimum illud כְּנַעֲנִים; כְּנֻעִים vero (ex כָּנַע complicatum, colligatum esse) videbantur esse *colligati*, *vinculis constricti* (cf. arab. كَانِعٌ *vinculis*

durius constrictus captivus) in hanc sententiam: *Et exsules exercitus hujus Israelitarum*, Judaeorum, *qui vinculis constricti sunt usque ad Sareptam* i. e. qui vinculis constricti continua serie viam tegunt ducentem ad Sareptam i. e. Judaei, Hierosolymitani, qui in catenis mittuntur Babylonem, nam Sarepta in septentrionalibus Palaestinae finibus sita erat; cf. simillima Am. 5, 27. coll. ib. 4, 3. Sed non opus est mutatione, quum supra proposita ratio nulli non possit satisfacere. Leve est, quod nullum vestigium exstare dicunt, quo tempore urbs Hierosolymitana a Chaldaeis expugnata esset, aliquem Judaeorum numerum in Cananaeorum seu Phoeniciorum terram deportatum fuisse. Neque enim improbabile est, fuisse illo tempore multos Judaeorum in Phoeniciam quoque abductos. Cf. 2 Reg. 24, 2., et reputa insuper, castra Nebucadnezarem habuisse Riblae, in finibus Palaestinae septentrionalibus, 2 Reg. 25, 6. 20. 21. Jer. 39, 5. 52, 10. Potuit tamen vates, cum in altero hemistichio de captivis Hierosolymitanorum per diversissimas terras dispersis dicat universe, in priore quoque commode de captivis superiore tempore in Phoeniciam abductis ibique ad illud usque tempus viventibus cogitare; cf. Joel. 4, 4 sqq. Am. 1, 9. Quod autem attinet ad id, quod mirum videatur, illis potissimum, qui in Phoenicia exsularent, Judaeis meridionalem tractum occupandum assignari, de eo videbimus infra. Sed falsus est Jaegerus quoque in eo, quod, si post expugnatam a Chaldaeis urbem scripserit Obadia, negát intelligi, cur captivos in Phoeniciam abductos potissimum commemoret. De Judaeis enim a Chaldaeis patria expulsis dixerat vates supra. Vid. ad vs. 17. Quidni igitur in fine orationis eorum etiam Judaeorum mentionem faciat, iis quoque popularibus occupandam sedem assignet, qui vel illo ipso vel superiore tempore in Phoeniciam aliasque quascunque terras captivi abducti erant? Dixi *in quascunque terras*. Videtur enim סְפָרַד nomen esse appellativum, significans *διασποράν* (cf. G. gr. ampl. p. 862.), ita ut גָּלֻת יְרוּשָׁלַם אֲשֶׁר בִּסְפָרַד sint *exsules Hierosolymitani* οἱ ἐν τῇ *διασπορᾷ* (cf. Jac. 1, 1.), dispersi per diversas terras, atque ita vates hoc nomine amplectatur omnes reliquos in aliis quibuscunque terris viventes exsules. Syr. Chald. et Hebraei סְפָרַד *Hispaniae* nomen esse volunt. Hieronymus: *in Bosphoro*, his additis verbis: „Ubi nos posuimus *bosphorum* in Hebraico habet *Sapharad*, quos nescio cur Septuaginta *Ephratha* (Ἐφραθά) transferre voluerint, quum et Aquila et Symmachus et Theodotio cum Hebraica veritate concordent. Nos autem ab Hebraeo, qui nos in Scripturis sanctis erudivit, didicimus, *bosphorum* sic vocari, et, quasi Judaeus, ista, inquit, est

regio, ad quam Hadrianus (!) captivos transtulit. Possumus autem locum quemlibet regni Babylonici intelligere, quanquam et aliud arbitrer. Nam consuetudinis prophetarum est, quando loquuntur contra Babylonem, Ammonitas, Moabitas, Philisthiim et ceteras nationes, multis sermonibus linguae eorum abuti, et servare idiomata provinciarum. Quia ergo lingua Assyriorum *terminus*, qui Hebraice vocatur *Gebul*, dicitur *Sapharad*, hunc sensum esse conjicio: transmigratio Jerusalem, quae in cunctis terminis regionibusque divisa est, urbes austri, id est, tribus suae, recipiet.“ Alii *Sippharam* Mesopotamiae ad Euphratem sitam intelligunt, ea tamen dicta esse videtur סְפַרְוַיִם. Ceterum quod Judaeis et speciatim Hierosolymitanis exulantibus in Phoenicia (אֲשֶׁר כְּנַעֲנִים עַד צָרְפַת) aliisque terris (אֲשֶׁר בִּסְפָרַד) terrae Judaicae meridionalis tractus (עָרֵי הַנֶּגֶב) occupandus assignatur, tantum abest ut habeat aliquid miri, ut non possit ad rem convenire melius. Supra enim, vs. 19., vates dixerat, tractus meridionalis incolas occupaturos esse Idumaeam (וְיָרְשׁוּ הַנֶּגֶב אֶת־הַר עֵשָׂו). Itaque quibus tractus meridionalis assignatur, iisdem occupanda assignatur Idumaea. Jam vero quid potuit Judaeis reducibus optatius obtingere, quam Idumaeos, a quibus tum omni tum maxime
21. novissimo tempore tam misere habiti fuerant, suo subjicere imperio, in eosdem dominari, a quibus erant de statu suo deturbati? — *Et ascendent* exsules Judaeorum ex Babylonia (cf. ad vs. 17.), Phoenicia aliisque terris (20.), *servatores in montem Sionem, ad judicandum montem Esavi, eritque Jovae regnum.* Recte Hendewerk: „Judaei et Hierosolymitani reduces vocantur מוֹשִׁעִים *servantes, servaturi, servatores*, non quod semet servaverint ex captivitate, sed quatenus per eos civitas restituitur.“ Neque vero Subjectum est מוֹשִׁעִים sed appositio Praedicati. לִשְׁפֹּט *ad judicandum* i. e. ad puniendum, ad deturbandos Idumaeos de statu suo (1—9. 15. 16. 18.) subjiciendosque imperio Judaeorum (19). Ad verba וְעָלוּ מוֹשִׁעִים בְּהַר צִיּוֹן cf. vs. 17: וּבְהַר צִיּוֹן תִּהְיֶה פְלֵיטָה; atque ad וְהָיְתָה לַיהוָֹה הַמְּלוּכָה quae ibidem leguntur וְהָיָה (צִיּוֹן) קֹדֶשׁ. Ceterum ex libro hoc ipso tempore mihi allato, inscripto *Die Propheten des Alten und Neuen Testaments* (Lips. 1838.), Koesterum quoque Jaegeri in sententia esse intelligo. Sed argumenta vir doctissimus protulit nulla. Negat, posse ad ultimam urbis expugnationem referri orationem, sed non posse non probat. Ex sermonis genere in tam brevi oratione nihil certi potest colligi.

J O N A.

Sunt qui amputatis, quae in hoc libro mythica continentur, quae vere acciderint Jonae intelligi posse credant. Id vero nunquam intelliget aliquis. Intelliget quae fieri potuerint. Num quae fieri potuerunt, facta esse putabis? Poteritne ex eo, quod potuit aliquid accidere, accidisse revera colligi? Cf. Koesteri liber inscriptus *die Propheten* p. X sq. Sed ne probabile quidem est, quae hic narrata leguntur, certo cuidam fundamento historico superstructa esse. Probabilior eorum, velut Rosenmülleri, Gesenii, sententia, qui scriptorem narrationi ad certum quendam finem a se compositae admiscuisse mythum illum antiquum putant, origine fortasse Phoenicium, de Hercule a marino monstro devorato, sed incolumi inde egresso, ad Judaeos quoque, ut credibile est, perlatum. Quid? quod tota narratio ficta ab ipso scriptore putari potest. Locum fabulae ac miraculo primario dare poterunt quae in Psalmis maxime reperiuntur hominis aquarum mole obruti et cum fluctibus colluctantis imagines. Certe quae 2, 3—10. leguntur magna ex parte ex istiusmodi Psalmorum locis sumta esse videbimus infra. Sed procedendum ad illud est, quod potissimum spectari debet in hujusmodi narrationibus, ad consilium, inquam, fabulae. Consilium vero quale sit, inter se dissentiunt interpretes. Rosenmüllerus esse, inquit, qui hac fabula Hebraeos moneri existiment, injustum esse odium ipsorum in alios populos, quos deus pari amore prosequatur, et quorum non minus quam Hebraeorum misereatur (sic cum Semlero J. D. Michaelis). Eichhornium Jonae historia doceri arbitrari, populos alios, utut idolorum cultui addictos, pietate tamen et animi probitate Hebraeo populo longe antecellere, et proinde divino favore esse dignissimos. Ninivitas imaginem exprimere populorum exterorum ad poenitentiam paratorum, Jonae persona sisti populum Hebraeum contumacem et refractarium. Hunc vero vatem fabulae personam delectum esse

a libri scriptore, quod ejus aetate nihil de illo, praeter nomen, cognitum esset. G. F. Hezelum fabulae consilium eo referre, quod munus propheticum, quamvis difficile et aleae plenum, tamen haudquaquam detrectare debeat is, cui a deo demandetur, quum per prophetas deus etiam in populis incultis et nulla Jovae notitia imbutis effectus maxime salutares producat, quibus molestiae, quas vates subeat, non sint aequiparandae. H. E. G. Paulum parabola nostra doceri existimare, deum minas gravissimas, vel in alios populos pronunciatas, revocare et tollere, si moniti vitia aboleant, atque vitam moresque emendent. Ex J. G. A. Mülleri sententia libri scriptorem Jovam benignissimum et clementissimum, infirmitatis humanae ratione habita, libenter peccatoribus, quos delictorum serio poenituerit, condonare, tripartito docere voluisse; prima quidem parte Jonae exemplo, Ninum proficisci jussi, qui, quum se mandato exsequendo subtrahere conatus esset, a Jova sit punitus, sed tempestate violenta perterritus, se turpiter egisse agnoscens, servatus. In parte secunda Ninevitas primarias agere partes, qui, etsi ita flagitiosi et corrupti essent, ut Jova eos delere funditusque evertere apud se constituerit, tamen, quum resipuissent, sint servati. In tertia libri parte scriptorem monstrandum sibi sumere, tantum abesse, ut venia et impunitas hominibus concessa divinae justitiae adversetur, ut summa injustitia reputanda foret, nisi sontibus in poenitentiam et emendationem versis ignoscere deus vellet. J. H. Pareau libri hoc fuisse gravissimum consilium existimare, ut doceretur, Jovam aliorum etiam populorum curam habere perquam sapientem et benignam. Ipse Rosenmüllerus „sistitur, inquit, populus peregrinus, idolis colendis addictus, qui, ut primum a prophetis reprehensus erat, vitam emendavit, et ad frugem rediit, quum contra Israeliticus populus iterum iterumque a prophetis monitus non resipisceret. Quod autem Jonas impositum sibi munus Ninevitas ad virtutis studium exhortandi detrectans describitur, in eo poetae prudentia elucet, qui hoc ipso fictioni suae majorem veri speciem apud lectores suos conciliavit. Exspectandum enim erat a vate Israelitico, ut, magno patriae et populi sui amore ductus, timeret, ne deus pro sua clementia Ninevitis resipiscentibus ignosceret, quod Israelitis condemnationi esset. Jam quod Jonas resipiscentibus et servatis Ninevitis in stomachum erumpit, poetae, deum reprehendentem inducenti, viam aperit ad docendum, clementissimum numen serio

poenitentibus, cujuscunque sint nationis, peccata condonare.“ Quorum virorum placita qui liber ab opinione praejudicata cum narratione accurate contulerit, facile intelliget, eorum alios justo plus, alios justo minus vidisse, verum in rei summa solum vidisse Paulum, cujus jam a Kimchio expressa est sententia ad 1, 1. verbis his: *scripta est* haec prophetia ללמד שהאל חומל על בעלי תשובה מאיזה עם שיהיו *ad docendum, deum parcere resipiscentibus, ex quocunque tandem sint populo.* Sed cave ne credas cum de Wettio et aliis, consilium a viris modo dictis patefactum primarium tantum esse, proposita scriptori praeter illud fuisse alia velut secundaria. Unum idemque totius narrationis consilium et est et debet esse. Voluisse scriptorem iis, quae cap. 3. et 4. continentur, docere, gravi castigatione dignum esse prophetam, qui denuntiatas scelesto alicui de barbaris populis poenas ab illo sumendas putet, etiamsi monitus vitam ille emendaverit, ex unaquaque orationis parte perlucet quam clarissime; cf. inprimis 3, 10. Idem vero primi quoque et secundi capitis argumentum esse, latere interpretes non potuisset, si, cur Jona Ninum proficisci jussus mandato exsequendo se subtrahere sit conatus, *causam* respicere voluissent. Ea vero apertis verbis expressa legitur 4, 2., ubi propter illud ipsum, quod probe novisset, deum denuntiatas ab ipso poenas revocaturum esse, utpote semper ad condonandum paratum, voluisse se Tartessum fugere libere fatetur Jona. Quare quum hac de causa Ninum proficisci noluerit et propter hoc ipsum a deo sit punitus, facile profecto ad intelligendum est, eodem omnia redire, atque totius narrationis argumentum hoc esse, *nefas prophetae esse misso ad barbaros populos explendo muneri divinitus mandato se subtrahere propterea, quod deus minas, vel in barbaros populos pronuntiatas, si moniti vitam emendaverint, revocet.* Voluit igitur qui librum scripsit prophetae Jovani quasi exemplar statuere, docere, quo consilio ille debeat barbaris quoque populis poenas minari, eo quidem, ut ad virtutem illos reducat, finem minarum vitae emendationem habens. Quod cum docet, simul docet, curam habere Jovam exterorum quoque populorum. Possit etiam auctoritatem defendere videri prophetarum contra eos, qui, quum nonnullas illorum de exstirpandis populis barbaris praedictiones nullum eventum habuisse vidissent, vana habebant prophetarum dicta; cf. Koester l. l. p. 118. Sed remotius hoc est. Ad aetatem quod attinet libri, „Jonam, Amitthai filium, in

cujus fatis enarrandis hic liber versatur, Rosenmüllerus, nulla causa est, inquit, cur diversum statuamus ab illo Jona, Amitthai filio, qui 2 Reg. 14, 25. narratur sub Jeroboamo II, rege Israelitarum, prophetam egisse satis laeto omine. Idem enim prorsus cum patris, tum filii nomen.“ Recte hoc quidem. Falluntur tamen, qui illius prophetae aetate librum scriptum esse putant. Nihil valet, quod Hesselbergus periculi Israelitis ab Assyria imminentis nullum in libro vestigium reperiri monet. Nam qui Jonam, Amitthai filium, qui vates exstitit regnante Jerobeamo II, fabulae personam fecit, debuit, quocunque tempore vixit, rationes respicere illius temporis, quo vixit Jona, non ejus, quo vixit ipse. Recentioris aetatis praeter nonnullas verborum significationes formasque aramaicas indicium sunt quae 2, 3—10. continentur preces Jonae, ex Psalmorum locutionibus conflatae satis sinistra manu, ita quidem, ut alia dicta legas quae omittenda erant plane aliena, alia quae dicenda erant videas omissa. Accuratius tamen quo tempore compositus sit liber dici nequit. Nihil est, quod post destructam a Cyaxare Niniven, sub finem exsilii Babylonici, scriptum esse Müllerus colligit inde, quod 3, 2. magnitudo describatur urbis illius, quae, dum staret, aequalibus tam nota esse debuerit, ut supervacaneum fuisset, eos de tali re monere. Hoc vero argumentum non propterea nihil valet, quod, quae est Rosenmülleri opinio, „priscis istis temporibus, quibus populi mutuis commerciis minus inter se juncti essent, hominumque maxima pars notionum geographicarum plane expers esset, paucis tantummodo Hebraeorum, florenti metropoli Assyriae aequalium, ejus magnitudinem cognitam fuisse credibile est,“ sed ea de causa est rejiciendum, quod istiusmodi epitheta frequentant poetae omnes etiam in notissimis rebus. Nec firmior est Rosenmülleri sententia, statuentis, compositum librum ante deletam a Cyaxare Niniven putandum esse, quia servatae ab imminente interitu urbis fiat mentio. In hoc enim argumentum idem prorsus valet, quod supra monuimus contra Hesselbergum. Docet tamen argumentum et consilium libri, de tempore cogitandum esse, quo prophetarum ordo nondum esset exstinctus.

CAP. I. Argum. Vs. 1—3: Jona a Jova Ninum proficisci ibique poenas denuntiare jussus, conscensa navi Tartessum solvit, mandatum detrectans. 4—7: excitata a deo tempestas movet

nautas, ut jactis sortibus, quisnam calamitatis causa sit sciscitentur; sorte designatur Jona. 8—12: is fugae suae exposita causa in mare projici se jubet, ita saluti nautas consulturos dicens. 13—16: illi igitur, fremente magis magisque procella, Jonam in mare dejiciunt, quo facto tempestas saevire desinit. — *Factum*, 1.
delatum *est*, pervenit *verbum*, jussum *Jovae ad Jonam*, *filium Amitthai*, *hoc*. וַיְהִי propr. *fiebat*, Futurum relativum s. Praeteriti absoluti cogitatione suppressi. Quod in hujusmodi locis, licet Praeteritum absolutum expressum non sit, tamen dicitur וַיְהִי cum ו, ejus rei causa est, quod illud ipsum ו signum est relationis, ita ut, si demas Vav, forma desinat esse relativa; cf. Redslob. *Beurtheilung der Ewald'schen Grammatik* cet. (Lips. 1837.), in quo libro praeclara plurima disputavit vir maxime ingeniosus, p. 209 sq. יוֹנָה בֶּן אֲמִתַּי idem haud dubie, cujus mentio facta est 2 Reg. 14, 25., de qua re vid. Prooemium. — *Surge*, *proficiscere Niniven*, Ninum, *urbem illam magnam*, *et* 2.
declama contra eam; nam ascendit pravitas eorum, Ninevitarum *ante me*, ad me fama perlata est scelerum eorum. נִינְוֵה Graecis et Romanis vulgo *Νῖνος*, *Ninus* dicta, vetus Assyriae urbs primaria, sita in ripa orientali Tigridis, e regione urbis quae hodie vocatur Mosul (Rosenm. Alterthumsk. 1, 2. p. 114 sq.), *μεγάλη* (Diod. Sic. 2, 23.), circuitu patens 480 stadia (id. 2, 3.), *πολὺ μείζων τῆς Βαβυλῶνος* (Strabo 16, 1, 3., qui Babylonis ambitum 385 stadiis definit. Ex sententia tamen Herodoti 1, 178. ea urbs totidem stadia patebat ambitu, quot secundum Diodorum complexa est Ninive, ita ut, si fides Herodoto, Ninive non potuerit esse *multo major Babylone*); cf. infra 3, 3. ibique not. et 4, 11. קְרָא ut Jes. 40, 6. 58, 1., Zach. 1, 14. 17. cf. infra 3, 2. 4. Ad עָלְתָה רָעָתָם לְפָנַי cf. Gen. 18, 21. 4, 10. — *Et surrexit Jona ad au-* 3.
fugiendum Tartessum Hispaniae Baeticae, *e conspectu Jovae*, i. e. ex terra Jovae sacra, ex terra in qua sedem habebat, praesens credebatur Jova, sic illius e manibus evasurum se putans, *et descendit Joppen*, Danitarum urbem ad mare medium, hodie Jaffa dictam, portu insignem, *et invenit navem euntem*, abituram *Tartessum*, *et dedit mercedem ejus*, navis, pro ea, mercedem quam quisque solvebat pro vectura, *ναῦλον*, *et descendit in eam*, *ad veniendum cum illis*, nautis, *Tartessum*, ut cum illis Tartessum contenderet, *e conspectu Jovae*. Causam cur fugeret, 4, 2. ipse significat his verbis: *nonne hoc est*, *quod dixi*, *quum adhuc in*

terra mea essem? Propterea praeveniens fugi Tartessum; noveram enim, te esse deum benignum et misericordem, tardum ad iram et magnae gratiae, quemque poeniteat mali. Verebatur itaque, ne minas denuntiatas deus revocaret. Ad יָפוֹ Rosenmüllerus Plin. H. N. 5, 13. laudat, ubi „Joppe Phoenicum, antiquior terrarum inundatione, ut ferunt. Insidet collem praejacente saxo, in quo vinculorum Andromedae vestigia ostendunt;" item Hieronymi ad hunc locum verba haec: „hic locus est, in quo usque hodie saxa monstrantur in littore, in quibus Andromeda religata Persei quondam sit liberata praesidio," subjiciens, cognatum hunc mythum videri cum illo de Hesione, item monstro marino ob-
4. jecta, ab Hercule liberata; cf. supra Prooem. — *Et Jova projecit*, prorupit *ventum magnum*, vehementem *in mare*, *et exorta est procella magna in mari*, *et navis in eo fuit*, *ut frangeretur.* חָשְׁבָה propr. *cogitare*, *putare*, hic de re inanimata *in eo esse ut.* Apposite Hesselbergus *pensa* confert. LXX: ἐκινδύνευε τοῦ συν-
5. τριβῆναι, Hieron. *periclitabatur conteri.* — *Et timuerunt*, timore perculsi sunt *nautae*, *et vociferati sunt quisque ad deum suum*, *et projecerunt armamenta*, *quae in navi* erant, *in mare*, *ut levarent* eam *sibi*; *et Jona*, Jona autem *descenderat ad*, interiora navis, *et decubuerat*, *et dormiebat graviter.* מֵעֲלֵיהֶם longe plerique ad כֵּלִים referunt, ut Hesselbergus, de Wette, Rosenmüllerus, qui: „*ad levandum* navem *illis*, impedimentis, ut illorum jactura levior fieret. Ita tamen pro מֵעֲלֵיהֶם deberet scriptum esse מֵהֶם. Referendum ad nautas est, ita ut לְהָקֵל מֵעֲלֵיהֶם sit praegnanter dictum pro *ad levandum* abjectis *a se*, projectis, quibus ipsi onerabantur, id est, quibus onerabatur navis, armamentis; cf. Exod. 18, 22. coll. infra vs. 11. 12. Ad יַרְכְּתֵי הַסְּפִינָה cf. not. ad Jes. 14, 13. 15. Ad postrema verba Hieronymus post allatam aliam haud sane aptam interpretationem „sed et hoc, inquit, dici potest: conscius erat fugae et peccati, quo domini praecepta neglexerat, et tempestatem, ignorantibus ceteris, contra se saevire cernebat; ideo descendit ad interiora navis, et tristis absconditur, ne quasi dei vindicis fluctus adversum se videret intumescere. Quod autem dormit, non securitatis est, sed moeroris." Sed haec quoque falsa est interpretatio. Nam saeviente tempestate maritima nemo facile dormit, nisi obdormiverit ante ortam tempestatem. Itaque pro Plusquamperfecto habendum est יָרַד (cf. E. gr. ampl. p. 543.), ita ut ante excitatam tempe-

statem ad interiorem partem navis descendisse dicatur Jona. Eo autem se recepit, quia qui tristes sunt et conscii culpae, se abdere solent. — *Et accessit ad eum princeps nautarum*, nauclerus, *et dixit ei: quid tibi est quod dormis? Surge, invoca deum tuum! si forte recogitet iste deus de nobis*, nostri curam habeat, *ut non pereamus.* מַה־לְּךָ נִרְדָּם verba nequaquam, ut Rosenmüllerus opinatur, sunt pro מַה־לְּךָ לִהְיוֹת נִרְדָּם s. מ׳ ל׳ שֶׁאַתָּה נִרְדָּם dicta, sed significant proprie *quid tibi* est *dormienti?* i. e. quid tibi est quod dormis? Poterat aeque recte dici מַה־לְּךָ כִּי תֵרָדֵם vel מַה־לְּךָ תֵּרָדֵם emisso כִּי; cf. Redslob *de particulae hebr.* כי *origine et indole* p. 50. אוּלַי voculae nativa significatio videtur esse *si*; cf. ejusdem *Beurtheilung* II. p. 7 sq. De עָשַׁת verbo vide quae disputavimus ad עֶשְׁתֹּנוֹת Ps. 146, 4. Sic Graeci quoque et Romani in angustiis versantes praeter domesticos deos implorabant peregrinos. — *Et dixerunt unus ad* 7.
alterum: agite, et jaciamus sortes, ut cognoscamus, propter quem malum hoc nobis sit, acciderit! *Et jecerunt sortes, et cecidit sors in Jonam.* בְּשֶׁל hic et vs. 12. i. q. בַּאֲשֶׁר לְ vs. 8. (cf. aram. בְּדִיל ex בְּ, דִּי, לְ) *propter.* Cum בַּאֲשֶׁר sit *eo quod, ob* id *quod*, בַּאֲשֶׁר לְ, בְּשֶׁל propr. significare videtur *ob* id *quod ad.* Ad rem Rosenmüllerus: „tempestatem putant non esse naturalem, sed alicujus ob scelus eorum, qui in navi essent, subortam, e communi antiquorum populorum opinione de vindicta divina, quae interdum ne insonti quidem cum scelesto degenti parcat. Ita qui cum Diagora Melio navigabant, ingenti orta tempestate, causam ad ipsum retulere tanquam ἄθεον, uti narrat Cicero de N. D. 3, 37. „„idemque (Diagoras), quum ei naviganti vectores adversa tempestate timidi et perterriti dicerent, non injuria sibi illud accidere, qui illum in eandem navem recepissent, ostendit eis in eodem cursu multas alias laborantes, quaesivitque, num etiam in iis navibus Diagoram vehi crederent."" Hor. Od. 3, 2, 26 sqq. „„vetabo, qui Cereris sacrum Vulgarit arcanae, isdem Sit trabibus, fragilemque mecum Solvat phaselon. Saepe Diespiter Neglectus incesto addidit integrum."" His adde Jos. 7., ubi ob commissum ab aliquo sacrilegium Israelitae clade afficiuntur, et jactis sortibus causa calamitatis notatur Achan; item ex recentioribus Wieland. Oberon 7, 21. — *Et dixerunt ad eum:* 8.
age, indica nobis, propter quem malum hoc nobis sit, supervenerit; *quodnam est negotium tuum, et unde venis? quae est terra tua,*

patria tua, *et quonam ex populo tu es?* Hieronymus: „Quem sors indicaverat, cogunt vose propria confiteri, cur tanta tempestas sit. Interrogatur persona, regio, iter, civitas, ut ex his cognoscatur et causa discriminis.“ Sic etiam Jos. 7, 19. Israelitae, quum sortito didicissent, Achanem in causa esse, cur clade affecti sint, volunt, ut suo ipse ore se, quum sit deprehensus, reum fateatur, culpamque suam detegat. Ceterum brevitatem admiratur Hieronymus, coll. Virg. Aen. 112 sqq. juvenes, quae causa subegit, Ignotas tentare vias? quo tenditis? inquit. Qui genus?
9. unde domo? pacemne huc fertis, an arma? — *Et dixit ad eos: Hebraeus ego sum, et Jovam, deum coelorum ego timeo*, colo, *qui fecit mare et aridum*, terram continentem. Utitur *Hebraei*, non *Israelitae* nomine, quia ad alienigenas loquitur; cf. Gen. 40, 15. Exod. 1, 19. 2, 7. 3, 18. 5, 3. 7, 16. 9, 1. 13. *Israelitarum* enim *domesticum* nomen fuit, *Hebraeorum* usitatum *apud exteros*; vid. Gesen. in עִבְרִי. Nihil est quod Hieronymus „quaeritur, inquit, quomodo vere dicere comprobetur: *dominum, deum coeli ego timeo*, quum ejus praecepta non faciat.“ Nihil enim aliud, quam ex cultoribus Jovae se esse, Jovam agnoscere se deum dicit Jona. Ceterum quod Jovam etiam *mare* fecisse dicit, vides
10. maxime aptum ad rem esse. — *Et timuerunt illi viri timorem magnum*, magno in timore fuerunt nautae, *et dixerunt ad eum: cur hoc fecisti! nam cognoverant viri, e conspectu Jovae eum fugisse, nam indicaverat* id *eis;* magno timore perculsi sunt nautae certiores facti irritati tanti numinis fuga Jonae. יָרְאוּ
11. יִרְאָה גְדוֹלָה G. gr. min. §. 135. E. gr. ampl. p. 591. — *Et dixerunt ad eum: quid faciamus tibi, ut considat mare* desistens *a nobis* infestandis? *Mare enim magis magisque commovebatur.* Sensus: tempestate magis magisque saeviente illi ad Jonam: quid tecum faciendum nobis esse censes, qui causa es hujus tantae calamitatis? Nolumus te perdere (cf. vs. 13.); vide modo, ne nos, qui culpa vacui sumus, propter te una tecum pereamus (14.)! שָׁתַק מֵעַל constructio praegnans, ejus quem expressimus sensus. —
12. *Et dixit ad eos: sumite me, et projicite me in mare, et considet mare* desistens *a vobis* infestandis; *novi enim, propter me*
13. *procellam hanc magnam vobis esse*, supervenisse. — *Et remigarunt viri, ut reducerent navem ad aridum*, terram continentem, *nec potuerunt, nam mare magis magisque commovebatur*, saevie-
14. bat *contra eos.* — *Et invocarunt Jovam, et dixerunt: ah, quae-*

sumus, Jova! ne, quaesumus, pereamus pro vita hujus viri, quam in eo sumus ut ei eripiamus, propter caedem quam in eo commissuri sumus, neque enim possumus aliter, rebus ita se habentibus, *neque imponas*, imputes *nobis sanguinem innocentem*, neque imputes nobis quod hominem, a quo nihil laesi, nulla injuria affecti sumus, morti tradimus; *nam tu, o Jova, quemadmodum vis, facis*, id est, nam haec omnia te volente sunt facta, vel, ut Rosenmülleri utar verbis, „quod in hanc se navem Jonas recepit, quod concitata tempestas, sorte Jonas deprehensus, quod in se sententiam tulit, haec omnia tuae sunt voluntatis. Inviti hoc facinus aggredimur, sed haec tua deprehenditur voluntas.“ Hieronymus: „contestantur dominum, ut quodcunque facturi sint non sibi reputetur, et quodammodo dicunt: nolumus interficere prophetam tuum, sed iram tuam et ipse confessus est, et tempestas loquitur. Quod venti saeviunt, quod proditur sorte fugitivus, quod indicat, quid fieri debeat, tuae est, domine voluntatis.“ Ad 'בְּנֶפֶשׁ וגו cf. 2 Sam. 14, 7: *trade fratricidam, ut occidamus eum* בְּנֶפֶשׁ אָחִיו אֲשֶׁר הָרָג *pro vita fratris ejus, quem interfecit.* Nequaquam tamen certum est, quo significatu בְּנֶפֶשׁ accipitur l. l. Sam., eodem gaudere hoc loco. Possit enim בְּנֶפֶשׁ הָאִישׁ הַזֶּה etiam significare *propter animam hujus viri* i. e. propter hunc virum, propter culpam ab eo commissam, cf. vs. 7. 8. 12. et Chald. qui מְחוֹבַת נְפַשׁ דְגַבְרָא *propter culpam animae viri.* Qua ratione acceptis verbis haec erit sententia: ne, quaesumus, pereamus, propter hunc virum, propter culpam ab eo commissam nos omnes! et si tamen fuerit insons, ne imputes nobis, quod illum
neci tradimus cet. — *Et sumserunt Jonam, et projecerunt eum* 15.
in mare; et destitit mare ab ira sua, desiit fremere; cf. Ovid. Met. 1, 330: nec maris ira manet; Hor. Od. 2, 56: neque horret
iratum mare. — *Et timuerunt viri timorem magnum*, reveriti 16.
sunt magnopere *Jovam, et sacrificarunt*, obtulerunt *sacrificium Jovae, et voverunt vota*; cf. Virg. Georg. 436 sq. Votaque servati solvent in litore nautae Glauco et Panopeae et Inoo Melicertae; id. Aeneid. 3, 403 sqq. Quin, ubi transmissae steterint trans aequora classes, Et positis aris jam vota in litore solves. Cic. de Nat. Deor. 3, 37: tu, qui deos putas humana negligere, nonne animadvertis ex tot tabulis pictis, quam multi votis vim tempestatis effugerint, in portumque salvi pervenerint?

CAP. II. Argum. Vs. 1: dejectum in mare Jonam piscis
grandis devorat, cujus in ventre tres dies totidemque noctes ver-
satur. 2—10: preces Jonae ex ventre monstri marini ad Jovam
1. fusae. 11: in litore exponitur incolumis. — *Et constituit Jova
piscem magnum ad devorandum Jonam*, jussit piscem magnum
devorare Jonam, *et fuit Jona in visceribus piscis tres dies et
tres noctes.* Qui rem vere gestam in hoc libro narrari putant
Hesselbergus et alii, notum esse monent, squalos majores integros
interdum viros devoratos evomuisse vivos. Qui interpretes, vel-
2. lem, dictis fecissent fidem allatis testimoniis. — *Et preces fudit
Jona ad Jovam, deum suum, ex visceribus piscis.* Livelens
„הִתְפַּלֵּל, inquit, non semper *orare* et *precibus aliquid postulare*
significat, sed aliquando *gratias agere*, deumque pro acceptis
ante beneficiis laudare. 1 Sam. 2, 1. וַתִּתְפַּלֵּל וגו' *et supplicavit
Hanna, et dixit: laetatur animus meus de Jova*, h. e. gratiarum
actione dei erga se bonitatem laudavit. Est enim tota illius
oratio a capite ad calcem eucharistica.“ Quo eodem significatu
הִתְפַּלֵּל Livelens acceptum vult hoc loco, „quum iis, quae inde
a vs. 3. sequantur, gratiarum actio aperte contineatur.“ De qua
interpretatione, quam Rosenmüllerus quoque est secutus, vid. ad
3. vs. proximum. — Quum quae vs. 3—10. continentur similiora
gratiarum actioni quam precibus nonnullis visa essent, negare
tamen illi non possent, verba haec ex mente scriptoris a Jona eo
ipso tempore, quo in ventre piscis inclusus tenebatur, dicta pu-
tanda esse (cf. vs. 2. et 11.): in has dei laudes Jonam erupisse
putarunt, quum in mare projectus et a pisce devoratus, fusis ante
ad deum precibus pro salute, vivum se sensisset. Livelens: „ego
quidem sic statuo: Jonam in mare projectum et a pisce absorptum
cum jam ante precibus a deo contendisset pro salute sua, dum
in ventre piscis esset et mirabiliter se in eo ab interitu conser-
vari videret, certa inde liberationis spe concepta in hanc dei
laudationem erupisse. Lambertus in suis ad hunc locum commen-
tariis ita scribit: „„Jonas dominum incessanter oravit tum cum
in mare mitteretur et a ceto deglutiretur, et dum in ventre ejus
esset. Moxque ut in ventre ceti positus se agnovit a domino
exauditum, haec apud se dixit, quae magis sunt gratiarum actio-
nes, quam deprecationes.““ Quae rectissime observata dicit Ro-
senmüllerus, et quae auctoritate confirmentur Hieronymi quoque,
qui ad vs. 2: „quod scriptum *et oravit Jonas* cet., intelligimus

eum postquam in utero ceti sospitem esse se senserit, ne desperasse de domini misericordia;“ et ad vs. 3: „non dixit *clamo*, sed *clamavi*, nec de futuro precatur, sed de praeterito gratias agit, indicans nobis, ex eo tempore, quo praecipitatus in mare vidisset cetum et tantam corporis molem, immanes rictus aperto se ore sorbere, domini recordatum se esse et clamasse.“ Quam interpretationem miror de Wettium quoque assensione probasse. Haud rarae quidem gratiae sunt, in Psalmis maxime, ob spei certitudinem in antecessum persolutae. Tales vero gratiae non persolvuntur, nec possunt persolvi, nisi antegressis precibus; cf. Ps. 22, 24 sq. 28, 6 sq. al. Omissas esse a scriptore fusas a Jona ante gratiarum actionem preces temere sumunt interpretes. Preces itaque exspectas, easque habebis, simulatque quae leguntur Perfecta putaveris *Praesentia* esse; Praesentia vero quominus illa habeas, nihil prorsus impedit, cum Perfecta mixta sint Futuris vs. 4. 6. et Participiis ib. Quod nonnulla impeditiora sunt, causa nulla est alia, quam quod carmen paene totum conflatum est e diversis Psalmorum locis; cf. vs. 3, a et Ps. 120, 1., vs. 4. b et Ps. 42, 8., vs. 5, a et Ps. 31, 23., vs. 6, a et Ps. 69, 2., vs. 8, a et Ps. 142, 4., vs. 9, a et Ps. 31, 7. *Et dixit: Clamo ex angustiis* quae *mihi*, ex angustiis meis, ex angustiis in quibus versor, *ad Jovam, et exaudit me; Ex ventre orci vociferor, audis vocem meam.* מִבֶּטֶן שְׁאוֹל dicit ratione habita *ventris* monstri marini. Ad hemistichium prius cf. Ps. 120, 1: אֶל־יְהוָה בַּצָּרָתָה לִּי קָרָאתִי וַיַּעֲנֵנִי. — *Et projicis me in profundum, in* 4.
cor maris, in medium mare, *et fluvius circumdat me; Omnes fluctus tui et undae tuae super me transeunt*, obruunt me. נָהָר Oceani fluvius; cf. Iliad. ξ. 245. Od. λ. 156 sqq. Posterius hemistichium iisdem verbis legitur Ps. 42, 8. Differunt loci in eo tantum, quod quae in Psalmo improprie intelligenda sunt, hoc loco intelligenda sunt proprie. Quod idem valet in vs. 6. cf. supra Prooemium. — *Ego quidem dico: expulsus sum e con-* 5.
spectu oculorum tuorum, tuo; *Verum rursus intuebor templum tuum sanctum* (cf. vs. 7.). Ad prius membrum cf. Ps. 31, 23: וַאֲנִי אָמַרְתִּי בְחָפְזִי נִגְרַזְתִּי מִנֶּגֶד עֵינֶיךָ. Posterius membrum de Wette et alii: *modo rursus intuear* cet.! Praeferendum tamen nostram interpretationem esse, vel ex eo perlucet, quod maxime probabile est, accepisse scriptorem אַךְ voculam eodem significatu, quo gaudere vidisset אָכֵן (ex quo decurtatum est אַךְ) in poste-

riore hemistichio ejusdem Psalmi 31 versus, cujus in suum usum
6. converterat hemistichium prius. — *Cingunt me aquae usque ad*
animam, paene haurior aquis; *Oceanus circumdat me; Alga*
marina obligata est capiti meo. Postrema verba Gesenius: „*alga*
circumligata est capiti meo, est ornamentum et tanquam tiara
capitis mei.“ De quo dubito an scriptor cogitaverit. Nihil in-
esse videtur quam vivida et elegans descriptio hominis demersi,
siquidem alga natantibus et demersis involvitur et illigatur, longa
quippe et flexilis. Ad membrum primum cf. Ps. 69, 2: בָּאוּ מַיִם
7. עַד נָפֶשׁ. — *Ad fines*, radices *montium* in profundo maris, *de-*
scendo; Terra, vectes ejus, terrae vectes, id est, vectes portae,
qua ex terrae superficie in profundum, in oceanum, orcum de-
scenditur, *post me* sunt, i. e. reditum mihi praecludunt *in per-*
petuum, nisi tu, o Jova, succurras: *Et tu evehis ex fovea vitam*
meam, Jova, mi deus! לְקִצְבֵי הָרִים Vulg. *ad extrema montium*,
Syr. *ad imum montium*, Chald. *ad radices montium.* הָאָרֶץ Nom.
absolutus. Quod ad בַּעֲדִי interpretes cogitando supplent *clausae*
sunt, eo facile cares. Nam qui *post se habet terrae vectes*, illi
8. ad terram reditus est praeclusus. — *Cum languet*, deficit *apud*
me animus meus, Jovae recordor, Et venit ad te precatio mea,
ad templum tuum sanctum. Ad verba priora prioris hemistichii
cf. Ps. 142, 4: בְּהִתְעַטֵּף עָלַי רוּחִי, coll. de עָלַי not. ad Ps. 42, 5.
et Jer. 8, 18. הֵיכַל קָדְשֶׁךָ templum Hierosolymitanum, ut vs. 5.
9. — *Qui observant* i. e. colunt *idola vana*, *Benignitatem suam*
i. e. deum suum benignum *deserunt.* Ad priora verba cf. Ps. 31, 7:
שָׂנֵאתִי הַשֹּׁמְרִים הַבְלֵי־שָׁוְא. Accipiendum esse חַסְדָּם, ut חַסְדִּי
Ps. 144, 2., docet parallelismus. Quum Jona non colendorum
deorum falsorum causa fugerit, sed muneri prophetico ipsi de-
mandato se subtrahere conatus sit, verba haec ad rem minus
convenire videntur. Convenient tamen, si generalem quae in ver-
bis מְשַׁמְּרִים הַבְלֵי שָׁוְא latet sententiam respexeris *Qui Jovam*
deserunt. Nam qui in eo fuerat ut Jovam desereret, nunc vero,
quum in ventre monstri marini vivus versatur et spei plenus,
fore, ut exponatur incolumis, quanta sit Jovae erga ipsum be-
nignitas, videt, habet sane, quod exclamet: Jovam qui deserunt,
deum deserunt benignissimum. Quid? quod et proprius illorum
verborum sensus aptus putari potest, quandoquidem qui obedien-
tiam deo suo detrectans ex terra illi sacra fugit in terras sacras
diis alienis, horum in fidem se committit. Hesselbergus verba eo

refert, quod noluerit Jona Ninevitas deos falsos colentes edocere
de deo vero. Cui sententiae praeter alia obstant verba חַסְדָּם
יַעֲזֹבוּ. Rosenmüllerus rem ne tetigit quidem. — *Ego vero* jam, 10.
si fuero periculo ereptus, *cum voce gratiarum*, verbis, laudibus
gratum animum significantibus *sacrificabo tibi*, sacrificia tibi offeram debita; *Quae vovi, persolvam. Salus Jovae* est, a Jova proficiscitur salus! Male Hesselbergus: . . . *persolvam pro salute*
Jovae (!). — *Et jussum dedit Jova pisci, et evomuit Jonam in* 11.
aridum, terram, litus; et Jovae jussu piscis evomuit cet.

CAP. III. Arg. Vs. 1. 2: Jona iterum jubetur Ninum proficisci ibique denuntiare poenas. 3. 4: proficiscitur itaque, et urbem alte ingrediens eam post quadraginta dies eversum iri clamat. 5—9: ad quam vocem a rege cives signa poenitentiae edere et emendare vitam jubentur, si forte paratum a Jova supplicium declinent. 10: quo facto Jova minas revocat. — *Et* 1.
factum, delatum *est*, pervenit *verbum*, jussum *Jovae ad Jonam*
iterum hoc. — *Surge, proficiscere Nineven, urbem magnam, et* 2.
declama in eam proclamationem, quam ego dicam tibi, et de-
clama in eam quae ego tibi declamanda dicam. — *Et surrexit* 3.
Jona, et profectus est Nineven secundum verbum, jussum *Jovae;*
et Nineve fuit, fuit autem Nineve *urbs magna dei*, divina, i. e. plane insignis et mirae magnitudinis, *itinere trium dierum* i. e. circuitu patens trium dierum iter. עִיר גְּדוֹלָה לֵאלֹהִים Gesenius in לְ: *urbs magna facta a deo*, quam deus favore suo magnam et illustrem fecerat. Et sic quoque de Wette et alii. Malo *urbs magna dei*, ita ut לְ sit Genitivi signum, positum ob id, quod Nominativus additum habet Adjectivum (G. gr. min. §. 112, b.) i. e. *urbs magna divina* i. e. divinae, plane singularis, eximiae magnitudinis, coll. הַרְרֵי אֵל *montes dei*, divini, i. e. eximiae altitudinis Ps. 36, 7. al. Sic Graeci quoque et Romani et nosmet ipsi *θεῖον, divinum* vocamus, quidquid insigne et eximium volumus dicere. Alii לֵאלֹהִים idem quod לִפְנֵי אֱלֹהִים (Gen. 10, 9.), id est, בְּעֵינֵי אֱלֹהִים, significare existimant, ut עִיר גְּדוֹלָה לֵאלֹהִים sit *urbs magna coram deo*, ipso deo judice i. e. revera magna, quod eodem redit. Sic Chald. Bochart. Hesselbergus. Ad verba מַהֲלַךְ שְׁלֹשֶׁת יָמִים Rosenmüllerus: „*itinere trium dierum*, quod Hieronymus sic explicat: „„tanti erat ambitus, ut vix trium dierum itinere posset circumiri.““ Quae et plerorumque Hebraeo-

Jova: rectene iratus es, rectene facis, quod ita iratus es? הֵיטֵב
5. Inf. adv. — Spem habet Jona, fore, ut suis motus precibus Jova oraculum etiamnunc suum habere sinat eventum. *Et exiit Jona ex urbe, et consedit ab oriente urbis, et fecit sibi ibi tugurium*, ex frondibus ramisque, *et consedit sub eo in umbra, usque dum videret, quid futurum esset cum urbe*, quaenam sors casura esset urbi. Praeter omnem necessitatem et invita grammatica Rosenmüllerus וַיֵּצֵא et quae sequuntur Plusquamperfecta esse vult. Vid.
6. quae observavimus initio commatis. — *Et constituit*, prodire jussit *Jovà deus ricinum, et ascendit*, excrevit *supra Jonam, ut esset umbra super capite ejus, ut liberaret eum a malo suo*, ab aegritudine ejus; *et laetatus est Jona de ricino laetitiam magnam*, magnopere. קִיקָיוֹן probabiliter *ricinus* frutex, *κρότων*, arab. خِرْوَع, aegypt. *κίκι*, *χοῦκι* (Diod. Sic. 1, 34.). Testis est Hieronymus, qui *hederam* quidem interpretatus est, secutus Aquilam, Symm. et Theodot., verum in Commentario haec scripsit: „pro *cucurbita* (LXX), sive *hedera* (vid. sup.) in Hebraeo legimus *Cicaion*, quae etiam lingua Syra et Punica *Elceroa* dicitur. Est autem genus virgulti vel arbusculae, lata habens folia in modum pampini, et umbram densissimam, suo trunco se sustinens, quae in Palaestina creberrime nascitur, et maxime in arenosis locis, mirumque in modum, si sementem in terram jeceris, cito confota consurgit in arborem, et intra paucos dies, quam herbam videras, arbusculam suspicis. Unde et nos tempore, quo interpretabamur prophetas, voluimus id ipsum Hebraeae linguae nomen exprimere, quia sermo latinus hanc speciem arboris non habebat; sed timuimus Grammaticos, ne invenirent licentiam commentandi ... secutique sumus veteres translatores, qui et ipsi *hederam* interpretati sunt, quae graece appellatur *κισσός*, aliud enim quod dicerent non habebant." Ad quae Rosenmüllerus „patet, inquit, Hieronymo minime dubium fuisse, Hebraeorum קִיקָיוֹן et Arabum الخروع unam eandemque plantam esse ... Hebraeum nomen ortum est ex Aegyptiaco *kiki*, de cujus oleo Herod. 2, 94. ... Plin. H. N. 15, 7: „„proximum (oleum) fit e Cici, arbore in Aegypto copiosa ... In Hispania repente provenit altitudine oleae, caule ferulaceo, folio vitium, semine uvarum gracilium pallidarumque. Nostri eam ricinum vocant a similitudine seminis."" ... Sunt in ricino multa, quae huic Jonae קִיקָיוֹן aptissime conveniunt.

Primum altitudo, quae ab omnibus fere, qui illam plantam descripserunt, memoratur, unde a quibusdam eorum *arbor* dicitur, quum revera potius herba sit; haec enim Jonae tam alta erat, ut supra caput ejus ascenderet. Deinde foliorum magnitudo, indeque proveniens umbrae densitas, magno illorum consensu confirmata; nam haec quoque umbrosa erat. Denique, quod a Plinio et Hieronymo de nascendi celeritate narratur, ei, quod infra vs. 10. legitur, consentaneum est.“ לְהַצִּיל לוֹ fortasse propr. *ut liberationem afferret ei;* cf. Dan. 8, 7. ibique not. Potest tamen utroque loco sine negotio, siquidem e recentioribus sunt hi libri, nota Accusativi haberi לְ, ex usu Aramaeorum. מֵרָעָתוֹ Rosenmüllerus „magna ex parte, inquit, intelligunt: ab aestu solis et coeli injuriis, a quibus planta illa, tugurii frondibus sensim arescentibus, Jonam tueretur. Sed malim intelligi: a sua molestia, a dolore et moestitia, quam ex metu prophetiae suae non impletae conceperat. Ac si diceret: ut ejus animum moerore affectum parumper recrearet et reficeret, uti moestus animus rebus externis haud raro exhilaratur.“ Consentientem habet Hesselbergum. Consentio ego quoque in eo, quod רָעָתוֹ ad aegritudinem referunt, quâ cruciatur Jona ob minas a Jona revocatas; cf. vs. 1: וַיֵּרַע אֶל־יוֹנָה רָעָה גְדוֹלָה, et vs. 2. 3. Verum quod deum Jonam officiose quasi observare, studium erga illum non mediocre significare dici credunt, in eo sunt falsissimi; id quod vel ex eo perlucet, quod qui deo jubente nascitur ricinus magno cum Jonae gaudio, idem mox dei jussu exarescit magno cum Jonae dolore. Jubet deus nasci ricinum cum magno Jonae gaudio, jubet idem eundum mox exarescere cum magno Jonae dolore, eo consilio, ut luculento doceat exemplo, quam injustus ac plane abjiciendus dolor sit prophetae conceptus ex minis a Jova revocatis, ut ostendatur, inquam, quum gravi dolore Jonam afficiat jactura ricini, quanto
majore Jovam debeat afficere jactura civitatis tam amplae. — *Et* 7.
constituit, adesse jussit, immisit *deus vermem*, *cum ascenderet aurora postero die* i. e. postridie ejus diei, quo tantopere gavisus fuerat Jona, *et feriit*, punxit *ricinum*, *et exaruit*. „Ut cuique plantae suus a natura hostis paratus, it et ricinus suam erucam habet. Rumphius in *Herbario Amboinensi* t. IV. p. 95. narrat, calidioribus diebus, tenui cadente pluvia, in ea generari erucas nigras magna multitudine, ejus folia per unam noctem subito depascentes, ut nudae modo costae supersint, idque se saepius non

sine admiratione vidisse, simillime, addit, arbusculae olim Nine-
8. viticae." Mich. Suppl. — *Et ubi oriebatur sol, constituit*, exci-
tavit *deus ventum orientalem*, urentem illum segetes et plantas,
aestuosum, et feriit, punxit *sol caput Jonae, et viribus defecit*
prae aestu, aestu confectus est, *et expetiit animam suam ad mo-
riendum*, i. e. expetiit mortem animae suae, mortem sibi optavit,
et dixit: melius est *mori me, quam vivere.* כִּזְרֹחַ הַשֶּׁמֶשׁ, illo
ipso die, de quo vs. 7., id est, postridie ejus diei, quo magno
cum gaudio ricinum nasci viderat Jona. חֲרִישִׁית *silentem, quie-
tum*, hinc *aestuosum*, quum ventus vehementior aestum minuere
soleat. Locutio וַיִּשְׁאַל אֶת־נַפְשׁוֹ לָמוּת iisdem verbis legitur
9. 1 Reg. 19, 4. — *Et dixit deus ad Jonam: rectene iratus es*,
rectene facis, quod ita iratus es *propter ricinum? Et dixit*
Jona: *recte iratus sum*, est quod iratus sim *usque ad mortem*,
ita ut paene conficiar aegritudine; cf. Matth. 26, 38: περίλυπός
10. ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου. — *Et dixit Jova: te miseret
ricini*, tu doles ricinum amissum, *in quo nullam collocasti ope-
ram*, quem*que non eduxisti, qui una nocte ortus est, et una*
11. *nocte periit: — Et ego ut non miserear Nineves, urbis magnae,
in qua sunt plures quam duodecim myriades*, centum viginti millia
*hominum, qui nesciunt distinguere inter dexteram suam et si-
nistram suam*, puerorum tenellorum (cf. Deut. 1, 39.), *et pecudes
multae?* Non sine vi est et idonea ratione, quod urbis magnitu-
dinem existimat ex numero parvulorum, in quibus nulla est culpa.
Ceterum vix erit quod moneam, hyperbolen esse in hoc loco.
Falluntur itaque, qui ex eo de incolarum numero certam con-
jecturam facere se posse putant.

M I C H A.

CAP. I, 1. Inscriptio. *Verbum*, effatum *Jovae*, *quod factum*, 1.
delatum *est*, pervenit *ad Micham*, *Moraschtensem*, *diebus*, tempore *Jothami*, *Achasi*, *Hiskiae*, *regum Judae*, *quod* verbum, effatum *spectavit*, id est, quod ei divinitus patefactum est *super Samaria et Hierosolymis*. Ad הַמֹּרַשְׁתִּי Hieronymus: „de Morasthi, qui usque hodie juxta Eleutheropolim urbem Palaestinae haud grandis est viculus.“ Recte haud dubie (cf. Nah. 1, 1.), si discesseris ab eo, quod nomen deriv. gent. pro ipso patriae habet nomine, quod nomen מוֹרְשָׁת vel מוֹרֶשֶׁת potius appellabatur. Non esse de מָרֵשָׁת 1, 15. cogitandum, docent ipsa puncta הַמֹּרַשְׁתִּי, munita loco parallelo Jer. 26, 18., ubi habes הַמּוֹרַשְׁתִּי. Quod imperantibus Jothamo, Achaso, Hiskia partes suas implevisse dicitur Micha, in eo fidem inscriptionis non possum non vocare in suspicionem. Videntur enim quotquot leguntur orationes regnante Hiskia editae esse; ac prima quidem, Cap. 1., haud ita longe ante expugnatam a Salmanassare Samariam an. Hiskiae sexto, Hoseae regis Israelitarum nono, ante Chr. 722., cf. 1, 6 seqq., tertia et quae sequuntur inde ab expugnata Samaria usque ad illud tempus, quo exercitus Sanheribi Hierosolymis imminebat, id est, usque ad an. Hiskiae decimum quartum, cf. 3, 12. 4, 9 seqq. 5, 4 sq. 6, 9 sq. 7, 4. 12 sq., quod ipsum confirmatur loco Jer. 26, 18., ubi quae Mich. 3, 12. leguntur dicta esse perhibentur regnante Hiskia. Possit quidem, quod 2 Reg. 18, 4. Hiskia cultum deorum falsorum abrogasse dicitur, collatum cum Mich. 1, 5., alicui suspicionem movere, editam esse quae primo capite continetur orationem, antequam ad Hiskiam venisset imperium, contra atque statuimus supra. Quum vero quae 1, 6. et seqq. scripsit vates, scribere vix potuisset, nisi scripsisset brevi ante expugnatam ab Assyriis Samariam, id est, ante Hiskiae annum sextum, contra nihil obstet, quominus, quae 2 Reg. 8, 14. narrata leguntur, gesta

putes post expugnatam Samariam, quum nullum appositum sit temporis indicium: non, opinor, Michae sermo ex l. l. Regum, sed Regum iste locus ex Michae sermone judicandus erit. In cap. 2. certiora indicia desidero quidem; sed nihil reperio, quod Hiskiae aetati repugnet. Consentientem in rei summa habeo Hitzigium, cujus in Prophetas minores commentarius (*die zwölf kleinen Propheten*, Lips. 1838) nunc ipsum in manus meas venit. Ad verba אֲשֶׁר חָזָה עַל שֹׁמְרוֹן וִירוּשָׁלָם recte, opinor, Hieronymus: „quantum ad historiam pertinet, secundum ordinem captivitatis, quia primum est capta Samaria, metropolis Israel, postea Hierusalem, urbs Judae, prophetiae titulus ponitur primum de Samaria, secundo de Hierusalem."

CAP. I, 2—16. Arg. Vs. 2—7: in eo esse Jovam, ut poenas sumat ab Israelitis et Judaeis, ac primum quidem a Samaria, quam eversum iri dicit. 8—16: quomodo commoveat ac debeat commovere isthoc supplicium Judaeos, et quaenam ex illo
2. in singulas civitates sint redundatura. — *Audite, populi omnes, attende, terra, et quidquid implet eam*, audite, attendite, totius orbis terrarum incolae, denuntianda a me supplicia divina! *et sit dominus, Jova, contra vos*, Israelitae, *testis*, sitque Jova perlati a me nuntii divini testis contra vos, ne quis causetur sibi non praedictum, cum puniendi tempus advenerit, *dominus e palatio suo sancto*, e coelo, sede sua, percipiens verba mea! Ad verba priora cf. Deut. 31, 28., ubi in simili causa coelum et terram testatur Moses. Cum aliis Hitzigius negat עַמִּים esse *populos*, אֶרֶץ *orbem terrarum*, jubens עַמִּים *tribus* esse *Israelitarum* (coll. Zach. 11, 10.), אֶרֶץ *eorundem terram*, quod in sequentibus verba ad *Israelitas* sint conversa. Quasi vero ex eo, quod in posteriore sententia בָּכֶם respicit Israelitas, ullo modo efficiatur, ad eosdem referenda et עַמִּים et אֶרֶץ esse in sententia priore! Ad Israelitas referri istae voces tunc tantum deberent omnino, si שִׁמְעוּ עַמִּים וגו' et בָּכֶם unius ejusdemque sententiae essent, quod non sunt. כֻּלָּם negligentius pro כֻּלְּכֶם; cf. G. gr. ampl. p. 742 sq. וִיהִי non Indicativus, quem expressit de Wette, sed Jussivus, continuans Imperativum. Utitur autem tertia persona, ut alloqui jam possit Israelitas (בָּכֶם). Id, quod audire vult totius terrae incolas, id, cujus testem esse jubet Jovam, denuntiatio poenarum est, quae incipit a vs. 3. Plane falsus est Hesselbergus, putans,

juberi Jovam testari contra Israelitas *exercendo judicio.* Neque enim de ipso judicio, sed de judicii denuntiatione hic agitur; hujus ut sibi testis sit contra Israelitas Jova, hoc est quod postulat vates. מֵהֵיכַל קָדְשׁוֹ id est, ex coelo, quod intelligitur
e vs. 3. cf. 1 Reg. 8, 30. — Affertur jam id, ad quod vult atten- 3.
dere orbis terrarum incolas, cujus testem esse Jovam optat. *Nam ecce, Jova exit*, i. e. nam Jova exiturus est, brevi exibit *e loco suo*, sede sua, coelo, *et descendet et ingredietur in excelsis terrae*, in montibus (cf. vs. 4.). Audite, inquit, terrarum populi, percipe ex sede tua, Jova, denuntiantem me tuum adventum! cf. ad vs. 2. Fallitur cum Rosenmüllero Hitzigius, כִּי referendum putans ad שִׁמְעוּ עַמִּים וגו׳, non autem ad וִיהִי אֲדֹנָי יְהוִֹה בָּכֶם לְעֵד וגו׳, quandoquidem Jova hic sedem illam relinquat, quam vs. 2. occupatam tenere cogitetur. Quasi vero hoc quem tractamus versu sedem suam coelestem relinquere deus dicatur! Non relinquere, sed *relicturus esse* dicitur. Testes sint, inquit vates, terrarum populi, testis sit despiciens de coelo Jova denuntiationis meae, audiant denuntiantem me brevi futurum ad sumendas a vobis poenas Jovae adventum! — Adventantis numinis effectus. *Et* 4.
liquescent, dissolventur *montes sub eo, et valles diffindent se, ut cera coram igne, ut aqua effusa in loco declivi.* Rosenmüllerus, qui consentientem habet Hitzigium, ad tertium et quartum membrum haec scripsit. „Utrumque, inquit, non est referendum aut ad *valles* solas, aut ad *valles* et *montes* simul, sed prius ad *montes*, primo loco nominatos, posterius ad *valles*. Qualis exstat duplicis similitudinis distincta relatio ad duplicem enuntiationem praemissam Cant. 1, 5. Quemadmodum igitur cera igne admoto celerrime liquefit, ita scriptor colliquescendos dicit montes accedente numine vindice. Similiter sicut aquae profusae in declivi diffunduntur et ita disparent, sic valles diffindentur et tollentur, ut per terrae motus fit frequenter.“ Sed minus convenit, valles sese diffindentes comparari aquis effusis in loco declivi. Itaque nescio an rectius ad primum membrum cum tertio referam quartum quoque. Priorem quidem rationem postulare parallelismus videtur. Sed videtur tantum. Quandoque enim satis habent Hebraeorum scriptores observâsse parallelismum *formalem*. Ceterum non consilium adventantis numinis, sed res circumstantes tantum describi hoc commate judicat cum aliis Hitzigius, consilium adventus vs. 6. et 7. demum exprimi putans. Quod recte judicatum

mihi videtur. Attamen, quum vs. 5. *Pro delicto Jacobi omne hoc*
eveniet dicat vates, possit jam hic voluisse consilium adventus
exprimere videri verbis impropriis, quemadmodum idem vs. 6. et
5. 7. expressit verbis propriis. — Causa adventus Jovae. *Pro de-*
licto Jacobi omne hoc fiet, eveniet, *et pro peccatis domus Israe-*
lis. Quis est *delictum Jacobi? nonne Samaria?* id est, qui lo-
cus, quae urbs in causa est, quod a Jova defecerunt Jacobitae?
nonne Samaria? *et* speciatim *quis* sunt *excelsa*, in quibus sacella
deorum, *Judae? nonne Hierosolyma?* id est, et quod speciatim
a Judaeis quoque diis commenticiis sacrificia offeruntur, qui locus,
quae urbs in causa est? nonne Hierosolymitana? Rosenmüllerus:
„*Jacobus* et *domus Israel* idem valet, ut infra 3, 8., et per
epexegesin in utroque membro (hemistichii prioris) eadem iteratur
sententia. Sed in altero hemistichio *Jacobo* solae decem tribus
significantur, quibus *Juda* opponitur.“ Prius verum, posterius
falsum. Nam si יַעֲקֹב prius, ut יִשְׂרָאֵל, *totum* populum signi-
ficat, posterius non potest populi significare *partem*, Ephraimitas,
sed de universo populo debet dictum putari et ipsum. Jam quum
יְהוּדָה eo tempore quo scripsit vates, id est, ante abductos in
exsilium Ephraimitas, non potuerit non significare Judaeorum et
Benjaminitarum duas tribus, intelligitur, וְ praemissum מִי alteri
significare *et speciatim*; cf. ad Ps. 18, 1. בְּפֶשַׁע cum ב pretii
s. praemii. פֶּשַׁע posterius et בָּמוֹת meton. pro eorundem causa,
auctore. Ex Samaria, ab Israelitarum regibus profectus erat cul-
tus deorum falsorum, 1 Reg. 14, 16. 15, 26. 34. 16, 13. 19. 25 sq.
30 sq. al.; ad Hierosolyma quod attinet, cf. 2 Reg. 18, 4., intel-
lecturus, deorum falsorum cultui deditos fuisse Judaeorum quoque
reges usque ad eam aetatem, qua vates exstitit Micha; cf. supra
6. Prooem. — Vs. 6. 7. consilium adventantis Jovae, propriis verbis
expressum. Priori Samariae poenas annuntiat, utpote cujus gra-
viora delicta essent. *Atque ita faciam Samariam ruinas agri*,
acervos lapidum, quales in agris reperiuntur expurgatis (cf. Hos.
12, 12.), *plantaria vineae*, diruam Samariam, faciam ut vineae
plantentur ubi jam urbs est, *et detrudam*, dejiciam, praecipitabo
in vallem lapides ejus, et fundamenta ejus retegam, nudabo, ita
eam destruam, ut ipsa appareant fundamenta. In secundo et
tertio membro (faciam Samariam) *plantaria vineae, et detrudam*
in vallem lapides ejus respicitur situs urbis, in monte positae;
cf. ad Am. 3, 9. Hesselbergus verba priora: *et faciam Samariam*

aggerem terreum pro plantariis vineae, quo circumdentur, muniantur vineae. Verum neque aggerem terreum significat עֵי חֲשָׂרָה, nec probabile est, לְ posterius aliter accipiendam esse atque prius. Accedit quod quaesitus et incommodus est iste sensus. — *Et* 7.
omnes imagines sculptiles ejus, deorum quos colit statuae *contundentur*, *et omnia dona ejus*, i. e. mercedes meretriciae ejus i. e. opes quas a diis falsis pro eo quod eos colat se accepisse gloriatur, *comburentur igne*, *et omnia simulacra ejus vastabo* i. e. spolianda, auro et argento quo obducta sunt privanda tradam hostibus, *nam de dono meretricio*, de mercede meretricia, i. e. ex auro et argento a diis falsis accepto pro illorum cultu, *collegit*, sibi paravit, illa simulacra, *atque ad donum meretricium*, mercedem meretriciam *redibunt*, denuo fient quod ante fuerant merces meretricia, i. e. aurum et argentum, quod a diis suis acceptum referant hostes et ipsi deorum falsorum cultores. Ad verba וְכָל־אֶתְנַנֶּיהָ יִשָּׂרְפוּ בָאֵשׁ Rosenmüllerus „*mercedibus meretriciis*, inquit, hoc loco intelliguntur dona in deorum honorem et cultum in templis sacrisque suspensa, ex quibus donis aut conflabantur deorum simulacra, aut ad templorum instructum sacra suppellex parabatur. Omnia igitur, inquit, simulacra, quae in idolorum cultum Samària conflavit, conterentur, et donaria omnia, quae ad illorum instructum et ornatum luxuriose contulit, una cum simulacris tradentur incendio. Alii *mercedibus meretriciis* dona indicari existimant ab idolis tanquam ab amasiis data ipsorum cultoribus, quasi ob meretricium quaestum prostitutis. Sane ita sibi persuasum habebant falsorum deorum cultores, qui bona sua accepta referebant idolis. Sic enim ab Hosea loquens inducitur adultera sponsa 2, 7: *sequar amatores meos, qui dant panem meum et aquas meas, lanam meam et linum meum, oleum meum et potum meum*. Unde vs. 14. Jova dicit: *vastabo vitem ejus et ficum ejus, de quibus dixit: mercedes hae meae sunt, quas dederunt mihi amatores mei*. Hinc factum, quod Jarchi כָּל־אֶתְנַנֶּיהָ exposuit כל׳ חחון הזה *omnes istas divitias*. Quam explicationem Hieronymus quoque a magistro suo Judaeo videtur accepisse. Nos tamen, uti supra exposuimus, dona, quae Israelitae idololatrae diis obtulerunt, intelligere malumus, quod totus hic versus versatur in comminatione de simulacris vel contundendis et igni tradendis vel asportandis ab hostibus.“ Verum enimvero, ubi de simulacris deorum vel delendis vel abducendis ab hostibus dicitur, ibi aptis-

sime etiam de perdendis vel auferendis opibus dicitur, quas ab illis diis acceptas retulerunt eorum cultores. Itaque vix dubium est, quin אֶתְנַן eodem significatu accipiendum sit, quo gaudet idem Hos. 9, 1. et אֶתְנָה ibid. 2, 14.; cf. vs. 2., nec non Jes. 23, 17 sq. Ad verba וְכָל־עֲצַבֶּיהָ אָשִׂים שְׁמָמָה Hitzigius: „propr. locum eorum, sublatis ab hoste simulacris, cf. הֵשַׁם Job. 16, 7.“ Sed alia ratio est istius loci, ubi Objectum עֵדָה familia. *Facere vastationem simulacra* nihil est nisi *vastare simulacra*, id vero hic est illa auro et argento quo obducta sunt (cf. Hos. 2, 10. 13, 2.) privanda tradere hosti; cf. quae subjiciuntur. Quod sequitur כִּי *nam* non ad ea quae statim subjiciuntur, verum ad ultima verba עַד אֶתְנַן זוֹנָה יָשׁוּבוּ est referendum, hoc nexu: omnia simulacra ejus vastabo, spolianda tradam hosti, *nam*, quemadmodum facta sunt ex mercede meretricia, sic denuo fient merces meretricia, id est, quemadmodum enim conflata sunt ex auro et argento (cf. Hos. 8, 4.) a diis commenticiis dato Samariae, ipsorum cultrici, sic denuo mutata in aurum et argentum ab aliis jam diis dabuntur ipsorum cultoribus, Samariae hostibus. Fallitur Hitzigius, alio modo אֶתְנַן זוֹנָה prius, alio posterius accipiendum existimans. Debet utrumque eodem modo accipi, id est illo, quo accipiendum est אֶתְנַן superius, si discesseris ab eo, quod illic generatim de bonis, opibus, hic speciatim de auro et argento co-
8. gitandum est. — Sequitur jam altera pars orationis, qua primum vates quomodo ipsum commoveat tantum malum dicit; cf. Jes. 22, 4. *Propterea plango et ejulo, incedo discalceatus et nudus; instituo planctum instar canum ferorum, et luctum instar struthionum.* עַל זֹאת, vs. 6. 7. cf. vs. 9. אֶסְפְּדָה propr. *volo plangere*, *sinite me plangere*, *plangendum mihi est*, et sic reliqua. אֵילְכָה forma ad similitudinem praecedentis אֵילִילָה expressa. שֵׁילָל Hitzigius scribae lapsum esse putat pro שׁוֹלָל Keri, coll. Job. 12, 17. 19., et עוֹלָל, שׁוֹבָב. Quod festinantius judicatum mihi videtur. Nam quod subjicitur Nomen adjectivum, עָרוֹם, ex eo nequaquam sequitur, ut quod praecedit Nomen et ipsum sit adjectivum. Potest שֵׁילָל Nomen substantivum esse conditionem exprimens ejus qui nudis pedibus est, positum in Accusativo, ita ut הָלַךְ שֵׁילָל idem sit quod ה׳ שׁוֹלָל. De *nuditate pedum* שילל recte jam intellexerunt LXX qui ἀνυπόδετος, et Syrus. Nam cum subjiciatur עָרוֹם *nudus*, i. e. superiore *veste* exutus (cf. ad Jes. 20, 2.), probabile est, praecedente Nomine exprimi *nuditatem*

pedum; cf. Jes. l. l. הָלֵךְ עָרוֹם וְיָחֵף. Solebant autem pallio deposito et nudis pedibus incedere *lugentes*; 2 Sam. 15, 30. al. *Canis ferus* „„ululat, teste Damiro, Arabe, apud Bochart. Hieroz. II. p. 181. edit. Lips. noctu, idque potissimum, cum tristis est, aut manet solus. Ejus porro ululatus infantis vagitui similis est.““ Et Olearius in Itin. Moscov. et Pers. p. 216. ed. 1696., ubi de provincia Schirvan, „„ibi vulpium genus est, inquit, quos Schacal vocant, ejusdem cum Europaeis magnitudinis, quibus lana est pro pilo, venter albus, aures nigrae, cauda minor, quam nostratium. Hos per noctem audiebamus circa pagos oberrantes, assiduo clamore, eoque protracto, et quasi lugubri nobis obtundentes.““ Ros. Ad *struthionem* quod attinet, Shaw Itinerar. p. 390. vers. germ. ejus vocem aliquando, noctu praesertim, lugubrem, ululantem, suspiria alte ducentem dicit; cf. de utroque animali Job. 30, 29. De etymo יַעֲנָה nominis vid. quae disputavimus ad Thren. 4, 3. I. p. 703 sq. Hesselbergus: *propterea plangam et ejulabo, incedam spoliatus et nudus* cet., quod dictum vult pro: propterea populus meus planget et ejulabit, abducetur captivus cet. Quod non modo coactum est per se, verum etiam alienum a nexu. —
Nam aegra, aegre sanabilis, desperata est *plaga ejus*, Samariae, 9
nam venit usque ad Judam, *pertingit usque ad portam populi mei*, *neque ad Hierosolyma.* אֲנוּשָׁה Praedicatum Subjecto plurali praemissum in Singulari est positum ex nota illa quam saepissime sibi sumunt licentia, de qua G. gr. min. §. 144. Semel positus ante Subjectum Singularis servatur etiam post Subjectum in בָּאָה atque etiam in נָגַע, in quo, utpote remotiore, ne Genus quidem retinetur Subjecti. Similia vide apud Ges. l. l. adn. 1. Nihil igitur est, quod ad verbum masculinum נָגַע Rosenmüllerus et Hitzigius cogitando suppleri volunt aut נֶגַע aut שֶׁבֶר aut אוֹיֵב. Hesselbergus: *graviter laborat vulneribus suis*, *nam venit* malum *usque ad* cet., אֲנוּשָׁה Praedicatum faciens Samariae, מַכּוֹתֶיהָ habens Accusativum, בָּאָה et נָגַע capiens impersonaliter. Qua ratione multo simplicior est nostra, quae eadem confirmatur locis מַכָּתִי אֲנוּשָׁה Jer. 15, 18., אָנוּשׁ מַכְאֹבֵךְ ibid. 30, 15., נַחְלָה מַכָּתֵךְ ibid. vs. 12. et al., item veterum auctoritate interpretum. עַד שַׁעַר עַמִּי *usque ad portam populi mei*, hoc est, usque ad portam urbis Hierosolymitanae. Ineptiunt in re levissima interpretes. *Porta populi* *κατ᾽ ἐξοχὴν* dicitur porta urbis primariae. Quod ad rem, Rosenmüllerus „saepius, inquit, monuimus, vanam esse et inutilem

operam, quae infinite praesagiere vates, atque generales minas malorum ad certos eventus referre. Scriptor postquam regnum Israeliticum ob multa et gravia scelera vastandum atque subvertendum ab hostibus minatus esset, sponte eo deferebatur, ut Judaeae ob similia peccata similia mala praenuntiaret. Credibile erat, subverso regno Israelitico eundem hostem arma contra Judaeam conversurum esse. Exercitus igitur hostilis Hierosolyma, caput regni, petentis adventum tanquam jam praesentem videt et in iis quae sequuntur graphice depingit. Atque Assyrios quidem vatis menti obversatos esse, vix dubium esse potest, quum victores illos atque imperatores plurium tunc populorum et vicina Samariae ac Judaeae regna suo imperio adjuncturos exspectandum esset." Verum quae hic et in sequentibus dicuntur ita comparata sunt, ut vates non mentis oculis futura, sed corporis oculis praesentia et proxime imminentia vidisse putandus sit. Videntur quo tempore haec scripta sunt jamjam in obsidione Samariam tenuisse Assyrii (2 Reg. 17, 5.), videntur belli terrores revera in ipsam Judam jam diffusi fuisse, videntur omnia ab Assyriis metuisse
10. Judaei quoque; cf. Jes. 10, 9 sqq. 28 sqq. — Monet suos caveant, ne calamitatis suae nuntius ad vicinos populos perveniat, ut qui de illa magnopere sint gavisuri. *Gathae id ne nuntietis! Accone ne fleatis! Bethleaphrae in pulvere me voluto.* „Geth una est de quinque urbibus Palaestinae (Philisthaeae), vicina Judaeae confinio." Hieron. Vicina finibus terrae Israeliticae fuit *Acco* quoque (Gen. 49, 13.) et ipsa urbs peregrina (vid. infra); *Bethleaphra* vero, id est *Ophra*, urbs fuit Benjaminitarum (Jos. 18, 23.). Observa lusus in גַּת quasi *nuntius* a נָגַד (cf. לַת 1 Sam. 4, 19.) et תַּגִּידוּ, in בָּכוֹ q. *fletus* (vid. infra) et תִּבְכּוּ, item in בֵּית לְעַפְרָה q. *domus pulveris* et עָפָר הִתְפַּלָּשְׁתִּי. Ad primum et secundum membrum cf. 2 Sam. 1, 20: (quomodo ceciderunt heroes!) *ne id nuntietis Gathae! ne indicetis in plateis Ascalonis! ne laetentur filiae Philisthaeorum, ne exsultent filiae praeputiatorum.* בָּכוֹ אַל תִּבְכּוּ Rosenmüllerus: „*flendo ne fleatis*, i. e. taciti lugeatis, ne ploratu atque ejulatu, in quo clamor est, inimici populi Israelitarum calamitatem intelligant. Bene Hieronymus: „„*lacrymis ne ploretis*, id est, ne dolor quidem in singultus erumpat; dissimulate fletum, ne adversarii gratulentur; lacrymas ora non habeant, quum dolorem pectus habeat."" Sed primum et tertium membrum haud obscure significant, latere in בָּכוֹ nomen urbis

cum ב Praepositione, esse, inquam, בָּכֹו, siquidem sana sunt puncta neque orta ex falsa interpretatione, sic scriptum ad similitudinem Infinitivi absoluti verbi בָּכֹה, pro בַּכֹּו contr. ex בְּעַכֹּו (cf. בַּל contractum ex בְּעַל), ita ut nomen prodeat urbis *Acco*, gr. *Ἄκη*, frequentius *Πτολεμαΐς* dictae, praefixa ב particula. Quam conjecturam primus fecit Relandus (Palaest. p. 534 seqq.); cf. LXX: *οἱ Ἐνακεὶμ μή*, pro quo fortasse legendum *οἱ ἐν Ἄκει μή*. At, inquit Rosenmüllerus, „obstat, quod ea urbs, etsi sorti tribus Ascher assignata, uti ex Jud. 1, 31. patet, ab Israelitis tamen numquam habitata videtur; nam enumeratur eodem loco inter eas urbes, quarum incolas non expulissent Ascheritae, neque inter urbes Ascheriticas Jos. 19, 25. ulla fit mentio urbis Acco, neque ex ullo alio loco colligere licet, eam ditioni Israeliticae adscriptam fuisse. Et ipse Relandus illam habitatam dicit ab Israelitarum hostibus. Iis vero quis credat vatem acclamasse, ne Israelitarum calamitates defleant?" Verum cum dicit vates *in Acco ne flete*, minime alloquitur Acconenses, sed ipsos populares, in vicinia versantes Acconensium, ne inter illos calamitatem suam deplorent dehortatur. *Bethleaphrae*, Ophrae, *in pulvere me voluto*, id est, in magnis sum luctibus (Jer. 6, 26.); cf. vs. 8. Ne repugnet hoc membrum duobus praecedentibus, Hitzigius בֵּית לְעַפְרָה ex mente vatis existimat significare בֵּית עָפָר *speluncam*, coll. Job. 30, 6., ut in spelunca abditum, remotum ab hominibus, aegritudini, dolori se indulgere dicat vates. Qui sensus praeter necessitatem obtruditur verbis. Nam cum Ophra non fuerit, ut Gath et Acco, peregrina sed domestica urbs, vates, cum dicit *Bethleaphrae in pulvere me voluto*, in luctibus sum, nihil quicquam dicit quod pugnet cum verbis praecedentibus. Fugienda vero in hoc versu et in sequentibus, in quibus similes verborum lusus sunt, omnis scrupulosior interpretatio eo magis est, quod qui novos semper verborum lusus vult facere, vix potest probe connexa et apta inter se proferre. הִתְפַּלָּשְׁתִּי Rosenmüllerus et alii non primam sed secundam fem. Praeteriti personam esse volunt (cf. 4, 13.). Tum vero vates haud dubie עָפָר הִתְפַּלָּשְׁתְּ יוֹשֶׁבֶת בֵּית לְעַפְרָה vel simile quid scripturus fuisset; cf. vs. 11. Quod idem valet in הִתְפַּלָּשִׁי Imperativum fem., quem legi volunt Masorethae. Rejiciendum vero Keri propterea quoque est, quod הִתְפַּלָּשִׁי in se spectatum facilior scriptura est, nec potuit התפלשי facile abire in התפלשתי. Ceterum הִתְפַּלֵּשׁ non esse *conspergere*

se, sed *volutare se* (propr. migrare de loco in locum, aethiop.),
11. jam ante hos quatuor annos ostendimus ad Jer. 6, 26. — Imminens exsilium; urbes velut obsidione clausae. *Migra tibi*, proficiscere in exsilium, *habitatrix Schaphir*, *nuda*, *ignominia affecta!* pergite in exsilium, Schaphirenses, gravissima affecti contumelia! *Non exit habitatrix Zaanan; planctus Bethhaëzel aufert vobis hospitium ejus*, i. e. non audent extra urbis moenia egredi Zaanenses, metu hostium circa urbem vagantium, egressis enim, si fuerint ab hostibus reditu interclusi, nullum refugium praebebit Bethhaëzel et ipsa oppressa ab hostibus. עִבְרִי fines terrae patriae, perge in exsilium. לָכֶם, מִכֶּם ad sensum; est enim יוֹשֶׁבֶת צַאֲנָן, יוֹשֶׁבֶת צָפִיר idem quod 'י צַאֲנָן, יוֹשְׁבֵי שָׁפִיר 'י; cf. ad 2 Reg. 19, 21. שָׁפִיר „videtur eadem esse, de qua Eusebius in libro de situ et nominibus locorum Hebraicorum in libro Josua e versione Hieronymi: *Saphir, villa in montanis sita inter Eleutheropolim et Ascalonem, in tribu Juda.* Vix autem dubium est, respexisse vatem in hujus nomine notionem *pulchritudinis*, et hoc voluisse: tu, quae nomen habes a *pulchro*, et *Schaphir* appellaris, abduceris in exsilium dedecore summo affecta." Ros. Frustra Hitzigius negat posse intelligi oppidum Judae; cf. vs. 9., vs. 10. extr. עֶרְיָה בֹשֶׁת asyndeton, ut עַנְוָה צֶדֶק Ps. 45, 5. Appositione cohaeret cum Subjecto quod inest in עִבְרִי. Ad rem cf. Jes. 20, 4. צַאֲנָן haud dubie idem quod צְנָן Jos. 15, 37., oppidum Judae; cf. צֹאן et צֹנֶא Num. 32, 24., צֹנֶה Ps. 8, 8. In יָצְאָה et צַאֲנָן observa lusum in simili sono quaesitum. Ad rem cf. Jer. 6, 25. מִסְפַּד בֵּית הָאֵצֶל *planctus Bethhaëzel* oppidi i. e. quod in luctibus sunt i. e. quod oppressi ab hostibus tenentur Bethhaëzelenses, יִקַּח וגו' id *aufert vobis hospitium ejus*, facit ut nullum ibi refugium habeatis. בֵּית הָאֵצֶל sitne Judae an Samariae oppidum dici nequit. Proprie, nisi egregie fallor, significat *domum lateris* i. e. a latere, id est, oppidum in vicinia positum. Quem significatum si subjeceris, denuo habebis elegantem lusum, positum non in sono verum in significatu. Sic enim hoc quasi dicit vates: quod a latere vestro, in vicinia vestra est Bethhaëzel, quum et ipsum oppressum teneatur, non potest esse a latere vestro, id est, non potest vos adjuvare, vobis praesidio esse; cf. stare a dextra ali-
12. cujus i. e. adjuvare aliquem. — *Nam sollicita est de salute habitatrix Maroth*, sollicitati sunt Marothenses, ne patiantur mala, agantur in perniciem, *nam descendit malum a Jova portam ver-*

sus Hierosolymorum. כִּי posterius causam reddit membri praecedentis; כִּי prius referendum est ad primariam sententiam propositam vs. 8., ita ut concinat cum כִּי vs. 9. Verba priora cum aliis Hitzigius: *nam exspectat bonum*, fortunam bonam, meliorem, *habitatrix M.*, quo nihil potest alienius esse a nexu. Rectius Gesenius, Rosenm., de Wette, Hesselb. et alii חוּל verbo *dolendi* significatum tribuunt, temerius tamen לְטוֹב חָלָה interpretantes: *dolet de bono* ablato. חוּל לְ *dolere de* hic *sollicitum esse de* significat potius, in eam sententiam, quam expressimus supra. טוֹב vim Substantivi habet, et significat *salutem*; cf. טוֹב Adj. *felix* multis in locis. Respondent haec verba verbis לֹא יָצְאָה יוֹשֶׁבֶת צַאֲנָן in commate superiore. Oppidum Judae esse מָרוֹת intelligitur ex hemistichio altero. Ceterum observa lusus in חָלָה et מָרוֹת (a מָרַר), in טוֹב et רַע. — *Alliga currum equo cursori,* 13.
habitatrix Lachisch, currum jungite equis, Lachischenses, celeri fuga vitate hostem quam primum in vestros fines invasionem facturum! *Principium*, prima causa *peccati ista*, habitatrix L., fuit, exstitit *filiae Sion*, Hierosolymis, Hierosolymitanis, *nam in te inventa sunt delicta Israelis*, tu prima fuisti in Judae regno, quae deorum fictorum cultum, ab Jerobeamo Israelitarum rege introductum suscepisti et imitata es; cf. vs. 5. quocum quae hic dicuntur non pugnant. Nam hoc est quod vult vates: deorum falsorum cultum invectum a Lachischensibus (vs. 13.), faventibus potissimum Hierosolymitanis, id est, principibus, invaluisse. Rosenmüllerus: „quum Lachisch proxima attingeret Ephraimiticos fines (?), facile corruptos illius mores a noxia illa vicinitate contraxit, unde ad reliquas civitates Judaeae, veluti ad Bersabe (Am. 5, 5.), et ad ipsam urbem Hierosolymitanam contagio serpsit. Haud constat ex ullo loco, Lachisch omnium primam labe illa superstitionis exterae fuisse deformatam; sed adeo hic propheta loquitur aperte, ut dubitare non liceat.“ רְתֹם masc. non habita ratione Generis Subjecti, quod saepe negligitur, ubi Verbum Subjecto praemittitur; cf. ad vs. 9. לָרֶכֶשׁ, non לַסּוּס, dicit vates, tam ut quam celeri fuga opus sit ostendat, quam ut similem sonum efficiat sono לָכִישׁ. In medio membro a secunda Persona aberrat ad tertiam (הִיא); in tertio tamen redit ad secundam (בָךְ). פֶּשַׁע accipiendum ut supra vs. 5. Hitzigius, quum Lachischenses non jubeantur equum jungere currui, sed currum equo, quasi caudae equi (!), intelligi monet, juberi illos abigere, depellere a se

equos cum curribus (!). Quare quum incolae non fugere ipsi, sed nonnisi equos et currus a se amovere jubeantur, conferendum esse locum 5, 9 seq. Moneri itaque incolas, ut imminente ira Jovae removeant, qui illam excitare possint, equos et currus. Jam vero quum in sequentibus non sit sermo de equis et curribus bellicis, sed de cultu deorum falsorum (quae res oculos aperire debebat Hitzigio), intelligendos esse equos et currus soli consecratos, 2 Reg. 23, 11. Quales ineptias videant lectores quomodo concilient cum magniloqua ista praefatione praefixa Commentario Hitzigii! Quasi vero aliud sit רְתֹם הַמֶּרְכָּבָה לָרֶכֶשׁ, aliud רְתֹם הָרֶכֶשׁ לַמֶּרְכָּבָה! cf. אָסַר הַפָּרוֹת בָּעֲגָלָה 1 Sam. 6, 7., verum etiam אָסַר הַמֶּרְכָּבָה Gen. 46, 29. al. *Currum jungere equis* dicunt Latini quoque, dicunt alii. Quasi cum לָרֶכֶשׁ dicit vates, aliud quid spectet, quam ut eam vocem לָכִישׁ voci faciat quam simillimam! Quasi qui dicit: *junge currum equo!* dicat: abige, depelle, remove a te cum equo currum! Sed jam satis. —
14. *Propterea dabis libellum repudii Morescheth-Gath; domus Achsib erunt rivus fallax regibus Israelis.* Non ad Achsib oppidum verba conversa esse docet res ipsa. Alloquitur vates Judam. Judam vero compellari ex argumento perlucet ejus qui praecedit loci inde a vs. 9., quippe in quo cum sola Juda res sit vati. Vs. 9. et 12. belli mala jam ad portas usque urbis Hierosolymitanae pervenisse dicuntur. Vs. 10. Ophrae lugere se dicit vates; vs. 11. exsilium annuntiat incolis Schaphir oppidi; ibidem non audere Zaanenses extra urbis moenia egredi dicit; vs. 12. sollicitos memorat de rebus suis incolas Maroth oppidi; vs. 13. ut fuga sibi consulant admonet Lachischenses: quae oppida ad unum omnia fuerunt oppida *Judae.* Ad Judam autem si referendum est תִּתְּנִי, sponte sequitur, ut לָכֵן sit *propterea*, quod res ita se habet, quod Judae quoque instant poenae divinae. Ad locutionem נָתַן שִׁלּוּחִים עַל פ' cf. Jes. 29, 12. coll. phrasi נָתַן עַל יְדֵי פ'. *Dare libellum repudii* oppido significat *omni jure illius decedere*, illud permittere aliis, ita ut dicat vates: propterea hosti permittere cogeris Morescheth-Gath. Hitzigius: *dabis libellum repudii occupationi Gathae*, מוֹרֶשֶׁת nomen appellativum habens, גַּת vero haud diversam putans a Gatha Philisthaeorum, ab Usia olim expugnata (2 Chron. 26, 6. cf. Am. 6, 2.), sed, quo tempore scripsit vates, haud dubie iterum imperio subjecta Philisthaeorum, cf. vs. 10. et 2 Chron. 28, 18. Sic sensus esset: non poteris cogi-

tare de recuperanda Gatha. Quae est absona interpretatio. Nam
ubi hostis ante portas, ibi de defendendo regno, minime vero de
amplificando cogitant. Accedit quod, ut מוֹרֶשֶׁת (propr. status
constr. ex מוֹרָשָׁה) partem habeamus Nominis proprii pertinentem
ad גַּת, suadet quod vs. 1. legitur הַמֹּרַשְׁתִּי. Itaque מוֹרֶשֶׁת גַּת
Nomen proprium habemus oppidi *Judae*, idque ut faciamus, nos
movet etiam quod subjicitur אַכְזִיב et ipsum Judae oppidum; cf.
quod vs. proximo memoratur מָרֵשָׁה, coll. Jos. 15, 44., ubi post
Achsib ejusdem illius Mareschae facta est mentio. Jam cum vates,
verbis ludens, אַכְזִיב oppidi domos futuras dicit לְאַכְזָב *rivum fal-
lacem* i. e. torrentem, qui praeter exspectationem exsiccatus spem
viatoris fallat (cf. Jer. 15, 18. ibique not.), fore dicit, ut illud
oppidum fidem fallat, hostibus cedat. יִשְׂרָאֵל de toto populo, ut
vs. 5., qui hic dicitur pro totius parte, Juda. — *Denuo posses-* 15.
sorem adducam tibi, habitatrix Mareschae! i. e. qui olim pulsis
veteribus incolis Mareseham occupastis et occupatam tenuistis
usque ad hunc diem, jamjam et ipsi expellemini ab aliis! *Usque
ad Adullam veniet decus Israelis,* i. e. venient fugientes imminen-
tem a septentrionali plaga hostem nobilissimi quique Israelitarum.
הַיֹּרֵשׁ non esse hostes, Assyrios, sed Israelitas hostium metu fu-
gientes meridiem versus, ostendit hemistichium posterius. Articuli
eadem vis est, ut si dixisset vates: adducam tibi *possessorem
tuum.* In יֹרֵשׁ et מָרֵשָׁה lusum habes. אָבִי pro אָבִיא ut 1 Reg.
21, 29. cf. ibid. vs. 21. מֵבִי al. *Marescha* et *Adullam* oppida in
campestri Judae regione ultra Hierosolyma sita erant. Jos. 15,
35. 44. In hemistichio posteriore כְּבוֹד יִשְׂרָאֵל videtur non posse
non efficere Subjectum. Incommodum enim sensum habent, qui
כְּבוֹד יִשְׂרָאֵל appositione cohaerere putant cum עֲדֻלָּם, in qua sen-
tentia sunt Rosenmüllerus et Hesselbergus. Neque enim idonea
causa cogitari potest, cur illud oppidum *gloria* s. *decus* dicatur
Israelis. Vocativus de quo alii cogitant plane alienus est. Jam
vero Subjectum sententiae si efficit כְּבוֹד יִשְׂרָאֵל, quaeritur, quid
significet כָּבוֹד. *Divitiarum* significatio a nexu abhorret. De
hominibus enim hic sermo est. *Multitudinis* autem significatio,
quam sub voce post alios subjecerunt de Wette et Hitzigius, apta
quidem sed incerta est. Nos כְּבוֹד יִשְׂרָאֵל *gloriam* s. *decus Israelis*
i. e. terrae Israeliticae existimamus significare, decus vero terrae
Israeliticae putamus nominari ejus terrae cives nobiliores (cf. Jes.
5, 13. 8, 7.), homines dignitate, virtute, opibus insignes, qui

ante omnes habent quod fugiant adventum hostium, siquidem
hujusmodi civibus gravissima quaeque ab hostibus metuenda sunt;
cf. 2 Reg. 24, 14—16. al. Quam interpretatio vide etiam quam
egregie concinat cum vs. 16., ubi: fac calvitium (o terra), et
tonde capillum *propter filios deliciarum tuarum* cet.! Sed com-
mendatur eo quoque, quod ita in כָּבוֹד et עֲדֻלָּם novus nascitur
lusus, quum عَدَلَ *generosum esse*, غَدَلَ *bonis abundare* significet.
Hitzigius cum Moverso (die Chronik p. 136.) conferri ad hunc
locum jubet quae narrata leguntur 1 Chron. 4, 38—41. *Fugae*
16. tamen ea in narratione nullum vestigium. — *Fac calvitium et
tonde capillum propter filios deliciarum tuarum*, p. filios, quos
in deliciis habes, i. e. luge, terra, propter cives tuos caros! *latum
fac calvitium tuum*, *instar vulturis*, graviter luge! *nam migrant*
illi tui filii, cives *de te*, abducuntur captivi in exsilium. Verba
conversa sunt ad terram Israeliticam, quam comparat matri, cives
ejusdem filios vocans. Tondere capillum, inducere sibi calvitium
lugentium esse res nota. כַּנֶּשֶׁר-Rosenmüllerus: „*instar aquilae*,
quum ineunte vere, sicut aves rapaces reliquae, plumarum defluvio
sit obnoxia. Chaldaeus: evelle tibi capillos et projice propter
filios deliciosos tuos; sicut aquila, cujus alae delapsae sunt, sic
adauge calvitium tuum in capite tuo filiorum tuorum causa."
Sed *vultur percnopterus* (L.) potius intelligendus videtur, cujus
calvum est sinciput; cf. Win. Realw. I, p. 28. Ceterum calvam
terram Hitzigius terram esse monet herbarum, segetum, arborum
decore privatam. Quae quam supervacanea observatio sit nemo
non videt. Quum terra *matri* comparata jubetur calvitium sibi
inducere, *lugere* jubetur ac praeterea nihil.

CAP. II. Vs. 1—5: popularibus avaritiam, fraudes, vio-
lentiam exprobrat, et minatur ultima. 6—11: nolle illos quidem
audire talia; sed laeta promittere vates piis, impiis tristia; patria
ejectum iri violentos istos et rapaces homines. 12. 13: promis-
sum restituendorum aliquando Israelitarum consociandique uno sub
1. principe utriusque, Judaici et Israelitici imperii. — *Vae illis qui
excogitant prava et moliuntur mala in cubilibus suis*, per noctem!
Simulatque illuxit mane, *faciunt*, exsequuntur *ea*, *nam est in
potestate eorum*, nam valent exsequi cogitata. פָּעַל *parare*, *mo-
liri* ut Ps. 58, 3. al. Ad עַל מִשְׁכְּבוֹתָם cf. Ps. 36, 5. al. Suffixum
in יַעֲשׂוּהָ neutraliter accipiendum. In locutione יֶשׁ־לְאֵל יָדָם,

quae etiam legitur Gen. 31, 29. Prov. 3, 27., et negative Deut. 28, 32. Neh. 5, 5., Gesenius אֵל voci *roboris*, *potestatis* vim tribuit et Lamed statum sive conditionem indicare putat, ita ut יֵשׁ לְאֵל יָדִי sit *est in potestate manus meae*, אֵין לְאֵל יָדִי *nihil s. non est in potestate manus meae.* Naturam locutionis parum perspectam habere dicit, qui אֵל *deum* reddant coll. Hab. 1, 11. Job. 12, 6. et Virg. Aeneid. 10, 773: *dextra mihi deus* cet., qui loci inter se quidem cognati sint, a superioribus vero prorsus alieni. In eadem sententia est Rosenmüllerus, si discesseris ab eo, quod יָדִי pro Nominativo habet. Similia olim ego docui ad Gen. 31, 29. Deut. 28, 32. Sed re denuo considerata nescio an rectius יֶשׁ־לְאֵל יָדִי, quae est proverbialis locutio, dicam proprie significare *est pro deo*, deus *manus mea*, id est, quum deus valeat ad omnia: *est in potestate mea.* Quamquam enim loci qui leguntur Hab. 1, 11. Job. 12, 6. alia vi gaudent quam illi de quibus hic agimus, neque igitur cum his confundi debebant ab Hitzigio, tamen utrique cognatione quadam inter se continentur, ita ut sub אֵל voce non videaris alium quam *dei* significatum posse subjicere. Accedit, quod אֵל nusquam alias significat *robur*, *potestatem.* Quod LXX Gen. 31, 29. interpretati sunt *ἰσχύει ἡ χείρ μου,* Deut. 28, 32. *οὐκ ἰσχύσει ἡ χείρ σου*, neque aliter alii veterum, ex eo vix quicquam certi poterit colligi; potest enim liberior interpretatio esse. Ceterum nonnulli, in his Hitzigius, כִּי *si* esse volunt. Sed vere monuit Rosenmüllerus, quum in proceres potissimum et principes invehatur vates, quibus haud desint vires, praestare causaliter sumi. Itaque dicet vates, sine mora prava sua consilia exsequi istos violentos, siquidem sufficiat ipsis hoc unum, quod viribus valeant. — *Et appetunt* 2
agros et rapiunt, et domos appetunt *et auferunt; et opprimunt*, violenter tractant *herum et domum ejus*, *et virum et possessionem ejus*, utrisque vim inferunt. Ad וּבָתִּים cogitatione repetendum est חָמְדוּ. — *Propterea sic dicit Jova: en excogitaturus* 3
sum contra hoc malum, calamitatem, *cui non subtrahetis cervices vestras*, *neque incedetis elate*, collo erecto, superbientes; *nam tempus malum illud erit.* חֹשֵׁב וגו׳ הִנְנִי, quasi dicat: quoniam vos cogitatis mala inferenda civibus (vs. 1. 2.) ego quoque cogitabo malum inferendum vobis, cogitabo de infligenda vobis poena vestris facinoribus digna; cf. etiam vs. 4 sq. עַל הַמִּשְׁפָּחָה הַזֹּאת „*super hoc* hominum *genus.* Alii מִשְׁפָּחָה de toto populo intelli-

gunt, ut Am. 3, 1. Sed scriptorem apparet certum genus hominum nequam et perversum intelligere, in quos peculiariter hoc capite invehitur, quorum scelera vs. 1. 2. indicantur." Res. Inter eos qui totum populum intelligunt est Hitzigius, qui improbos istos cives calamitate populo inflicta absumendos dici putat; ad quod cf. quae notavimus ad Ps. 1, 5. Sed recte judicavit Rosenmüllerus. Conferatur inprimis versus quintus, pessime intellectus ab Hitzigio. In verbis אֲשֶׁר לֹא תָמִישׁוּ מִשָּׁם וגו׳, in quibus oratio ad ipsos improbos se convertit, vides cogitari de jugo illis
4 imponendo. רוֹמָה Acc. adverbialis. — *Die*, tempore *illo*, quo vobis acciderit denuntiatum a me malum, *proferent in vos carmen irrisorium; et lamentabuntur lamentationem lamentationis*, misere lamentabuntur, *dicent*, dicentes: *prorsus vastati*, perditi *sumus; portionem* i. e. terram *populi mei*, nostri, *permutat* Jova, transfert ad alios dominos, expulsis pristinis; *quomodo subtrahit eam mihi*, nobis! *rebelli*, deorum fictorum cultori, hosti *agros nostros dividit*, distribuit inter hostes agros nostros. יִשָּׂא impers. et sic etiam quae sequuntur נָהָה, אָמַר. מָשָׁל *carmen irrisorium* ut Jes. 14, 4. Hab. 2, 6. Rosenmüllerus: „nos adstipulamur iis, qui carmen, et quidem triste et lugubre, quod statim diserte lamentum dicitur, nomine מָשָׁל h. l. indicari arbitrantur. Tale enim, nec ab hostibus, sed ipso Israelitico populo, suam deploraturo sortem, proferendum, intelligi debere, ostendit sequens oratio, qua lamentantes in prima pluralis persona inducuntur." Verum alii sunt qui prolaturi dicuntur מָשָׁל (cf. עֲלֵיכֶם), alii qui lamentaturi. Itaque non necesse est, ut מָשָׁל et נְהִי re concinant. Acquiescimus igitur in significatu, quo gaudet מָשָׁל locis supra laudatis, et qui illud prolaturi dicuntur putamus esse hostes. In hostem irrisio cadit, in afflictum vox lamentabilis. וְנָהָה *et lamentabitur* lamentans, lamentabuntur afflicti improbi, non Israelitae universi. Non obstat quod infra est חֵלֶק עַמִּי יָמִיר. Ut culpam tegant, suam calamitatem totius populi calamitatem faciunt, deumque arguunt injustitiae, quod populum ipsi sacrum hostium arbitrio permittat. Quid? quod cum procerum calamitate publica omnium solet conjuncta esse. נִהְיָה *lamentatio*, fem. ex נְהִי, ut שְׁבִיָּה ex שְׁבִי al. Quum praeter hunc locum non reperiatur, cum Ludovico de Dieu Hitzigius נִהְיָה habet Praeteritum Ni. ex הָיָה, ut sit *actum est!* (cf. Dan. 8, 27. coll. quae notavimus ad 2, 1. ibid.), vox desperantium. Quam sententiam quominus assensione

probem me impedit quod sequitur אָמַר, ut quod indicet, hic demum incipere verba lamentantium. Hitzigius quidem verbum interpositum vult instar latinorum *inquit*. Mallem, si נִהְיָה *actum est* significaret, saltem sic verba distinguere: *et lamentabuntur lamentationem: actum est! Dicent: prorsus vastati sumus* cet., ita ut ab אָמַר novum inciperet membrum. Steudel: *lamentabuntur, lamentum fiet*, quod misere languet. נְשַׁדֻּנוּ forma pro נְשַׁדּוֹנוּ exemplo caret. Nihil tamen miri habet *u* sonus pro *o* positus, praesertim in Verbo passivo. Hitzigius vatem voluisse vocem lamentabilem imitari suspicatur, quod nos in medio relinquimus. חֵלֶק *portione terram* significari, docet שָׂדֵינוּ versu extremo, docet vs. 5. יָמִיר Jova; cf. membrum ultimum. חֵלֶק עַמִּי יָמִיר non: *portionem populi mei mutare facit* (Hitz.) sc. dominos suos, sed *portionem*, terram *populi mei permutat*, nam הֵמִיר *mutare, permutare* significat, non *mutare facere*. *Permutare* vero terram hic est eam transferre ad alios dominos; nam quod permutatur transit ad alium. אֵיךְ יָמִישׁ לִי non: *quomodo recedere me facit*, propr. *cessionem facit mihi* (Hitz.), sed *quomodo subtrahit* eam (portionem) *mihi*. Nullo enim negotio ex antecedentibus cogitando repetimus חֵלֶק. Possint haec duo membra etiam in hunc modum accipi: *portio populi mei mutat* i. e. mutat dominos suos, *quomodo recedit mihi!* Praeferendam tamen putamus quam supra secuti sumus rationem duabus de causis, quarum una est, quod cum vs. 3. causative accipiatur הֵמִישׁ, causative accipiendum hic quoque videtur; altera, quod quemadmodum Jova Subjectum est יְחַלֵּק verbi, sic maxime probabile est Jovam Subjectum esse יָמִיר et יָמִישׁ verborum. לְשׁוֹבֵב שָׂדֵינוּ יְחַלֵּק Rosenmüllerus: „*ut avertat* a nobis i. e. demtos nobis in alios conferat, *agros nostros dividit* deus. Alii: *ad reddendum* i. e. ut reddamus, cedamus inviti *agros nostros* per fas et nefas partos, *dividit* eos deus. Alii לְשׁוֹבֵב *ad restituendum* interpretantur, et ante יְחַלֵּק subaudiunt אֲשֶׁר, atque haec verba arctius conjungunt cum iis quae praecedunt. Ita Steudelius, qui: *quomodo recedit* i. e. renuit *mihi restituere agros nostros*, quos *divisit!* Sunt, qui interrogative vertant: *num ad restituendum agros nostros distribuit?* quasi impii sapientiam dei negent, qui, si restituendi sint aliquando agri, eos non inter alios distribuere debuerit.“ Quas interpretationes quis non videt pessimas esse ad unam omnes? Veram putamus eam, quam ultimo loco protulit Rosenmüllerus

jam ab aliis prolatam. Videtur enim שׁוֹבֵב esse nomen verbale
ex Participio factum, significans *defectorem*, *rebellem* (Jer. 31, 22.
5. 49, 4.), hinc *hostem*, לְ vero Dativi nota. — *Propterea non erit
tibi qui projiciat funiculum in sortem*, in agrum sorte acceptum,
id est, non erit qui tibi dimetiatur agrum sorte acceptum, id est,
nullam amplius possessionem habebis *in coetu Jovae*, in populo
Jovae sacro, Israelitico. Hitzigius, quum *coetus Jovae* ipse sit
populus, clarum esse monet, verba non directa esse ad populum,
verum ad certum quendam ex populo. Jam vero si prophetae
putentur verba esse, sensum fundere nullum. Itaque habenda esse
pro verbis Judaeorum, et qui compelletur, ipsum *Micham* esse.
Propter poenas supra denuntiatas velle Judaeos occisum Micham
(horribile dictu!), cf. Jer. 26, 8. 9. 11., exstirpatum una cum
familia (Jer. 11, 19.), ita ut possessiones ejus conferantur in alios
(Am. 7, 17.); quasi dicant: quam nobis denuntiasti poenam dabis
ipse! Qualia nemini potuerunt in mentem venire nisi Hitzigio
incenso novandi omnia desiderio. Nos vero cogitationem inter-
pretis in vero exquirendo unice versari persuasum habemus. Nihil
certius, quam non posse ad *populum* referri לְךָ. Sed sole clarius
est etiam, referendum esse ad *improbum illum*, qui in versu *pro-
ximo praegresso* improborum nomine omnium loquens inter alia
dixerat: *portionem populi mei permutat* Jova, *quomodo subtrahit
eam mihi!* Qui ibi dixerat עַמִּי, לִי, ad eundem hic dicitur לְךָ.
Verum in rei summa jam dederat Rosenmüllerus, qui „repetitur
e versu 3. לָכֵן *propterea*, inquam, ob vestra scelera vss. 1. 2.
descripta, לֹא יִהְיֶה לְךָ *non erit tibi*, quisquis aliorum agros
domosque rapis, vs. 2., neque enim hic totum alloquitur populum,
sed potentiores illos, qui pro lubitu alios oppresserunt, מַשְׁלִיךְ
חֶבֶל בְּגוֹרָל *projiciens funem in sortem* ... בִּקְהַל יְהוָה *in coetu
Jovae*, i. e. in populo Israelitico, peculiari Jovae coetu, cujus
quum indigna membra fuerint hujusmodi homines, eos nulla am-
plius jura et portionem in illo habituros significat.“ Quam ean-
6. dem sententiam defendunt Hesselbergus et alii. — „*Ne declame-
tis!*“ *declamant;* „*non declamabunt*, ne declament *de talibus!
Non recedunt*, cessant, finem habent *contumeliae*. Rosenmülle-
rus: „istae comminationes et objurgationes, quales non solum
Micha, verum et alii Jovae prophetae in populum scelestum de-
tonare solebant, quum vehementer displicerent populo, qui laetio-
rum temporum promissionibus sibi blandiri cupiebat, is veros

prophetas jubet silere, ut alii vates impraepedite loquantur, et talia praedicant, qui grata ipsi essent (vs. 11.). Levis istius multitudinis voces exprimit prius versus hemistichium *ne vaticinia edatis* vos, qui Jovae jussu vaticinari vos jactatis, *vaticinia edant* nostri vates, qui longe alia, ac vos, jucunda et grata proferunt. His qui talia dictitarent nec veris prophetis vellent aures praebere, haec reponit deus: *ne vaticinentur* veri prophetae *illis*, qui meorum prophetarum monita et comminationes nolunt audire, *non recedet* quicquam *ignominiarum*, propterea quod salutaribus monitis auscultare abnuunt, nec ignominiae, quae contumacibus instant, quales praedictae versibus superioribus, recedent, avertentur, sed certissime eos affligent.“ Quae interpretatie praeter alias has maximas habet difficultates, quod, cum ad יַטִּיפֻ nihil appositum sit, ne הֵמָּה quidem, plane precarium est תַּטִּיפֻ verbi Subjectum facere prophetas *veros*, contra ejus quod sequitur יַטִּיפוּן prophetas *falsos*, et quod sic intellecta verba nullo inter se vinculo cohaerent eademque abhorrent a nexu. De Wette: „*ne vaticinemini! vaticinentur* isti!“ „„*nisi vaticinentur his*, *non recedet ignominia*.““ Quae ratio in eo melior est priore, quod ita magis idoneus nascitur sententiarum nexus. Rejicienda tamen et ipsa, quum, ut prior illa, יַטִּיפוּן ad prophetas falsos referat. Paullo tolerabilior C. B. Michaelis interpretatio haec: „*ne vaticinamini!*“ ad me aliosque veros dei prophetas *dictitant* falsi eorum vates, blanda concionantes. „„At *nisi vaticinati fuerint* illi, veri prophetae, vosque illos vaticinantes admiseritis *secundum haec*, *non recedet* quicquam *ignominiarum*, sive: *nec ignominia*, quae contumacibus instat, *avertetur*.““ Nimirum blandas illi postulabant prophetias, quales erant impostorum, vini et siccrae copiam promittentes (vs. 11.); veras prophetias, ut nimium duras asperasque aspernabantur. Vult dicere: tutissima haec foret via avertendi judicia dei, si pareretis prophetis; verum quia hoc facere renuitis, nec illud quidem fiet.“ Mihi, ut praetermittam aliorum alias perversas interpretationes, vera videtur illa, quam supra exhibui, de qua jam veterum nonnullos cogitasse video, quamque suam fecit Hitzigius quoque. Sunt verba violentorum procerum, quibus supra excidium minatus erat, imperantium prophetis silentium. אַל תַּטִּיפוּ *ne declametis*, prophetae! יַטִּיפוּן *declamant* isti proceres. Utitur eodem הִטִּיף verbo pro generaliori verbo dicendi, tam ludendi causa, quam ut ludibrio habeant istos optimates silen-

tium imperantes. לֹא יַטִּפוּ *non declamabunt*, ne declament prophetae! idem quod אַל תַּטִּיפוּ, sed non jam ad ipsos prophetas conversa oratione. לָאֵלֶּה *de his*, talibus, qualia denuntiaverat vates vs. 3—5. לֹא יִסַּג כְּלִמּוֹת *non recedunt*, nullum habent finem *contumeliae*, quibus nos afficiunt prophetae, infinita in nos ingerunt probra. Quae interpretatio ut facillima et simplicissima per se est, ita ad nexum est aptissima. Habet hoc tantum incommodi, quod לֹא יַטִּפוּ לָאֵלֶּה *imperantis* esse jubet, contra לֹא יִסַּג כְּלִמּוֹת *indicantis*. Sed leve hoc est. De הַטִּיף verbo vid. ad Ezech. 21, 2., de יִסַּג כְּלִמּוֹת vid. not. ad Mich. 1, 9. —
7. *O dicta domus Jacobi* (in quam tot ac tanta beneficia contulit Jova!), *num impatiens*, proclivis ad iram *est Jova?* ut mala minitetur culpa vacuis? *an talia sunt facinora ejus?* an haec est ejus agendi ratio, an talibus ille minis delectatur? *nonne verba mea benigna sunt erga illum qui recte agit?* Hoc igitur dicit vates: detrectatis vos quidem audire quas jacimus minas (vs. 6.). Sed quae tandem causa est minarum? deusne? at ille quam longe alium se exhibet agentibus recte! In causa esse ipsos Israelitas dicit versus proximus. הֶאָמוּר בֵּית יַעֲקֹב Rosenmüllerus: „*o dicta*, quae diceris *domus Jacobi!* quasi dicat: o domus Jacob, quae quidem sic diceris et dici amas, licet de indole genitoris tui, Jacobi, nihil habeas amplius.“ Convenientius, opinor, ad ea quae subjiciuntur, populo his verbis beneficia in Jacobum ejusque posteros collata in memoriam revocari putabis. Hitzigius: *num dicendum?* num hoc fas est dictu? cet. Ita jam Chaldaeus. Qui sensus dubito an ex simplici הֶאָמוּר elici possit. Ceterum recte Rosenmüllerus: „alloquitur vates universam quidem gentem Jacobo sive Israele ortam, maxime tamen eos, qui in ea eminebant, potentiores et principes; cf. vs. 8. 9.“ הֲקָצַר רוּחַ יְהוָה Rosenmüllerus: *num brevis*, impotens, nihil valens *est spiritus Jovae?* „an putatis, dei potestatem ac potentiam diminutam esse, ut non liceat ei vos per prophetas suos objurgare, et scelerum poenas minari? Reprehensio impiorum illorum, qui versu superiore veris Jovae prophetis interdicerent, ne vaticinarentur.“ Qui sensus si esset, haec verba et quae subjiciuntur plane non connexa inter se essent. Sed obstat hoc quoque, quod illum quem Rosenmüllerus fecit significatum habet קָצְרָה יָדִי, non autem קָצָה רוּחִי, ut quae locutio *brevis est animus meus*, impatiens, ad iram proclivis sum significet. Verborum אִם אֵלֶּה מַעֲלָלָיו, quae et ipsa perpe-

ram interpretatus est Rosenmüllerus, eum sensum quem subjecimus omnino postulat אֵלֶּה vs. 6. et membrum quod proxime sequitur. יָשָׁר appositione cohaeret cum Persona quae inest in הוֹלֵךְ, cf. Job. 31, 26. Praemissum est cum vi; et propter id ipsum quod est praemissum, assumit articulum, qui pertinet ad הוֹלֵךְ. Vide tamen, annon יָשָׁר ut saepe alias vim habeat Nominis substantivi, sitque positum in Accusativo, coll. הֹלֵךְ נְכֹחוֹ Jes. 57, 2., הֹלֵךְ צְדָקוֹת ibid. 33, 15. al. et E. gr. crit. p. 635. — Talem 8.
se Jova exhibet recte agentibus. Vestra vero qualis est agendi ratio? Haud profecto talis, ut benigne vobiscum possim agere. Dudum a me defecistis. Rapinas facitis; sedibus suis expellitis ipsas viduas et orphanos. Jam *pridem populus meus hostis insurrexit*, mihi repugnavit, refragatus est, praecepta mea violavit; *ab ipsa toga pallium detrahitis transeuntibus secure*, *aversis*, abhorrentibus *a pugna*, hominibus quietis, ad certamen haudquaquam vos provocantibus. Priora verba Rosenmüllerus et alii: *dudum populus meus in hostem* sibi *erexit*, constituit scil. me, deum, „tantum abest, ut quadret populo meo quod dixi, cum piis me benigne agere, ut suis sceleribus, praesertim raptu et violentia, ut sequitur, me provocarint, ut hostili modo cum iis agam.“ Sed praestat prior ratio, in qua nullo opus est complemento. Bene jam Hieronymus: *populus meus in adversarium consurrexit.* Verborum מִמּוּל שַׂלְמָה אֶדֶר תַּפְשִׁטוּן sunt quibus sensus esse videatur hic: „vos avaritiae vestrae usque adeo indulgetis, ut non contenti pallium abstulisse, vicinam etiam et contiguam togam auferatis.“ Qui sensus quomodo sub verbis subjici possit, fateor me non intelligere. *A toga*, propr. *a facie togae*, id est, proxime togam, ab ipsa toga *pallium detrahere* dicuntur potius. שׁוּבֵי מִלְחָמָה alii cum מֵעֹבְרִים בֶּטַח construunt, in his Rosenmüllerus, qui: „velut qui post fusum et profligatum hostem *revertuntur e bello*; hi enim, quod hostem non amplius metuendum habent, secure ambulant;“ alii cum תַּפְשִׁטוּן, inter quos est Hesselbergus. Non dubium, quin construenda sint cum מֵעֹבְרִים, ut quod proxime praecedat. Falsissimum est, quod Hesselbergus tum repeti מִן debuisse dicit. Non opus est ut afferam exempla (Ges. §. 51, 4.). Sed comparandi particula, quam in subsidium vocat de Wettius quoque, neque expressa est, nec potest suppleri, neque opus est ut suppleatur. Num potest ad nexum aptior esse sensus eo, quem expressimus supra? Non *bellum* tantum, sed

quaevis *pugna*, quodvis *certamen* significatur מִלְחָמָה voce. Nec שָׁבֵי, sed שׁוּבֵי scriptum vides. Intelligendi igitur *aversi*, remoti, alieni, abhorrentes *a certamine*, homines contentionum fugientes, quieti, tranquilli. Quam interpretationem miror nemini in mentem venisse. In alia omnia abit Hitzigius. Is, quum אֶתְמוּל scriptum sit, non, quod debuisset, מֵאֶתְמוּל (Jes. 30, 33.), quum non dicatur, *cujus* hostis surrexerit populus, quum nexus non Subjectum sed Objectum exspectare sinat in עַמִּי, pro אֶתְמוּל legi jubet אַל־מוּל in hanc sententiam: *adversum*, contra *populum meum hostem se sistunt* cet. *Populum suum* Jovam dicere putat *Ephraimitas*, שׁוּבֵי מִלְחָמָה vero esse vult Ephraimitarum illos, qui tum temporis occupata ab Assyriis patria meridiem versus confugissent ad Judaeos, coll. 1, 15. Nos vero negamus opus esse mutatione; negamus iidem posse de Ephraimitis fugitivis hic cogitari. Num qui *jam pridem adversarius mihi exstitisti* ad aliquem dicit, negat eum adversarium esse in praesenti? Nihil igitur incommodi habet אֶתְמוּל. At non dicitur, *cujus* adversarius surrexerit populus Jovae. Quasi vero nexus verborum latere sinat lectores, adversarium intelligi *Jovae*. Jovae autem adversarius populus Jovae tum est, cum non servat illius praecepta. Ex quo simul perlucet, recte se habere עַמִּי Subjectum. Vides enim, in primo membro generatim populi refractariam agendi rationem, in altero autem et tertio speciatim illius violentiam et rapacitatem perstringi. Ipsius Hitzigii interpretationi repugnant
9. quae subjiciuntur vs. 9 sqq. — *Feminas populi mei*, intellige viduas, *expellitis e domo deliciarum suarum*, e carissimis aedibus suis, ex domibus paternis, quas rapitis ad vos; *a parvulis earum*, viduarum orphanis, *aufertis* iniquo et violento raptu *decus meum*, amictum eis a me datum, *in perpetuum*, in omne vitae tempus. תַּעֲנֻגֶיהָ, עֹלָלֶיהָ propr. *deliciae ejus*, *parvuli ejus*. Transit a Plurali ad Singularem. הֲדָרִי *decus meum*, id est, a me datum; cf. Hos. 2, 11. Intelligendum esse *amictum*, docet מֵעַל; cf. etiam vs. 8. Haud improbabiliter Rosenmüllerus „videtur, inquit, hic respici ad legem Exod. 22, 25., qua vestis pignoris loco accepta jubebatur pauperi ante occasum solis reddi; hi nunquam reddebant.“ Sic locum hunc interpretabitur, quicunque liber ab opinione praejudicata legerit, coll. vs. 1. 2. cf. Jes. 10, 2. al. Non sic Hitzigius, qui necessitate coactus (cf. ad vs. 8.) Ephraimitarum intelligit feminas fugitivas, quae, quum petant a Judaeis, ut

ipsis permittant apud eos cum parvulis suis commorari, donec videant, quas deus res suas convertat, ab illis duriter expellantur. Quod parvulis auferri dicatur *decus Jovae*, esse *cultus Jovani beneficium*, siquidem qui terra Jovae sacra ejiciantur, abire cogantur ad deos alienos. Ad talia delabuntur rerum novarum studiosi! Conferendum hunc versum esse cum vs. 2., jam supra monuimus. Rejicienda vero Hitzigii interpretatio est vel hac una de causa, quod *deliciarum domus* manifeste sunt *domus paternae*, non, ut opinatur Tigurinus, hospitia. — Haec igitur vestra 10.
agendi ratio est. Stat itaque sententia supra in vos dicta (vs. 4. 5.), utut odiosa vobis (vs. 6.)! *Surgite et abite!* qui alios expellitis e sedibus suisque privatis bonis (vs. 2. 8. 9.), pulsi patria excedite ipsi (vs. 4. 5.)! *neque enim hic locus quietis est*, neque enim firma et stabilis sedes vobis esse permittitur haec, quam habitatis, terra, *propter immunditiem* quae *perdit, et perditionem gravissimam*, id est, propter flagitia vestra, quae perniciem afferunt eamque ineluctabilem. מְנוּחָה *locus quietis*, ut Num. 10, 33. al. בַּעֲבוּר וגו' causam repetunt, cur illi patria ejiciendi sint. תְּחַבֵּל relative accipiendum. ו *et* quidem, ut saepe alias. Rosenmüllerus, de Wette et alii בַּעֲבוּר טָמְאָה תְּחַבֵּל et quae subjiciuntur sic sunt interpretati: *propter immunditiem*, scelera vestra, *perdit* vos terra cet. Quae sententia minus commoda videtur. Quod cum probe intellexisset Benary, תְּחֻבַּל pro תְּחַבֵּל legendum putavit. Is enim (*de Hebraeorum leviratu* Berol. 1835. p. 69.) „melius puto, inquit, levissima vocalium mutatione scribes תְּחֻבַּל, quod tamen non verterim: *corrumpetur corruptione* rell. sed a nomine חֶבֶל potius, qui est funiculus mensorius (cf. supra vs. 5. et Amos. 7, 17.), deductum recens חבל verbum *funiculo metiri*, *dividere* explicarim: *dividetur et quidem divisione turpissima* (cf. Am. l. l.). Nam נמרץ vocabulum, ut hoc addam, a מרץ non ea significatione deducendum est, quam Kimchi auctoritatem secuti nonnulli statuunt, inprimis Gesenius, qui פרץ radicem confert; sed collato מלץ (cf. etiam מרק), ad primariam notionem מרץ est tritum, laevem esse, deinde tenuem, turpem, aegrum; cf. arab. مرض et verbi חלה notiones, quae ipsa significatio omnibus scripturae locis convenit. קללה נמרצת itaque est exsecratio turpissima, sive perniciosa (cf. מַכָּה נַחְלָה Jer. 14, 17), itemque חבל נמרץ funiculus turpissimus sive perniciosus.“ Quae conjectura ingeniosa quidem est et sensum fundens

maxime aptum ad rem; cf. vs. 4. 5. Attamen, quum חָבַל verbum *dividendi* vim nusquam alias habeat, placet acquiescere in scriptura recepta eamque interpretari in modum supra dictum aptiorem illo quo utuntur vulgo. Hitzigius nostram sequitur rationem, sed verba conversa esse jubet ad Ephraimitarum feminas fugitivas, quas vs. 8. respici putari non posse vidimus ad illum ipsum. Plane nihil est, quod ex Jes. 28, 12. perlucere dicit, verba לֹא זֹאת הַמַּרְגֵּעָה dicta esse ad *fessos*. Quid iste locus ad hunc? Sed non opus est verbis in re aperta; vid. supra interpretatio.
11. — Redit jam ad vs. 6. Talia utique vos aspernamini. Blanda qui dicet, utut falsa, is vester erit propheta. *Si quis iret*, (et) *ventum et mendacium mentiretur*, inania et ficta loqueretur, dicens: „*vaticinor tibi de vino et de temeto*“: *tum foret*, is foret *vaticinator populi hujus*, talis, qualem hic populus optat et amat. Alii: *si quis*, *qui sectaretur ventum et mendacium*, *mentiretur* ect. A vero prorsus aberravit Hesselbergus, quem confutare lon-
12. gum. — Sunt qui falsi prophetae verba hic continuari existiment. Sed absolutam esse istius sermonem quatuor verbis אַטִּף לְךָ לַיַּיִן וְלַשֵּׁכָר vel docet addita apodosis וְהָיָה מַטִּיף הָעָם הַזֶּה. Itaque ipsius Michae verba habenda sunt quae leguntur vs. 12. 13. Rosenmüllerus „nexus, inquit, cum iis, quae praecedunt, talis fere concipiendus: si quis ventosus et vanus homo esset, qui mentiretur, et multum vini promitteret, huic quantumvis mentienti crederetis potius quam alteri vera dicenti, hoc solo nomine, quod laeta praediceret. Sed et ego bona praedicam, et quidem de re omnium maxima, quae est hujusmodi: postquam vos, inquit Jova, in exsilium, ut supra minatus sum, relegavero, inde colligam.“ Quod quaesitum et falsum. Opposita haec quidem minis sunt jactatis supra, sed nullo cum proxime praegressis vinculo cohaerent. Subito vates minas temperat promissis, nullum parans a tristibus ad laeta transitum. Cujus rei causa quaerenda in eo est, quod tristibus subjicere laeta in *more* erat prophetarum, quod, inquam, talis promissio recepta et consueta *perorandi formula* erat. Eadem ratio loci Hos. 2, 1 sqq. al. *Colligam*, *Jacobe*, *te totum*, *congregabo reliquias Israelis*; *ut una sint faciam instar ovium septi*, *instar gregis in pascuo*; *strepent prae hominibus*, prae multitudine hominum; tanta erit hominum copia. הַדָּבְרוֹ articulo muniti causa ponenda in statu qui praecedit constructo; cf. בְּתוֹךְ הָאָהֳלִי Jos. 7, 21. al. coll. G. gr. min.

§. 108, 2, e. הַהִיקָנוּת Subjectum habet *septum* et *pascuum*. — Redițus de exsilio verbis magis propriis describitur: *Proficis-* 13.
citur perruptor, rex qui redeuntibus viam aperit perrumpens omnia impedimenta, *ante illos; perrumpunt* omnia obstacula *et pervadunt portam* hostilem, urbis hostilis, in qua capti et oppressi tenebantur, *et exeunt ex ea*, *et incedit rex eorum ante eos*, *et Jova in fronte eorum*, duce et auspice Jova. „הַפֹּרֵץ *perruptor* cum ה demonstrativo. Loquitur ergo de certa quadam persona et antonomastice sic dicta, quae mox vocabitur *rex illorum*, ut non sit dubium, vatem de Messia cogitasse, seu divino illo heroe, quo auspice aureum seculum orbem beaturum sperabant. Eum ducturum dicit populum suum, et ita quidem, ut perruptis omnibus impedimentis iter pandat. Nam פָּרַץ *perrupit* est repagula, obices et quicquid profecturum detinere possit diffringere, ut pervadere possit.“ Recte haec Rosenmüllerus, sed quod idem verba פָּרְצוּ rel. sic transfert: *perrumpent et pervadent*, *portam* pervadent, frangent, nulla erit adeo munita porta, quae ab ingressu eos arcere possit, *et*, sicut perruptis repagulis intrabunt, ita *exibunt per eam*, portam cet., id falsissimum. Non de ingressu et egressu, sed de solo egressu ex urbibus hostilibus, de reditu in patriam agitur. Hitzigius הַפֹּרֵץ vervecem ductorem esse vult, qui gregem ex septo (vs. 12.) educturus illius januam (שַׁעַר) perrumpat. Quae interpretatio sensum incommodum fundit.

CAP. III, 1—IV, 8. Arg. 3, 1—4: ob magistratuum injustitiam, 5—8: ob prophetarum venalia verba 9—12: evertetur urbs Sionia. 4, 1—8: sed eversa olim restituetur. — *Et dixi:* 1.
audite dum, *capita Jacobi*, primores J., qui publicum exercetis judicium, cf. vs. 11., *et magistratus*, judices *domus Israelis! Nonne vobis* est, nonne vestrum, vestrarum partium est, *nosse jus?* cf. quae subjiciuntur et vs. 9. — *Qui odio habetis bonum*, 2.
id quod bonum est, *et amatis malum*, id quod malum est; *qui detrahitis cutem eorum*, Israelitarum *de iis*, *et carnem eorum de ossibus eorum*, qui omnibus rebus eos spoliatis, bonis omnibus eos exuitis. Participia appositione cohaerent cum רָאשֵׁי וגו׳ vs. 1. טוֹב abstractum esse docet quod statim sequitur רָעָה, hac ipsa de causa scripturae a Masorethis illius in loco positae praeferendum; cf. vs. 9. — *Et qui vorant* (sic ad verbum; latine dixeris 3.
qui voratis cet.) *carnem populi mei*, *et cutem eorum de iis de-*

trahunt, et ossa eorum frangunt, et disponunt quasi in olla, et
carnis instar in lebete. Quid significet caro, quid cutis valeat,
quid ossa velut coquenda, haec qui scire cupit adeat Hitzigium,
siquidem putaverit talia exquirenda! Nos enim verbis his non-
nisi augeri et amplificari putamus verba extrema commatis supe-
4. rioris, quorum sensum ibi paucis significavimus. — *Tunc*, illo
tempore, quo illis accidet calamitas memorata supra 2, 3., *cla-
mabunt ad Jovam, neque audiet eos; et occultabit faciem suam
ab iis*, nullam eorum curam habebit, *tempore illo, secundum id
quod mala fecerunt facinora sua*, pro eo quod male fecerunt.
5. אָז idem quod בַּיּוֹם הַהוּא 2, 4. cf. ibid. vs. 3. — Hactenus in
primores populi. Jam perstringit falsos prophetas. *Sic dicit
Jova contra prophetas, qui errare faciunt*, scientes inducunt in
errorem *populum meum, qui mordent*, qui si mordent *dentibus
suis*, id est, habent unde vivant: *proclamant*, annuntiant *pacem*,
omnia pacata, tranquilla mansura esse clamant, *et qui non dat*
aliquid *in os eorum*, et si quis non praebet unde vivant: *contra
eum parant*, ei denuntiant *bellum*, belli mala. הַמַּתְעִים אֶת־עַמִּי,
id est, qui non accusant ejus scelera, non denuntiant illorum
poenas (cf. vs. 8.), sed quorum venalia verba sunt, qui fausta
praedicunt solventibus pretium, infausta non solventibus, ut sta-
tim dicitur. Verba הַנֹּשְׁכִים בְּשִׁנֵּיהֶם cet. Rosenmüllerus: „*qui
mordent dentibus suis et proclamant pacem*, i. e. qui dum pro-
spera omnia promittunt, et contribules suos securos esse jubent,
populum stultum et ipsorum oraculis nimium credulum in illud
periculum conjiciunt, quod non putabat cavendum. Alii *mordere*
capiunt pro *comedere*, ut sensus sit: dum eis abunde datur, quo
rumen impleant, populo grata praedicunt. Ita Chaldaeus: qui
offerenti ipsis convivia carnis vaticinantur pacem. Verum obstat,
quod נָשַׁךְ nusquam est *escam mandere*, sed omnibus, quibus re-
peritur locis, *morsum infligere noxium* significat, et proprie de
serpentum morsu dicitur, ut Gen. 49, 17. Num. 21, 6. 8. Amos.
5, 19. Indicantur igitur nostro loco *iis qui dentibus mordent*
ejusmodi prophetae, qui instar serpentum venenatos atque lethales
ictus aliis infligunt. Kimchi: dum pacem clamant et populo blan-
diuntur, perinde faciunt, ac si morderent cum dentibus." Quae
sine dubio falsa est interpretatio. Quemadmodum enim opposita
inter se sunt קָרְאוּ שָׁלוֹם et קִדְּשׁוּ מִלְחָמָה, sic necesse est ut
inter se opposita sint הַנֹּשְׁכִים בְּשִׁנֵּיהֶם et אֲשֶׁר לֹא יִתֵּן עַל פִּיהֶם.

ita ut חוֹשְׁבִים מִשְׁגּוֹתָם verba nos possint non habere eam quam subjecimus vim. Leve est quod נָשַׁךְ *mordere* nusquam alias *mandendi* significatum habet. Sufficit enim, quod *mandendi* significatum ferre *potest*, ex *communi* usu loquendi. Dicunt latini, dicunt nostrates aliique *mordere* pro *mandere*. Falsus est Rosenmüllerus in eo quoque, quod שָׁלוֹם *prospera quaeque* significare vult. Proprie accipiendum est שָׁלוֹם, proprie מִלְחָמָה; cf. vs. 12.
— *Propterea nox sit vobis ita ut non sit visio*, ita ut non amplius visa se vobis objiciant, *et tenebrae* sint *vobis*, *ita ut non* 6.
amplius *divinetis; et occidet sol super istis prophetis*, *et ater fiet super iis dies!* id est, propterea, quod editis falsis vaticiniis scientes populum in errorem inducitis (vs. 5.), ingentia in vos ingruent mala, quae cogent vos ab illis desistere. Tenebrae calamitatis imagines; cf. Am. 8, 9. 5, 18. coll. supra 2, 3. 4. Hitzigius *noctem* et *tenebras* ad *mentem* referendas putat falsorum prophetarum. Male. Postulat enim lex parallelismi, ut, quemadmodum *sol occidens* et *dies se obscurans* sic *nox* et *tenebrae* imago sint *fortunae adversae*. Ad מֵחָזוֹן et מִקְּסֹם Rosenmüllerus „particulam מִן ante חָזוֹן nonnulli sumunt causaliter *ob visionem* (ita LXX ἐξ ὁράσεως et Hieronymus *ex visione*, e recentioribus de Wette *ob visionem*), i. e. vaticinia vestra, quibus alios decepistis, fient vobis causa et origo ingentium malorum. Quia tamen jam praecessit causalis particula לָכֵן, praestat מִן hic privative capere. Concinit Chaldaeus: ideo confundemini quominus prophetetis" cet. Recte. Sed graviorem causam, propter quam מן privative accipiendum, subjecit Hitzigius, versum dico septimum. Sensus: superventura falsis istis prophetis gravissima mala esse, quae finem factura sint vanis illorum hariolationibus. Istiusmodi enim temporibus inopes consilii fieri prophetas falsos, nec posse consistere nisi afflatos divino spiritu prophetas veros, sententia est vatis; cf. vs. 7. Rosenmüllerus et Hitzigius מֵחָזוֹן et מִקְּסֹם eo referunt, quod promissa falsorum prophetarum non sint eventum habitura. Cui sententiae repugnare videtur versus superior.
— *Et pudore afficientur isti videntes*, qui visa sibi objici per- 7.
hibent prophetae falsi, *et erubescent isti divinantes*, *et obvelabunt barbam omnes*, *quod non erit responsum dei*. Lugentium est obvelare caput Jer. 14, 4., barbam Ezech. 24, 17., id est, faciem usque ad oculos. Ex quo ipso ritu veram, nisi fallor, lucem accipit qui Ps. 35, 13. legitur locus תְּפִלָּתִי עַל חֵיקִי תָשׁוּב

precatio mea in sinum meum redit, preces fundo capite usque ad
mediam faciem obvelato veste, atque in sinum inclinato. כִּי אֵין
מַעֲנֵה אֱלֹהִים Rosenmüllerus: „*quia non est responsum dei*, sc.
id „ quod ipsi dixerant.“ Quod falsum. Dicit potius: quia divi-
nitus non monentur; hoc vero nihil est aliud quam: quia tum
nulla amplius oracula habebunt, quibus populum in errorem in-
ducant; obmutescunt enim calamitosis temporibus prophetae falsi,
consilii inopes; cf. ad vs. 6. Pro מַעֲנֵה nonnulli libri מַעֲנָה Par-
8. ticipium, eodem sensu. — *Veruntamen ego plenus sum virtute*,
spiritu Jovae, et jure, sensu justi, recti, *et fortitudine, ad indi-
candum Jacobo delictum suum et Israeli peccatum suum.* Op-
ponit se falsis istis vatibus non afflatis spiritu divino, meticulosis,
ad voluntatem loquentibus omnia, nihil ad veritatem. כֹּחַ *vis,
virtus* ad obeundum munus prophetae necessaria. Quae nulla est
alia, quam רוּחַ יְהוָה, *spiritus divinus*, quo qui non afflatur
non potest esse propheta. Hinc אֶת־רוּחַ יְהוָה appositione co-
haeret cum כֹּחַ. מִשְׁפָּט *jus* meton. pro sensu, studio, amore ejus
quod justum et rectum est. גְּבוּרָה *fortitudo*, animus impavidus,
9. timoris expers. — Accedit jam ad id quod potissimum continetur
hac oratione. Antea tamen omnia hactenus dicta una compre-
hensione complectitur. *Audite dum hoc, capita*, primores *domus
Jacobi, et magistratus domus Israelis, qui abominamini jus*,
quod justum est, *et omne rectum*, et quidquid rectum est, *per-
vertitis!* cf. vs. 1. הַמְתַעֲבִים וגו' ad verbum: *abominantes jus,
et omne rectum pervertunt*, omissa relatione et mutata in tertiam
10. persona. — *Qui aedificatis Sionem sanguine et Hierosolyma
improbitate*, id est, qui, praeclari quidem principes! de urbe
meretis ejusque commoda promovetis sanguine faciendo civium,
pravis patrandis facinoribus! cf. Hab. 2, 12. coll. Ezech. 22, 27.
11. בֹּנֶה propr. *qui*, quisquis *aedificat*. — *Capita*, principes *ejus*,
urbis Hierosolymitanae, *pro munere judicant*, muneribus corrumpi
se patiuntur in judicando, *et sacerdotes ejus pro praemio docent,
et prophetae ejus pro argento divinant; et* tamen *in Jova in-
nituntur*, non verentur fiduciam collocare in Jova, *dicentes:
nonne est Jova inter nos?* nonne apud nos sedem suam, templum
habet? *non superveniet nobis malum!* Ad רָאשֶׁיהָ בְּשֹׁחַד יִשְׁפֹּטוּ
cf. 7, 3. Jes. 1, 23. Ezech. 22, 12. al. *Sacerdotum* erat docere
legem, Lev. 10, 11. Deut. 17, 11. 33, 10., et quidem gratis, ut
hic ipse docet locus; cf. Pirke Afoth 4, 5: Rabbi Zadok dixit:

legem ... ne facias ligonem, quo fodias (i. e. legem ne facias rem, ex qua idonea merces redeat, ex qua acquirantur quae sunt ad vitam necessaria), alioquin violabis sanctitatem legis. Eadem de causa Rabbi Hillel dixit (ibid. 1, 13.): ... qui utilitatem capit e verbis legis, ejus vita auferetur e mundo. Plura alia quae huc pertinent tibi dabit *Gfroerer* in libro nuper edito, qui inscriptus est *Geschichte des Urchristenthums*, I, 1. (Stuttg. 1838.) p. 157
sq. Ad נְבִיאֶיהָ בְּכֶסֶף יִקְסֹמוּ cf. supra vs. 5. — *Quare propter* 12
vos, judices, sacerdotes, prophetae, *Sion*, regio in qua sita est urbs Hierosolymitana, *ager arabitur*, in arva abibit, *et Hierosolyma*, ejus aedificia, *ruinae erunt*, *et mons domus*, templi *altitudines silvae*, silvis tectae; cf. Jer. 26, 18. — CAP. IV. Quae tribus primis versibus continentur fere iisdem verbis leguntur in Jes. 2, 2—4. Jam quum illa Jesaiae oratio edita sit tempore Achasi, Micha vero scripserit regnante Hiskia, in suum usum convertisse videri possit Jesaiam Micha. Probabilius tamen quod jam ad Jes. l. l. statuimus, celebre hunc locum illis temporibus vaticinium fuisse utroque vate antiquius, etiamnunc videtur, ea de causa, quod quae subjiciuntur in utroque vate illo cum loco minus bene cohaerent. Hitzigius locum ab Joele profectum esse persuasum habet. Sed infirmissimae sunt quas affert rationes. Quod ita esse videbunt lectores, simulatque quos locos Hitzigius inter se conferri vult contulerint, vs. 2. cum Joel. 4, 18., vs. 3. cum Jo. 2, 2. 4, 2. 12., vs. 4. cum Jo. 1, 7. 12. 2, 22. Speciem aliquam veritatis unus tantummodo locus praebere videri possit, vs. 3. collatus cum Joel. 4, 10. Sed quam exigui ponderis haec quoque res sit, docent allati ad Jo. loci paralleli, ut qui ostendant, frequentem fuisse apud veteres poetas illam de conflandis falcibus in enses, ensibus in falces imaginem. Ipsissima scriptoris antiqui verba exhibere Hitzigius Micham putat. Quae sententia aliquo modo firmari potest eo, quod, qui apud Micham ad praecedentes versus bene convenit ideoque una cum illis ex antiquiore illo scriptore sumtus videtur vs. 4. in Jesaia deest. Sed quae praeter hanc se offerunt discrepantiae, ita comparatae sunt, ut plane nihil ex iis colligi possit. En ipsas. Mich. 1: יִהְיֶה הַר בֵּית יְהוָֹה נָכוֹן, Jes. 2: נָכוֹן יִהְיֶה הַר בֵּית יְהוָֹה; Mich. ibid. וְנִשָּׂא הוּא מִגְּבָעוֹת, Jes. ibid. וְנִשָּׂא מִגְּבָעוֹת; Mich. ibid. וְנָהֲרוּ עָלָיו עַמִּים, Jes. ibid. וְנָהֲרוּ אֵלָיו כָּל־הַגּוֹיִם; Mich. 2: וְהָלְכוּ גּוֹיִם רַבִּים, Jes. 3: וְהָלְכוּ עַמִּים רַבִּים; Mich. ibid. וְאֶל־בֵּית,

Jes. ibid. אֶל־בֵּית; Mich. 3: וְשָׁפַט בֵּין עַמִּים רַבִּים, Jes. 4: וְשָׁפַט
בֵּין הַגּוֹיִם; Mich. ibid. וְהוֹכִיחַ לְגוֹיִם עֲצֻמִים עַד רָחוֹק, Jes. ibid.
וְהוֹכִיחַ לְעַמִּים רַבִּים; Mich. ibid. חַרְבֹתֵיהֶם, Jes. ibid. חַרְבוֹתָם;
Mich. ibid. יִשְׂאוּ, Jes. ibid. יִשָּׂא. Sed redeundum est ad inter-
1. pretationem. Quum in postremo capitis superioris commate urbi
et templo excidium propter scelera principum, sacerdotum, pro-
phetarum esset minatus, jam in solatium piorum eadem illa loca
praenuntiat olim instauranda, ita quidem, ut novum templum
multo angustius pristino sit futurum, omnesque ad illud conflu-
xuri sint terrarum populi, solum Jovam deum ac dominum ha-
bituri. *Et futurum est diebus extremis*, longo post tempore
futuris, *ut sit mons domus Jovae*, Sion *constitutus in capite
montium*, id est, ut primum, summum locum teneat inter montes,
ut emineat super ceteros montes, *et altior sit collibus; et con-*
2. *fluent ad eum populi.* — *Et ibunt*, surgent *populi multi*, *et di-
cent:* „*ite*, agite, *et ascendamus in montem Jovae*, *atque in
domum dei Jacobi*, *et doceat nos de viis suis*, vias suas, eam
agendi rationem, quae ipsi probetur, *et eamus in semitis ejus*,
sequamur ipsi probatum agendi modum!“ *nam e Sione exibit lex*,
et verbum Jovae ex Hierosolymis, nam e Sione docebitur, quae
agenda, quae omittenda sint. מִדְּרָכָיו cum מִן partitivo. Qui est
modestior, vel si mavis, negligentior dicendi modus pro דְּרָכָיו.
Nam cum *doceat nos de viis suis* dicunt, manifeste volunt *doceat*
3. *nos vias suas* dicere. — *Et judicabit populos multos*, *et senten-
tiam feret nationibus numerosis*, *usque in loca remota*, senten-
tiam Jova feret populis quam plurimis, etiam remotissimis; *et
cudent gladios suos in falces messorias*, *et hastas suas in falces
vinitorias*, arma convertent in instrumenta ad agriculturam per-
tinentia, desinet esse bellum, florebunt pacis artes; *non tollent*
amplius *populus adversus populum gladium*, *nec discent amplius
bellum*. De verbis וְכִתְּתוּ rel. vid. quae observavimus ad Joel.
4 4, 10. — *Et habitabunt quisque sub vite sua et sub ficu sua*,
felicissima utentur tranquillitate, *neque erit qui terreat*, nullo
interpellante; *nam os Jovae exercituum locutus est*, fallere ne-
sciens. יָשְׁבוּ אִישׁ וגו' locutio proverbialis. Cf. 1 Reg. 5, 5.
(4, 25.): וַיֵּשֶׁב יְהוּדָה וְיִשְׂרָאֵל לָבֶטַח אִישׁ תַּחַת גַּפְנוֹ וְתַחַת תְּאֵנָתוֹ
מִדָּן וְעַד בְּאֵר שָׁבַע כֹּל יְמֵי שְׁלֹמֹה; item Zach. 3, 10. De יְהוָֹה
5 צְבָאוֹת cf. ad Jes. 1, 9. coll. not. ad Ps. 35, 23. — *Sit*, fiat!
omnes populi vivant quisque nomine dei sui, id est, ita, ut deum

quisque suum colat ejusque sequatur praecepta; *et nos vivamus nomine Jovae, dei nostri*, nos vero vivamus deum colentes Jovam cet. *in perpetuum atque sempiternum!* De כִּי particula, cujus vim h. l. non perspexerunt interpretes, vid. ad Ps. 49, 20. Ad nexum quod attinet, is haud absimilis est illi, qui est Jes. 2, 5. Vere enim, opinor, Rosenmüllerus (male ceterum *nam ambulant* reddens verba): „quum Jova nobis spem faciat tam praeclarae restitutionis, oportet nos bono animo stare, et hac promissione fretos pergere in vero ejus cultu, utcunque aliae gentes suis diis serviant, et in suis superstitionibus superbiant.“ — Redit ad rem. 6.
Die illo, i. e. tempore illo felicissimo, de quo vs. 1 sqq., *dictum Jovae, colligam quidquid claudicat*, Israelitas dolentes et male se habentes, *et quidquid expulsum*, profugum *est*, Israelitas profugos *congregabo*, *et eos quibus male feceram*, variis afflixeram calamitatibus. בַּיּוֹם הַהוּא, id est, illo qui futurus est בְּאַחֲרִית הַיָּמִים vs. 1. אֹסְפָה הַצֹּלֵעָה cet. Rosenmüllerus: „*colligam claudicantem* unamquamque, metaphora ab ovibus itinere et aestu solis defatigatis desumta, *et dispulsam* a grege vel caula *colligam*.“ Quo eodem modo explicandum putat locum Zeph. 3, 19., collato ad utrumque Ezech. 34, 16. Ejus tamen aliam rationem esse docet comma praecedens. Praestat igitur hoc quem tractamus et Zeph. loco הַצֹּלֵעָה et הַנִּדָּחָה cum Hitzigio et aliis collective accipere. — *Et faciam claudicantes* (vid. supra) *reliquias*, 7.
id est, faciam, ut reliqui maneant, non permittam, ut collabantur, pereant, *et remotos*, ejectos in terras remotas (cf. infra vs. 10.) faciam *populum numerosum; et regnabit Jova iis in monte Sion ab hoc tempore*, id est, ab illo tempore, de quo hic dicitur, futuro illo (vs. 1. 6.), *et usque in sempiternum.* — *Et tu, turris* 8.
gregis, id est, arcis regiae turris, ex qua prospectans observat, custodit gregem i. e. populum (Jer. 13, 17. al.) rex, *clive filiae Sionis*, mons Sion, in quo urbs Hierosolymitana ex parte condita erat, *ad te accedet et veniet dominium pristinum, imperium filiae Hierosolymorum*, id est, recuperabis regiam illam dignitatem, qua olim usa erat urbs sancta. מִגְדַּל עֵדֶר, cum Gen. 35, 21. sit vicus in vicinia Bethlehemi („*Bethlehem*, civitas David, et mille circiter passibus procul *turris Ader*, quae interpretatur *turris gregis*“ Hieron.), hoc loco pro ipso oppido Bethlehem, hoc vero pro stirpe regia Davidis positum volunt, coll. 5, 1. Cui interpretationi praeter illud, quod coacta est, obstat hoc,

quod cum מִגְדַּל עֵדֶר appositione cohaeret עֹפֶל בַּת צִיּוֹן. לְבַת יְרוּשָׁלָ͏ִם non est Genitivus Objecti, ut opinatur Hitzigius, sed Subjecti. Perinde est, ac si dictum esset *imperium tuum*, imperium quo usus eras tempore antiquo.

CAP. IV, 9 — V, 14. Arg. 4, 9. 10: instare exsilium; Jovam vero ex hostium manibus populum erepturum esse. 11—14: imminere hostes, urbem obsidione clausuros; fore tamen, ut opprimant Israelitae eos ipsos, a quibus nunc oppressi teneantur, populos hostiles. 5, 1—8: promittitur e Bethlehemo oriundus servator, qui populum afflictum ab Assyriorum (cf. Prooemium) vexationibus sit vindicaturus, eumque talem redditurus, qui hostes perdat. 9—14: quo exoptatissimo tempore remotum iri dicuntur omnia, in quibus ad illud tempus fiduciam collocaverint, prae-
9. sidia inania et nefanda. — *Nunc, quare tollis clamorem lugubrem? Num non est rex in te, an consiliarius tuus periit, quod prehendit te dolor instar parturientis?* Alloquitur filiam Sionis; cf. vs. 10. Expugnata ab Assyriis Samaria Judaei quoque ab illis omnia metuebant; cf. Jes. 10, 8 sqq. In verbis הַמֶּלֶךְ cet. ironia est. Vult dicere, inopes consilii regem et principes
10. esse. — *Dole et enitere*, est quod gravissimis doloribus crucieris, *filia Sionis* (cives Hierosolymitani), *instar parturientis! jam enim*, obsidione clausa, cf. vs. 14., *exibis ex urbe*, urbem trades, cf. Jes. 36, 16. 1 Sam. 11, 3. 2 Reg. 24, 12. coll. vs. 10 sq., *et manebis in agro*, per tempus in agro capta detineberis, usque dum ad abducendam captivorum turbam omnia parata fuerint, *et venies*, migrabis, abduceris *usque Babylonem; ibi* tamen *liberaberis, ibi redimet*, eripiet *te Jova e manu hostium tuorum*. Ad rem conferenda sunt quae leguntur 5, 2. גֹּחִי pro גִּיחִי ob praecedens חוּלִי; cf. שׁוּב מֹל Jos. 5, 2. ibique not. Quod saepe accidit Hitzigio, ut plus quam inest eliciat ex verbis, id ei accidit hoc loco. Nam cum filia Sionis *parturire* jubetur, eam juberi putat exequi facienda, id est, tradere urbem. Similiter Hesselbergus expugnationem urbis comparari judicat doloribus, abductionem captivorum partui. Rectius Rosenmüllerus: „verba חוּלִי et גֹּחִי per metonymiam caussae pro effectu suspiria et gemitus feminae parturientis indicant.“ Cum *torqueri et eniti* jubetur filia S., nihil profecto aliud jubetur quam *gravissimis et acerbissimis doloribus cruciari*,
11. quales sunt mulieris enitentis prolem. — *Nunc quidem congregant*

se adversus te populi multi, dicentes: profanetur Sion, *et delectetur aspectu Sionis oculus noster!* גּוֹיִם רַבִּים, Assyrii 5, 4., et qui illorum imperio tum temporis parebant populi, cf. Jes. 22, 6. הָאֹמְרִים וגו', cf. Jes. 10, 8 sqq. תֶּחֱנָף Sion, cf. quae subjiciuntur. *Profanetur* autem delendis sacris, cf. Jes. 10, 11. 46, 1. al. Alii, in his Hitzigius: sanguine faciendo. Ad תַּחַז
עֵינֵינוּ cf. 1, 9. ibique not. — *Et illi non norunt cogitata Jovae,* 12.
neque intelligunt consilium ejus; nam colligit, colliget *eos,* triturandos a nobis (vs. 13.) *mergitum instar in aream,* id est, qui nunc in perniciem nostram se congregant populi (vs. 11.), non cogitant, constituisse Jovam, ut a nobiscum ipsis, quibus nunc parent perniciem, post certum tempus pernicies paretur ipsis, vs. 13. Totius loci ratio et sententia haec est: victos nunc quidem a populis hostilibus in praesenti congregatis (vs. 11.) urbemque circumsedentibus (14.) cives in exsilium migraturos esse (10, a. 5, 2, a.); sed duce et auspice Messia e Bethlehemo oriundo (5, 1.) de exsilio reductos (10, b. 5, 2, b.) et restitutos in pristinum statum (5, 3.) oppressuros Israelitas esse eosdem illos, a quibus nunc oppressi teneantur, Assyrios (12. 13. 5, 4 sqq.). Hitzigius כִּי קִבְּצָם: *quod collegerit,* quasi dicatur: at illi non intelligunt, quum in nostram perniciem se congregent, in suam ipsorum perniciem se congregari a Jova. Qua ratione pugnant verba cum vs. 10. et 5, 2., et totius loci misere turbatur ratio. קִבְּצָם tri-
turandos quippe, id est, delendos, vs. 13. — *Surge et tritura,* 13
filia Sionis! Nam cornu tuum faciam ferrum, ferreum, *et ungulas tuas faciam aes,* aeneum; *et comminues populos multos, et consecrabis Jovae praedam eorum, atque opes eorum domino totius terrae.* דּוּשִׁי *tritura* hostes mergitum instar in aream a me collectos, vs. 12., i. e. perde eos! cf. Jes. 21, 10. Jer. 51, 33. Jam quum bovi comparetur filia Sionis frumentum in area exculcanti pedibus (cf. ad Jes. 28, 27.), *ungulae* illi *aeneae* tribuuntur. Sed quod eidem *ferrea* dantur *cornua* quoque, eo totius bovis robur significatur. Ridicula enim Ludovici de Dieu opinio, ex qua, quum cornibus ad triturandum non utantur boves, *cornu* esse putetur illud, quod habeant in *pedibus.* הֶחֱרִים לַיהוָה quid sit, intelligis ex Jos. 6, 17. coll. vs. 19. 21. 24. וְהַחֲרַמְתִּי per sensum posset prima persona haberi, ita ut לַיהוָה cet. esset pro לִי; cf. G. gr. ampl. p. 742. Nexus tamen ut pro 2. fem. (G. gr. min. §. 44. adn. 2.) habeatur suadet. Sic jam LXX, Syr.

14. Hieron. al., quamquam hisce non multum tribuerim. — *Nunc*
quidem *turmatim te congregas*, *filia turmae; obsidionem faciunt*
contra nos, obsidione claudunt urbem nostram, *virga feriunt*
maxillam judicis, i. e. principis, regis *Israelis*, eum ignominiose
tractant. Verba עַתָּה תִּתְגֹּדְדִי בַת גְּדוּד sunt qui referant ad ho-
stem, in his Rosenmüllerus, qui: „*jam turmatim coi*, collectis
copiis irrue, hostem alloquitur, quem compellat בַּת גְּדוּד *filia*
turmae, i. e. turmatim grassari solita.“ Verum ad בַּת צִיּוֹן ut
referas verba, tres te causae movere debent, quarum una est,
quod sic verba ad eosdem illos directa sunt, ad quos conversa
sunt proxime praegressa (vs. 13.); altera, quod praeter *Sionis*
filiam (13. 10.) in hac oratione non legimus aliam (cf. etiam
vs. 8.); tertia, quod in iis quae subjiciuntur vates de hoste lo-
quens *tertia* utitur persona (שָׂם). Itaque sic interpretamur verba:
nunc quidem *turmatim te congregas* (cf. Jes. 5, 7.), *filia turmae*,
catervatim adestis, ordines arctius jungitis, cives, in moenibus,
puta, ad arcendum ab urbe hostem. Ad *filiam Sionis* verba re-
ferenda putat Hesselbergus quoque; is vero sic illa explicat:
nunc quidem *incisiones tibi facis*, *filia incisionis*, nunc quidem
magno in luctu estis, cives; cf. Jer. 16, 6. 41, 5. 47, 5. 48, 37.
Sed prior ratio ad nexum accommodatior est. שָׂם hostis. שֹׁפֵט
1. *judex* de rege, ut Am. 2, 3. ubi cf. not. — CAP. V. „Oppo-
sita sunt quae jam sequuntur iis quae sub finem capitis superioris
denuntiata sunt malis, quasi dicat: quamvis urbs Hierosolymitana
expugnetur, ipseque rex indignissime tractetur, tamen non despe-
randum est fidis Jovae cultoribus; liberatorem enim ac domina-
torem populo Hebraico Bethlehema suo tempore dabit.“ Ros. *Et*
tu, *Bethlehem Ephratha*, *parva*, vix ampla satis, *ut sis*, quae sis
inter communia, civitates *Judae*, *ex te mihi exibit* aliquis, *ut sit*,
qui sit, ex te mihi exibit futurus *dominator in Israele*, *et origi-*
nes ejus erunt *a prisco tempore*, *a diebus antiquitatis*, a diebus
antiquis, id est, ex te vero, Bethlehem Ephratha, quamquam vix
digna, quae civitatibus Judae adnumereris, prodire jubebo Israeli-
tarum regem, Messiam, oriundum e gente antiqua. בֵּית־לֶחֶם
אֶפְרָתָה i. q. alias בֵּית לֶחֶם יְהוּדָה, cf. Gen. 35, 19. 48, 7., sedes
gentis Davidicae 1 Sam. 16, 1. 17, 12. Ruth. 1, 1 sq. 4, 17 sqq.
צָעִיר appositio. Male Rosenmüllerus: *parva es*. צָעִיר לִהְיוֹת
non *minor quam ut sis*, quod esset צָעִיר מִהְיוֹת, sed, quod, si
sensum quaeris, eodem redit, *parva*, vix ampla satis, *ut sis*.

Convenit, quod in libro Josuae inter urbes Judae non memoratur Bethlehem; cf. etiam Neh. 11, 25 sqq. בְּאַלְפֵי יְהוּדָה *inter communia*, civitates *Judae*. Erant singulae tribus divisae in plures civitates, אֲלָפִים propr. *communia*, ab אָלַף copulare, consociare, dietas, Jud. 6, 15. 1 Sam. 10, 19., quarum singulis singuli praeerant duces, propr. dicti אַלֻּפִים, Zach. 9, 7. 12, 5 sq. Hitzigius, Houbigantinum in modum nihil intactum relinquens, pro אֶפְרָתָה צָעִיר לִהְיוֹת בְּאַלְפֵי, ejecto intrepide לִהְיוֹת et ה litera ex אֶפְרָתָה translata in צָעִיר, legit אֶפְרָת הַצָּעִיר בְּאַלְפֵי in hanc sententiam: *et tu, Bethlehem Ephrath, quae es minima inter civitates Judae* cet. Quasi vero ad צָעִיר appositionem opus sit articulo! quasi non cogitando supplendum sit Participium verbi substantivi! Quasi verba צָעִיר לִהְיוֹת eum quem fecimus sensum ferre nequeant, aut non sit aptus is sensus! Deprecamur omnipotentem istam superioris temporis exegesin; deprecamur iidem male sanam Hitzigii criticen. לִי non: meo bono, quasi loquatur propheta nomine totius populi sui, ut opinatur Rosenmüllerus. Qui loquitur Jova est. Hitzigius: exibit *mihi* i. e. meum consilium exsequuturus. Malo ל ut saepissime alias auctoris esse, ita ut *mihi prodibit* sit me volente prodibit, ego illum prodire jubebo. Ad מִקֶּדֶם cet. cf. 7, 20. Amos. 9, 11. al. Sensus: originem trahet a domo antiqua. Quam Davidis esse perlucet ex initio commatis; cf. Jes. 11, 1. — *Propterea*, quod constituit Jova dare Israelitis serva- 2.
torem (vs. 1.), *tradet eos*, Israelitas hostibus *usque ad tempus* quo *quae paritura est pepererit*, Israelitas hostibus quidem tradet (cf. 4, 10, a.), sed non diutius, quam usque ad illud tempus, quo quae liberatorem paritura est femina illum pepererit, *et reliquiae fratrum ejus*, liberatoris, *redibunt ad filios Israelis*, tum qui reliqui fuerint dispersi in terris exteris Israelitae redibunt in patriam ad populares suos (cf. 4, 10, b.). Iterum propheta loquitur; Subjectum est Jova. ־ם Israelitas, vs. 1. עֵת stat. constr. pendens ex sententia יוֹלֵדָה יָלָדָה tanquam ex Nomine. יוֹלֵדָה Messiae mater. Obscurius et cautius loquitur, more prophetarum. „Suffixum in אֶחָיו non dubium esse potest ad divinum illum liberatorem referendum esse, qui vs. 1. Bethlehemae nasciturus praedicitur. *Residuo* (reliquiis) vero *fratrum ejus* significantur Hebraei in exteris terris dispersi, id quod clarissime illud ostendit, quod de eis dicitur, ipsos *redituros esse* (יְשׁוּבוּן) *ad Israelitas*, eos puta, qui in terra Cananaea degunt.“ Ros. Plane

a vero aberrat Hesselbergus, *fratres Messiae* populos alienos deos
3. colentes esse credens; cf. etiam יְתֵנֵם et supra 4, 10. — *Et stabit et pascet* Messias gregem Jovae, gubernabit populum Jovae *virtute praeditus Jovae*, *majestate praeditus nominis Jovae*, *dei sui*, *et sedebunt* oves, habitabunt Israelitae secure et tranquille; *nam nunc magnus erit*, auctoritate et potentia valebit rex *usque ad fines terrae*. וְעָמַד וְרָעָה Rosenmüllerus: „*et stabit et pascet* i. e. permanebit pascens. Sunt, qui *standi* verbo h. l. sedulitatem, circumspectionem et curam pastoralem significari existiment; nam ut gregem pastor eo magis circumspectet atque custodiat, erectus stare atque illi attendere solet.“ Quae posterior explicatio sine dubio priori illi praeferenda est; cf. Jes. 61, 5. בְּעֹז יְהוָֹה וגו' *cum virtute*, virtute praeditus *Jovae*, cujus erit vicarius; cf. Jes. 11, 2. שֵׁם יְהוָֹה non est pro *ipso Jova* positum, ut opinantur Rosenmüllerus, de Wette, Hesselbergus et alii, sed *nomen illustre*, *magnam famam* significat *Jovae*. Ad וְיָשָׁבוּ cf. 4, 4. Jes. 14, 30. Postrema verba possint uberius exponere videri illud בְּעֹז יְהוָֹה וגו'; nescio tamen an rectius causam reddere putem sententiae proxime praegressae וְיָשָׁבוּ, causam, inquam, cur secure habitaturi sint Israelitae, ita ut haec sit sententia: et secure habitabunt, quandoquidem hostiles populos fama nominis sui, auctoritate sua Messias continebit, eosque, si tamen ausi fuerint invasionem facere in suam terram, internecione delebit;
4. cf. vs. 4 sqq. — *Eritque tunc pax*, tranquillitas et securitas ab hostibus; *Assyrius*, a quo potentissimo populo Judaei tum temporis omnia metuebant, *cum venerit in terram nostram*, *et cum calcaverit*, ingressus fuerit *palatia nostra: tum constituemus adversus eum septem pastores et octo unctos hominum*, populi, id est, oppenemus illi duces populi haud paucos. זֶה adv. *hic*, de tempore dictum: *hoc* tempore, id est, quum h. l. sermo sit de tempore futuro: *illo* tempore, *tunc*. Eadem ratio est עַתָּה voculae 4, 7. Alii, in his Hitzigius: *eritque hic* (Messias) *pax*, id est, pacis auctor, tranquillitatem et securitatem nobis ab hostibus praestans, quos vincet, coll. Eph. 2, 14: αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν. Ad rem cf. שַׂר שָׁלוֹם Jes. 9, 5. *Septem et octo*,
5. haud paucos, multos; cf. ad Am. 1, 3. — *Et depascent* illi pastores, vs. 4. memorati, *terram Assyrii gladio*, facta in Assyriam invasione eam illi duces vastabunt gladio, *et terram Nimrodi* depascent, vastabunt *in ostiis*, portis *ejus*; *et liberabit* rex, Mes-

sias *ab Assyrio, cum venerit in terram nostram, et cum calcaverit*, ingressus fuerit *fines nostros*. „Sunt, qui רָעוּ vertant *conterent*, quasi referendum sit ad רָעַע, quod ex Aramaismo idem cum רָצַץ *confringere* (Ps. 2, 9.). Verum *pastorum* mentio versu superiore suadet, ut רָעוּ ad רָעָה referatur.“ (Suadet idem hoc quoque, quod ad confringendum, conterendum non utimur gladio.) „Est autem tralatio desumta a pecoribus herbam depascendo consumentibus et vastantibus.“ Ros. Cf. Jer. 6, 3: *ad eam*, filiam Sionis, *venient pastores et greges eorum*, duces hostiles cum suis exercitibus, *figent ad eam tentoria circumcirca, depascent suum quisque locum;* coll. Num. 22, 4. אֶרֶץ נִמְרוֹד „est vel *Babylonia* (cf. 4, 10.), in qua regnum Nimrodus inchoavit, uti dicitur Gen. 10, 10., vel, per epexegesin praecedentis, ipsa potius *Assyria*, in qua idem ille, prolato dominio, postea regnavit; cf. ibid. vs. 11.“ Ros. בִּפְתָחֶיהָ „Aben-Esra et Kimchi interpretantur *strictis suis* ensibus, quemadmodum Ps. 55, 22. פְּתִחוֹת *stricti* enses sunt. Ita Aquila, teste Hieronymo, qui eum sequutus *lanceas* vertit, et alia vetus graeca interpretatio, quam Hieronymus *Quintam editionem* vocat: ἐν παραξίφεσιν αὐτῶν. Quod tamen duplici de causa admitti non potest; primum, quod חֶרֶב *ensis* feminei generis nomen est, nostra vox vero in masculino posita; deinde, quod Suffixum, illa interpretatione adscita, masculinum esse deberet, quippe ad רֹעִים et נְסִיכֵי אָדָם vs. 4. referendum, ut igitur בִּפְתִחוֹתֵיהֶם scribendum fuisset. Verum Suffixum femininum in בִּפְתָחֶיהָ manifeste respicit nomen אֶרֶץ, quod proxime praecedit. פְּתָחֶיהָ autem sunt *portae ejus*, Jes. 3, 26. Recte igitur Symmachus et Theodotion verterunt ἐντὸς πυλῶν αὐτῆς. Jarchius בשערי מדינותיה *in portis urbium ejus* terrae, intra ipsas Assyriorum urbes.“ Idem. Profecta est falsa ista, ab Rosenmüllero confutata interpretatio ex studio parallelismi. Quemadmodum enim אֶרֶץ נִמְרוֹד *terra Nimrodi* respondet אֶרֶץ אַשּׁוּר *terrae Assyrii*, sic videbatur respondere debere בִּפְתָחֶיהָ voci בַּחֶרֶב. Interdum tamen sufficit parallelismus qui dicitur *formalis* s. *externus*. Ceterum *ostia ejus*, terrae Nimrodi, urbium illius portas esse non pro certo dixerim. Possunt enim ostia intelligi ipsius terrae, id est, angustiae et fauces, quibus per medios montes aditus ad illam clauditur aut aperitur; cf. 2 Reg. 3, 21. Probabilior tamen prior sensus, utpote ad nexum aptior, siquidem qui terram depopulatur inest in ea. Quod re-

petitur illud 'כִּי יָבוֹא בְאַרְצֵנוּ וגו non sine elegantia est. —
6. *Eruntque reliquiae Jacobi*, Jacobitarum, *in medio populorum multorum, ut ros a Jova, ut pluviae super herbam, quae non exspectant hominem, neque opperiuntur filios hominum*, quae sine hominum ope de coelo demittuntur. Rosenmüllerus hoc et proximo versu haec duo dicit promittere vatem de futuro statu populi: primum, fore, ut deus eum tueatur sine opera et adminiculo hominum (vs. 6.), deinde, ipsum etiam vires suppeditaturum, ut superior futurus sit cunctis hostibus (7.). Falsos esse, qui versu 6. per populum Israeliticum alios populos felices reddendos esse praedici opinentur; sed hoc dicere vatem, populi Hebraici eam fore conditionem, quasi quum herba rore coelesti irrigata laete vireat. Comparari igitur populum cum herba, quae succum et vigorem a rore aut pluvia trahat. Sensum quidem minime ambiguum esse hunc: Jovam populum suum florentem redditurum esse, quemadmodum augescat herba, quae tantum coelesti rore vigeat, nulla cultura nulloque hominum labore accedente. In qua interpretatione recte quidem rejicitur opinio eorum, qui populum Israeliticum alios populos felices redditurum hoc versu dici putant, coll. Hos. 14, 6. Eam enim opinionem quominus sequaris, manifeste obstat versus 7. Sed falsa est etiam ea sententia, quam proposuit Rosenmüllerus. Neque enim herbae rore aut pluvia irrigatae a deo, sed rori et pluviae demissae de coelo comparatur populus Israelitarum. Quomodo Rosenmüllerus verba כְּטַל מֵאֵת יְהוָה rel. sic potuerit explicare: „sicut herba quae alitur coelesti rore" cet., difficile profecto intellectu est. Fallitur cum aliis Rosenmüllerus etiam in eo, quod אֲשֶׁר refert ad עֵשֶׂב, quum referendum sit ad רְבִיבִים. Quemadmodum enim מֵאֵת יְהוָה pertinet ad כְּטַל, sic quae illis verbis respondent 'אֲשֶׁר לֹא יְקַוֶּה לְאִישׁ וגו omnino referenda sunt ad כִּרְבִיבִים. Quod יְקַוֶּה et יְיַחֵל in Singulari posita sunt, ratio est vel quod רְבִיבִים vim Nominis singularis, *pluviae* inquam, habere videbatur, ut חומות *moenia, murus* Jer. 51, 58. al., vel quod numerus accommodabatur ad Nomen proxime praegressum, quod constat saepe fieri in notionibus compositis, qualis est רְבִיבִים עֲלֵי עֵשֶׂב. Quare quum populus rori et pluviae de coelo (מֵאֵת יְהוָה) sine opera humana ('אֲשֶׁר לֹא יְקַוֶּה לְאִישׁ וגו) in terram cadenti similis futurus esse dicatur, roris vero et pluviarum guttae imago sint multitudinis (Ps. 110, 3.): vates dicere videtur fore, ut superstites Israelitarum solo dei beneficio mirum

in modum augeantur inter populos (ita ut roris et pluviae guttis pares fiant multitudine). Hitzigius sensum esse putat: fore, ut Israelitae populis hostilibus tam repente superveniant, quam cadat ros aut pluvia in herbam, coll. 2 Sam. 17, 12. Nescio tamen an hoc quoque loco expressa sit notio *multitudinis*. Sic ille: si consequuti fuerimus eum (Davidem) in uno aliquo eorum locorum, ubi versatur, castra locabimus adversus eum, כַּאֲשֶׁר יִפֹּל הַטַּל עַל הָאֲדָמָה *sicuti cadit ros in terram*, neque de eo aut de viris, qui cum eo sunt, superstes erit ullus. Praeterea in l. l. apertis verbis dicitur: וְנַחְנוּ עָלָיו כַּאֲשֶׁר יִפֹּל וגו', in eo autem, quem prae manibus habemus loco certum *incursionis hostilis* indicium non reperitur. Nil nisi hoc dicitur וְהָיָה — בְּקֶרֶב עַמִּים רַבִּים כְּטַל וגו'. De hostili in populos impetu sermo quidem est in versu qui subjicitur. Ex eo tamen nequaquam sequitur, ut hic versus in eundem sensum trahatur. Aptum enim ad nexum esse
eum quoque sensum, quem supra fecimus, nemo negabit. — Hunc 7.
mirum in modum dei beneficio aucti (6.) cunctos populos Israelitae oppriment. *Eruntque reliquiae Jacobi inter nationes*, *in medio populorum multorum*, *ut leo inter feras silvae*, *ut leunculus inter greges ovium*, *qui*, *cum irrumpit*, *proculcat et dilacerat*, *neque est qui servet*, possit gregem defendere, leoni stra-
gem edenti resistere. — Rosenmüllerus: „quod versu superiore 8.
per similitudinem expresserat, jam propriis verbis declarat, apostrophe ad populum Israeliticum directa, cui victoriam promittit adversus inimicos.“ Verum ad Jovam, non ad populum verba videntur directa esse, cf. Jes. 26, 11. coll. Exod. 13, 9. Num. 33, 3., nec promissum, sed optatum, promissis subjectum, continetur his verbis. Sic fiat! *Alta sit manus tua*, Jova, *super adversarios tuos*, *et omnes hostes tui exscindantur*, deleantur!
תָּרֹם Optativus. Hostes populi hostes Jovae sunt. — Tunc, cum 9.
duce et auspice Messia ex servitute in libertatem fueritis vindicati, cum deletis hostibus omnibus omnia fuerint pacata (4, 9—5, 8.), tunc removebuntur instrumenta belli et munimenta, vs. 9. 10., abolebuntur artes superstitiosae et cultus deorum commenticiorum, vs. 11. 12. 13. *Et futurum est illo die*, tempore quo eventum habuerint hactenus promissa, *dictum Jovae*, *et exscindam*, delebo, tollam *equos tuos e medio tui*, *et perdam currus tuos*. Intelligendos esse equos et currus bellicos, perlucet ex vs. 10. cf. locus
simillimus Zach. 9, 10. — *Et exscindam urbes terrae tuae*, *et* 10.

diruam omnia munimenta tua. Exscindendae dicuntur *urbes*, quia sunt munitae muris et portis; cf. hemistichium alterum. Illo tempore habitatum iri dicit in pagis apertis, sine muris et vecti-
11. bus; cf. Zach. 2, 8. coll. Jer. 49, 31. Ezech. 38, 11. — *Et exscindam incantationes e manu tua*, quibus uteris, *et praestigia-*
12. *tores non amplius erunt tibi.* — *Et exscindam imagines tuas et statuas tuas e medio tui, nec prosternes te amplius coram*
13. *opere manuum tuarum;* cf. Jes. 2, 8. 30, 22. — *Et evellam tua Astartes simulacra e medio tui, et perdam*, delebo *urbes tuas.* Monet Hitzigius, in verbo נָתַשׁ acquiesci posse in primaria *evellendi* notione, quum satis superque perluceat ex Deut. 16, 21., potuisse אֲשֵׁרָה *arborem* quoque esse. Sed quae l. l. habentur לֹא תִטַּע לְךָ אֲשֵׁרָה כָּל־עֵץ ad verbum haud dubie sic sunt reddenda: *ne erigito tibi Astartes simulacrum ex quocunque ligno;* cf. ibi not. Nihilo secius recte dices *evellere simulacrum*, quum quaevis statua fundamentum habeat demissum in terram. In אֲשֵׁירֶיךָ Hitzigius Jod *prius* ortum dicit ex altero, coll. זְקֵינֵינוּ Jos. 9, 11. Vellem dixisset etiam, ex quonam Jod ortum sit illud quod inest in אֲשֵׁירֵהֶם Deut. 7, 5. עָרֶיךָ idem hoc nexu difficultatem habere monet. *Urbes* jam vs. 10. memoratas esse. Posse quidem eo se referre videri scriptorem, unde sit egressus. Ita tamen omnem desiderari transitum, quum membra praegressa inde a vs. 9. bene inter se cohaereant. Chaldaeum reddere *hostes tuos;* cf. 1 Sam. 28, 16. (cf. etiam Ps. 139, 20. et quae ibi disputavimus). Sic intellecta verba transitum parare ad vs. 14. Sed qui vs. 14. memorentur alia de causa memorari populos exteros; praeterea sic quoque turbari parallelismum. Itaque suspicari aliquem posse, cogitandum esse de *arboribus*, collato ad הִשְׁמִיד loco Am. 2, 9. Verum יְעָרֶיךָ (Jod initiali orto ex Jod praegresso) non satisfacere (credo sane!) et quod conferri jubeat Michaelis (Suppl. p. 1969) arab. عروة *arbor semper virens*, vel ob nimiam formae diversitatem abjiciendum esse. Fortasse igitur pro עָרֶיךָ legendum esse עֵדֶיךָ *testes tuos*, coll. Deut. 16, 21. Jud. 6, 25 sqq. Jos. 22, 27 sq., testibus vero etiam statuas vel quaecunque ad cultum deorum fictorum pertineant monumenta significari putari posse, coll. Jes. 19, 20. Gen. 31, 44. 48. Nos servandam putamus scripturam receptam, *urbes* vero intelligendas existimamus eas, in quibus vel in quarum vicinia erecta essent istiusmodi simulacra.

— Conclusio. *Et sumam incensus ira et furore vindictam* 11.
a populis, qui non audiverint, obtemperarint; cf. vs. 4—8.
Hitzigius: *qui non audiverunt*, obtemperarunt, inde ab initio
mihi repugnarunt (cf. 2, 4.), id est, a populis praeter Israelitas
omnibus. Debet tamen hic versus repetere ea, quae supra l. l.
hujus capitis dicta erant. Alii אֲשֶׁר ad נָקָם referunt in hunc
sensum: et sumam *vindictam* a populis, *quam non audiverunt*,
inauditam.

CAP. VI. Vs. 1—8: Jova perstringit populum, quod pro
acceptis ab ipso beneficiis meritam debitamque gratiam non re-
ferat; neque enim quae offerantur sacrificia, sed recte facta po-
stulare sese. 9—16: at illos male facere, ideoque afficiendos
esse poenis. — „Ab exoptatis illis temporibus, quae cap. 4. 5. 1.
populares suos propheta sperare jusserat, nunc ad arguendum sui
temporis statum redit.“ Ros. Occasionem dederunt vs. 11. 12. 13.
capitis superioris. Vs. 1. 2. exordium. *Audite dum, quae Jova
dicit!* „*Surge*, ad me inquit, *litiga coram montibus, et audiant
colles vocem tuam!*“ In verbis אֶת־הֶהָרִים ex opinione J. H.
Michaelis metonymia inest continentis pro contento, regionis pro
incolis, in versu 2. autem prosopopoeia ad montes collesque, nulla
incolarum ratione habita. Quae mala interpretatio est. Non
possunt qui primo loco memorantur montes aliter intelligi, atque
montes et colles qui memorantur deinceps; non possunt, quum
vs. 1. extremo et vs. 2. montes et colles jubeantur *testes* esse, qui
initio nominantur montes sisti putari *rei*. Rei sistuntur Israelitae;
montes evocantur testes; cf. 1, 2. Jes. 1, 2. Deut. 32, 1. Itaque
אֶת־הֶהָרִים non *cum montibus*, sed *apud montes*, id est, ad fa-
ciem montium, coram montibus significabit; cf. עִם פְּנֵי Job. 1, 12.
— *Audite, montes, litem Jovae, et vos, perennia*, sempiterna, 2.
*fundamenta terrae! Nam lis Jovae est cum populo suo, et cum
Israele disputat.* — Jova loquitur. *Mi popule! quid feci tibi*, 3.
et quid defatigavi te, tuam patientiam, quo taedio te affeci? sc.
quod a me defeceris; cf. Jer. 2, 5 sqq. 31. *Testare contra me!*
profer, si quid contra me habes! — *Ego enim eduxi te e terra* 4.
Aegypti, et e domo servorum redemi te, ex servitute in liberta-
tem te vindicavi, cf. Exod. 20, 2.; *et misi ante te* qui te duce-
rent *Mosen, Aaronem et Mirjam*, illius sororem, „quae et ipsa
prophetis erat, suoque sexui post transitum maris rubri sacra
praeibat musica, Exod. 15, 20. Magna eam fuisse auctoritate

apud populum, etiam ex Num. 12, 1 sq. colligitur, ubi Aaron et Mirjam contra Mosen, propter ductam ab eo Aethiopissam obloquuti esse dicuntur; et quum Mirjam lepra affecta e castris exclusa esset, populus castra non movit ante Mirjam admissam ibid.
5. vs. 15." Ros. כִּי ut Ps. 44, 23. — *Mi popule! recordare, quaeso, quid consilii iniverit Balac, rex Moabitarum*, quemadmodum jusserit male tibi precari Bileamum, ut te perderet, Num. 22., *et quid responderit ei Bileam, filius Beori*, et quemadmodum me volente non male, sed bene ille tibi precatus sit, ibid. et cap. 23 sq., *a Schittim*, ubi ultima Israelitae castra habuerant in terra Moabitarum, Num. 25, 1., *usque ad Gilgalem*, ubi prima castra fuerant in terra Cananaea, Jos. 5, 9 sq., *ut cognoscas recte facta Jovae!* „Quae quis in alterum precaretur, sive bona sive mala essent, numen rata habere, vetus omnibus paene populis insita opinio erat. Hor. Epod. 5, 38: Diris agam vos: dira detestatio Nulla expiatur victimis. Sic ille apud Homerum Phoenix se ob patris diras sine prole mansisse queritur Iliad. 9, 453 sqq. Quum igitur tam efficaces crederentur dirae, praesertim si a vate pronuntiatae essent, haud mirum, inter magna in populum Hebraicum a Jova collata beneficia illud referri, quod diras, quibus populum Hebraicum Balaci jussu Bileamus devovere voluerat, non modo averteret Jova, verum et eundem illum vatem cogeret, ut populo optima quaeque precaretur. Ita et Hieronymus: „„recordare illius temporis, quando Balac, rex Moab, Balaam divinum adversum te mercede conduxit, et vide, quomodo contra voluntatem suam cupiens tibi maledicere hariolus benedixerit."" Quod ipsum, ut ingens beneficium, Israelitis in memoriam revocat Josua in ultima ista oratione sua 24, 9 sq." Ros. Idem mox: „ante hemistichii prioris verba priora מִן הַשִּׁטִּים עַד הַגִּלְגָּל repetendum est e superiore membro זְכָר־נָא, et vertendum: *recordare* quae *a Schittim ad Gilgalem usque* in te contulerim beneficia. Schittim is ipse locus erat, in quo populus gravissime in deum peccaverat, quia cum feminis Moabiticis scortatus est, et illarum suasu ad impurum simulacrorum cultum traductus, Num. 25, 1. *Gilgal* vero ille locus fuit, qui transmisso Jordane primus occurrit in terra Cananaea, quo populus castra habuit, donec maxima terrae pars subacta esset, Jos. 4, 20. 5, 9 sq. Quum igitur in Schittim, ante ingressum in terram Cananaeam, tam gravia populus ille commisisset, dignus erat, quem Jova ad illam servitutem, et quasi

pistrinum (vs. 4.) iterum compingeret, unde anno jam ante qua-
dragesimo evocarat. At ea fuit in suos lenitate, ut ad Gilgalem,
id est, in terram promissam, perduceret, et ut prius mare rubrum
aperuit, sic tunc Jordanem ita divisit, ut populus vestigio sicco
sine difficultate transierit, Jos. 3.“ Quae interpretatio vel ea de
causa rejicienda est, quod hunc sensum facturus scriptor ante
מִן הַשִּׁטִּים debuisset וּמֶה־עָשִׂיתִי vel וְאֵת אֲשֶׁר עָשִׂיתִי scribere.
Verba construenda sunt cum proxime praegressis. Non narrat
liber Num., bene precatum esse Bileamum a Schittim usque ad
Gilgalem. Legimus tamen, diversis illum per istam regionem
locis precatum esse. לְמַעַן דַּעַת minime cum Rosenmüllero et aliis
reddendum *ut cognosceres*, sed *ut cognoscas*. In memoriam po-
pulo beneficia olim in ipsum a deo collata revocantur, *ut intel-
ligat*, tantum abesse, ut unquam male sit habitus a Jova (vs. 3.),
ut maximis ab illo ornatus sit beneficiis. Hitzigius: *quod cognita
haberet* Bileamus *beneficia Jovae*, olim in te conferenda, coll.
Num. 24, 1. Quae interpretatio si ab alio quam ab Hitzigio
profecta esset, dubitarem, an serio esset prolata, tam impedita
est, tamque repugnans linguae legibus! — Jam populus, quasi 6.
ignorans, quid fieri velit Jova (cf. vs. 8.), quid tandem postulet,
interrogat, non sine irrisione paratum se dicens ad offerendum
immensum sacrificiorum cumulum, si forte sacrificiis delectetur
deus male contentus. *Qua re succurram Jovae, submittam me
deo excelso? Num succurram ei holocaustis, vitulis anniculis?*
cf. Lev. 9, 3. — *Num delectabitur Jova millibus arietum, myria-* 7.
dibus rivorum olei? An dabo, offeram *primogenitum meum sa-
crificium meum pro delicto*, *fructum ventris mei*, natos meos
sacrificium meum pro peccato? „Sunt, qui hemistichium prius
non populi, sed prophetae interrogationem existiment, et eam
quidem, quae vehementer neget, quasi diceret: sacrificiorum mul-
titudine nequaquam delectatur, absonum foret talia vel cogitare
de Jova. Sed quum altero versus hemistichio aperte populus in-
ducatur, plane ut versu superiore; nec hoc hemistichium alio
modo accipiendum arbitramur. Numquid placabitur, inquiunt,
nobis deus, si arietum millia ei offeramus?“ cet. Haec vere
Rosenmüllerus. Absque ulla idonea ratione prius hemistichium
verba vatis, posterius iterum populi verba continere putatur.
E contrario ex vs. 8. clare perlucet, versus 6. et 7. integros po-
puli esse. Conferas quae vs. 8. leguntur הִגִּיד לְךָ אָדָם מַה־טּוֹב.

cum בַּמָּה אֲקַדֵּם יְהוָֹה vs. 6. intellecturus, a vs. 8. demum incipere
responsum vatis ad interrogationes populi. Intelligendum est
oleum, quo in sacrificiis quotidianis utebantur, Lev. 2, 1. 15.
Rivi olei, tanta olei copia, quantum rivi secum aquarum evol-
vunt. Ad הַאֶתֵּן בְּכוֹרִי cf. Exod. 13, 13. פֶּשַׁע, חַטָּאת meton.
8. sacrificium pro delicto, peccato, cf. Lev. 6, 18. 23. — Sequitur
responsum vatis. *Indicbvit tibi, o homo*, deus (vs. 6. 7.), *quid
bonum sit; et quid Jova requirit*, postulat *a te, nisi ut facias
quod justum*, rectum *est, et ames benignitatem*, ames benigne
agere cum aliis, *et submisse ambules cum deo tuo*, et deo te
humiliter subjiciens vitam agas ipsi probatam; id est, non est,
quod tanquam male edocti quaeratis, quid fieri velit Jova; satis
enim indicavit vobis, quid ipsi probetur; et quid tandem postulat
a vobis, nisi ut cet. Quum Jova in secunda demum sententia
expresso verbo nominatus sit, Hitzigius הִגִּיד impersonaliter ac-
ceptum vult. Quasi Jova in superioribus interrogationibus (vs.
6. 7.), ad quas hic respondetur, nominatus non sit! Quasi cur
Jovae nomen in sententia quae subjicitur repeteret vates idoneam
causam non habuerit! de qua mox. Idem Hitzigius oculis diju-
dicari posse dicit, וּמָה יְהוָֹה דּוֹרֵשׁ non significare *et quid Jova
requirit*, sed *et q. J. requirat*, ita ut haec quoque verba pendeant
ex הִגִּיד לְךָ; ante כִּי אִם vero una cum negatione cogitando
complendum esse *sempe*, in hanc sententiam, quam etiam Hessel-
bergum fecisse video: *indicatum tibi est, o homo, quid bonum
sit, et quid Jova requirat a te*, nempe nihil *nisi* cet. Sic amant
turbulenter ac temere facere omnia. Si, priusquam oculis diju-
dicarent, oculos aperuissent, vidissent, novam ab וּמָה incipere
eamque absolutam sententiam, idque perlucere ex eo ipso, quod
Jova sit expresso verbo nominatus. Sic vero si interpretaris,
nullo opus habes complemento. Cf. locus qui huic, ut ovum ovo,
similis est Deut. 10, 12: וְעַתָּה יִשְׂרָאֵל מָה יְהוָֹה אֱלֹהֶיךָ שֹׁאֵל
מֵעִמָּךְ כִּי אִם־לְיִרְאָה אֶת־יְהוָֹה אֱלֹהֶיךָ וגו׳. — אַהֲבַת־ Infiniti-
vum esse docent עֲשׂוֹת cet. Ad הַצְנֵעַ cf. Prov. 11, 2. coll. chald.
צְנִיעַ *modestus, verecundus*, צְנִיעוּת *modestia, verecundia*. —
9. Sequitur altera pars orationis; cf. prooemium. *Vox Jovae ad
urbem*, Hierosolymitanam intellige, *clamat, et intelligentiam cir-
cumspicit nomen tuum*, id est, et num quis exstet intelligens,
recte sapiens, tu o deus prospectas. *Audite virgam et quis con-
stituerit eam*, audite, quae poena vos maneat et a quo! הָעִיר

κατ' ἐξοχὴν dicitur urbs Hierosolymitana. Verba difficiliora וְתוּשִׁיָּה יִרְאֶה שְׁמֶךָ Rosenmüllerus: „*et sapiens videt nomen tuum* i. e. te curat. Clamant quidem, inquit, prophetae, at soli sapientes et qui cordatiores sunt divina monita curant cordique habent. תּוּשִׁיָּה *intelligentia* ponitur pro אִישׁ תּוּשִׁיָּה *intelligente*. Jungitur vero Nomen femineum Verbo masculino יִרְאֶה, quod sensus ratio habetur, non grammaticae Nominis formae. Sapiens, inquit, solus יִרְאֶה *videt*, novit שְׁמֶךָ *nomen tuum*, te, Deum novit, qui ejus praeceptis obtemperat, ex ejus praescripto vivit. *Nomen dei* pro deo ipso.“ Verum qui sic reddere verba voluerit: *sapientia*, sapiens *respicit*, curat *nomen tuum*, te, rectius faciet hunc sensum: quicunque sapit, te curat, vel si mavis, te curet! Minus enim ad nexum convenit is sensus, quem fecit Rosenmüllerus. Benary (de Hebraeorum leviratu p. 70.): „possis vertere: *et salus* ei, qui *videt nomen tuum* i. e. qui curat, respicit, timet te (cf. Hieron. *et salus timentibus nomen tuum*). Nam durior certe est aliorum Kimchium fere sequentium interpretatio *et sapientia videt nomen tuum* i. e. sapiens curat te (vide supra). Sed nescio an melius versa structura ita dictum explices: *auxilium* (salutem) *videt nomen tuum*, ita ut caussa his verbis addatur, cur dei vox urbi acclamet, nam ejus salutem spectat etiamnunc, identidem urbem servaturus. *Nomen tuum* שמך plenius simulque exquisitius pro *tu deus* positum est, ut sono ad sequens שמעו attendatur, quemadmodum similia sono vocabula etiam in sequenti versu (אצרות רשע et רשע) jungit propheta, et, nisi egregie fallor, ipso in nostro adhibuit.“ (cf. rel. ad vs. 10.). Sed prior illa interpretatio *et auxilium*, salus, ei est, qui *videt nomen tuum*, qui curat, respicit, timet te, multo durior quam Kimchii illa est, et tam dura, ut admitti plane nequeat. Debuisset enim illum sensum expressurus vates וְתוּשִׁיָּה לַאֲשֶׁר יִרְאֶה שׁ׳ dicere vel simile quid. Ad alteram vero quod attinet, qui ex ea sensus nascitur minus aptus est ad ea quae deinceps dicuntur. J. D. Michaelis hunc sensum fecit: nam tu quidem, o deus, rem respicis et cultum realem. Quae interpretatio, ut taceam alia, sub תּוּשִׁיָּה voce notionem subjicit commenticiam. Hesselbergus: *vox Jovae urbi acclamat:* „*auxilium videbit* (urbs)“ est *nomen tuum*, o urbs! putans vatem auxilium promittere urbi ex ejus nomine, ירושלם, ut quod valere jubeat יִרְאֶה תּוּשִׁיָּה *videbit auxilium*. Cui interpretationi praeter copulam praemissam תּוּשִׁיָּה voci obstat

genus masculinum in שְׁמֶךָ; obstat etiam, quod in sequentibus
non auxilium promittit, sed poenas denuntiat vates. Hitzigius
collatis versionibus antiquis, quae in יראת omnes *timendi* signi-
ficationem expresserint (cf. etiam quod in nonnullis libris habetur
יראי, ortum tamen, opinor, ex illis ipsis versionibus) pro יִרְ-
mutatis vocalibus legi vult יִרְאַת Infinitivum ex יָרֵא in hanc sen-
tentiam: *et sapientia* est, *timere nomen tuum* (cf. Deut. 4, 10.
10, 12. Jes. 59, 19. Ps. 86, 11. Job. 28, 28.), ut verba haec effi-
ciant interjectam a vate sententiam, q. d. et sapienter agit, qui
attendit ad verba tua. Non male. Vide tamen, an non servari
possit scriptura recepta, an non רָאָה significet *circumspicere,
circumspectare* aliquid, prospectare, ecquid appareat, in hunc
sensum: *et intelligentiam circumspicit nomen tuum*, et intelli-
gentiam tu circumspicis, prospectas, ecquis exstet intelligens,
recte sapiens, probus, pius. Qui sensus ad interrogationes, quae
vs. 10. leguntur, maxime est idoneus; cf. Ps. 14, 2 seqq. Zeph.
1, 12. et similia. מַטֶּה veterum alii *tribum* reddiderunt, alii
sceptrum. Quorum neutrum aptum est ad nexum. Benary (vid.
ad vs. 10.) *vocem dei* intelligit, quam interpretationem et ipsum
repudiat יָעַד verbum. מַטֶּה *virga* est qua quis percutitur, hinc
trop. poena; שִׁמְעוּ מַטֶּה *audite virgam*, audite quae immineat
vobis poena, vs. 13 sqq. Hitzigius speciatim cogitat de *exercitu
hostili*, eoque Assyriorum, coll. Jes. 10, 5. 28, 15. וּמִי; intelli-
gendus Jova, vs. 13. יָעַד *constituere*, 2 Sam. 20, 5., non *minari*.
Suffixum ad מַטֶּה est referendum, quod hic est femininum, ut
שֵׁבֶט Ezech. 21, 15. Potest tamen etiam neutraliter sumi Suffixum
10. femininum, et referri ad id quod virga significatur. — Loquitur
jam Jova; cf. vs. 9. et 11 sqq. *Suntne adhuc in domo improbi
thesauri improbi*, inique parti, ex rapinis et sceleribus collecti,
et epha macra, justo minor, *exsecrabilis?* Quod initio hujus
versus positum est עוד, Benary l. l. ad versum praecedentem tra-
hendum putavit. „עוד האש vocabula, inquit, non solito more
sunt collocata, nam exspectaris utique האש עוד. Jam possis עוד
glossema insolentioris האש habere; sed id statuere vetor inprimis
praecedente יעדה vocabulo. Ad hoc ipsum עוד referendum duco,
quo non solum vs. 10. liberatus ab inutili hac voce, recte sicuti
vs. 11. incipit ab interrogatione, sed etiam nonus v. plenior ita
procedit: *vox dei acclamat urbi, nam salutem spectat nomen
tuum* (vid. ad vs. 9.)! *audite virgam* i. e. vocem dei (vid. ibid.),

ut *eum qui minatur* (ibid. vide) *eam identidem*.“ Quod non recte est judicatum. Tantum abest, ut molestum sit עוֹד positum initio versus 10., ut nullo modo illo possis carere. Lege עוֹד: et interrogabit Jova, an divitiarum inique partarum *nullus sit finis*. Dele עוֹד: et dicet *contraria* iis, quae vult dicere. Nihil habet miri, quod עוֹד est *praemissum* interrogandi particulae; cf. Gen. 19, 12. אִשׁ idem quod יֵשׁ, ut 2 Sam. 14, 19. Interpretamentum est quod in uno libro (K. 201.) legitur הִישׁ. LXX, Syr. Hieron. (hic: *adhuc ignis in domo impii*) legerunt אֵשׁ, quod sensum fundit nullum. בֵּית *in domo*, ut דֶּרֶךְ *in via* Hos. 6, 9. ubi cf. not. Quod libri plures exhibent הֲבֵית et ipsum interpretamentum est. Ad rem quae in hoc et proximo versu tractatur, cf. Amos. 8, 5 sqq. — *Num purus esse possum in lancibus* 11.
improbis, fallacibus, *et in crumena ponderum fraudulentorum*, et in crumena, in qua sunt pondera dolosa, id est, num purus esse possum, quum vos utimini lancibus fallacibus cet.? Haerent interpretes in אֶזְכֶּה. Rosenmüllerus: „*an purus ero*, id est, an purum et sanctum numen esse et haberi possem, *cum bilancibus improbis*, si bilancia fraudulenta adhiberi impunite admitterem?“ cet. Multo melior videtur eorum ratio, qui generalem hanc sententiam esse dicunt, q. d. num quis purus esse potest, qui utitur lancibus fallacibus cet. Sic Hesselbergus, Hitzigius, eundemque sensum jam expressisse videtur Chaldaeus. Haud scio tamen an ad hunc locum conferendus sit locus Ps. 18, 27., quem miror adhuc neminem huic loco adhibuisse. Ibi: עִם נָבָר תִּתְבָּרָר וְעִם עִקֵּשׁ תִּתְפַּתָּל *cum puro pure agis* (o deus), *et cum fallaci dolose agis*. Horum verborum ad rationem si intellexeris verba, aptissimum hunc sensum habebis: num candide agere possum cum iis, qui utuntur lancibus fallacibus? cet. cf. inprimis vs. 14. 15. Hieron. *numquid justificabo stateram impiam* cet. Legit הַאֲזַכֶּה. Ceterum in crumena praeter pecuniam (Prov. 7, 20.) pondera mercibus vendendis gestabant (Prov. 16, 11. al.) — *Quod divites ejus*, 12.
urbis Hierosolymitanae, *pleni sunt violentia*, *et incolae ejus loquuntur mendacium*, *et lingua eorum fraus* est, fraudulenta est *in ore eorum*. אֲשֶׁר *quod*, *quia*, ut saepe. Apodosin facit versus qui sequitur. Potest tamen etiam pro nota relationis haberi אֲשֶׁר construenda cum Suffixis, referendis ad urbem (vs. 9.), ut haec sit sententia: *cujus divites pleni sunt* cet. Quamquam enim in iis quae proxime praecedunt urbs memorata non est, tamen, quum

diruam omnia munimenta tua. Exscindendae dicuntur *urbes*, quia sunt munitae muris et portis; cf. hemistichium alterum. Illo tempore habitatum iri dicit in pagis apertis, sine muris et vecti-
11. bus; cf. Zach. 2, 8. coll. Jer. 49, 31. Ezech. 38, 11. — *Et exscindam incantationes e manu tua*, quibus uteris, *et praestigia-*
12. *tores non amplius erunt tibi.* — *Et exscindam imagines tuas et statuas tuas e medio tui, nec prosternes te amplius coram*
13. *opere manuum tuarum*; cf. Jes. 2, 8. 30, 22. — *Et evellam tua Astartes simulacra e medio tui, et perdam*, delebo *urbes tuas.*
Monet Hitzigius, in verbo נָתַשׁ acquiesci posse in primaria *evellendi* notione, quum satis superque perluceat ex Deut. 16, 21., potuisse אֲשֵׁרָה *arborem* quoque esse. Sed quae l. l. habentur לֹא תִטַּע לְךָ אֲשֵׁרָה כָּל־עֵץ ad verbum haud dubie sic sunt reddenda: *ne erigito tibi Astartes simulacrum ex quocunque ligno*; cf. ibi not. Nihilo secius recte dices *evellere simulacrum*, quum quaevis statua fundamentum habeat demissum in terram. In אֲשֵׁירֶיךָ Hitzigius Jod *prius* ortum dicit ex altero, coll. זְקֵינֵינוּ Jos. 9, 11. Vellem dixisset etiam, ex quonam Jod ortum sit illud quod inest in אֲשֵׁירֵהֶם Deut. 7, 5. עָרֶיךָ idem hoc nexu difficultatem habere monet. *Urbes* jam vs. 10. memoratas esse. Posse quidem eo se referre videri scriptorem, unde sit egressus. Ita tamen omnem desiderari transitum, quum membra praegressa inde a vs. 9. bene inter se cohaereant. Chaldaeum reddere *hostes tuos*; cf. 1 Sam. 28, 16. (cf. etiam Ps. 139, 20. et quae ibi disputavimus). Sic intellecta verba transitum parare ad vs. 14. Sed qui vs. 14. memorentur alia de causa memorari populos exteros; praeterea sic quoque turbari parallelismum. Itaque suspicari aliquem posse, cogitandum esse de *arboribus*, collato ad הִשְׁמִיד loco Am. 2, 9. Verum יְעָרֶיךָ (Jod initiali orto ex Jod praegresso) non satisfacere (credo sane!) et quod conferri jubeat Michaelis (Suppl. p. 1969) arab. عُرْوَةٌ *arbor semper virens*, vel ob nimiam formae diversitatem abjiciendum esse. Fortasse igitur pro עָרֶיךָ legendum esse עֵדֶיךָ *testes tuos*, coll. Deut. 16, 21. Jud. 6, 25 sqq. Jos. 22, 27 sq., testibus vero etiam statuas vel quaecunque ad cultum deorum fictorum pertineant monumenta significari putari posse, coll. Jes. 19, 20. Gen. 31, 44. 48. Nos servandam putamus scripturam receptam, *urbes* vero intelligendas existimamus eas, in quibus vel in quarum vicinia erecta essent istiusmodi simulacra.

— Conclusio. *Et sumam incensus ira et furore vindictam* 11.
a populis, qui non audiverint, obtemperarint; cf. vs. 4—8.
Hitzigius: *qui non audiverunt*, obtemperarunt, inde ab initio
mihi repugnarunt (cf. 2, 4.), id est, a populis praeter Israelitas
omnibus. Debet tamen hic versus repetere ea, quae supra l. l.
hujus capitis dicta erant. Alii אֲשֶׁר ad נָקָם referunt in hunc
sensum: et sumam *vindictam* a populis, *quam non audiverunt*,
inauditam.

CAP. VI. Vs. 1—8: Jova perstringit populum, quod pro
acceptis ab ipso beneficiis meritam debitamque gratiam non re-
ferat; neque enim quae offerantur sacrificia, sed recte facta po-
stulare sese. 9—16: at illos male facere, ideoque afficiendos
esse poenis. — „Ab exoptatis illis temporibus, quae cap. 4. 5. 1.
populares suos propheta sperare jusserat, nunc ad arguendum sui
temporis statum redit.“ Ros. Occasionem dederunt vs. 11. 12. 13.
capitis superioris. Vs. 1. 2. exordium. *Audite dum, quae Jova
dicit!* „*Surge*, ad me inquit, *litiga coram montibus, et audiant
colles vocem tuam!*“ In verbis אֶת־הֶהָרִים ex opinione J. H.
Michaelis metonymia inest continentis pro contento, regionis pro
incolis, in versu 2. autem prosopopoeia ad montes collesque, nulla
incolarum ratione habita. Quae mala interpretatio est. Non
possunt qui primo loco memorantur montes aliter intelligi, atque
montes et colles qui memorantur deinceps; non possunt, quum
vs. 1. extremo et vs. 2. montes et colles jubeantur *testes* esse, qui
initio nominantur montes sisti putari *rei*. Rei sistuntur Israelitae;
montes evocantur testes; cf. 1, 2. Jes. 1, 2. Deut. 32, 1. Itaque
אֶת־הֶהָרִים non *cum montibus*, sed *apud montes*, id est, ad fa-
ciem montium, coram montibus significabit; cf. עִם פְּנֵי Job. 1, 12.
— *Audite, montes, litem Jovae, et vos, perennia*, sempiterna, 2.
*fundamenta terrae! Nam lis Jovae est cum populo suo, et cum
Israele disputat.* — Jova loquitur. *Mi popule! quid feci tibi*, 3.
et quid defatigavi te, tuam patientiam, quo taedio te affeci? sc.
quod a me defeceris; cf. Jer. 2, 5 sqq. 31. *Testare contra me!*
profer, si quid contra me habes! — *Ego enim eduxi te e terra* 4.
Aegypti, et e domo servorum redemi te, ex servitute in liberta-
tem te vindicavi, cf. Exod. 20, 2.; *et misi ante te* qui te duce-
rent *Mosen, Aaronem et Mirjam*, illius sororem, „quae et ipsa
prophetis erat, suoque sexui post transitum maris rubri sacra
praeibat musica, Exod. 15, 20. Magna eam fuisse auctoritate

apud populum, etiam ex Num. 12, 1 sq. colligitur, ubi Aaron et Mirjam contra Mosen, propter ductam ab eo Aethiopissam obloquuti esse dicuntur; et quum Mirjam lepra affecta e castris exclusa esset, populus castra non movit ante Mirjam admissam ibid.
5. vs. 15.“ Ros. כִּי ut Ps. 44, 23. — *Mi popule! recordare, quaeso, quid consilii iniverit Balac, rex Moabitarum*, quemadmodum jusserit male tibi precari Bileamum, ut te perderet, Num. 22., *et quid responderit ei Bileam, filius Beori*, et quemadmodum me volente non male, sed bene ille tibi precatus sit, ibid. et cap. 23 sq., *a Schittim*, ubi ultima Israelitae castra habuerant in terra Moabitarum, Num. 25, 1., *usque ad Gilgalem*, ubi prima castra fuerant in terra Cananaea, Jos. 5, 9 sq., *ut cognoscas recte facta Jovae!* „Quae quis in alterum precaretur, sive bona sive mala essent, numen rata habere, vetus omnibus paene populis insita opinio erat. Hor. Epod. 5, 38: Diris agam vos: dira detestatio Nulla expiatur victimis. Sic ille apud Homerum Phoenix se ob patris diras sine prole mansisse queritur Iliad. 9, 453 sqq. Quum igitur tam efficaces crederentur dirae, praesertim si a vate pronuntiatae essent, haud mirum, inter magna in populum Hebraicum a Jova collata beneficia illud referri, quod diras, quibus populum Hebraicum Balaci jussu Bileamus devovere voluerat, non modo averteret Jova, verum et eundem illum vatem cogeret, ut populo optima quaeque precaretur. Ita et Hieronymus: „„recordare illius temporis, quando Balac, rex Moab, Balaam divinum adversum te mercede conduxit, et vide, quomodo contra voluntatem suam cupiens tibi maledicere hariolus benedixerit.““ Quod ipsum, ut ingens beneficium, Israelitis in memoriam revocat Josua in ultima ista oratione sua 24, 9 sq.“ Ros. Idem mox: „ante hemistichii prioris verba priora מִן הַשִּׁטִּים עַד הַגִּלְגָּל repetendum est e superiore membro זְכָר־נָא, et vertendum: *recordare* quae *a Schittim ad Gilgalem usque* in te contulerim beneficia. Schittim is ipse locus erat, in quo populus gravissime in deum peccaverat, quia cum feminis Moabiticis scortatus est, et illarum suasu ad impurum simulacrorum cultum traductus, Num. 25, 1. *Gilgal* vero ille locus fuit, qui transmisso Jordane primus occurrit in terra Cananaea, quo populus castra habuit, donec maxima terrae pars subacta esset, Jos. 4, 20. 5, 9 sq. Quum igitur in Schittim, ante ingressum in terram Cananaeam, tam gravia populus ille commisisset, dignus erat, quem Jova ad illam servitutem, et quasi

pistrinum (vs. 4.) iterum compingeret, unde anno jam ante quadragesimo evocarat. At ea fuit in suos lenitate, ut ad Gilgalem, id est, in terram promissam, perduceret, et ut prius mare rubrum aperuit, sic tunc Jordanem ita divisit, ut populus vestigio sicco sine difficultate transierit, Jos. 3." Quae interpretatio vel ea de causa rejicienda est, quod hunc sensum facturus scriptor ante מִן הַשָּׁמַיִם debuisset וּמֶה־עָשִׂיתִי vel וְאֵת אֲשֶׁר עָשִׂיתִי scribere. Verba construenda sunt cum proxime praegressis. Non narrat liber Num., bene precatum esse Bileamum a Schittim usque ad Gilgalem. Legimus tamen, diversis illum per istam regionem locis precatum esse. לְמַעַן דַּעַת minime cum Rosenmüllero et aliis reddendum *ut cognosceres*, sed *ut cognoscas*. In memoriam populo beneficia olim in ipsum a deo collata revocantur, *ut intelligat*, tantum abesse, ut unquam male sit habitus a Jova (vs. 3.), ut maximis ab illo ornatus sit beneficiis. Hitzigius: *quod cognita haberet* Bileamus *beneficia Jovae*, olim in te conferenda, coll. Num. 24, 1. Quae interpretatio si ab alio quam ab Hitzigio profecta esset, dubitarem, an serio esset prolata, tam impedita
est, tamque repugnans linguae legibus! — Jam populus, quasi 6.
ignorans, quid fieri velit Jova (cf. vs. 8.), quid tandem postulet, interrogat, non sine irrisione paratum se dicens ad offerendum immensum sacrificiorum cumulum, si forte sacrificiis delectetur deus male contentus. *Qua re succurram Jovae, submittam me deo excelso? Num succurram ei holocaustis, vitulis anniculis?*
cf. Lev. 9, 3. — *Num delectabitur Jova millibus arietum, myria-* 7.
dibus rivorum olei? An dabo, offeram *primogenitum meum sacrificium meum pro delicto*, *fructum ventris mei*, natos meos *sacrificium meum pro peccato?* „Sunt, qui hemistichium prius non populi, sed prophetae interrogationem existiment, et eam quidem, quae vehementer neget, quasi diceret: sacrificiorum multitudine nequaquam delectatur, absonum foret talia vel cogitare de Jova. Sed quum altero versus hemistichio aperte populus inducatur, plane ut versu superiore; nec hoc hemistichium alio modo accipiendum arbitramur. Numquid placabitur, inquiunt, nobis deus, si arietum millia ei offeramus?" cet. Haec vere Rosenmüllerus. Absque ulla idonea ratione prius hemistichium verba vatis, posterius iterum populi verba continere putatur. E contrario ex vs. 8. clare perlucet, versus 6. et 7. integros populi esse. Conferas quae vs. 8. leguntur הִגִּיד לְךָ אָדָם מַה־טּוֹב.

cum בַּמֶּה אֲקַדֵּם יְהוָֹה vs. 6. intellecturus, a vs. 8. demum incipere responsum vatis ad interrogationes populi. Intelligendum est *oleum*, quo in sacrificiis quotidianis utebantur, Lev. 2, 1. 15. *Rivi olei*, tanta olei copia, quantum rivi secum aquarum evolvunt. Ad הַאֶתֵּן בְּכוֹרִי cf. Exod. 13, 13. פִּשְׁעִי, חַטַּאת meton.
8. sacrificium pro delicto, peccato, cf. Lev. 6, 18. 23. — Sequitur
responsum vatis. *Indicavit tibi, o homo*, deus (vs. 6. 7.), *quid bonum sit; et quid Jova requirit*, postulat *a te*, *nisi ut facias quod justum*, rectum *est*, *et ames benignitatem*, ames benigne agere cum aliis, *et submisse ambules cum deo tuo*, et deo te humiliter subjiciens vitam agas ipsi probatam; id est, non est, quod tanquam male edocti quaeratis, quid fieri velit Jova; satis enim indicavit vobis, quid ipsi probetur; et quid tandem postulat a vobis, nisi ut cet. Quum Jova in secunda demum sententia expresso verbo nominatus sit, Hitzigius הִגִּיד impersonaliter acceptum vult. Quasi Jova in superioribus interrogationibus (vs. 6. 7.), ad quas hic respondetur, nominatus non sit! Quasi cur Jovae nomen in sententia quae subjicitur repeteret vates idoneam causam non habuerit! de qua mox. Idem Hitzigius oculis dijudicari posse dicit, וּמָה יְהוָֹה דוֹרֵשׁ non significare *et quid Jova requirit*, sed *et q. J. requirat*, ita ut haec quoque verba pendeant ex הִגִּיד לְךָ; ante כִּי אִם vero una cum negatione cogitando complendum esse *nempe*, in hanc sententiam, quam etiam Hesselbergum fecisse video: *indicatum tibi est*, *o homo*, *quid bonum sit*, *et quid Jova requirat a te*, nempe nihil *nisi* cet. Sic amant turbulenter ac temere facere omnia. Si, priusquam oculis dijudicarent, oculos aperuissent, vidissent, novam ab וּמָה incipere eamque absolutam sententiam, idque perlucere ex eo ipso, quod Jova sit expresso verbo nominatus. Sic vero si interpretaris, nullo opus habes complemento. Cf. locus qui huic, ut ovum ovo, similis est Deut. 10, 12: וְעַתָּה יִשְׂרָאֵל מָה יְהוָֹה אֱלֹהֶיךָ שֹׁאֵל מֵעִמָּךְ כִּי אִם־לְיִרְאָה אֶת־יְהוָֹה אֱלֹהֶיךָ וגו׳ — אַהֲבַת Infinitivum esse docent עֲשׂוֹת cet. Ad הַצְנֵעַ cf. Prov. 11, 2. coll. chald. צְנִיעַ *modestus*, *verecundus*, צְנִיעוּת *modestia*, *verecundia*. —
9. Sequitur altera pars orationis; cf. prooemium. *Vox Jovae ad
urbem, Hierosolymitanam intellige, *clamat*, *et intelligentiam circumspicit nomen tuum*, id est, et num quis exstet intelligens, recte sapiens, tu o deus prospectas. *Audite virgam et quis constituerit eam*, audite, quae poena vos maneat et a quo! הָעִיר

κατ' ἐξοχὴν dicitur urbs Hierosolymitana. Verba difficiliora וְתוּשִׁיָּה יִרְאֶה שְׁמֶךָ Rosenmüllerus: „*et sapiens videt nomen tuum* i. e. te curat. Clamant quidem, inquit, prophetae, at soli sapientes et qui cordatiores sunt divina monita curant cordique habent. תוּשִׁיָּה *intelligentia* ponitur pro אִישׁ תוּשִׁיָּה *intelligente*. Jungitur vero Nomen femineum Verbo masculino יִרְאֶה, quod sensus ratio habetur, non grammaticae Nominis formae. Sapiens, inquit, solus יִרְאֶה *videt*, novit שְׁמֶךָ *nomen tuum*, te, Deum novit, qui ejus praeceptis obtemperat, ex ejus praescripto vivit. *Nomen dei* pro deo ipso.“ Verum qui sic reddere verba voluerit: *sapientia*, sapiens *respicit*, curat *nomen tuum*, te, rectius faciet hunc sensum: quicunque sapit, te curat, vel si mavis, te curet! Minus enim ad nexum convenit is sensus, quem fecit Rosenmüllerus. Benary (de Hebraeorum leviratu p. 70.): „possis vertere: *et salus* ei, qui *videt nomen tuum* i. e. qui curat, respicit, timet te (cf. Hieron. *et salus timentibus nomen tuum*). Nam durior certe est aliorum Kimchium fere sequentium interpretatio *et sapientia videt nomen tuum* i. e. sapiens curat te (vide supra). Sed nescio an melius versa structura ita dictum explices: *auxilium* (salutem) *videt nomen tuum*, ita ut caussa his verbis addatur, cur dei vox urbi acclamet, nam ejus salutem spectat etiamnunc, identidem urbem servaturus. *Nomen tuum* שמך plenius simulque exquisitius pro *tu deus* positum est, ut sono ad sequens שמעו attendatur, quemadmodum similia sono vocabula etiam in sequenti versu (אצרות רשע et רשע) jungit propheta, et, nisi egregie fallor, ipso in nostro adhibuit.“ (cf. rel. ad vs. 10.). Sed prior illa interpretatio *et auxilium*, salus, ei est, qui *videt nomen tuum*, qui curat, respicit, timet te, multo durior quam Kimchii illa est, et tam dura, ut admitti plane nequeat. Debuisset enim illum sensum expressurus vates וְתוּשִׁיָּה לַאֲשֶׁר יִרְאֶה שׁ' dicere vel simile quid. Ad alteram vero quod attinet, qui ex ea sensus nascitur minus aptus est ad ea quae deinceps dicuntur. J. D. Michaelis hunc sensum fecit: nam tu quidem, o deus, rem respicis et cultum realem. Quae interpretatio, ut taceam alia, sub תוּשִׁיָּה voce notionem subjicit commenticiam. Hesselbergus: *vox Jovae urbi acclamat:* „*auxilium videbit* (urbs)“ est *nomen tuum*, o urbs! putans vatem auxilium promittere urbi ex ejus nomine, ירושלם, ut quod valere jubeat יִרְאֶה תוּשִׁיָּה *videbit auxilium*. Cui interpretationi praeter copulam praemissam תוּשִׁיָּה voci obstat

genus masculinum in שְׁמֶךָ; obstat etiam, quod in sequentibus non auxilium promittit, sed poenas denuntiat vates. Hitzigius collatis versionibus antiquis, quae in יראה omnes *timendi* significationem expresserint (cf. etiam quod in nonnullis libris habetur יראי, ortum tamen, opinor, ex illis ipsis versionibus) pro יִרְאֶה mutatis vocalibus legi vult יִרְאַת Infinitivum ex יָרֵא in hanc sententiam: *et sapientia* est, *timere nomen tuum* (cf. Deut. 4, 10. 10, 12. Jes. 59, 19. Ps. 86, 11. Job. 28, 28.), ut verba haec efficiant interjectam a vate sententiam, q. d. et sapienter agit, qui attendit ad verba tua. Non male. Vide tamen, an non servari possit scriptura recepta, an non רָאָה significet *circumspicere, circumspectare* aliquid, prospectare, ecquid appareat, in hunc sensum: *et intelligentiam circumspicit nomen tuum*, et intelligentiam tu circumspicis, prospectas, ecquis exstet intelligens, recte sapiens, probus, pius. Qui sensus ad interrogationes, quae vs. 10. leguntur, maxime est idoneus; cf. Ps. 14, 2 seqq. Zeph. 1, 12. et similia. מַטֶּה veterum alii *tribum* reddiderunt, alii *sceptrum*. Quorum neutrum aptum est ad nexum. Benary (vid. ad vs. 10.) *vocem dei* intelligit, quam interpretationem et ipsam repudiat יָעַד verbum. מַטֶּה *virga* est qua quis percutitur, hinc trop. poena; שִׁמְעוּ מַטֶּה *audite virgam*, audite quae immineat vobis poena, vs. 13 sqq. Hitzigius speciatim cogitat de *exercitu hostili*, eoque Assyriorum, coll. Jes. 10, 5. 28, 15. וּמִי; intelligendus Jova, vs. 13. יָעַד *constituere*, 2 Sam. 20, 5., non *minari*. Suffixum ad מַטֶּה est referendum, quod hic est femininum, ut שֵׁבֶט Ezech. 21, 15. Potest tamen etiam neutraliter sumi Suffixum
10. femininum, et referri ad id quod virga significatur. — Loquitur jam Jova; cf. vs. 9. et 11 sqq. *Suntne adhuc in domo improbi thesauri improbi*, inique parti, ex rapinis et sceleribus collecti, *et epha macra*, justo minor, *exsecrabilis?* Quod initio hujus versus positum est עוֹד, Benary l. l. ad versum praecedentem trahendum putavit. „עוד האש vocabula, inquit, non solito more sunt collocata, nam exspectaris utique האש עוד. Jam possis עוד glossema insolentioris האש habere; sed id statuere vetor inprimis praecedente יעדה vocabulo. Ad hoc ipsum עוד referendum duco, quo non solum vs. 10. liberatus ab inutili hac voce, recte sicuti vs. 11. incipit ab interrogatione, sed etiam nonus v. plenior ita procedit: *vox dei acclamat urbi, nam salutem spectat nomen tuum* (vid. ad vs. 9.)! *audite virgam* i. e. vocem dei (vid. ibid.),

et eum qui minatur (ibid. vide) *eam identidem.*“ Quod non recte est judicatum. Tantum abest, ut molestum sit עוֹד positum initio versus 10., ut nullo modo illo possis carere. Lege עוֹד: et interrogabit Jova, an divitiarum inique partarum *nullus sit finis.* Dele עוֹד: et dicet *contraria* iis, quae vult dicere. Nihil habet miri, quod עוֹד est *praemissum* interrogandi particulae; cf. Gen. 19, 12. אִשׁ idem quod יֵשׁ, ut 2 Sam. 14, 19. Interpretamentum est quod in uno libro (K. 201.) legitur היש. LXX, Syr. Hieron. (hic: *adhuc ignis in domo impii*) legerunt אֵשׁ, quod sensum fundit nullum. בֵּית *in domo*, ut דֶּרֶךְ *in via* Hos. 6, 9. ubi cf. not. Quod libri plures exhibent בְּבֵית et ipsum interpretamentum est. Ad rem quae in hoc et proximo versu tractatur, cf. Amos. 8, 5 sqq. — *Num purus esse possum in lancibus* 11.
improbis, fallacibus, *et in crumena ponderum fraudulentorum*, et in crumena, in qua sunt pondera dolosa, id est, num purus esse possum, quum vos utimini lancibus fallacibus cet.? Haerent interpretes in אֶזְכֶּה. Rosenmüllerus: „*an purus ero*, id est, an purum et sanctum numen esse et haberi possem, *cum bilancibus improbis*, si bilancia fraudulenta adhiberi impunite admitterem?“ cet. Multo melior videtur eorum ratio, qui generalem hanc sententiam esse dicunt, q. d. num quis purus esse potest, qui utitur lancibus fallacibus cet. Sic Hesselbergus, Hitzigius, eundemque sensum jam expressisse videtur Chaldaeus. Haud scio tamen an ad hunc locum conferendus sit locus Ps. 18, 27., quem miror adhuc neminem huic loco adhibuisse. Ibi: עִם נָבָר תִּתְבָּרָר וְעִם עִקֵּשׁ תִּתְפַּתָּל *cum puro pure agis* (o deus), *et cum fallaci dolose agis.* Horum verborum ad rationem si intellexeris verba, aptissimum hunc sensum habebis: num candide agere possum cum iis, qui utuntur lancibus fallacibus? cet. cf. inprimis vs. 14. 15. Hieron. *numquid justificabo stateram impiam* cet. Legit הַאֲזַכֶּה. Ceterum in crumena praeter pecuniam (Prov. 7, 20.) pondera mercibus vendendis gestabant (Prov. 16, 11. al.) — *Quod divites ejus*, 12.
urbis Hierosolymitanae, *pleni sunt violentia, et incolae ejus loquuntur mendacium, et lingua eorum fraus* est, fraudulenta est *in ore eorum.* אֲשֶׁר *quod, quia*, ut saepe. Apodosin facit versus qui sequitur. Potest tamen etiam pro nota relationis haberi אֲשֶׁר construenda cum Suffixis, referendis ad urbem (vs. 9.), ut haec sit sententia: *cujus divites pleni sunt* cet. Quamquam enim in iis quae proxime praecedunt urbs memorata non est, tamen, quum

illa per totum hunc locum ante oculos obversetur vatis, ad eam referri potuit אֲשֶׁר. Hitzigius voculam idem valere vult quod כִּי ante orationem rectam, coll. 1 Sam. 15, 20. 2 Sam. 1, 4. In hujusmodi vero locis praecedit dicendi verbum. Plane absona est sententia Hesselbergi, qui אֲשֶׁר una cum Suffixis vatem referre putat ad אֵיפַת (!), ita tamen, ut simul cogitet de בֵּית (!). —
13. *Itaque etiam ego mortifere percutiam te, vastans propter peccata tua;* cf. Jer. 30, 12. Nah. 3, 19. הֶחֱלֵיתִי הַכּוֹתֶךָ הַשְׁמֵם ad verbum: *aegrum faciam percutere te*, aegram faciam percussionem tuam (pass.), *vastando*. הֶחֱלֵיתִי Praet. quod dicitur propheticum; cf. vs. 14 sq. Suffixum masculinum est referendum ad
14. populum Hierosolymitanum; cf. ibid. — *Edes, nec satiaberis, eritque fames in visceribus tuis*, in ventre tuo, cf. Lev. 26, 25 sq. 2 Reg. 6, 25. Jer. 52, 6., *et amovebis, nec salvabis*, amovebis tua tuosque in loca tutiora, sed frustra, *et quod salvaveris, gladio tradam*, et si quae etiam salvaveris, in potestatem tradentur hostium, cf. Jer. 50, 37. Quod praeter hunc locum non legitur יֶשַׁח est *inanitas* ventris, fames, ab inus. יָשַׁח, arab. literis transpositis وَحَشَ IV. *vacuum esse, famelicum esse.* וְתַסֵּג propr. *et removeas*, licet removeas. Ex sententia Hitzigii הִסִּיג et פִּלֵּט ita inter se differunt, ut prius generatim significet *sal-*
15. *vare*, posterius *salvare vivos*, quae sunt minutiae. — *Seres, nec metes; calcabis olivas, neque unges te oleo, et mustum* calcabis, *nec bibes vinum;* cf. ad priora verba Lev. 26, 16. Virg. Eclog. 1, 71 sqq. Impius haec tam culta novalia miles habebit? Barbarus has segetes? . . . en, quîs consevimus agros! Ad reliqua
16. cf. Amos. 5, 11. — Jam una comprehensione complectitur supra dicta, et priore quidem hemistichio complectitur quae dixerat vs. 10. 11. 12., posteriore quae dixerat vs. 13. 14. 15. *Et observat sibi* populus *statuta Omris*, cf. 1 Reg. 16, 25 sq., *et universam agendi rationem domus Achabi*, cf. 1 Reg. 16, 30 sqq. cap. 21 sq., *et ambulatis in consiliis*, sequimini consilia *eorum*, Omris et Achabi, *ut faciam te stuporem et incolas ejus*, urbis *irrisionem*, ut faciam, ut quicunque te conspiciunt obstupescant, et incolae urbis ut habeantur ludibrio, *et contumeliam populi mei feretis*, et contumelia, qua afficietur populus meus, vos potissimum, Hierosolymitani! lacerabit. יִשְׁתַּמֵּר populus Hierosolymitanus; cf. vs. 13. 14. 15. Inde a וַתֵּלְכוּ a tertia pers. transit ad secundam, ita

ut populum *alloquatur* nunc utens Plurali (וַתֵּלְכוּ vos Hieroso-
lymitani), nunc Singulari (אֶתְךָ te popule), nunc iterum Plurali
(תִּשָּׂאוּ vos Hierosolymitani). De הָלַךְ בְּמוֹעֲצוֹת פ׳ vid. ad Ps.
1, 1. לְמַעַן non de eventu (Ros.), sed de consilio; cf. ad Am.
2, 7. יֹשְׁבֶיהָ, urbis Hierosolymitanae, vs. 12. עַמִּי de toto po-
pulo Israelitico intelligendum.

CAP. VII. Vs. 1—6. propheta mores populi prorsus corruptos esse queritur. 7—10. ad calamitatem a Jova depulsus fatetur populus, dignum se esse poena; sperat tamen, fore, ut Jova, cujus sit tutelae, ipsum a malis liberet. 11—13. eam spem vates confirmat et amplificat quidem, sed, priusquam meliora tempora veniant, poenas dandas esse dicit. 14—20. ad Jovam conversus vates pro salute populi sui preces fundit, quas firmissime persuasum habet illum auditurum esse. — *Vae mihi, quod mihi* 1.
fit secundum collectiones pomorum, secundum racemationes vindemiae, id est, quod idem mihi accidit, quod illi, qui poma quaerit post messem, uvas post peractam vindemiam! *Non est uva ad edendum*, non *ficus praecox*, quam *desiderat anima mea*, non reperio uvam, quam comedam, non ficum est. Sensus: probos quaero, sed nullos invenio; cf. vs. 2. אָסְפֵּי in Plurali dicitur ad rationem sequentis עֹלְלֹת, quod non utuntur nisi in Plurali. Hesselbergus pro אָסְפֵּי legens אֹסְפֵי: *secundum eos qui colligunt poma, secundum eas quae racemantur vindemiam*. Male. Nam עֹלְלֹת ubique significat *racemationes; racemationes* vero si significat עֹלְלֹת, sequitur, ut quod illi respondet אספי non sit אֹסְפֵי sed אָסְפֵּי efferendum cum Masorethis, ut sit ab אֹסֶף *collectio* Jes. 32, 10. Nec magis recte idem cum Rosenmüllero et aliis verba בִּכּוּרָה אִוְּתָה נַפְשִׁי sic putat transferenda: *ficum praecocem desiderat anima mea*, sed frustra. Quamquam enim verbis in se spectatis ferri possit haec interpretatio, probabilior tamen illa est, quam nos secuti sumus, ut quam postulare videatur parallelismus. Itaque ad בִּכּוּרָה cogitando repetimus אֵין (G. gr. min. §. 149, 3.), et quae sequuntur accipimus relative. — *Evanuit pius de terra*, 2.
plane non reperitur in terra qui pius sit, *et probus inter homines non est*, et qui probus sit nemo est inter homines; *omnes sanguini insidiantur*, sanguinem sitiunt, *unus alterum venantur reti*. חָסִיד hic *pius in homines* videtur esse; cf. quae subjiciuntur. חֵרֶם Acc. — *Ad malum manus sunt, ut bene faciant*, id est, 3.

ad malum bene faciendum, ad scelesta facinora probe facienda
intenti sunt; *magistratus poscit*, munus puta, quo corrumpatur,
et judex est *pro retributione*, paratus est pro munere, magi-
stratus, judices corrumpi se patiuntur; *et magnus*, *loquitur libi-
dinem animi sui is*, et qui potens, dives est, is quid fieri velit
dicit, animi optatum significat illis, *et* statim illi *pervertunt* rem,
causam, in commodum illius potentis, divitis, a quo se corrumpi
patiuntur. In prioribus verbis est oxymoron. הַשַּׂר idem qui
הַשֹּׁפֵט. שֹׁאֵל verbi absolute positi Objectum suppeditat nexus.
הַגָּדוֹל *magnus* potentia, opibus. הוּא quod Hitzigius male judicat
cum vi repetere Suffixum praecedens, Subjectum repetit absolute
praepositum. Dicit vates: *et magnus*, *loquitur . . . is*, *et per-
vertunt* causam judices; magnus, simulatque animi optatum ex-
pressit verbo, statim ad pervertendam illius ex sententia causam
parati sunt venales judices. Longum est aliorum confutare inter-
4. pretationes contortas. — *Optimus eorum instar spinae est*, *rectis-
simus* pejor *spineto*, etiam optimi et rectissimi inter eos spinarum
instar laedunt. *Dies speculatorum tuorum*, dies praedictus a pro-
phetis tuis, *poena tua veniet; tunc erit perturbatio eorum*, tunc
is erit status eorum, ut quo se vertant nesciant. Quod in טוֹבָם
est Suffixum pertinet etiam ad יָשָׁר. יָשָׁר מִמְּסוּכָה *rectus* est
prae spineto, pejor spineto. יוֹם מְצַפֶּיךָ *dies speculatorum*, id
est, prophetarum *tuorum*, cf. Jer. 6, 17. Ezech. 3, 17. coll. Hab.
2, 1., id est, dies a prophetis tuis praedictus, quo poenam a vobis
Jova sumet, ut statim expresso verbo dicitur. Suffixum respicit
populum. עַתָּה *hoc tempore*, id est, quum sermo sit de futuro
tempore: *illo tempore*, *tunc*, plane ut supra 4, 7., infra vs. 10.,
5. cf. etiam זֶה 5, 4. Ad ultima verba cf. Jes. 22, 5. — Nusquam
tuta fides; proditores ad unum omnes. *Ne fidem habeatis amico*,
*ne fiduciam collocetis in familiari! ab ea quae cubat in sinu
tuo*, ab ipsa conjuge *custodi ostia oris tui!* שֹׁכֶבֶת חֵיקֶךָ uxor,
אֵשֶׁת חֵיקֶךָ Deut. 13, 7. 28, 54. cf. אִישׁ חֵיק ibid. vs. 56. —
6. *Nam filius contemnit patrem*, *filia exsurgit in*, contra *matrem*,
nurus in socrum suam; hostes viri, heri sunt *domestici ejus*.
אַנְשֵׁי בֵיתוֹ Subjectum. Cf. ad hos duos versus Ovid. Met. 1, 144
sqq. non hospes ab hospite tutus, Non socer a genero; fratrum
quoque gratia rara est. Imminet exitio vir conjugis, illa mariti
7. cet. — Sequitur altera pars. Rosenmüllerus: „ego vero, inquit
propheta in persona eorum inter suos populares, qui a Jovae cultu

non defecerant, in hoc deplorato reipublicae statu rerumque
omnium perturbatione oculos habeo conversos in deum, nihil
dubitans, quin ex his malis suo tempore me sit liberaturus." At
non qui fidem Jovae servaverant, sed qui ab eo defecerant hic
loquuntur, depulsi ad calamitatem, eamque sua culpa se sibi con-
traxisse agnoscentes, vs. 9. Itaque quae his quatuor versibus
continentur referre putanda sunt ea, quae dicturus sit populus,
quum acciderit denuntiata a vate calamitas (vs. 4.), eaque popu-
lus edoctus intellexerit se errasse. *Ego vero Jovam*, ejus auxi-
lium *circumspicio, exspecto deum salutis meae; audiet me deus*
meus. — *Ne laeteris, hostis mea, de me! Cum cecidi, surgo,* 8.
surgam; *cum sedeo in tenebris, Jova lux mihi* est, erit. אֹיַבְתִּי
hostis mea, hostes mei, ut si dixisset בַּת אַשּׁוּר. *Tenebrae* cala-
mitatis imago, *lux* salutis; cf. vs. 9. — *Iram Jovae*, poenas ab 9.
eo mihi inflictas *feram* patienter, *nam peccavi in eum, usque*
dum litiget litem meam et agat causam meam; educet me e te-
nebris in lucem (vs. 8.), *cum voluptate videbo justitiam ejus*,
qua, quum poenas meritas exsolvero, rem meam contra hostes
defendet. Videtur quod יוֹצִיאֵנִי copula caret indicio esse, non
pendere ex עַד אֲשֶׁר haec ultima verba. Pro certo tamen dici
nequit. — *Et videbit* id *hostis mea* (cf. ad vs. 8.), *et teget eam* 10.
ignominia, eam *quae* nunc *dicit ad me: ubi* tandem *ille*, *Jova*,
deus tuus, quem salutis tuae deum dicis? *Oculi mei cum vo-*
luptate videbunt eam, oculos pascam ea; *tunc fiet conculcatio*,
conculcabitur pedibus, *ut lutum platearum.* Ad אַיּוֹ יְהוָה cf.
Exod. 2, 6. Deut. 34, 10. אֱלֹהָיִךְ, o filia Sionis! cf. quod prae-
cedit אֹיַבְתִּי. Pro תִּרְאֶינָּה Masorethae: תִּרְאֶנָּה, quod, si quan-
titas spectatur, eodem redit. Sic תַּעֲנֶנָּה Jud. 5, 29. pro תַּעֲנֶינָה.
עַתָּה ut supra vs. 4. — Nunc iterum loquitur propheta; cf. pro- 11.
oemium. *Die quo aedificabunt muros tuos*, quo aedificabuntur
muri tui, *illo die longe discedet terminus*, longe proferentur ter-
mini urbis, summopere amplificabitur urbs, ut, quod vs. 12. di-
citur, capere possit ingentem incolarum multitudinem, undique
illuc confluentes populos. יוֹם Acc. גְּדֵרָיִךְ ut אֱלֹהָיִךְ vs. 10. Ad
verba יִרְחַק חֹק quod attinet, ea de Wette significare vult *longe*
remotus est terminus, tempus quo id fiet, ita ut versus 11. et 12.
unam continuam sententiam efficiant, יִרְחַק חֹק vero in parenthesi
interpositum sit, in hunc sensum: (vs. 11:) *die quo aedificabun-*
tur muri tui, illo die (*longe remotus est terminus*, id

quod longo demum post tempore fiet), (vs. 12:) *illo die venient* est. Sed יום הוא vs. 12. neque *illo die* (הַיּוֹם הַהוּא, יוֹם הַהוּא) videtur significare, nec, si significet, apta est ista parenthesis. Contra maxime est probabile, verba יִרְחַק חֹק ad praecedentia ita pertinere, ut illa absolvant. Rosenmüllerus et alii recte quidem struunt, sed male interpretantur verba sic: illo die *longe discedet statutum* i. e. hostis divinitus immissus, non amplius obnoxius eris tyrannidi hostium. Haec enim quaesita est explicatio eademque sententiam fundens supervacaneam et a nexu alienam. Contra quam nos secuti sumus, quamque suam fecit Hesselbergus feceruntque alii, sensum praebet aptissimum ad praecedentia pariter
12. ac sequentia; cf. Jes. 49, 20. 54, 2. — *Dies ille est, et*, id est, quum *ad te venient inde ab Assyria et usque ad Aegyptum, et inde ab Aegypto et usque ad fluvium*, Euphratem, i. e. venient ex Assyria et Aegypto atque ex terris quae illas interjacent omnibus, *et ad mare a mari, et ad montem a monte*, ab uno mari ad alterum, ab uno monte ad alterum, i. e. ab uno fine ad alterum, quotquot vivunt ab una coeli plaga ad alteram. Ad יום הוא recte Ludov. de Dieu observandum monet, non dici hic יום הַהוּא, ut versu praecedente, sed יום הוא *dies est*. Quod sequitur וְ latine reddes *quum*. Suffixum masculinum in עָדֶיךָ respicit populum. יָבוֹא impers. Verba לְמִנִּי אַשּׁוּר וְעָרֵי מָצוֹר sic sonant: *inde ab Assyria et urbibus Aegypti*. Quum vero לְמִנִּי *inde ab* ante nomen posterius expectare sinat וְעַד, quum revera statim dicatur וּלְמִנִּי מָצוֹר וְעַד נָהָר eademque inverso ordine hic nominentur loca, tantum non certum est, pro ועריי cum Hesselbergo, Hitzigio et aliis legendum esse וַעֲדֵי *et usque ad*. In וְיָם omissum עַד cogitatione repetendum ex praecedentibus; in וְהַר הָהָר utraque particula omissa, עַד in וְהַר, מִן in הָהָר. *Mare et mare* Hitzigius existimat esse *Euphratem* et *Nilum*, coll. Nah. 3, 8. al. Que eodem modo eandem dictionem intelligendam censet Amos. 8, 12. Zach. 9, 10. Cui opinioni obstare videtur quod Zach. l. l. subjicitur וּמִנָּהָר עַד אַפְסֵי אָרֶץ. Neque enim probabile est, Euphratem eodem loco יָם et נָהָר dici. Nobis, quum *maria* et *montes* naturales terrarum terminos efficiant, illud *a mari ad mare et a montibus ad montes* nihil aliud exprimere videtur, quam *ab uno fine ad alterum* (ad Am. 8, 12. significatum formulae prioris justo arctioribus limitibus circumscripsimus). Prius fines describere videtur ab oriente ad occidentem, posterius fines a septentrione

ad meridiem. Ad prius conferatur יָם saepe de plaga occidentali dictum, quoniam mare medium situm est ad occidentem terrae Cananaeae, ad posterius autem quod attinet, recte, puto, Rosenmüllerus „videntur, ait, Hebraei opinati esse, terminari terram septentrionali et australi coeli plaga montibus, quemadmodum prisci Graeci et Latini ultimis septentrionem versus terrae oris Rhipaeum montem, austrum versus Atlantem posuerunt." Cf. etiam Jes. 14, 13. Qui hoc versu undique terrarum Hierosolyma venturi dicuntur Hitzigius existimat esse Hebraeorum exsules aliosque aliis de causis tum viventes in terris exteris, coll. Jes. 11, 15. 27, 13. Hos. 11, 11. Zach. 10, 10. cf. quae nos observavimus ad Jes. 11, 11. De abducendis in exsilium Hierosolymitanis utique dixerat vates 4, 10.; sed dixerat idem ibid. vs. 1 sqq. de confluentibus olim ad urbem Hierosolymitanam populis exteris. Ex quo intelligitur, de exsulibus in patriam rediturís hic agi nequaquam certum esse. E contrario quae in sequentibus vs. 16. et 17. leguntur, de populis exteris Jovae se subjecturis cogitandum esse videntur indicare. De his cogitarunt Rosenmüllerus quoque et Hesselbergus. Contra ad exsules verba referenda putarunt jam Chaldaeus, Hieronymus, alii. — *Eritque terra vasta propter incolas ejus,* 13.
ob fructum facinorum eorum, ob id quod effecerunt pravis suis facinoribus. Rosenmüllerus: „quemadmodum alias saepe promissionibus prophetae minas immiscere solent, ita et hic, postquam locutus erat de restitutione terrae et futura ejus dignitate, ut depellat impios a vana sua, qua turgebant, confidentia, atque ne irrita fore existiment, quae supra 6, 13 sqq. comminatus fuerat, ut istas minas confirmet, jam addit: jam tamen *erit haec terra* cet., i. e. prius tamen, quam impleantur magnificae istae promissiones de instauranda urbe Hierosolymitana, et adducendis in sinum ejus variis populis, incolis hujus terrae promeritae poenae erunt luendae, tota eorum regio vastabitur." In qua eadem sententia sunt Hitzigius et alii, eandemque expressimus nos in prooemio. Negari tamen non potest, cum non expressa sit אַךְ aut alia restringendi particula (velut עַתָּה 4, 14. nexu illi qui hic esse putatur simillimo), sed simpliciter dicatur וְהָיְתָה, quasi continuentur dicta versu superiore, duram esse istam interpretationem, contra facilem et aptam ideoque fortasse praeferendam explicationem eam, ex qua denuntiari putatur vastatio *terrae hostilis*, ita ut vates ab illo inde tempore (11. 12.) populorum

exterorum terram propter injurias ab illis illatas Hebraeis vastam ac desolatam futuram esse minetur, quemadmodum vasta et desolata fuerit ante, incolis in exsilium abductis, terra Hebraeorum.

14. — Jam vates ad Jovam conversus pro salute civium fundit preces, quas non dubitat quin Jova sit auditurus. *Pasce populum tuum pedo tuo, gregem peculii tui*, tibi proprium, *habitaturum seorsim, in silva in medio Carmelo! Pascantur Basanitidem et Gileaditidem, ut diebus antiquis!* שֹׁכְנִי לְבָדָד „*habitantem* s. *habitaturum seorsim*, i. e. qui non amplius inter alios populos dispersus sit et cum iis commixtus, sed e terris exteris collectus a reliquorum populorum communione segregatus habitet, inque patria tellure rempublicam constituat peculiarem, quae non ex alieno arbitrio pendeat. Hoc sensu Bileamus in vaticinio, quo populo Hebraico fausta quaeque ominatur, inter alia Num. 23, 9. haec dicit: quum e summitate rupium illum (populum) adspicio, et e collibus contemplor illum, הֶן־עָם לְבָדָד יִשְׁכֹּן וּבַגּוֹיִם לֹא יִתְחַשָּׁב *en populum*, qui *solus habitat*, *et* aliis *populis se non annumerat*, i. e. religione, legibus et institutis vitae ab omnibus aliis segregatus est. Quem ipsum Bileamitici vaticinii locum respexisse hic Micham, verisimile facit illud, quod supra 6, 5. inter beneficia a Jova in populum olim collata diserte hoc memorat, quod Bileamus populo illi bene precari vi divina coactus fuerit. Alii interpretes לְבָדָד *securitatem* significari existimant, nam securitatis est, habitare solum, nec cinctum esse vicinis, a quibus hostile quid metuendum sit. Alii locum sic intelligunt: *pasce populum tuum, qui* jam *habitat solus*, lugens, vel desertus, auxilio destitutus. Verum non de statu praesente misero populi prophetam loqui, sed de futuro felici, quem optat, omnis orationis tenor et hemistichii posterioris parallelismus ostendit.“ Haec Rosenmüllerus; cujus interpretationem ita probamus, ut לְבָדָד cum ea quam subjecit conjunctam habere putemus vim *securitatis felicitatis*que. Qui sui juris est nec pendet ex aliorum arbitrio, vivit secure et feliciter. Hinc de eodem populo Deut. 33, 28: וַיִּשְׁכֹּן יִשְׂרָאֵל בֶּטַח בָּדָד; cf. insuper ad יַעַר infra. שֹׁכְנִי cum Jod parag. ut Obad. 3. al. יַעַר construendum cum רְעֵה, cujus est alter Accusativus. Nam si רָעָה *pasci* construitur cum Acc. loci, ut statim hemistichio altero, רָעָה *pascere* cum duplici Accusativo pers. et loci potest strui. Vel cf. G. gr. min. §. 116, 1. Alii יַעַר cum שֹׁכְנִי construunt. Sed praestat prius ob hemistichium posterius.

Res ipsa in utraque structura fere eodem redit. Ceterum cum orat vates, velit Jova gregem suum pascere *in silva Carmeli*, orat, velit eum pascere in pascuis optimis; cf. ad Amos. 1, 2. Quod idem valet in hemistichium posterius; cf. ad Ps. 22, 13. Hitzigius negat posse verba שֹׁכְנִי לְבָדָד יַעַר בְּתוֹךְ כַּרְמֶל referri ad gregem s. populum Jovae, tum quod gregem pascendum nemo ducat in silvam, tum ob verba postrema, quae in Carmelum non cadant, nunquam habitatum a Judaeis. Gravissima profecto argumenta! Quum *pasce in silva Carmeli* dicit vates, de pascuis cogitat, quibus illud promontorium medias inter silvas abundabat. Erat enim idem ille vertex et arboribus consitus et pascuosus; cf. ad Am. l. l. Silvam nominat vates, ut simul pingat pascentium tranquillitatem et securitatem; cf. Ezech. 34, 25. Ad alterum vero argumentum quod attinet, id quam vanum sit, ostendet hic Jeremiae locus 50, 19: וְשֹׁבַבְתִּי אֶת־יִשְׂרָאֵל אֶל־נָוֵהוּ וְרָעָה הַכַּרְמֶל וְהַבָּשָׁן וגו׳ *et reducam Israelem ad pascuum suum, et pascetur Carmelum et Basanitidem* cet. Ipse Hitzigius verba שֹׁכְנִי cet. ad Jovam refert in hanc sententiam: *habitans solus silvam in medio Carmelo.* Quae opinio vel propterea est rejicienda, quod Jova et habitare et instaurata republica et urbe sancta habitaturus esse credebatur in *Sione*, minime vero in Carmelo; cf. vs. 11 sq. 4, 1 sqq. 7 sq. Accedit, quod verba רְעֵה עַמְּךָ יַעַר בְּתוֹךְ כַּרְמֶל manifeste respondent verbis יִרְעוּ בָשָׁן וְגִלְעָד, atque ita in eundem cum illis sensum debent explicari; cf. omnino locus parallelus Jeremiae, qui optimus hujus loci interpres est. —
Responsum Jovae. *Ut diebus quibus egressus es e terra Ae-* 15.
gypti, videre faciam eum mirabilia, miranda potentiae meae documenta. ךָ referendum est ad populum, vs. 14. Eundem mutata persona respicit ־ֶנּוּ. Possit hoc quidem ad hostem referri, coll. vs. 16. 10. et, quoad Singularem, illo יָבוֹא vs. 12. Praeferendum tamen prius, quum vs. 16. de hostibus in Plurali dicatur, nec rarae sint personarum mutationes. Sic statim vs. 17. et 19. a tertia persona transitur ad secundam. — Qui nunc loquitur aut 16.
vates est aut populus; cf. vs. 17. *Videbunt* mirabilia illa (vs. 15.) *populi, et pudore afficientur ab universa potentia sua*, excident spe, quam repositam habent in maxima sua potentia; *ponent manum ad os*, obmutescent; *aures eorum obsurdescent*, obstupescent populi. — *Lingent pulverem, ut serpens*, supplices in pulverem 17.
se prosternent, cf. Ps. 72, 9.; *ut repentes terrae*, in terra, angues

(Deut. 32, 24.) *tremiscent*, trepidi exibunt *ex claustris*, muni-
mentis *suis*, se suaque traditūri victoribus, cf. Ps. 18, 46.; *ad*
Jovam, *deum nostrum*, *trepidabunt*, trepidi venient, festinabunt,
constructio praegnans, ui Hos. 3, 5., ubi cf. not., *et timebunt te*,
18. Jova, mutata persona ut supra vs. 15. — „Vates tantorum, quae
in populum Hebraicum Jova conferre promittit, beneficiorum co-
gitatione in admirationem abreptus, in laetam exclamationem
erumpit" (Ros.) hanc: *Quis est deus, ut tu, condonans commis-*
sum, *et praeteriens*, impunitum transmittens *delictum reliquiis*
peculii sui? Non retinet in perpetuum iram suam, cf. Ps. 103,
19. 9., *nam delectatur gratia*, benignitate, clementia. — *Iterum mi-*
serebitur nostri, *pedibus calcabit*, supprimet, contemnet, non
ulciscetur *commissa nostra; et projicies*, mutata persona ut vs.
15. 17., *in profundum maris*, sempiterna oblivione delebis *omnia*
peccata eorum. שׁוּב adverbialiter positum. Alii: *revertetur*, non
20. amplius aversus erit a nobis. Ad rem cf. Jes. 43, 25. — *Prae-*
stabis fidem Jacobo, Jacobitis, *gratiam*, benevolentiam *Abrahamo*,
ejus posteris, *quae jurando promisisti patribus nostris a diebus*
priscis, antiquitus.

NAHUM.

CAP. I, 1. Inscriptio. *Effatum in Nineven; liber vaticinii* 1.
Nahumi, Elcoschitae. Rosenmüllerus inter ceteros omnes V. T. libros solum hunc monet geminam praepositam habere epigraphen, quarum priorem, מַשָּׂא נִינְוֵה, esse qui adjectam putent ab aliena manu. Verum non duae sunt inscriptiones, quarum utraque idem fere exprimat, sed una est inscriptio duabus constans partibus, quarum prior, *in quosnam editum*, posterior, appositione cohaerens cum priore, *a quo profectum sit* vaticinium, dicit. מַשָּׂא נִינְוֵה, ut מַשָּׂא בָּבֶל Jes. 13, 1., ubi cf. not. אֶלְקֹשִׁי Galilaeae vicus videtur fuisse. Testis Hieronymus, qui in prooemio: „Elcesi (Helcesi, Elcese) usque hodie in Galilaea viculus, parvus quidem et vix ruinis veterum aedificiorum indicans vestigia, sed tamen notus Judaeis et mihi quoque a circumducente monstratus." Quod testimonium non potest infringi eo, quod, quo tempore Nahum vates exstitit, Israelitae, ut deinceps videbimus, dudum erant in exsilium abducti. Docent enim quae narrata leguntur 2 Reg. 17, 24 sqq. (cf. 2 Reg. 24, 14 sqq. 25, 11 sq. 22 sq.), Israelitas non ad unum omnes patria ab Assyriis expulsos esse, sed multos fuisse superstites. Nec miri quicquam habet, Jovae vatem, ortu Israelitam, everso regno patrio, causam egisse Judaeorum populi fraterni nuper afflicti ab iisdem hostibus, a quibus in calamitatem tracti erant populares, Israelitae. De Wette mallet quidem fidem habere Cyrillo Alex., qui ad 1, 1: *ὅρασις Ναοὺμ, τοῦ ἀπὸ τῆς Ἐλκεσέ· κώμη δὲ αὕτη πάντως που τῆς Ἰουδαίων χώρας.* Sed non eadem auctoritas Cyrilli, quae Hieronymi, qui ipse vidit locum. Praeterea incertae interpretationis videtur illa *τῶν Ἰουδαίων χώρα.* Alii אֶלְקֹשִׁי esse volunt القوش vicum haud procul ab eo loco, quo antiqua Ninive fuit, in orientali parte Tigris situm, in quo etiamnunc ostendant sepulcrum Nahumi et magna veneratione persequantur (cf. Assemani bibl. or. I. p. 525.

III, 1. p. 352., Niebuhr Itiner. II. p. 352.). Recte vero alii aliorum quoque virorum in sacro codice commemoratorum suisque meritis celebrium sepulcra etiamnum monstrari in oriente monent, ex avita scilicet sed incerta plerumque ac nullius auctoritatis traditione, imo fieri etiam posse, ut, quum Nahumi vaticinium sit contra Niniven, in hujus urbis vicinia sepulcrum ipsius vatis quaesiverit superstitiosa nonnullorum pietas, locoque, ubi illud repertum finxisset, ipsum dederit loci nomen, quod in vaticinii inscriptione reperiatur. Sane etiam Jonae sepulcrum etiamnunc monstratur prope Ninum! Accedit, quod nullum in oratione vestigium reperitur, quod eam in ipsa terra Assyria scriptam esse probet ita, ut aliter statuere nequeas. E contrario ita comparata est oratio, ut inter ipsos Judaeos, certe in eorum vicinia edita videatur. Quod Hitzigius et alii negant Nahumum ausurum fuisse talia proferre inter medios Assyrios, id nullius ponderis esse, exempla docent Jeremiae et Ezechielis. Ceterum quamquam recte nomen gentile expressit Hieronymus, tamen, ut in מוֹרַשְׁתִּי Mich. 1, 1., Jod ad ipsum vici nomen videtur putasse pertinere, nisi mavis existimare, Hieronymi tempore nomen paullo aliter atque antiquitus pronuntiatum esse, quo referendum est illud quoque, quod Graeci et Hieronymus Koph efferunt cum E vocali. Haec de patria vatis. Quo tempore edita sit oratio, haud difficile est ad intelligendum. Nam quum 2, 1. (cf. 1, 9. 12.) Judaeis ab Assyriis bellum illatum fuisse dicatur, praeter eam vero expeditionem, quam suscepit Sanheribus (2 Reg. 18, 13—20, 3. cf. Jes. 36, 1—38, 3. 2 Chron. 32, 1—24.), ab Assyriis in Judaeam facta sit nulla, sequitur, ut scripta sit oratio post insignem illam stragem, qua Assyrii anno regnantis Hiskiae decimo quarto prope Hierosolyma affecti erant. Quod idem tempus fere indicant quae leguntur 3, 8 sqq. „At, inquit Jaegerus (*de ordine prophetar. min. chronol.* P. II. p. 4 sqq.), nobis quidem mirum videretur, prophetam tantae rei, tantam spem excitantis, nullam fecisse mentionem, eundemque Assyrios, clade ista saltim attenuatos, *integros* (שְׁלֵמִים 1, 12.) appellasse; sed finge, prophetam tunc temporis oraculum suum protulisse, quum Sanheribus, Hierosolymis instans atque deditionem urbis imperans, et regem Judaeorum et ipsum eorum numen tutelare per nuntios atque literas lacesseret atque proscinderet (cf. 2 Reg. 18, 19 sq. 19, 10 sq.), tum omnia erunt plana. Quae enim oraculo insunt res atque sententiae, eas huic

temporis momento aptissimas esse invenies, et mire etiam conveniunt cum iis, quae et Jesaiam et ipsum regem Hiskiam tunc temporis sensisse, sperasse atque elocutos esse historia perhibet; cf. Nah. 1, 2 sq. coll. 2 Reg. 19, 14 sq.; Nah. 1, 7. coll. 2 Reg. 18, 22. 19, 19. 31. 2 Chron. 32, 7 sq.; Nah. 1, 9. 11. coll. 2 Reg. 19, 22. 27 sq.; Nah. 1, 14. coll. 2 Reg. 19, 6 sq.; Nah. 2, 1—3. coll. 2 Reg. 19, 32 sq.; Nah. 2, 14. coll. 2 Reg. 19, 22 sq.“ In qua eadem opinione jam fuit Hieronymus, qui l. l. „Micheam sequitur Naum, qui interpretatur *consolator*. Jam enim decem tribus ab Assyriis deductae fuerant in captivitatem sub Ezechia, rege Juda, sub quo etiam nunc in consolationem populi transmigrati adversum Niniven visio cernitur. Nec erat parva consolatio, tam his, qui jam Assyriis serviebant, quam reliquis, qui *sub Ezechia de tribu Juda et Benjamin ab iisdem hostibus obsidebantur*, ut audirent, Assyrios quoque a Chaldaeis esse capiendos.“ Sed nullius ponderis sunt argumenta prolata a Jaegero. Testis cladis allatae Assyriis tota oratio est; sin minus, tamen referendum vaticinium ad tempus est, quod fuit post illam cladem, propter locos supra laudatos, de quibus accuratius dicetur infra. Verba אִם שְׁלֵמִים nihil obstat quominus significare jubeas: etiamsi deminutas copias redintegrent. Falsum est, quod apta omnia dicit ad illud tempus, quo Assyrii urbem Hierosolymitanam obsidione clausam tenerent, et convenienter dicta ad ea, quae in libro Regum dicta perhibeantur a Jesaia et ipso Hiskia. Debuisset vates, si durante obsidione scripsisset, Jovam effecturum esse dicere, ut hostis obsidionem omittat, ut qua venerit via, eadem revertatur, qualia leguntur 2 Reg. 19, 7. 28. 33. Sed nihil tale in hac oratione. Dicit 1, 9., *non bis venturam esse calamitatem*, 2, 1., *non amplius invasurum esse perditorem*, qualia nec reperiuntur 2 Reg. 18. 19., nec dici poterant nisi obsidione soluta. Neque enim sic verba possunt intelligi, quasi per proverbium hostes primum praesentes statim ita delendi dicantur, ut de reditu cogitare nequeant. Obstat 1, 12., obstat, quod universa oratio versatur in pronuntiandis minis in Ninum, non in Assyrios praesentes. Quum vates Assyriorum regnum eversum iri pro certo dicat, Hitzigius opus esse putavit quaerere, a quo tempore et a quibusnam opes Assyriorum comminui coeperint ita, ut tam certo sperari posset eorum interitus. De Phraorte (Herod. 1, 102.) cogitari non posse. Eum enim una cum exercitu ab Assyriis deletum

esse. Multo minus occasionem orationi dare potuisse expeditionem, quam susceperit Pharao Necho (2 Reg. 23, 29.), tam ob alias causas, quam quod Judaei oppressi ab Aegyptiis non potuerint laetari de eo, quod Assyrii ipsos non amplius persequuturi bello essent. Itaque reliquum esse, ut occasio quaeratur in alterutra de oppugnationibus Nino illatis a Cyaxare (Herodot. 1, 103. 106.), earumque eligendam esse priorem, quod in posteriore, qua Ninive excisa sit, belli socios Medi habuerint Chaldaeos, oratio autem unius tantum Assyriorum hostis mentionem faciat (2, 2. 4.) rel. Quae omnia praeter necessitatem disputata sunt. Quod regnum Assyrium interiturum esse pro certo dicit vates, ex eo tantum abest ut sequatur, cogitasse illum de certo quodam qui illis immineret hoste, ut spei certitudo in sola nitatur clade inflicta Assyriis prope Hierosolyma; neque enim dubium est, quin brevi post illam edita sit oratio; cf. 1, 9. 12. 2, 1. coll. Ps. 9.

CAP. I, 2—14. Vs. 1—8. Jova, vindex, qui quamvis clemens nihil omittit impunitum, Jova potentissimus, cui nemo potest resistere, benignus erga eos qui in ipso fiduciam collocant, terribilis vero hostibus suis, 9—11. Jova non permissurus ut denuo inferatur malum, urbem, ex qua egressus est hostis, evertet, 12—14. jugo ejus colla Judaeorum eripiet, eumque licet
2. potentissimum delebit. — Incipit a sententiis generalibus, quibus dicenda praeparet. *Deus indignans et vindex* est *Jova*, *vindex* est *Jova et plenus aestu*, ira; *vindex* est *Jova adversariis suis*, vindictam sumens de adversariis suis, *et servat* iram *hostibus suis*. קַנּוֹא *indignans*, aegre ferens injurias ipsi illatas; cf. quae subjiciuntur. נֹקֵם ulciscens illatas injurias. נֹטֵר ut Jer. 3, 5. 12.
3. Ps. 103, 9. — *Jova est tardus ad iram*, *et magnus potentia*, sed idem magnae potentiae, ut possit improbos perdere, si velit, momento temporis, *nec quicquam inultum sinit*. *Jova*, *in turbine et in procella* est *via ejus*, incedit Jova in turbine cet., *et nubes* est *pulvis pedum ejus*, et nubes calcat pedibus. Inde a verbis *Jova in turbine* usque ad vs. 7. potentia Jovae describitur. —
4. *Increpat mare*, *et arefacit illud*, *et omnes fluvios exsiccat*, simulatque increpat eos; *languescit* ipso increpante *Basan et Carmelum*, de quibus cf. Am. 1, 2. Mich. 7, 14., *et germen Libani*, et quidquid in Libano laete germinat, cf. Hos. 14, 7 sq., *languescit*. וַיַּבְּשֵׁהוּ pro וַיְיַבְּשֵׁהוּ est positum; cf. Thren. 3, 33.

ibique not. — *Montes commoventur coram eo, et colles diffluunt;* 5.
et effert se terra coram eo, et orbis terrarum et omnes habitantes in eo. Quod liberius *coram eo* interpretati sumus מִמֶּנּוּ,
מִפָּנָיו causam efficientem exprimit. נָשָׂא *efferre se*, ut Hos. 13, 1.
Ps. 89, 10. — *Coram furore ejus quis persistat, et quis con-* 6.
sistat in ardore irae ejus? Aestus ejus effundit se ut ignis,
et rupes rumpuntur coram eo. — Hic tam potens deus benignus 7.
quidem erga suos est, vs. 7., sed hostibus suis perniciem affert, vs. 8., quod posterius vates ita dicit, ut non jam generatim loquatur, sed ante oculos habeat ipsam Ninevitarum urbem. *Benignus est Jova, praesidium die angustiarum*, tempore calamitoso, *et novit qui fiduciam collocant in ipso.* — *Et inundatione* 8.
redundante, vi ineluctabili, *ad internecionem delebit locum ejus*, Nineves, *et hostes ejus*, Jovae, *persequentur tenebrae*, gravissima mala. Rosenmüllerus: „quemadmodum ingens aquarum vis subito erumpens omnia secum rapit et prosternit, sic copiarum hostilium impetu Ninive ita delebitur, ut ne locum quidem ejus quisquam agniturus sit.“ Exercitum hostilem significari inundatione opinatur Hitzigius quoque; cf. Jes. 8, 8. Dan. 11, 22. al. Sed quae sequitur tenebrarum imago, qua constat in universum calamitates exprimi, illi interpretationi nequaquam favet. Malo igitur *vim ineluctabilem* exprimi inundationis imagine, plane ut Dan. 9, 26., ubi vid. not. cf. Ps. 90, 6. כָּלָה יַעֲשֶׂה מְקוֹמָהּ ad verbum *internecionem faciet locum ejus.* Suffixum in מְקוֹמָהּ Nineven respicit; cf. מִמֵּךְ vs. 11., coll. not. ad Ps. 9, 13. *Locus Nineves* non videtur esse locus in quo sita erat Ninive, sed ipsa urbs; cf. 2, 8. 3, 4. Hesselbergus עֹבֵר non cum שֶׁטֶף construit, verum ad Jovam refert in hanc sententiam: *cum inundatione venit.* Idem הּ- Suffixum trahi vult ad כָּלָה, quod plane absonum. — *Quid molimini* 9.
contra Jovam, Assyrii? stulte agitis, Assyrii, quod repugnatis deo tam potenti, ejusque jamjam experti potentiam. *Internecionem ille faciet*, quos nuper clade affecit mox ad internecionem delebit; *non exsurget bis calamitas*, non permittet Jova, ut vos nova in terram nostram facta irruptione denuo cives depellatis ad calamitatem. Nonnulli, in his Rosenmüllerus, verba priora: *quid cogitatis de Jova*, Assyrii? „quaenam vestra est de deo opinio? an putatis eum non posse perficere, quod per prophetas minatur? Persuasi secum erant insolentissimi Assyriorum reges, omnem potentiam, divina non excepta, se facile superaturos atque fractu-

ros. Ita enim Sennacheribus de Israelitarum deo per legatos ad Ezechiam Jes. 36, 18 sqq. 37, 10 sqq. *Ne te decipiat deus tuus* et quae sequuntur. Ad tales igitur verborum jactationes propheta, *quid*, inquit, *de Jova cogitatis?* cur tam in ipsum estis insolentes, ut non reformidetis dicere, non posse eum praestare, quod secum constituerit, non posse populum a tyrannide vestra liberare aut contra eam defendere?" Idem esse alios monet, qui verba eodem modo reddant, verum dicta ad Judaeos habeant, „qui talia sibi formidarent ab Assyriis, qualia ab iisdem decem tribubus accidissent, e patriis sedibus in alienum solum ejectis, maxime quum viderent Sennacheribum, postquam plurimas Judae civitates jam subegisset, longius semper progredientem, et jam omni conatu id agentem, ut regni caput, Hierosolyma, suo imperio adjiceret; huic igitur formidini, putare illos interpretes occurrere prophetam, dum nunquam futurum esse dicat, ut duplicem plagam Assyrius populo Israelitico inferat; abductas jam esse per Salmanassarem decem tribus in exteras terras, non autem passurum deum, ut etiam Sennacheribus tyrannidem suam in duas tribus exerceat, easque exscindat." Verum *cogitare*, moliri, machinari *contra Jovam*, non *cogitare de Jova* esse חָשַׁב אֶל יְהוָה docent quae leguntur vs. 11: מִמֵּךְ יָצָא חֹשֵׁב עַל יְהוָה רָעָה וגו'. Quae ab Rosenmüllero allata est interpretatio aliorum, ea insuper falsum sensum subjicit sub membro postremo לֹא תָקוּם וגו'. Haec enim verba manifeste expedienda sunt ad rationem verborum quae habentur 2, 1: לֹא יוֹסִיף עוֹד לַעֲבוֹר בָּךְ בְּלִיַּעַל. Quae verba quum dicta sint ad *Judam*, luce profecto clarius est, cogitandum utroque loco esse de malo, quod accidisset *Judae*, non quod decem tribubus, verbo, cogitandum esse de irruptione in Judam facta ab Assyriis anno regnantis Hiskiae decimo quarto. Haec igitur calamitas ne iterum inferatur Judaeis, cautum iri dicitur verbis לֹא תָקוּם פַּעֲמַיִם צָרָה. Qua ratione cautum iri putetur, dicitur verbis proxime praecedentibus כָּלָה הוּא עֹשֶׂה, et subsequentibus vs. 10., delendis, puta, ad internecionem Assyriis. Prorsus aberrant a vero Rosenmüllerus et Hitzigius, qui coll. 1 Sam. 26, 8. 2 Sam. 20, 10.: „non orietur iteranda calamitas, sed una vice res excidii vestri tota conficietur. Infliget vobis Jova unam plagam tam validam, tam horrendam, ut non sit necesse, secundam aut plures adhiberi, nihil enim relinquet, ex quo colligendarum virium spem concipere possitis, aut instaurationem vobis polliceri."

— *Nam ut spinae perplexi, atque ut vino suo poti, consumen-* 10.
tur ut stipula arida pleno numero. עַד סִירִים סְבֻכִים *usque ad
spinas perplexi*, id est, eo usque, ut perplexitate spinas aequent,
spinarum instar perplexi; cf. 1 Chron. 4, 27. 2 Sam. 23, 19.
Verba priora, non, ut opinantur Rosenmüllerus et alii, separatas
ab אֻכְּלוּ sententias efficiunt, nec causam reddunt, cur consumendi
sint Assyrii (quae causa vs. 11. exprimitur), sed appositione co-
haerent cum Subjecto quod inest in אֻכְּלוּ, et una cum verbis
כְּקַשׁ יָבֵשׁ modum describunt, quo consumendi sint hostes, ita ut
uberius hic exponatur, quod versu superiore paucis dictum erat
כָּלָה הוּא עֹשֶׂה. Delendi enim dicuntur simul omnes brevi, ut
consumantur conjectae in ignem spinae perplexae, atque ita, ut
perniciem non valeant declinare, sed suo in eam impetu ruant
volentes quasi, ebriorum more. Recte in rei summa Kimchi:
„accidet illis, quod spinis perplexis et implicatis, quas cum sol-
vere non potest agricola simul omnes in ignem conjicit; futurum
est, ut simul omnes neci dedantur. Similes item erunt ebriis,
qui sua sponte et nemine impellente concidunt, nam prorsus vi-
ribus destituentur.“ Rosenmüllerus: „haud diffitendum, ab ebriis
desumtam figuram huic loco non satis aptam esse. Nam poeta
Assyrios modo proposuerat sub imagine spinarum implicatarum,
atque hanc imaginem per totum hunc versum continuari, inde
apparet, quod in posteriore membro adhibetur metaphora ab igne
desumta, qua horrentes illae spinae ad instar stipularum aridarum
sint exurendae et prorsus consumendae. Quare incongruens est,
ut interseratur sententia quaedam ab hac imagine plane abludens.“
At nihil frequentius apud Hebraeorum prophetas, quam diversa-
rum imaginum permixtio. Violenta est, quamquam sensum aptum
praebens, Hitzigii haec interpretatio: *etiamsi ut spinae* sint *per-
plexi*, ita ut difficillimum habeant adytum, ut aggredi eos nemo
facile possit (cf. 2 Sam. 23, 6 sq. Mich. 7, 4.), *atque ut humor*,
vinum *ipsorum humidi*, madidi: *consumentur* tamen *ut stipula
arida* cet. מָלֵא adv. referendum ad אֻכְּלוּ. — Causa disertis 11.
verbis redditur, cur delenda sit Nineve. *Ex te*, Nineve, *exiit*,
*qui machinabatur contra Jovam malum, qui meditabatur perni-
ciem.* מִמֵּךְ *ex te*, Nineve; cf. מְקוֹמָהּ vs. 8. Non ita capienda
haec verba esse, q. d. ex tuis portis, o Nineve, exiit, sed hoc
dici, ex te Nineve, Assyria, ortus est, vix est quod moneamus.
Ad חֹשֵׁב עַל יְהוָה רָעָה cf. commatis 9. verba priora. Rosen-

müllerus: „dictiones חֹשֵׁב עַל יְהוָה רָעָה atque יֹעֵץ בְּלִיָּעַל sunt collective intelligendae de omnibus illis regibus Assyriis, qui de evertenda republica Judaica consilia agitarunt.“ In qua eadem sententia est Hitzigius. At quum vs. 9. et 2, 1. (cf. 1, 12.) manifeste respiciatur nuper facta in Judam invasio Sanheribi, de Sanheribo
12. cogitandum esse nobis persuasum est. — Vs. 12—14. eadem, quae vs. 9—11. dixerat, dicit aliis verbis et ita, ut ipsum Jovam loquentem inducat. Recte Rosenmüllerus ad vs. 12: „jam sermonem convertit ad Hierosolyma (imo ad universam Judam) cui laeta ac fausta, Assyriis autem contraria vaticinatur. Quum vix credibile videretur, munitissimam, opulentissimam, populosissimam urbem, regnum potentissimum et florentissimum, everti; haec contra inquit, quantumcunque rebus omnibus ex voto abundent, sintque cunctis iis, quae ad bellum gerendum requiri possunt, instructissimi, nihilominus certo futurum, ut Jovana potentia facillime exscindantur.“ *Sic dicit Jova: etiamsi integri* sint, plurimum opibus valeant Assyrii, *et ita*, tam *multi*, tantas habeant copias: *et sic*, id est, quamvis tantas copias habeant, *tondebuntur*, exscindentur, tollentur, *et praeteribunt*, peribunt. *Afflixi te*, Juda, *non affligam te amplius.* אִם שְׁלֵמִים, poterat enim tam potens pollensque populus, qualis erat Assyriorum, vires clade apud Hierosolyma accepta deminutas facili opera redintegrare. Sed ne opus est quidem, hac de re cogitare. Nihil aliud dicitur, quam plurimum opibus valere, praepotentes esse Assyrios, quales nemo negabit eos etiam post illam stragem fuisse. וְכֵן רַבִּים Hitzigius: *et sic*, igitur *multi*, utpote integri. Quod misere languet. כֵּן *ita*, *adeo* significat potius, ut in illo *non ita multi*; cf. Job. 9, 25. 1 Reg. 10, 12. Possit etiam כֵּן prius respondere alteri in hanc sententiam: *etiamsi integri* sint, tamen *quam multi* sunt, *tam* multi *tondebuntur*. Quae est Hesselbergi interpretatio. Sed prior illa simplicior. Kösterus (*Erläut. der heil. Schrift* p. 64.): *etiamsi incolumes* sint *et sic*, ut esse videmus (cogitat de Assyriis praesentibus) *multi*, tamen *sic*, ut decrevi, *tondebuntur*. Quod justo liberius. Ad נָגֹזּוּ cf. Jes. 7, 20. ibique not. וְעָבָר propr. *et praeteribit*, peribit, Assur (Hieron.); cf. מְעַנֵּךְ vs. 13., עָלַיִךְ rel. vs. 14.; nisi mavis cogitare de illorum principe חֹשֵׁב עַל יְהוָה רָעָה יֹעֵץ בְּלִיָּעַל vs. 11. Sed praestat prius, ob Pluralia proxime praecedentia. Hitzigius Subjectum facit stipulam, vs. 10., inepte profecto. Hesselbergus verbum im-

personaliter positum judicat, q. d. *et actum erit.* וְעִנִּתִךְ vel simpliciter *et afflixi te* (cf. וְצִוָּה vs. 14.), vel *si afflixi te* (cf. E. gr. ampl. p. 662. coll. Mich. 7, 8.). Suffixum referendum est ad Judam, cf. 2, 1. Respicitur irruptio, quam Assyrii fecerant. לֹא אֲעַנֵּךְ עוֹד, id est, non permittam, ut talem invasionem iterum faciant. Hitzigius וְעִנִּתִךְ habet Praeteritum relativum, quod arctius cohaereat cum וְעָבָר, Suffixum autem referri vult ad Assyriam in hanc insulsam sententiam: *et affligam te*, Assyria, *non affligam te amplius*, affligam te ita, ut non opus futurum sit altera afflictione. — *Et nunc defringam jugum ejus*, Assyrii, *de te*, 13.
Juda, jugum ab Assyrio tibi, Juda, impositum fractum detraham de collo tuo, *et vincula tua*, quibus tu, Juda, constricta ab Assyrio teneris, *rumpam*. De Suffixis vid. ad versum superiorem. Quominus cum Hitzigio vatem decem tribus alloqui putes, obstat nexus. Recte Rosenmüllerus: „vates eo respicit, quod Hiskiam, regem Judae, Sennaheribus tributarium sibi fecerat, 2 Reg. 18, 14.“ מוֹט i. q. מוֹטָה *jugum*. LXX et Vulg. pro מֹטֵהוּ legerunt מַטֵּהוּ, minus convenienter ad מֵעָלָיִךְ. — „Apostrophe ad regem hosti- 14.
lem, cui denuntiat, deum decrevisse ipsum perdere, et nominis sui memoriam penitus abolere.“ Ros. Verum ad Assyrium, coll. positum, ad Assyrios, haec dici putanda sunt, pariter atque antegressa; cf. ad עָבַר vs. 12. *Et decrevit de te*, Assyrie, *Jova* hoc: *non seminabitur de nomine tuo amplius*, non seminabitur amplius tui nominis semen, semen quod tuum nomen gerat, nomen tuum non amplius propagabitur; *e domo dei tui exscindam simulacra sculptilia et fusilia; parabo sepulcrum tuum, nam levis fuisti*, inventus es justo levior. מִבֵּית אֱלֹהֶיךָ אַכְרִית וגו׳, quemadmodum ipsi etiam Assyrii fecerant aliorum populorum diis, 2 Reg. 19, 18. Jes. 37, 19. אָשִׂים קִבְרֶךָ plures et antiquiores et recentiores: *faciam* illud, templum, *sepulcrum tuum*, q. d. „ipsum templum erit tibi sepulcrum, ut nec locus nec dii te servare possint, sed inter ruinas eorum sepeliaris“ (Ros.), coll. 2 Reg. 19, 37. Jes. 37, 38. Ex quibus tamen locis non licet ullo modo judicare hunc quem tractamus locum. Res ipsa loquitur. Accedit, quod jam supra verba haec ad Assyrios in universum, non ad Sanheribum dicta esse monuimus. Ad כִּי קַלּוֹתָ cf. Dan. 5, 27: תְּקַלְתָּא בְמֹאזַנְיָא וְהִשְׁתְּכַחַתְּ חַסִּיר *pensus es in lancibus, et inventus mancus*, justo levior, coll. ibi not.

CAP. II. Vs. 1—3. non amplius irrumpet Assyrius, deletur; restituit Jova Israelitas in statum pristinum. 4. 5. descriptio venientis contra Nineven exercitus hostilis. 6. 7. urbis expugnatio. 8—11. direptio urbis; incolarum ejectio. 12—14.
1. epilogus. — *Ecce in montibus*, Assyriam versus sitis, *pedes nuntii, nuntiantis salutem! Age, Juda, festos dies tuos, persolve vota tua! nam non amplius invadet te vastator; totus exscinditur*, deletur. Fingit vates initio commatis, conspici in verticibus montium Assyriam inter et Judam interjectorum venientes ex Assyria nuntios excidium nuntiantes Ninives; cf. similia Jes. 52, 7. Prorsus aliena sunt, quae docet Rosenmüllerus, „dubio procul, inquiens, Hiskias, quamprimum Assyriorum exercitum prostratum comperit, ac non multo post de Sanheribi caede certior fuit factus, ea per universam Judaeam nuntianda curavit, unde omnibus locis incredibilis gaudium exortum.“ Verba חָגִּי וגו' sintne nuntii an vatis, dubium. Ad rem Rosenmüllerus: „dum urbs Hierosolymitana ab Assyrio exercitu obsessa erat, non licuit eam adire, ibique sacris faciundis vacare. At nunc, inquit propheta, omnia remota sunt impedimenta, jam undique secure proficisci Hierosolyma licet, ibique sacrificia offerre cet.“ Malo speciatim intelligere solemnes gratiarum actiones, quemadmodum quae persolvi jubentur vota, vota sunt facta de liberatione ab Assyriis.
2. Ad כִּי לֹא וגו' cf. 1, 9. 12. — *Adscendit*, adventat *fractor*, expugnator, *contra te*, Nineve; *custodiendum est munimentum*, custodi arcem, Assyrie, tuam! *accurate observa viam*, observa, qua via hostes venturi sint, *cinge lumbos*, *robora vires valde*, intende quantum potes vires! מֵפִיץ Hitzigius: *malleus* (Prov. 25, 18.), quo significetur populus, exercitus hostilis. Quae interpretatio firmari potest locis Jer. 50, 23., ubi Chaldaeus vocatur *malleus* (פַּטִּישׁ) *totius terrae*, 51, 20., ubi eundem *malleum* (מַפֵּץ) *sibi fuisse* dicit Jova. Sed durior haec mihi significatio videtur hoc nexu (עָלָה). Alii, in his Gesenius: *dispergens*. Aptior ad rem *fractor*, expugnator, destructor. עַל־פָּנַיִךְ *adversus te*, Nineve; cf. 1, 8. 11. Recte cum Rosenmüllero Hitzigius falsissimos esse monet, qui Suffixum ad Judam referendum putent veteres et Judaeorum interpretes. Plane ineptae sunt ab Rosenmüllero prolatae illorum interpretationes. Non potest, quod superiore versu verba facta erant ad Judam, ut quae hic leguntur dicta ad eandem habeas te cogere. Identidem mutare vatem ad quam verba faciat

personam satis superque vidimus supra. Sed quod ex illa ipsa
falsa interpretatione natum Hitzigius existimat פָּנַיִךְ, quum qui
subjiciantur Imperativi masculini צַפֵּה rel. postulent, פָּנֶיךָ, in eo
falsus et ipse est. Sanissimum illud femininum. Expugnator
imminet *urbi*, et qui jubetur custodire arcem, observare viam,
cingere lumbos cet. est urbis *incola*, *Assyrius*. נָצוֹר Infinitivus
absolutus, vim habens Imperativi. Verum quae sequuntur verba
Imperativos esse Hitzigius vere monuit. Debet enim, ubi cumu-
lantur verba, talis Infinitivus mox locum facere Imperativo. Ce-
terum recte Rosenmüllerus: „εἰρωνικῶς vates Ninevitas ad urbem
defendendam excitat. Solent qui hostes a finibus suis repulsuros,
aut impetum eorum superaturos esse confidunt, propugnacula un-
dique firmare et custodire, speculas erigere, e quibus adventantes
hostes cernere possint, arma sumere, et ad proelium sese parare,
omnes denique colligere et roborare vires. Haec omnia sollicite
facturos Assyrios videt, sed nihil quidquam effecturos, unde eos
salse ridens eis acclamat נָצוֹר“ cet. — *Nam reducit*, restituit, 3.
instaurat *Jova splendorem*, pristinam dignitatem *Jacobi*, Judae,
sicut splendorem, pristinum statum *Israelis*, decem tribuum;
quod evacuarunt, spoliarunt, rapinis exinaniverunt *eos*, Judaeos
et Israelitas *evacuantes*, raptores, Assyrii, *et palmites eorum
perdiderunt*, vastarunt. Vere Rosenmüllerus: „rationem exercitus
Niniven aggredientis ad eam obsidendam et expugnandam reddit
hanc, quod Jova priscam populi sibi cari dignitatem restituere
decreverit; quod ut efficiatur prius hostis illius potentissimi sedes
delenda est. Neque igitur nexus hujus versus cum iis, quae
praecedunt et sequuntur, ita difficilis est, ut vix inveniri possit,
quae Schroederi erat opinio.“ Sed quod idem praemissum poste-
riori hemistichio כִּי significare vult *quamvis*, in eo errat. Quem-
admodum enim hemistichium prius causam reddit versus superio-
ris, sic posterius hemistichium rationem affert hemistichii prioris
hujus ipsius versus. שׁוּב *restituere*, ut Ps. 85, 5. Num. 10,
36. al. יַעֲקֹב i. q. יְהוּדָה vs. 1. cf. Obad. 17. 18. ibique not.
Verba ultima Rosenmüllerus: „*et propagines eorum corruperunt*,
destruxerunt, i. e. ut recte explicat Chaldaeus, *civitates gloriae
eorum*, i. e. urbes florentes, quae quasi propagines et palmites
fuerunt vitis Jovanae (qua imagine populus Hebraeus sistitur Jes.
5, 1 sqq. Ps. 80, 9.), hostes vastarunt atque everterunt.“ Sic
etiam Hitzigius, qui: „vinea est terra, Jer. 12, 10. Jes. 5, 1.;

vites sunt familiae; palmites earum membra.“ Qua de imagine plane nihil adest ex quo colligi possit vatem cogitasse. *Proprie* accipiendi sunt palmites; palmites vero cum vastasse dicuntur hostes, meton. dicuntur vastasse terram. Restat, ut male Hesselbergum Suffixa ad Ninevitas referenda putasse moneamus. —
4. Describitur jam adventans contra Niniven exercitus hostilis, vs. 4. 6. *Clypeus heroum ejus ruber, bellatores induti cocco, in igne falcium sunt currus*, fulgent falcibus currus, *quo die parat eos*, collocat in acie, *et lanceae tremunt.* גִּבּוֹרֵיהוּ poetice pro גִּבּוֹרָיו. Suffixum referendum vel ad מֵפִיץ vs. 2., vel ad Jovam, versu superiore memoratum, qui hoc exercitu utitur ad Assyrios puniendos, coll. Jes. 13, 3. Ad מְאָדָּם Rosenmüllerus: „clypeos esse ait *rubros*, vel quod eum colorem olim clypei referrent ad metum incutiendum hostibus, vel quod sanguine rubefactos clypeos gestarent, quod signum esse credebatur boni militis, utpote qui ex hostium sanguine clypeum tinxisset.“ De clypeo sanguine tincto cogitat Winerus quoque, Realw. II. p. 482. Hitzigius indicari vult igneum cum rubore conjunctum fulgorem cupri clypeis obducti (Jos. Arch. 13, 12, 5.), coll. 1 Macc. 6, 39: *ὡς δὲ ἔστιλβεν ὁ ἥλιος ἐπὶ τὰς χρυσᾶς καὶ χαλκᾶς ἀσπίδας, ἔστιλβε τὰ ὄρη ἀπ᾽ αὐτῶν, καὶ κατηύγαζεν ὡς λαμπάδες πυρός.* Cf. Virg. Aen. 2, 734: ardentes clypeos atque aera micantia cerno. Possis etiam de nitore cum rubore commixto cogitare clypei obducti corio taurino, Herod. 7, 91. Iliad. 5, 452. 12, 425. al., uncto oleo 2 Sam. 1, 21. Jes. 21, 5. cf. Virg. Aen. 7, 626 sq. Pars laeves clypeos et spicula lucida tergunt Arvina pingui. מְתֻלָּעִים *induti cocco*, sago coccineo; cf. Aelian. Var. Histor. 6, 6: in conflictu indutis purpura (*φοινικίδα*) venire necesse erat, ut color etiam aliquam gravitatem praeferret, et, si ad hanc adspergerentur sanguinis guttae de vulneribus, terribilis existeret hostibus, adspectu magis sensum penetrante et formidabiliore. Val. Max. 2, 6: ad dissimulandum et occultandum vulnerum suorum cruorem Poenicis in proelio tunicis utebantur, non ne ipsis adspectus ejus terrorem, sed ne hostibus fiduciae aliquid afferret; cf. Jes. 9, 4. Matth. 27, 28. בְּאֵשׁ פְּלָדוֹת הָרֶכֶב non: *igne falcium* fulgent *currus*, qua ratione sententia compleri non potest, sed: *in igne falcium* sunt, id est, fulgent falcibus *currus*. De curribus falcatis cf. Xen. Exped. Cyri 1, 8, 10. Ceterum *falces* esse פְּלָדוֹת pro certo dici nequit; vid. Lexx. Possis tamen etiam adquiescere

in certiore significatu ferramentorum chalybe bene temperato-
rum. In verbis בְּיוֹם הֲכִינוֹ incertum sitne Suffixum Genitivus
referendus ad ducem exercitus, an Accusativus referendus ad
הָרֶכֶב. Hesselbergus: ut *quo die paratus*, confectus *est* (a fabro
currus), ut si nuper factus sit, quae interpretatio non solum
linguae legibus repugnat, verum etiam sensum praebet tam lan-
guidum, ut non possit excogitari languidior. בְּרוֹשִׁים *lanceae*,
utpote factae e ligno cupressino; cf. *μελία* (fraxinus) apud Hom.,
ἐλάτη (pinus) Hesiod. Scut. Herc. 188. de lanceis fraxineis et
pineis; *abies* de hasta abiegna Virg. Aen. 11, 667: adversi longa
transverberat abiete pectus. הָרְעָלוּ *tremunt* manu quassatae. —
Per campos insaniunt, citato cursu, maximo cum impetu agitan- 5.
tur *currus*, cf. Jer. 46, 9., *discursitant per areas; adspectus
eorum instar flammarum, ut fulgura discurrunt.* Utitur Suffixo
feminino in מַרְאֵיהֶן ratione habita rerum quibus fulgent currus.
Falluntur itaque qui רֶכֶב hoc loco pro Feminino haberi putant.
— Sic descripto exercitu hostili ejusque apparatu bellico jam 6.
ipsam describit urbis expugnationem. *Recordatur* rex Assyrius
principum suorum, auxilium exspectat a principibus, ducibus
suis, sed frustra, *corruunt* duces *in viis suis*, accurrunt quidem
cum suis quisque copiis ex provinciis duces ad urbem obsidione
liberandam, sed corruunt caesi ab hostibus. *Properant* hostes
ad murum ejus, urbis, *et paratur*, applicatur *vinea*. יִזְכֹּר אַדִּירָיו
recordatur rex Assyriorum, cf. 3, 18., *principum suorum*, sperat
auxilio venturos esse duces suos. Intelligendi sunt duces cum
suis militibus in variis regni provinciis collocati. יִכָּשְׁלוּ בַּהֲלִיכוֹתָם.
corruunt, prostrati ab hostibus *in viis suis*, cum accurrunt ad
eximendam obsidione urbem. Pro בַּהֲלִיכוֹתָם Masorethae בַּהֲלִכָתָם.
Sed aptior Pluralis. יְמַהֲרוּ non principes, sed hostes. Nihil
frequentius in hoc scriptore quam personarum mutatio; vide ante-
gressa. חוֹמָתָה Accusativus loci qui petitur. ה ָ, Niniven; cf.
1, 8. 11. 2, 2. Nonnulli libri: חוֹמָתָה cum He loci. הַסֹּכֵךְ *qui,
quod tegit*, vinea, testudo, qua utuntur in urbibus oppugnandis.
Sic recte praeter alios Gesenius, Winerus, de Wette, Rosenmülle-
rus, qui: „*et paratur* ab hoste urbem oppugnante *tegumentum*,
sub quo tecti milites murum subeant. Instrumenta bellica intel-
ligit, qualia Romanorum *vineae* aut *testudines*;“ Schroederus,
qui: „videtur notare *testudinem*, vel aliam id genus machinam
bellicam, qua oppugnatores semet protegebant contra tela, quae

ex muris vibrabantur;“ quibus unus addatur Kimchi, cujus verba haec sunt: „est tabulatio pellibus obducta, sub qua ceu clypeo quodam tecti milites adversum missilia oppidanorum invadunt et muros subeunt, submoliunturque atque cuniculos agunt.“ Falsi tamen hi interpretes in eo sunt, quod Subjectum יְמַהֲרוּ verbi eosdem illos principes faciunt, qui Subjectum efficiunt יִכָּשְׁלוּ verbi, ut hic prodeat sensus: *recordatur* rex *principum suorum*, evocat duces, eos, puta, qui in urbe sunt, jubet ut eant ad tuenda moenia, *labant* illi prae trepidatione et festinatione *in viis suis*, dum properant ad moenia, *properant in murum ejus* cet. Nam sic si intelligitur locus, nexus in iis quae subjiciuntur וְהֻכַן הַסֹּכֵךְ omnino postulat aliquid, quod pertineat ad murum defendendum, non quod ad oppugnandum. Itaque Hitzigius, qui יְמַהֲרוּ et ipse referendum ad principes putat, הַסֹּכֵךְ collect. manum militum ad defendendum murum destinatam, *praesidium militare* vult significare, collato הָאֹרֵב, ita ut per totum hunc versum non oppugnatio sed propugnatio describatur urbis, de qua ipsa propugnatione Hitzigius etiam versu proximo existimat verba fieri. Sed perperam judicasse de illo Hitzigium, describi illo expugnationem potius, videbimus statim. Expugnatio vero si describitur vs. 7., eadem ut describatur vs. 6. necesse est; hoc enim natura postulat nexus. Adquiescendum igitur in interpretatione ea, quam fecimus
7. supra. — *Portae fluminum aperiuntur, et palatium dissolvitur.* Rosenmüllerus verba שַׁעֲרֵי הַנְּהָרוֹת נִפְתָּחוּ: „*portae fluviorum* i. e. portae, quibus hostes fluminum instar omnia inundantium, irrumpant, *apertae sunt*, per aperturas machinis bellicis in muro factas copiae hostiles instar fluvii rapidissimi in urbem irruunt. *Fluminibus* hostes magna vi et vehementi impetu terram aliquam invadentes comparantur et Jes. 8, 7 sq. 59, 19. Jer. 46, 7 sq.“ Quae interpretatio, quam de Wettius quoque suam fecit, justo audacior mihi videtur. Ex eo enim, quod locis laudatis aliisque similibus *fluminibus* comparantur hostes irrumpentes, minime sequitur, ut portae, per quas magna hostium copia irrumpat, sine mora dici possint *portae fluminum*. Qua eadem difficultate laborat interpretatio Hieronymi, qui portas intelligit, per quas ingens Ninevitarum numerus egredi et ingredi soleret. Sic enim ille: „apertae sunt portae Ninivae, quae ad instar fluminum habebat civium multitudinem.“ Monet Rosenmüllerus, alios interpretes *portis fluviorum* indicari existimare portas urbis sitas juxta flu-

mina, i. e. ea parte, qua fluant amnes, sive qua urbs alluatur. Quasi hoc dicatur, hostes ingredi per eam partem urbis, quam Tigris praeterlabatur. „Verum quis, inquit, non intelligit, latum rapidumque Tigridis amnem hostes ab illa urbis parte aditu potius arcere debuisse?“ Quid vero, si הַנְּהָרוֹת sint derivatae ex Tigride canales s. fossae (cf. ad Jon. 1, 2.), שַׁעֲרֵי הַנְּהָרוֹת portae urbis sitae juxta illas fossas, easque portae a Ninevitis ante oppugnationem ad arcendos hostes inundatae, ab hostibus vero, aquis in alium cursum deflexis, siccatae et apertae, ut a Cyro factum in expugnanda Babylone legimus in Xenophontis Cyropaedia? cf. ad Jes. 21, 5.? Quae tam altos et latos muros habebat urbs (Diod. Sic. 2, 3.) facilius expugnabatur derivandis fossis quam rumpendis moenibus. Non obstat huic meae interpretationi ante memorata vinea admota muro. Nihil inexpertum omittunt oppugnantes. Hitzigius, quem sciunt lectores hoc et superiore versu propugnationem urbis describi putare, הַנְּהָרוֹת et ipse habet pro fossis aquarum derivatis ex Tigride, sed שַׁעֲרֵי הַנְּהָרוֹת *cataractas* esse vult, quae sint a Ninevitis apertae ad inundandum palatium, quod ipsum indicari credit verbis וְהַהֵיכָל נָמוֹג. Dubito tamen vehementer, an *dissolutum* recte dicatur quod est *inundatum* palatium. Nihil probant laudati ab Hitzigio loci 1, 5. Am. 9, 13. Cum *dissolvi* dicitur palatium, aut *dirui* dicitur, aut, quod videtur praeferendum, *dissolvi pavore et metu*, palatio meton. posito pro rege et proceribus. — Post aliquam pausam 8.
pergit in re coepta, sed ita, ut nunc potissimum describat Ninevitarum contumeliam, ejectionem in exsilium, direptionem vs. 8—11. *Et constitutum est! retegitur* ignominiose, Nineve, *abigitur*, abducitur in exsilium; *et ancillae ejus suspirant*, gemunt, *instar vocis columbarum*, columbarum instar, *feriunt pectora sua.* וְהֻצַּב *et constitutum est*, stat sententia! cf. יַצִּיב Dan. 6, 13. Qua sententia (sic enim judicandum est), postquam paullum institerat, novum capit dicendi initium. *Constitutum est* interpretatur Hitzigius quoque; is vero pro (falsa) sua superiorum versuum explicatione indicari hoc verbo putat, cur irrita futura sit propugnatio Ninevitarum. Rosenmüllerus: *et licet constitutus sit*, sc. qui defendat urbem. Quod plane violentum et arbitrarium. Gesenius in lex. man. p. 681. 852. non dubitare se dicit, quin וְהֻצַּב commati praecedenti jungendum et a rad. צָבַב, arab. ضَبَّ *fluxit* repetendum sit, in hanc sententiam: *et palatium*

dissolvetur et diffluet. Ita tamen supervacaneum verbum. Contra servatum suo loco eoque modo intellectum, quo intelleximus nos, non caret idonea vi. Ad גֻּלְּתָה vere Rosenmüllerus: „Ludov. de Dieu (quem secuti sunt de Wette et alii) interpretatur: *abducetur in captivitatem.* At quia verbum גִּלָּה in Piel constanter *retegere* significat, h. l. Pyal cum Kimchio rectius haud dubie exponitur *retegitur* (Ninive), ignominiose a victoribus tractatur, tanquam infimae conditionis femina, quemadmodum Babylon Jes. 47, 2 sq. imagine ancillae, facie et cruribus nudatae abducenda sistitur; cf. infra 3, 5.“ De הֹעֲלָתָה apud neminem accurate expositum video. הֶעֱלָה hic est *facere ut* aliquis *ascendat*, *surgat*, i. e. *loco suo se moveat*, *discedat*, i. e. *abigere* aliquem, ita ut הֹעֲלָתָה sit *surgere, loco suo se movere*, *discedere cogitur*, *abigitur*; cf. not. ad Jer. 21, 2. Ridicule Hitzigius duo haec verba: occulta post muros et fossas *deprehenditur et sursum trahitur*, ut piscis hamo (!). Ad ea quae subjiciuntur Hieronymus: „*ancillas Ninive* per metaphoram minores urbes et viculos et castella intellige. Vel certe captivae mulieres gement ante ora victorum“ cet. Praeferendum posterius. Sistitur urbs regia imagine reginae, mulieres urbis imagine sistuntur ancillarum illius. Attamen ancillae non necessario habentur pro mulieribus urbis. Reginae enim de statu suo deturbatae recte tribuuntur ancillae deplorantes illius
9. interitum. — *Nineve* erat *ut piscina aquarum*, ingenti referta multitudine hominum, qui ad eam undique confluxerant, *inde a diebus* quibus *exstitit*, quibus condita est; *et*, at *illae*, aquae, *fugiunt*, diffluunt jam, dilabitur ista multitudo incolarum; „*state! state!*“ acclamatur fugientibus; *et*, sed *nemo retro se vertit*, subsistit in fuga, ut Jer. 46, 5. De incolarum Nineves ingenti multitudine cf. infra 3, 15 sq. Jon. 4, 11. coll. ibid. 1, 2. 3, 3. et ad hos locos not. מִימֵי הִיא pro מִימֵי אֲשֶׁר הִיא. Verba עִמְדוּ עֲמֹדוּ Hitzigius ne quis ad *pisces* dicta habeat monet, per jocum, crederem, nisi esset Hitzigius. Hesselbergus quod insolitum vocat עֲמֹדוּ metum et pavorem indicare vocantium dicit, quae
10. scribens dormitasse videtur vir bonus. — Vocantur ad urbem diripiendam victores. *Diripite argentum*, *diripite aurum! nullus est finis thesaurorum*, *divitiae* sunt, adsunt *omnis generis vasorum pretiosorum.* תְּכוּנָה *apparatus*, thesauri. Ante כָּבֹד Hitzigius cogitando repeti vult לְ in hunc sensum: nullus finis est thesaurorum, *divitiarum* cet. Verum quum quod subjicitur *omnis*

generis est. eandem fere notionem exprimat, quam exprimit illud
nullus est finis, praestat adquiescere in nostra interpretatione:
Hesselbergus verba perperam interpretatus est. — *Vastitas et* 11.
vastities et vacuitas, vasta et vacua omnia, *et cor liquefactum*,
animi abjecti, fracti in summa rerum desperatione, *et vacillatio*
genuum prae defectione animi et debilitate corporis, *et vultus*
omnium retrahunt ruborem, nitorem, pallescunt prae terrore.
Idem describendi genus, quo cumulantur sine Verbo Substantiva,
vid. 3, 2 sq. al. בּוּקָה וּמְבוּקָה, „geminatio duorum ab uno verbo
derivatorum nominum (ejusdem significationis et similis soni) in-
tendit sermonis emphasin, facitque ad rei atrocitatem fortius ex-
primendam. Simili ratione conjunguntur Ezech. 6, 14. שְׁמָמָה
וּמְשַׁמָּה et Zeph. 1, 15. שֹׁאָה וּמְשׁוֹאָה.“ Ros. cf. etiam תַּאֲנִיָּה
וַאֲנִיָּה Jes. 29, 2. al. Ut pro Substantivo, propr. pro Neutro,
habeas etiam מְבֻלָּקָה postulare videtur nexus. Ad verba ultima
cf. Joel. 2, 6. et quae ibi observavimus; item ad quatuor ultima
membra Iliad. 3, 31 sqq. 10, 10. 95. 375. 15, 280. — Epilogus. 12.
Vastata urbe locum ubi sita erat circumspicit, insultans devictis
Assyriis, vs. 12. 13. *Ubi nunc est lustrum leonum, et pascuum*
idem leunculorum, ubi ambulabat leo, leaena, catulus leonis, ne-
mine terrente? אֲשֶׁר construendum cum שָׁם. Sensus apertus. —
Recte Rosenmüllerus ante haec verba cogitando repetendum esse 13.
monet vel ex priori versus superioris hemistichio *ubi est?* vel ex
posteriori *ubi versabatur*. *Leo qui dilacerabat*, rapiebat *pro*
catulis suis, *et qui suffocabat pro leaenis suis*, *et implebat*
praeda cavernas suas, antra sua, *et lustra sua rapina?* —
Sententia extrema repetit quod caput est orationis: Nineven esse 14.
delendam. Partim proprie loquitur, partim improprie, imagine
utens versuum superiorum. *En me adversus te*, id est, ecce,
aggrediar ego te, *dictum Jovae Zebaoth (exercituum)*, *et com-*
buram in fumum, ut in fumum abeant, *currus ejus* (mutata
persona) bellicos, *et leunculos tuos vorabit*, absumet *gladius*; *et*
exscindam de terra praedam tuam, *neque audietur amplius vox*
nuntiorum tuorum. הִנְנִי אֵלַיִךְ, cf. eadem verba 3, 5., item הִנְנִי
אֵלֶיךָ Jer. 51, 25., הִנְנִי עָלַיִךְ Ezech. 28, 22. De יְהוָֹה צְבָאוֹת
cf. ad Jes. 1, 9. coll. not. ad Ps. 35, 23. Verba וְהִבְעַרְתִּי בֶעָשָׁן
רִכְבָּהּ Rosenmüllerus: „*et ardere faciam*, comburam *fumo cur-*
rum ejus i. e. succendam igne magnum fumum emittente currus
bellicos, unde depugnare solebant principes tui. בֶּעָשָׁן *in fumo*

i. e. igne maximo, cujus fumus procul conspiciatur, et versus coelum ascendat. Chaldaeus בְּאֶשָּׁתָא *igne* posuit." Male quoad בְּעָשָׁן. Chaldaeus liberius tantum verbum reddidit. בְּעָשָׁן accipiendum ut supra accepimus; cf. Ps. 37, 20: כָּלוּ בְעָשָׁן כָּלוּ *evanescunt* (improbi), *in fumum*, i. e. ita ut quasi in fumum abeant, *evanescunt*, et alia ibi laudata. Ad rem cf. Ps. 46, 10. In Suffixo ־ֵהּ, referendo ad Niniven, transit ad personam tertiam, mox rediturus ad secundam. מלאככה, in quo efferendo variant libri, pronuntiandum videtur מַלְאָכֵכֶה (cf. כַּפֵּכָה Ps. 139, 5.), vel *nuntius tuus*, vel (defective scriptum) *nuntii tui*, cum Suff. masc., ad quod cf. מֹטֵהוּ 1, 13., עָלַיִךְ rel. ibid. vs. 14., item femininum exceptum a masculino 2, 2. Recte Hieronymus tria ultima membra sic est interpretatus: „nequaquam terras ultra vastabis, nec tributa exiges, nec audientur per provincias tuas emissarii tui.".

CAP. III. Retractat supra dicta, sed ita, ut addat nova, causam afferat imminentis excidii vs. 1—7., exemplum proferat alius urbis, quae, quamquam munitissima, tamen sit vastata 8—11., vana dicat, in quibus fiduciam collocent, praesidia Ninevitarum 12—19. Quod argumentum fusius Rosenmüllerus descripsit verbis his: „Perstat in descriptione funestissimi excidii potentissimae urbis Nineves, cujus varias commemorat causas, tyrannidem, crudelitatem, fraudes, rapinas, nefandas superstitiones, ad quas et alios populos seduxerit, ob quae ait fore, ut penitus evertatur, et cum summa quidem ignominia ac detestatione (vs. 1—7.). Cui comminationi ut eo magis fidem praebeant Ninevitae, adducit exemplum urbis Aegyptiae No-Ammon, quam, licet fuerit potentissima, firmissimis propugnaculis, ipso mari, quin et sociis atque auxiliaribus nationibus munitissima, tamen sit expugnatam fuisse, deportatos incolas, proceres in vincula conjectos, multos trucidatos, atque eadem quoque Ninives futura fata praedicit (vs. 8—11.). Et quum urbem videt variis praesidiis, incolarum multitudine, propugnaculorum firmamentis, vicinorum populorum auxiliis, ducum militumque solertia, aliisque id genus
pluribus confidere, omnia vana, irrita, nihil profutura vaticinatur
1. (vs. 12—19.)." — *Vae urbi sanguinolentae! universa fraude, violentia plena est, non recedere facit rapinam*, non desinit rapinas facere. כַּחַשׁ פֶּרֶק asyndeton, Accusat. pendens ex מְלֵאָה. תָמִישׁ transit. ut Mich. 2, 3. 4. יָמִישׁ masc. respiciens populum.

לֹא יָמִישׁ טָרֶף non: *non dimittit praedam*, quod minus convenit, sed *non dimittit rapinam* i. e. raptionem, non desinit facere rapinas. De Wette verba sic struit, ut כֻּלָּהּ כ׳ פ׳ מְלֵאָה appositionem efficiat Subjecti quod inest in יָמִישׁ, hoc modo: *vae urbi sanguinolentae! universa fraude, violentia plena non* est. Ita tamen durior generis discrepantia in מְלֵאָה et יָמִישׁ. Hitzigius: *vae urbi sanguinolentae, universae fraude, violentia plenae*, quae *non* est. Sed non opus est suppleto אֲשֶׁר. Rosenmüllerus et Hesselbergus יָמִישׁ intransitive capiunt in hunc sensum: *non recedit rapina* ab ea; qua ratione genus quidem concinit Subjecti et Praedicati, sed aegrius desideratur מִמֶּנָּה vel simile quid. Hesselbergus praeterea hoc habet singulare, quod כֻּלָּהּ כַּחַשׁ seorsum a sequentibus verbis explicat sic: *tota* est *fraus*. Non male hoc quidem. Ceterum cf. ad rem infra vs. 19., supra 2, 13 sq. — Auditur crepitus flagellorum agitantium equos, strepitus cur- 2.
ruum bellicorum; apparent equi volantes, currus subsilientes; conspiciuntur equi arrecti, gladii micantes, hastae fulgentes; committitur fatale proelium vs. 2. 3. Vere Hieronymus: „tam pulchra juxta Hebraicum et picturae similis ad proelium se praeparantis exercitus descriptio est, ut omnis meus sermo sit vilior." Errat tamen in eo, quod, ut recentiorum plerique, *parari* pugnam existimat. *Medio in proelio* sumus. Quod ut magis perluceat, conferatur hic locus cum Jer. 46, 3 sq. longe aliter comparato. *Sonus flagri*, agitantis equos, *et sonus strepitus rotae, et equus citato cursu currens, et currus subsiliens!* Male Rosenmüllerus ante סוּס et מֶרְכָּבָה cogitatione repetendum putat קוֹל. סוּס intellige equum curru junctum, hoc enim postulat nexus. — *Eques* i. e. 3.
equus *tollens se arrectum, et flamma gladii, et fulgur hastae, et multitudo confossorum, et vis ingens cadaverum, et nullus finis corporum* mortuorum, *offendunt ad corpora eorum*, Assyriorum. Verborum פָּרָשׁ מַעֲלֶה fere tot reperiuntur interpretationes, quot sunt interpretes. Quod veram nemo dedit, mirarer, nisi dudum intellexissem, permultos ad interpretandum accedere sine sensu veri, illo, inquam, de quo nuper Hitzigius (*die Psalmen* I. p. XI.) tam contemtim locutus est, scilicet ut de uva lupus in fabula. Potissimas interpretationes Rosenmüllerus recensuit his verbis. „Kimchi cum iis, quae proxime sequuntur, וְלַהַב חֶרֶב וּבְרַק חֲנִית, conjungit hoc sensu: *eques* sc. supervenit tibi *adducens flammam ensis et fulgur hastae*, gladium flamman-

tem et hastam coruscantem. Vau ante לַהַב redundare (!) observat, ut Gen. 22, 4 (!).' Alii Vau utrumque, vocibus לַהַב et בְּרַק praepositum, capiendum volunt ut Latinorum *et — et*, *cum — tum*. Praestat, ob accentum distinctivum voci מַעֲלֶה impositum, verba פָּרָשׁ מַעֲלֶה ut quae sensum seorsim constituant accipere. Neque tamen qui id agnoscunt inter se consentiunt. Sunt enim, qui sic interpretentur: *eques* adest, irruit in te *ascendere faciens* s. *adducens* subsequentem reliquum exercitum. Neumannus phrasin ellipticam existimat, quae plena talis esset: פָּרָשׁ מַעֲלֶה אֶת־עַצְמוֹ עַל הַסּוּס (!) *eques ascendere faciens se in equum*, quod vernacule sic expressit: *der sich (aufs Ross) schwingende Reuter*. Nos quidem cum Ludov. de Dieu vertimus: *eques auferens*. „„Sicuti, inquit, versu praecedenti minatus fuerat sonitum scuticae et sonitum motus rotarum, sic hoc versu minatur equites auferentes, deinde flammantem gladium et coruscantem hastam. Est autem *eques auferens* qui praedam multam subducit. Sicut enim in Cal עָלָה saepe usurpatur pro *abire*, *recedere*, sic in Hiph. הֶעֱלָה saepe pro *auferre*, *tollere*, ut Ps. 102, 25."" J. H. Michaelis פָּרָשׁ, collective sumendum, habet pro Accusativo, et verba nostra sic interpretatur: *equites* s. *equitatum* hostium *adducturus est* deus, coll. Jes. 8, 7. Jer. 50, 9. Verum hunc sensum si vates exprimere voluisset, non dubito, quin scripsisset יִהְיֶה מַעֲלֶה עָלַיִךְ אֶת־הַפָּרָשׁ." Haec Rosenmüllerus. Kimchii interpretationem non dignam puto confutatione. Eorum rationem, qui וְ — וְ capi volunt ut latinorum *et — et*, secutus est de Wette, qui: *equites vibrant* (accuratius dixisset: *attollunt in altum*) *et flammam gladii et fulgur hastae*. Sed praestat sane, separare verba פָּרָשׁ מַעֲלֶה a sequentibus, non ob accentum impositum מַעֲלֶה voci, quae est opinio Rosenmülleri, is enim nihil significat aliud, quam separasse verba Masorethas quoque, sed propterea, quod misere languet illud *et — et* Objecti in oratione tam viva, incitata, tam plena sententiarum brevissimarum infractarumque. Quae ab Rosenmüllero deinceps prolata est interpretatio *eques adest* cet., quae ipsi probatur interpretatio Ludovici de Dieu, quae proposita est a J. H. Michaele, ad unam omnes quaesitae sunt et violentae. Quod non opus est demonstrare pluribus. Una ferri potest interpretatio Neumanni, quam secutus est Hitzigius, sed alio modo firmanda, quam quo illam firmarunt dicti interpretes. Nihil hic ellipticae orationis, de qua cogitat Neumannus,

et quid sibi velit illud Hitzigii „מַעֲלֶה Particip. ad יַעֲלֶה Kal formae“, nemo facile intellexerit. Potest מַעֲלֶה pariter atque עֲלוּ Jer. 46, 4. (עֲלוּ הַפָּרָשִׁים) significare putari *ascendere in equum*, quod מַעֲלֶה absolute positum significat *efferre*, *hoch machen*, quodque haec efferendi actio tribuitur *equiti*. De *equite ascendente in equum* verba dicta jam habuere LXX, qui καὶ ἱππέως ἀναβαίνοντος. Verum non convenit in hunc locum ista significatio. Alia ratio est loci supra laud. Jer. Ibi enim proelium *paratur*; hic *media* versamur *in pugna*; cf. inprimis quae subjiciuntur. Dudum in equos ascenderant equites! פָּרָשׁ hic non equitem, sed, ut saepius alias, *equum cui insidet eques* significat, equum cum equite (cf. Virg. Georg. 3, 16 sq. „atque equitem docuere sub armis Insultare solo“), מַעֲלֶה vero, proprie, ut modo diximus, *hoch machen*, aptissimum ad nexum significatum habet *tollendi se arrectum*, tollendi se in altum pedibus anterioribus (*sich bäumen*). יִכָּשְׁלוּ בִּגְוִיָּתָם *offendunt ad corpus* mortuum, corpora mortua, cadavera *eorum*, Assyriorum, milites hostiles. Plures libri et scripti et editi, in his Bibl. Sonc. Brix. Compl., וְכָשְׁלוּ, quod idem expresserunt LXX et Vulg. Rosenmüllerus: „in textu scriptum est יכשלו, sed nota Masorethica in margine monet legendum esse וְכָשְׁלוּ. Alioquin dubitari possit haud immerito, sitne יִכָּשְׁלוּ legendum, an יִכְשְׁלוּ. Prius illud, Futurum Niphal, reperitur in Bibliis ex officina Sanctandreana Heidelb. 1586. fol., in Bibliis Rob. Stephani in 24. Paris. 1546., nec non in Bibliis Hartmannianis in 4. Trajecti ad Viadr. 1595., atque in margine Biblior. Dan. Brombergii, Venetiis 1517. in fol. et 1518. in quart. Minus usitatum יִכְשְׁלוּ vero exstat in textu Biblior. Brombergii Venet. 1517. in fol. et 1518. in quart. atque 1521. in quart. Kimchius quoque in lex. adducit יִכְשְׁלוּ ex hoc loco. Quod ne mendum esse putes, sciendum, adduci in Cal, deinde subjici Niphal, ut certum sit, Kimchium ita olim legisse. Utrumque tamen repugnat Masorae impressae ad Hos. 1, 1., ubi inter viginti et duo illa loca, quibus pro י initio vocis in margine ו legi praecipitur, et noster est.“ Haec ille. Rejiciendum est וְכָשְׁלוּ; יכשלו enim et difficilior et convenientior ad hanc abruptam orationem scriptura est. יכשלו vero efferendum est יִכָּשְׁלוּ, non יִכְשְׁלוּ, licet vim *impingendi*, *offendendi* alias habeat Kal (velut Lev. 26, 37: וְכָשְׁלוּ אִישׁ בְּאָחִיו), non Niphal. Solent enim pro Futuro Kal (dubium est quod Prov. 4, 16. habetur

4. יִכָּשְׁלוּ) uti in hoc verbo Futuro Niphal. — Ratio redditur, cur delenda sit Nineve. *Propter multitudinem scortationum scorti, meretricis, suavis, praestigiatricis, quae vendidit populos scortationibus suis, et gentes praestigiis suis.* Nexus apertus est, ut non opus sit supplere עַל־זֹאת vel simile quid. „*Scortationibus* plerique interpretes intelligunt aliorum deorum cultum. Sane זְנוּנִים si de populo hebraico dicitur, de cultu aliorum praeter Jovam deorum dici, notum. Hoc vero loco, ubi de Assyriis agitur, qui Jovam nunquam coluerunt, זְנוּנִים cum Abarbenelo intelligere malumus de dolosis foederibus, quibus alios populos ad se pertraxerunt Assyrii et sibi subjecerunt.“ Bene haec Rosenmüllerus. Neque de cultu deorum fictorum, neque de commercio (Jes. 23, 17.), de quo cogitarunt alii, potest cogitari. Intelligendae *scortationes* de amicitia simulata et fraudulenta, *praestigias* de callidis consiliis machinationibusque occultis, quibus, meretricis instar multorum animos in amorem sui pellicientis, alios populos suis Assyrii irretiverant laqueis. Qua ipsa de causa *suavis* appellatur ista meretrix. „Instar meretricis formosae et blandulae, quam appetunt, qui eam vident, eamque respiciunt et studiose observant, sicut Israelitae fecerunt, temere fidentes regi Assyriae“ cet. Abarb. הַמֹּכֶרֶת Hitzigius: „*quae irretivit*; cf. مكر, quod propr. כמר ex כבר, propriam formam in suis *rete* significantibus Substantivis (Hab. 1, 15.) servavit. Vulgo: *quae vendidit*. Tum vero בְּ pro בְּ pretii habendum esset; *scortationibus vendere* sensu caret; praeterea populos Assyrii non aliorum sed suum sub imperium subjungere studuerunt.“ Modo ne repugnaret usus loquendi! Ubique *vendere* (nusquam *emere*, quod expressit Hesselbergus) significat מָכַר, eumque significatum servare poterit hoc quoque loco, modo verba (a Rosenmüllero quoque et aliis male intellecta) intelligas recte. Quum populos meretrix vendidisse dicitur scortationibus et praestigiis (de בְּ pretii cogitare quid cogat non video), nihil aliud quam simulata sua amicitia artificiisque occultis libertatem populis eripuisse dicitur; vel, quod praeferendum, *vendendi* verbo proprie accepto, dicitur artibus suis libertate privatos populos *servos vendidisse* populis aliis, prorsus ut Joel. 4, 3. legimus: *de populo meo jecerunt* (populi hostiles) *sortem, et dederunt puerum pro meretrice, et puellam vendiderunt* (מָכְרוּ) *pro vino;* ibid. vs. 6. 7. 8: *filios Judae et filios Hierosolymorum vendidistis* (מְכַרְתֶּם, vos Phoenices

et Philisthaei) *Javanitis, ut procul abigeretis eos a termino suo.*
En, excitaturus sum eos e loco, in quem vendidistis (מְכַרְתֶּם)
eos, et referam opus vestrum in caput vestrum. Et vendam
(וּמָכַרְתִּי) *filios vestros et filias vestras per filios Judae, et*
vendent eos (וּמְכָרוּם) *Sabaeis;* item Am. 1, 6: *sic dicit Jova:*
propter tria delicta Gazae rel. *non revocabo id*, quod decrevi,
propterea quod abduxerunt captivorum plenum numerum, ut
traderent eos Idumaeis; ibid. vs. 9: *propter tria delicta Tyri*
rel. *non revocabo id*, quod decrevi, *propterea quod tradiderunt*
captivorum plenum numerum Idumaeis cet. Qui loci ostendent,
opinor, satis superque, festinantius hic quoque judicasse Hitzi-
gium. מִשְׁפָּחוֹת ut Am. 3, 1. 2. — „Quia Niniven versu superiore 5.
meretrici comparaverat, et nunc in poena ei destinata describenda
perstat in metaphora, atque talia ei minatur, qualia digna sunt
meretricia impudicitia.“ Ros. *En me adversus te*, ecce, aggre-
diar ego te, *dictum Jovae Zebaoth* (exercituum), *et retegam la-*
cinias tuas super faciem tuam, et ostendam populis nuditatem
tuam, et regnis pudenda tua. De verbis הִנְנִי אֵלַיִךְ vid. not. ad
2, 14. Ad ea quae subjiciuntur Rosenmüllerus: „quum Arabibus
أَذْيَال (collect. nominis ذَيْل *lacinia, cauda vestis*), *syrmata*, figu-
rate designent *praesidia, munimenta, arces; nuditas* autem, عَوْرَة,
iisdem *loca nuda, patentia, periculis bellorum maxime exposita*
et obnoxia significet, et nostro loco similitudine syrmatis replicati
super faciem ita ut meretricis pudenda retegantur, hoc indicari
existimat A. Schultens, Niniven, illam reginam superbam, violan-
dam fore, et sub hostili impetu foedissime prostituendam, laciniis
arcium munimentorumque retectis aut disscissis, atque nudatis
regni omnibus lateribus cet. Nos tamen Niniven simpliciter me-
retrici comparari et poenas illa dignas praenunciari arbitramur.“
Recte quidem; cf. Jes. 47, 3. Jer. 13, 26. Hos. 2, 12. al. Sic
jam Hieronymus quoque. — *Et projiciam in te res abominandas*, 6.
lutum, stercus, *et deturpabo te*, contumelia te afficiam, ut Jer.
14, 21., *et faciam te velut spectaculum*, exemplum, exponam te
publicae ignominiae, cf. Ezech. 28, 17. — *Et fiet ut, quicunque* 7.
conspexerit te, fugiat te, et dicat: vastata est Nineve: quis
dolebit eam? unde quaeram consolatores tibi? נוּד לְ *agitari,*
commoveri alicui, ejus casum, vicem dolere. — „Missa jam ima- 8.
gine, qua Niniven publicae ac meritissimae ignominiae expositam

depinxerat poeta, ipsam iterum compellat, non lugentis, imo insultantis potius personam inducens, quo declaret, dignissimam eam esse, quae haud melius tractetur, quam celeberrima quaedam urbs, per ipsam naturam munita et auxiliaribus etiam copiis adjuta, quaeque tamen capta, expugnata, ac miserrime desolata fuerit, versu hoc et duobus (tribus) sequentibus." Kreenen. Primum quomodo urbs, quam Ninevitis ante oculos ponit, ipsa natura munita fuerit, dicit vs. 8. *Numquid melior es, quam No-Amon, habitans*, sita *ad Nili flumina*, canales, *aquae circum eam*, aquis undique circumdata, *cujus fossa est mare*, Nilus, *cujus e mari est murus*, cujus murus constat ex mari, mare est? נֹא Ezech. 30, 14. 16. ab interprete Graeco Alex. Διόςπολις vocatur. „At quum duae potissimum fuerint hujus nominis urbes, altera in superiore, altera in inferiore Aegypto sita, disputatur, quaenam hic intelligenda sit. Illa fuit maxime nobilitata, et Thebarum nomine celeberrima (Thebae Aegyptiae Strab. 1, 9. 35. Plin. 36, 12. 37, 54. cf. Strab. 17. p. 805. 815. Plin. 5, 11.), ac praeter eam cum aliae plures fuerunt, tum peculiariter aliqua in Aegypto inferiori supra Mendetem sita (Strab. 17. p. 802.), adeoque optio facienda est inter alterutram urbem Amoni, Jovi Aegyptio, peculiariter sacram. Haec autem optio minime difficilis esse posset, si modo ad descriptionem, qualis est apud Nahumum, probe attendamus, eamque cum ea, quam dedit Strabo, comparemus. Hic enim ubi Diospolin, Aegypti inferioris in Nomo Busiritide sitam, describit, idem plane dicit, quod Nahumus vs. 8. his verbis: מַיִם סָבִיב לָהּ *aquae eam cingebant*; nam *prope Mendetem*, inquit, *est Diospolis*, καὶ αἱ περὶ αὐτὴν λίμναι, *et lacus qui eam cingunt* (l. l.). Similia habentur apud Suidam a Bocharto citatum, voce Δημήτριος, ubi eadem urbs refertur posita fuisse *in paludibus*. Quae descriptionis similitudo quum tanta sit, quanta vix major fingi queat, consentaneum est, ut existimemus, Nahumum non aliam urbem significasse, et id, quod peculiare erat in ejus situ, hic ad veritatem expressisse, eamque ita ab alia longe celebriori urbe ejusdem nominis distinxisse, quae, etsi ad Nilum sita, non tamen paludibus undique cincta erat et munita." Kreenen. At enim vero tantum abest, ut quae in hoc Nahumi loco legimus a Thebis abhorreant, erat enim ea urbs in utraque ripa Nili sita (Strab. 17. p. 816.) et circumdata haud dubie canalibus Nili, qui idem recte dicebatur יָם (vid. inf.), ut, quod No-Amon

sita dicitur בַּיְאֹרִים, magis conveniat in Thebas quam in alteram urbem, siquidem illa voce constet speciatim brachia et canales significari *Nili*. Accedit, quod „urbs Ninevitis ob oculos ponenda erat, quae non magis natura et mirificis molibus munita, quam propter imperii amplitudinem et diuturnitatem florentissima esset, ut Ninevitae illud e fatis tantae urbis cognoscerent, quod ipso usu etiam mortales docentur.“ Zorn. יְאֹרִים canales s. fossae e Nilo derivatae, ut Ezech. 30, 12. al. cf. etiam supra 2, 7. ibique not. יָם de Nilo, ut Jes. 19, 5. ubi cf. quae adnotavimus. אֲשֶׁר חֵיל יָם Hitzigius: *quae* (qui) est *locus munitus maris*, locus mari munitus. Sed *locum munitum* significare חֵיל, certo exemplo probari nequit. Movit ut sic interpretaretur Hitzigium haud dubie illud, quod חֵיל caret Suffixo. Attamen quum expressum sit Suffixum in membro proximo, et ipso pendente ex אֲשֶׁר, non dubito equidem, quin pro חֵילָהּ omisso Suffixo simpliciter scribi potuerit חֵיל. Quod Rosenmüllerus ad אֲשֶׁר e membro praecedenti cogitando suppleri vult לָהּ, ferri non potest. Neque enim ex se invicem suppleri possunt membra, nisi ejusdem sint naturae ac rationis. מִיָּם *e mari* est, constat, quo significatu מִן saepe dici notum. Alii: *e mari* eminet. Sed prior ratio et facilior per se est et aptior ad membrum quod praecedit parallelum. — Nunc 9.
quomodo eadem urbs copiis auxiliaribus adjuta fuerit dicit, vs. 9. *Aethiopes robur*, praesidium erant (cf. hemistichium posterius) *et Aegyptii, neque erat finis*, carentes fine, numero, innumerabiles; *Mauri et Libyes erant in auxilio tuo*, inter copias tuas auxiliares, aderant tibi copiis suis auxiliaribus. עָצְמָה *robur*, hinc *praesidium*. Nihil est, quod Hitzigius, si vox ita explicetur, Aethiopes et Aegyptios prae ceteris insigniri dicit. Idem potius sic exprimitur in hemistichio priore, quod in posteriore exprimitur illo הָיוּ בְּעֶזְרָתֵךְ. Ipse עָצְמָה adverbialiter positum vult, ut idem valeat quod alias הַרְבֵּה, coll. וְאֵין קֵצֶה, quod existimat עָצְמָה voci respondere. Ad הָיוּ בְּעֶזְרָתֵךְ cf. Ps. 118, 7: יְהוָה לִי בְּעֹזְרָי *Jova mihi est inter adjutores meos*, me adjuvat; Ps. 54, 6: אֲדֹנָי בְּסֹמְכֵי נַפְשִׁי *dominus est inter eos qui sustentant vitam meam*, sustentat vitam meam; Jud. 11, 35: אַתְּ הָיִית בְּעֹכְרָי *tu es inter eos qui perturbant me*, tu me perturbas. Suffixum referendum ad *No-Amon*, quam hic alloquitur vates. — Sic igitur 10.
et ipsa natura munita (vs. 8.) et copiis auxiliaribus adjuta fuit haec urbs (vs. 9.). Et tamen haec quoque expugnata, ab hostibus

est, vs. 10. *Etiam illa in exsilium migravit, in captivitatem; etiam liberi illius elisi sunt in compitis omnium platearum, et de nobilibus ejus jecerunt* victores *sortem, et omnes proceres ejus vincti sunt compedibus.* בַּשֶּׁבִי pariter atque לַגֹּלָה pendet ex הָלְכָה. Ad עֹלָלֶיהָ יְרֻטְּשׁוּ cf. Hos. 14, 1. al., ad עַל נִכְבַּדֶּיהָ יַדּוּ גוֹרָל cf. Joel. 4, 3. בַּזִּקִּים LXX recte χειροπέδαις, cf. Jer. 40, 4. „Quando et a quibusnam victoribus urbs illa fuerit expugnata, haud certo liquet. Neque tamen improbabilis est conjectura, accidisse illud in expeditione a Tartane, duce exercitus Assyrii, Sargone rege, in Aegyptum suscepta, primis Hiskiae annis, uti ex Jes. 20, 1. colligi potest.“ Ros. Videtur suscepta esse ista expeditio annis praeterlapsis proxime ante annum regnantis Hiskiae decimum quartum; cf. prooem. ad Jes. 20. In eadem sententia Böttcherus (*Proben* p. 192.), Hesselbergus, Hitzigius, al.
11. — Quod idem accidet tibi, Ninive! „Propositum exemplum vates in suos usus convertit, et Ninivae praedicit sortem haud minus acerbam ea, quam passa fuisset Diospolis.“ Ros. *Etiam tu*, o Nineve, *inebriaberis*, poenam dabis, *eris abscondita*, latebis, eris neglecta, abjecta, quae fueras tam celebrata quondam; *etiam tu quaeres praesidium adversus hostem!* Ad תִּשְׁכְּרִי cf. Obad. 16. ibique not. p. 407. תְּהִי נַעֲלָמָה Hesselbergus: *abscondes te;* sed ita vates Hithpael videtur usurus fuisse. Hitzigius: *eris offusa tenebris*, torpebis, coll. Jes. 51, 19—21., ex quo loco nihil certi potest colligi. מָעוֹז מֵאוֹיֵב *praesidium* quod te defendat, tutam reddat *ab hoste.* Alii: *praesidium* quaeres *ab ipso*
12. *hoste*, quod quaesitum. — „Laudaverat poeta vs. 8. 9. Diospolin, urbem munitissimam et numerosissimo copiarum auxiliarium exercitu defensam, quam tamen neque situs natura felicissimus, neque militum multitudo satis tueri potuissent. Igitur hanc ipsam aptissimam exempli partem in suos usus convertens poeta declarat, vanam esse fiduciam, quam Assyrii in munimentis et in militibus suis collocaturi sint, quoniam haec omnia urbis totiusque imperii interitum avertere non possint: atque hac in re versatur usque ad vaticinii finem.“ Kreenen. Primum, vs. 12—14., non castella, non milites arcere hostes aditu posse, instare urbi oppugnationem, dicit vates. *Omnia munimenta*, loca munita, *tua* sunt *ficus cum ficubus praecocibus: si agitentur*, concutiantur, *cadunt*, decidunt *in os comedentis*, ei qui eas vult comedere. „In hoc versu imago est, quae incredibilem paene facilitatem,

qua moenia Ninives expugnanda sint, eximie ponit ob oculos. Comparantur illa cum ficubus praecocibus, quae ex arbore concussa in os cadunt ejus, qui eas comedere cupiat.“ Kreenen. Fallitur hic cum aliis in eo, quod כָּל־מִבְצָרַיִךְ de munimentis ipsius Nineves intelligit. Intelligenda potius totius terrae Assyriae loca munita et castella, ea maxime, quae sita erant in finibus; id quod perlucet e vs. 13. Verba תְּאֵנִים עִם בִּכּוּרִים Rosenmüllerus: „sunt *ficus cum ficubus praecocibus* i. e. et ficus praecoces, עִם enim pro *et* sumitur interdum, ut 1 Sam. 17, 42.“ Quam eandem rationem secutus est Hitzigius, coll. Cant. 4, 13 sq., his de causis. Primum enim non videri probari posse illum qui in priore interpretatione ponatur עִם voculae usum; deinde ex illa ratione aliud Subjectum (תְּאֵנִים) statui יִנּוֹעוּ verbi, aliud (בִּכּוּרִים) verbi וְנָפְלוּ, quod negat ferri posse; denique non convenire imaginem, arces enim *cadere, non cadere* concussas f. arbores. Quorum argumentorum primum ne confutatione quidem dignum est. Ad secundum quod attinet, quid tandem est, quod impediat, ne prioris verbi arbores, posterioris fructus Subjectum facias? ipsane mutatio Subjecti? nonne utrumque verbum, quorsum referendum sit, sua indicat vi? an Genus תְּאֵנָה vocis? at quam saepe Genus poetae negligunt! Sed ne opus quidem est, ut Subjectum prius facias arbores, posterius fructus. Possunt utriusque verbi Subjectum esse fructus. Arbores enim si concutiuntur, concutiuntur et fructus. Hinc fructus quoque recte dicuntur concuti. Sic jam Hieronymum judicasse video, qui תְּאֵנִים et ipse habuit pro f. arboribus. „Primitivis, inquit, ficis comparabuntur, quae si concussae fuerint levi tactu, in os cadent devorantis.“ Tertium argumentum imagine nititur male intellecta. Quamquam enim תְּאֵנִים עִם בִּכּוּרִים dicitur, tamen non arboribus sed fructibus comparantur loca munita Assyriorum. Ficuum praecocium instar esurae dicuntur Ninevitarum arces. Arbores memorantur, quoniam de iis decidunt fructus. Poterat accuratius dici *ficus in arbore* vel simile quid. Sed notissima res est, in formandis imaginibus haud nihil sibi sumere Hebraeorum scriptores neque omnia metiri geometrica subtilitate. Praeter Vulg. recte jam LXX: *συκαῖ σκοποὺς ἔχουσαι.* עַל פֶּה propr. aufs Maul; עַל deorsum
in. — *Ecce, populus tuus*, copiae, milites tui, sunt, erunt *mu-* 13.
lieres in medio tui; hostibus tuis aperiunt se portae terrae tuae, vorat, consumit *ignis vectes tuas.* „עַם *populus* saepe di-

citur de militibus, sic etiam vs. 18., uti et Graecum λαός Iliad. 1, 10. et saepius alias. Comparantur hi milites cum mulieribus, quibus scilicet animo imbelli similes se ostendant. Eadem comparatione utitur Jesaias 19, 16. de Aegyptiis, et Jeremias 50, 37. 51, 30. de Chaldaeis. Similiter Hom. Iliad. 2, 235. et ad hujus imitationem Virg. Aen. 9, 617.“ Kreenen. בְּקִרְבֵּךְ i. e. in terra tua, o Nineve. Neque enim de sola Nineve, sed de universa Assyria cogitandum esse indicio sunt quae subjiciuntur. Quod proxime sequitur לְאֹיְבַיִךְ cum J. D. Michaele et Rückerto Hitzigius ad antecedentia trahit, q. d. milites tui sunt *mulieres hostibus suis*, quando constituti sunt exadversum hostes, in acie. Vereor ut recte. In tribus quos supra laudavimus locis parallelis Jes. 19, 16. Jer. 50, 37. 51, 30. nihil tale appositum habet נָשִׁים, per se clarum. Nihil est quod relatum ad sequentia לְאֹיְבַיִךְ locum incommodum habere dicit Hitzigius. Cum accentu efferendum est לְאֹיְבַיִךְ pariter atque פָּתוֹחַ נִפְתְּחוּ. „שַׁעֲרֵי הָאָרֶץ *portas terrae* N. G. Schroederus intelligit de angustiis seu faucibus, quibus per medios montes aditus in regionem clauditur aut aperitur. Verum *portae* hic commodius pro *portis urbium* regni Assyrii capiuntur, ut Jer. 15, 7. שַׁעֲרֵי הָאָרֶץ sunt *urbes terrae.*“ Ros. Sed recte judicavit Schroederus. Jeremiae quoque l. l. שַׁעֲרֵי הָאָרֶץ sunt terrae loca extrema, per quae patet aditus et exitus; cf. ibi not. Nullius ponderis est, quod *portis urbium* Rosenmüllerus melius convenire dicit quod subjiciatur אָכְלָה אֵשׁ בְּרִיחָיִךְ *consumit ignis vectes tuas.* Solent enim fauces s. angustiae locorum, quibus aditus in terram clauditur aut aperitur, munitae esse castellis. Ad haec igitur referendae sunt *vectes;* cf. supra
14. ad כָּל־מִבְצָרַיִךְ vs. 12. — Itaque para, o Nineve, quae debet parare urbs claudenda obsidione! *Aquas obsidionis*, aquam in obsidione necessariam, *hauri tibi*, ne, si prohibearis ab obsidentibus fonte, desit potus, *firma*, instaura *munimenta tua*, *ingredere*, subige *lutum et calca argillam*, ad conficiendos lateres, *firma*, refice *fornacem laterariam*, ad coquendos lateres, quibus rupturas murorum claudas vel novos exstruas muros! Hic מִבְצָרַיִךְ de ipsius Nineves munitionibus intelligendum esse docet nexus. —
15. Sed frustra! Igne et gladio deleberis, nihil effectura ingenti copiarum numero vs. 15.; aufugient mercatorum tuorum immensa agmina vs. 16.; derelinquent te tui principes et duces, dissipati milites errabunt per montes vs. 17. 18. *Ibi*, tum *vorabit te*

ignis, delebit te gladius, vorabit te gladius *ut linctor*, attelabus; *numerosus esto ut linctor, numerosa esto ut gregarius!* id est, vorabit vos ignis rel., etiamsi tam numerosi sitis, quam sunt locustae. שָׁם, ut saepe alias, de tempore dictum. *Tum*, cum venerit, obsidione te clauserit hostis. Alii intelligunt de loco, ut *eo* ipso *loco*, quo paret omnia Nineve, in ipsis suis munitionibus delenda dicatur. Hitzigius: *ibi*, ad ardentem tuam fornacem (vs. 14.), quem ingeniosum transitum vocat. תֹּאכְלֵךְ *vorabit te*, urbem, aedificia ejus, אֵשׁ *ignis*, incendium. תַּכְרִיתֵךְ חֶרֶב *delebit te*, tuos incolas, *gladius*. תֹּאכְלֵךְ sc. gladius, cui tribuitur os, ut supra 2, 14. al. כַּיֶּלֶק *ut linctor*, i. e. attelabus, locustae species, de qua vid. ad Joel. 1, 4., quo eodem loco de incredibili locustarum voracitate diximus. Quum versu extremo locustis comparentur ipsi Ninevitae, consentaneum videri possit, ut existimes, כַּיֶּלֶק (prius) non esse *ut attelabus*, sed *ut attelabum*, solebant enim et etiamnum solent istarum regionum incolae interdum etiam *armis* uti contra locustas; cf. Liv. 42, 10. Plin. H. N. 11, 29. Hasselquist. itiner. p. 255. Attamen quum *frustra* armis impugnentur locustae, imago sic intellecta nequaquam conveniet. הִתְכַּבֵּד וגו' *numerosus esto* modo! i. e. etiamsi sis numerosus est. Forma masculina populum, feminina urbem respicit. De immensis locustarum agminibus vid. not. ad Joel. 1, 6. — *Multiplicasti* 16.
mercatores tuos prae stellis coeli; linctor exuit vestem, alarum involucrum, *et avolat*, id est, major numerus est mercatorum tuorum quam stellarum; at dispergentur, aufugient isti mercatores, quemadmodum abjectis alarum involucris avolant attelabi. Ad significatum verborum יֶלֶק פָּשַׁט וַיָּעֹף male intellectorum ab Rosenmüllero et aliis cf. quae disputavimus ad Joel. 1, 4.; ad sensum vero totius commatis cf. supra 2, 9. — *Principum tuo-* 17.
rum tot sunt quot gregarii, locustae, *et ducum tuorum quot prorepentes super prorepentes*, quot sunt locustae super locustas, *quae considunt in maceriis* vinearum et hortorum *tempore frigoris*, ante solis ortum, per noctem: *sol oritur, et aufugiunt, neque agnoscitur locus earum, ubi fuerint.* In מִנְּזָרַיִךְ voce Gesenius, Winerus, Rosenmüllerus, de Wette, verbo, tantum non omnes מ non dubitant habere pro litera formativa Nominis. „מִנְּזָרִים c. Dag. euph. *principes*, i. q. נְזִירִים." Gesen. Idem de טַפְסְרַיִךְ: „טִפְסָר Jer. 51, 27., pl. c. suff. טַפְסְרַיִךְ Nah. 3, 17 *dux bellicus, princeps*, apud Assyrios et Medos, vocabulum haud

dubie assyriacum medicumve et ex linguis cum sanscrita cognatis explicandum, id quod vel compositionis ratio docet, in qua nomen regens alteram partem occupat. Posterior enim vocabuli pars סַר prob. est semiticum שַׂר princeps, quod etiam in nominibus babylonicis satis frequens est, cf. *Belsazar*, *Nebucadnezar*, *Nabopolassar* cet. Quid valeat prior ejus pars, *taf*, *tap*, ex lingua zendica fortasse olim docebimur accuratius: ex hodierna lingua qui conjecturam fecerunt, vel contulerunt تاو, unde تاوسر dux bellicus (Bohlen. symb. p. 20.), vel, quod minus placet, تاب altitudo, unde تابسر princeps altus. Rosenmüllerus primam vocabuli partem vel hebr. טַף *familia*, vel arab. طايفة turba hominum, agmen esse statuit, sed quominus pro semitica habeatur vox, ut diximus, compositionis ratio impedit: quam ipsam ob causam displicet etiam N. G. Schroederus, cui טִפְסַר est *phalanx* comp. ex طفس compegit et دسر densus fuit, unde دوسر phalanx densius constipatus: accedit quod phalangis significatio ad illos locos minus apta est. C. B. Michaelis ad Jer. l. c. טפסר litteris transpositis idem esse censet quod *satrapa*, pers. ستْرب probante Simoni et J. D. Michaeli: sed *satrapam* in V. T. scribi אֲחַשְׁדַּרְפְּן vidimus h. v. Ceterum *ducis* s. *principis* significatio vel ex eo certa est, quod טפסר recentioribus Judaeis angeli nobilioris nomen factum est (Deut. 28, 12. Jon.)." Hitzigius טפסר dicit Jer. 51, 27. significare videri posse *praefectum*, *ducem*. Jam quum Mesopotamia linguarum confinium sit, סר idem esse posse quod pers. *ser*, *caput*, *dux*, טַף idem quod طَفّ (pars Mesopotamiae eminentior vicinâ parte Arabiae et Chaldaeae, latus, ora), ita ut טפסר sit vox hybrida, postposito סר more non semitico. Idem deinde convenire dicit, praeter duces memorari consiliarios, sapientes (coll. Jer. 50, 35.); itaque in מנזריך de مُنْذِر *monitore* posse cogitari et pro מִנְזָרַיִךְ scribi מְנַזְּרַיִךְ. Attamen similem hujus commatis sententiam esse expressae vs. 16., nec convenire, locustis comparari duces et sapientes, qui pauci sint, sed tales, quorum, ut mercatorum illorum, magnus sit numerus. Obstare etiam vs. 18., qui utroque vocabulo *populum* describi indicet. LXX pro טפסר expressisse ὁ *συμμικτός*, quo nihil magis conveniat, quodque etiam aptum sit ad Jer. 51, 27.; מִנְּזָרַיִךְ vero idem esse quod מִמְּזָרַיִךְ. Nos sanum putamus מִנְּזָרַיִךְ, nec dubitamus מ seq.

Dag. habere pro מִן particula, נְזָרַיִךְ vero meton. dictum existimare pro נְזִירַיִךְ (Syr.) *De principibus tuis*, id est, principum tuorum, inquit vates, sunt tam multi *ut locustae*. Suppressum est tertium comparationis. Eadem praepositio cogitando repeti potest ante טַפְסְרַיִךְ. Hujus vocis, quam in compositionis ratione hybridam putamus, posteriorem partem cum Gesenio idem valere judicamus quod semiticum שַׂר, priorem vero nobis maxime probabile videtur referendam esse ad טָפַף, nostr. *trappen*, hoc loco de *militum gressibus numerosis*, de militibus, inquam, ad certos numeros pedibus iter facientibus dictum, ita ut טפסר propr. sit *itineris militaris dux*, qui significatus tam ad hunc locum quam ad alterum illum Jer. 51, 27. est aptissimus. Nullius momenti sunt argumenta, quibus motus negavit Hitzigius posse hoc versu cogitari de *ducibus*. Ac primum quidem ex eo, quod haud absimile est hoc comma commati praegresso, minime sequitur, ut de iisdem hominibus in utroque dicatur. Deinde nequaquam de summis belli ducibus, qui utique pauci sunt, opus est cogitare. Intelligendi itinerum (militarium) duces omnium ordinum, quorum in tam amplo regno non potuit non maximus numerus esse. Praeterea quis est qui nesciat, modum excedere in talibus vates? Denique ii, de quibus hic agitur, neutiquam confundendi sunt cum illo עַם *populo* i. e. militibus, vs. 18. cf. illius versus membrum primum et secundum. Sed haec de his. De verborum גֹּב גּוֹבַי etymo, forma et vi accurate disputavimus ad Amos. 7, 1. p. 369 sq., ad quem locum lectores jam remittimus. Ad verba הַחוֹנִים בַּגְּדֵרוֹת בְּיוֹם קָרָה שֶׁמֶשׁ זָרְחָה וגו׳ cf. Hieronymi verba haec: „. . . sicut locustae et bruchus et parva genimina locustarum, quae vocantur attelabi, *sole incalescente avolant* nec reperiuntur; sic tu dispergeris et fugies. *Natura enim haec locustarum est, ut in frigore torpentes per calorem volitent.* Item Plin. Hist. Nat. 11, 29: iidem (prisci) *nec volare eas* (locustas) *noctibus propter frigora* tradiderunt. וְנוֹדַד pass. *et aufugitur*, avolatur. — *Dormiunt pastores*, duces *tui*, *o rex Assyriae*, 18.
quiescunt proceres tui, summa est incuria et socordia ducum procerumque tuorum; *dispersi sunt populus tuus*, milites tui *in montibus*, more ovium errantium, *neque est qui colligat*, qui dispersos recolligat in agmen. רֹעֶיךָ *pastores*, duces *tui*, a te constituti. *Pastorum* imagine sisti duces, praefectos populi, res nota. Quomodo יִשְׁכְּנוּ accipiendum sit, docet praecedens נָמוּ. אַדִּירֶיךָ

iidem qui אַדִּירֵי הַצֹּאן Jer. 25, 34., si tamen in coepta imagine perstat vates. פּוּשׁ i. q. פּוּץ. עַם de militibus; cf. supra ad vs. 13. Hesselbergus: *dormiunt principes tui, o rex Assyriae, cubant proceres tui*, sempiterno consopiti sunt somno, *jacet dispersus populus tuus in montibus, neque est qui sepeliat.* Possint sane נוּם et שָׁכַן de somno et quiete mortis intelligi; sed posterius hemistichium in eum sensum, quem fecit Hesselbergus, trahi nequit, nisi vim inferas verbis. Quod non latuit Hieronymum, qui, quanquam in priore hemistichio et ipse de morte cogitavit, tamen posterius eo, quo nos, intellexit modo. Sic ille: „cunctis principibus interfectis, qui resistere poterant adversariis, reliquus populus tuus imbellis et ignobilis dispersus est in montibus, et nemo de ducibus inveniri potest, qui congreget eos, et de collectis rursum cogat exercitum." Praestat tamen in priore hemistichio de procerum socordia et incuria cogitare, coll. vs. 17.
19. et 13. — Conclusio. Actum est de te! Plaudent manibus quicunque fient de clade tua certiores. Nam nullus est populus, qui non fuerit a te vexatus. *Nulla est remissio*, mitigatio *vulneri tuo*, irreparabilis est ruina tua, *aegra*, pessima est *plaga tua! Omnes qui audierint rumorem de te*, de te clade affecto, *complodent manus*, laetabuntur *de te; nam super quem non transiit*, quem non invasit *malitia tua perpetuo?* שִׁמְעֲךָ cum Genit. Objecti, ut Jes. 23, 5. Suffixa referenda ad regem, vs. 18.

HABACUC.

CAP. I. Inscriptio. *Effatum quod spectavit Habacuc, pro- 1.
pheta,* quod divinitus patefactum est Habacuco, prophetae. „Primae Chaldaeorum in terram Judaicam irruptionis tempore Habacucum aetatem egisse intelligitur ex illis, quae 1, 5 sqq. leguntur. Jam quum in Hebraeorum monumentis nulla ante Jojakimi tempora hostium Chaldaeorum mentio fiat (2 Reg. 24, 1 sqq.), haud longe a vero aberrabimus, si primum saltem vaticiniorum caput Jojakimi aetati assignemus. Quod ut faciamus et illud nos movet, quod tum, cum vates quae versibus 12. et 13. cap. 1. legimus scriberet, Judaea quidem eam, quae 2 Reg. l. l. memoratur, Chaldaeorum invasionem experta esse videtur, spei tamen adhuc locus relictus fuit, rempublicam Judaicam non penitus eversum iri. Quae vero cap. 2. de Chaldaeorum alienas terras invadendi cupiditate, eorumque in devictos populos tyrannide exstant querimoniae, Jechoniae tempori, quum Chaldaeorum potentia magis invaluisset, eorumque saevitia Judaeae quoque gravissima vulnera inflixisset, rege proceribusque e patria abductis, atque terra vastata et expilata (2 Reg. 24, 10 sqq.), magis videntur convenire. Denique quod cap. 3. continetur carmen, quo vates Jovam ardentissimis precibus orat, ne populum sibi electum penitus perdi sinat, ipso illo tempore, quo urbs Hierosolymitana a Chaldaeis per triennium dura obsidione premeretur (2 Reg. 25, 2 sq.), effusum crediderim. E quibus omnibus conficitur, Habacucum tristissimis sub Jojakimi, Jojachini et Zedekiae temporibus vitam egisse. Quocum congruit, quod vetus fama in apocryphis Danielis additamentis (in Graeca Alex. vers. 14, 32.) servata Habacucum tradit cibaria ad Danielem inter leones jacientem, ab angelo vectum, detulisse.“ Haec Rosenmüllerus. Nos vero non dubitamus, quin secunda quoque et tertia oratio edita sit regnante Jojakimo. Quod capite tertio Rosenmüllerus vatem Jovam ardentissimis precibus

orare dicit, ne populum suum penitus perdi sinat, de eo nihil equidem reperio in illa oratione. Omnino nihil legitur tertio in capite, quod cogitare cogat de ultimo illo rerum Judaicarum tempore. E contrario abhorrent ab illa aetate spes vatis magnificae. Quae 3, 14. extremo et 3, 17. habentur, nonnisi tempus describunt, quale fuit regnantis Jojakimi. Ad Jojakimi aetatem vero si referendum est caput primum et tertium, sponte sequitur, ut ad eandem referendum sit secundum quoque; neque inest in eo quod repugnet. Jam si imperante Jojakimo editae sunt orationes, quaeritur, quo vel quibus illius regnantis editae sint annis. Jaegerus (*de ordine prophetar. minorum chronol.* P. II. p. 18 seqq.) „primis, inquit, Jojakimi regnantis annis (a. 610 sq. a Chr.) ea rerum facies nobis fuisse videtur, ut tunc temporis Habacucum oracula sua edidisse, minime dubitemus. Nam ut omittamus, ea, quae Habacucus 1, 2—4. queritur, inprimis convenire Jojakimi et injustissimi et ferocissimi regis imperio, cf. 2 Reg. 23, 37. Jer. 22, 3. 13 sq. (dubiae interpretationis locum esse Hab. 1, 2—4. videbimus infra); at hujus imperii initio ita jam belli fortuna valebant Chaldaei, ut mox inde ab Euphrate usque ad Nilum fines proferrent, cf. Jer. 46, 2. 2 Reg. 24, 7. Accedit, quod, cum Jojakimus ab Aegyptiorum partibus staret (cf. 2 Reg. 23, 34), facile erat praevidere, fore, ut Babyloniae rex, ubi Aegyptiorum vim fregerit, Judaeam quoque invadat, quod factum est anno regnantis Jojakimi quarto a. 606 a. Chr. cf. Jer. 46, 2. Hanc igitur calamitatem tanquam proximis annis (Hab. 1, 5. [ex quo loco non efficitur quod vult vir doctissimus] 3, 2. [qui locus huc plane non pertinet]) instantem cum deploret propheta, necesse est, id ab eo factum esse intra annum 610—608. a. Chr.“ In qua eadem sententia esse video de Wettium (*Einl.* p. 304. b. ed. 4.) et alios. Jam haud improbabile quidem videtur, orationem quae primo capite continetur scriptam esse ante factam a Chaldaeis in Judam invasionem; cf. 1, 5 seqq. quibuscum quae legimus ibid. vs. 12 sq. non pugnant. Ea enim Judam tum temporis Chaldaeorum irruptionem jam expertam esse indicio non sunt. Verum quae secundo et tertio capite continentur edita esse, quum interiora terrae Judaicae Chaldaei adiissent, docent quae legimus 2, 17. et 3, 14. 17. Quare quum ex Jer. 46, 2. et 36, 9. perluceat, adventasse Chaldaeos anno ante Chr. 605., regnantis Jojakimi 5., mense nono, sequitur, ut caput 1. scriptum sit sub hoc

ipsum tempus, secundum cum tertio sub initio anni ante Chr. 604., Jojakimi 6.

CAP. I, 2—17. Vs. 2—4. quousque Jova impunita ferre cogitet violenta facta, injurias, oppressionem, legum temerariam neglectionem, interrogat vates. 5—11. Chaldaei feroces, terribiles, violenti, divina et humana proterve spernentes, quibus nemo possit resistere, imminere Judaeis dicuntur. 12—17. vates orat operatque, ut illorum violentiam Jova propulset. „In medias rapiens res lectorem vates statim initio erumpit in querimoniam sive expostulationem cum deo, admiratus, cur populo suo oppresso atque vim ab hoste patienti non opituletur. Sunt, maxime inter Christianos interpretes, qui hoc versu et duobus proximis vatem queri existiment de sui populi moribus corruptissimis, vim jure superiorem esse, sanctissimasque justitiae et aequitatis leges perverti; quam ob causam gravissima supplicia per hostes feroces et barbaros ei infligenda inde a versu 5. minetur. Verum quum Nominibus חָמָס et עָמָל hoc versu et proximo usurpatis, infra vss. 9. et 13. aperte hostium violentia et tyrannis significetur, illa nec alio sensu hic capienda esse arbitramur. Multum si quid sentio, ita accedet elegantiae totius carminis structurae. De Chaldaeorum insolentia atque saevitia vatem conqueri, monent et Hebraei interpretes, idemque observat Hieronymus, a suo Hebraeo magistro haud dubie edoctus." Haec de secundo et duobus proximis versibus Rosenmüllerus. „At vana est, inquit Jaegerus (l. l. p. 18 sq.), allata ab Rosenmüllero ratio. Quum enim vocabula חָמָס et עָמָל per se non minus de civium quam de hostium violentia usurpentur, verba רִיב et מָדוֹן vs. 3. adjuncta (quum scilicet hostis opprimentis et prosternentis non sit *rixari* et *litigare*) probant, in versu 3. non de hostium sed de *civium* violentia dici, ad quam etiam quartum comma manifeste spectat; imo vero non sine aliqua arte propheta eadem vocabula חָמָס et עָמָל vs. 2. 3. de civium violentia, vs. 9. 13. de hostium violentia usurpasse videtur. Est enim, ut paucis verbis totius capitis argumentum complectamur, hoc prophetae consilium, ut moneat: Judaei peccarunt violentia 1, 2—4.; igitur plectentur deo ita volente per hostes Chaldaeos 5—11.; qui quum et ipsi peccaturi sint violentia, plectentur et ipsi per numen sanctissimum 12 sqq." De civium, non de Chaldaeorum violenter factis vs. 2—4. intelligunt Hesselbergus quoque et Hitzigius, et hic quidem hac potis-

simum de causa, quod, si Chaldaei jam fuissent per aliquod tempus praesentes et noti Judaeis, illorum denuntiatio vs. 6. et descriptio 6—10. omni careret sensu ac consilio. Primi capitis argumentum hoc esse: vs. 2—4. queri vatem, quod Jova impunita ferat civium facta violenta; 5—11. respondere Jovam, missurum se esse Chaldaeos, quo scelesti cives meritam poenam habeant; 12—17. ipsorum Chaldaeorum violentiam queri vatem et spem exprimere fore, ut eorum injurias Jova non sinat inultas. Nos falsam putamus opinionem Jaegeri, Hesselbergi, Hitzigii, falsam quoque Rosenmülleri sententiam, quam miramur assensione sua probasse de Wettium (Einl. p. 304.). Primum monendum, praeter חָמָס, אָוֶן וְעָמָל vs. 2. 3. et חָמָס, רָע, עָמָל vs. 9. 13. concinere inter se לֹא יֵצֵא לָנֶצַח מִשְׁפָּט, מְעֻקָּל מִשְׁפָּט יֵצֵא vs. 4. et מִמֶּנּוּ מִשְׁפָּטוֹ יֵצֵא vs. 7., item רָשָׁע מַכְתִּיר אֶת־הַצַּדִּיק vs. 4. et בְּבַלַּע רָשָׁע צַדִּיק מִמֶּנּוּ vs. 13. Quorum locorum quominus priores cum Jaegero, Hesselbergo, Hitzigio et aliis referas ad solos Judaeos, posteriores ad Chaldaeos, vel hoc obstat, quod vates per reliqua omnia totus versatur in perstringendis Chaldaeis. In Jojakimum quidem dicta Hitzigius vult etiam quae leguntur 2, 9—14.; sed falli Hitzigium videbimus ad locum ipsum. Plane nihil est, quod Jaegerus et Hitzigius verba וַיְהִי רִיב וּמָדוֹן יִשָּׂא vs. 3. negant convenire in populum oppressum a populo hostili. Ubi enim violentia et summa legum neglectio (vs. 7. 9. al.), ibi רִיב et מָדוֹן. Deinde verissimum quidem est, quod versus 6 sqq. Hitzigius vetare monuit, ne vs. 2—4. praesentes inter Judaeos Chaldaei respici putentur, in qua opinione est Rosenmüllerus; ex eo tamen nequaquam efficitur, cogitari omnino non posse de Chaldaeis. Res haec est. Fuisse Jojakimum regem injustum, insidiosum, avarum, sanguinolentum tyrannum, docent quae leguntur Jer. 22, 3. 13 seqq. Vide quae disputavimus initio illius cap. Eo igitur regnante vis jure superior erat, vigebant certamina, frigebat lex. Sed graviora ejusdem generis mala instabant. Intelligebant prudentiores, ad domestica mala mox accessura peregrina esse. Imminebant caeso apud Cercusium Ph. Nechone Chaldaei (Jer. 46, 2.), totius orbis terrarum raptores, sursum deorsum versuri omnia; cf. infra praeter alia vs. 6. 10 sq. 17. 2, 5. 8. 10. Vide jam, quam convenienter ad illius temporis rationes, quum apte ad totius orationis structuram, quam graviter quamque eleganter vates Chaldaeorum in terram patriam irruptionem eorumque

divinitus efficiendam propulsationem deletionemque (cap. 1—3.) denuntiaturus, priusquam rem ipsam aggrediatur (1, 5 seqq.), praemisso 1, 2—4. *exordio*, quousque tandem, inquiat, tu, o Jova, otiosus spectator eris novae semper violentiae, injuriarum, oppressionum cet.? quamque languidae et quaesitae videantur superiorum interpretum cum hac collatae interpretationes! *Quo-* 2.
usque, Jova, vociferor, neque audis? clamo ad te violentiam, queror apud te violentiam, *nec fers opem?* Ad זַעַק חָמָס cf. Job. 19, 7. et Jer. 20, 8. coll. ibi not. Temere statuit Hitzigius, de injuria ipsi illata vatem queri; cf. vs. 3. — *Quare videre me* 3.
facis, permittis, ut oculi mei videant *iniquitatem, et aerumnam tu adspicis* nihil agens, et aerumnarum quare tu es otiosus spectator? *Et oppressio et violentia coram me est, et existit lis et rixa se tollit.* Possit secundum quoque et quartum membrum pendere putari ex לָמָּה. Sed praestat prior ratio ob mutatam personam in לְנֶגְדִּי. Accedit, quod non amant poetae per plura membra inhaerere positae in capite sententiae particulae. תַּבִּיט quomodo accipiendum sit, ostendit versus 13. De Wette: *quare videre me facis iniquitatem et aerumnam spectare me facis?* Non est dubium, quin Suffixum possit cogitando repeti ex תַּרְאֵנִי. Sed *spectare facere* תַּבִּיט nusquam alias significat. וַיְהִי רִיב וגו׳, haec enim oriuntur ex injuriis. נָשָׂא ut Nah. 1, 5. Hos. 13, 1. Ps. 89, 10. Cf. ad duos hos versus vss. 9. 13. —
Propterea, quod impunita fers ista facinora, *friget lex, nec* 4.
prodit perpetuo, neque unquam prodit *jus; nam improbus cingit justum, propterea prodit jus perversum.* תָּפוּג תּוֹרָה, quia nemo est qui illa utatur. Verba וְלֹא יֵצֵא לָנֶצַח מִשְׁפָּט alii: *nec prodit*, dicitur *secundum veritatem jus*. Sic Rosenmüllerus, qui: „genuinum sensum perspectum haud dubito ab A. Schultens, qui observat, נֶצַח hic sumendum esse ut arabicum نُصْحٌ, *veritas*, ut verborum sensus hic sit, *verum*, justum *non exit judicium*, sed מְעֻקָּל *perversum*, ut in fine versus dicitur. Quam explicationem commendat et confirmat locus parallelus Jes. 42, 3., ubi pro נֶצַח usitatius et minus ambiguum אֱמֶת ponitur: לֶאֱמֶת יוֹצִיא מִשְׁפָּט *ad veritatem proferet judicium*, i. e. verum, justum judicium proferet. Jarchi quoque nostra verba exponit: *lex non procedit ad veritatem suam* i. e. justitiae et aequitatis praecepta non, uti fas est, observantur. Bene Syrus: *nec prodit judicium cum*

aequitate." Sic Gesenius quoque, Winerus, de Wette, Hesselbergus, Hitzigius, alii, scilicet ut accurate respondeant לְנֶצַח מִשְׁפָּט verba verbis מִשְׁפָּט מְעֻקָּל. Sed incerta est ista *veritatis* significatio. Dubiae interpretationis est locus quem afferunt Prov. 21, 28. Rejicienda vero eo certius videtur illa significatio, quo facilius ea caremus. Aptum enim, ut vidimus, sensum significatus vulgaris praebet. Num ut verba verbis respondeant leges postulant parallelismi? Nonne sufficit consensio sensus? Eo autem aptior significatio usitata est, quod optime concinit cum illo עַד אָנָה orationis initio. Ceterum cf. cum hoc versu vs. 7. 13. —
5. Nulla haec responsio est ad antecedentia. Falsus cum Hieronymo et Rosenmüllero Hitzigius, falsi et reliqui. Nullius momenti est, quod ipse Jova hic loquitur. Pertinet hoc ad commendationem verborum. Poterat suo nomine aeque recte loqui vates. Significatam exordio rem jam expressis verbis exponit ordine vates, deum inducens denuntiantem adventum Chaldaeorum populi truculenti, impetuosi, orbis terrarum appetentis imperium, terribilis, violenti, ad suum omnia judicantis arbitrium, divina et humana omnia spernentis, cui nulla vis possit resistere vs. 5—11. *Videte*, circumspicite *inter populos et spectate*, *et obstupescite, stupete! nam facinus facio diebus vestris*, hac ipsa aetate, hoc ipso tempore, *non credetis, cum narrabitur*, si illud futurum esse nunc praedictum fuerit. Attentionem movent haec verba. פֹּעַל, quum non appositum habeat אֲנִי, Hitzigius impersonaliter intellectum vult; cf. Jes. 31, 12. Jer. 38, 23. Reliqui quos inspicere licuit non dubitant cogitando supplere אֲנִי; recte, opinor. Quemadmodum enim post Participium pro Verbo finito positum interdum, etiam ubi non praecedit הִנֵּה, omittitur Pronomen pers. Pers. 3., velut Exod. 5, 16., sic omitti posse videtur secundae quoque et primae Pers. pronomen pers., simulatque ex illa omissione nulla nascitur ambiguitas. Jam vero ita comparata haec sententia est, ut nemini nisi deo recte tribuatur. Accedit, quod vs. 6. statim sequitur הִנְנִי מֵקִים. Verba לֹא תַאֲמִינוּ כִּי יְסֻפָּר Hitzigius: *non crederetis, si narraretur* i. e. non crederetis, si quis tale facinus alio loco aliove tempore factum narraret; fidem non haberetis, nisi vestris ipsi oculis videretis. Jaegerus: credere recusabitis, quum vel primi nuntii ingruentis jam infortunii afferentur. Nobis utroque simplicius videtur referri כִּי יְסֻפָּר ad hanc ipsam, quae statim sequitur, prophetae praedictionem. Ce-

terum quod Jaegerus (l. l., p. 19.) id, quod cives tantopere miraturi dicantur, Chaldaeorum in Judam invasionem esse putat, id non recte judicatum mihi videtur. In Judam enim invasuros Chaldaeos esse non tam difficile erat intellectu. E contrario, quum rex Aegypti a Nebucadnezare apud Cercusium caesus esset, facile erat ad praevidendum, fore, ut victores bello persequantur et socios Aegyptiorum. Quod miraturi dicuntur audientes, imminentium Chaldaeorum est truculentia, impetus, imperium per totum orbem terrarum proferendi cupiditas, terribilitas, verbo ea omnia, quae inde a vs. 6. expressis dicuntur verbis. Recte Hieronymus: „... quod Chaldaeis non Judas tantum et Jerusalem traditi sint, sed omnes per circuitum nationes, et tantum eum (Chaldaeum) esse valiturum ruiturumque postea, ut si quis praedixerit quod futurum est, pro rei magnitudine videatur incredulum." — Exponitur jam, quod sit facinus illud incredibile. *Nam* 6.
ecce, excitaturus sum Chaldaeos, populum truculentum et impetuosum, qui vadit, grassatur *ad latitudines terrae*, id est, qua late patet terra, *ad occupandas habitationes*, quae *non ei*, non suas, aliena appetens regna. De Chaldaeorum antiquis sedibus cf. ad Jes. 23, 13. מַר *amarus*, trop. truculentus; cf. 2 Sam. 17, 8: מָרֵי נֶפֶשׁ הֵמָּה כְּדֹב שַׁכּוּל בַּשָּׂדֶה, et ipsum מָרַר in Kal, Pi. et Hithp. — *Terribilis et formidabilis est; ab ipso judicium suum* 7.
et dignitas sua exit, id est, nullum praeter se judicem agnoscit, et ipse sibi suam parat servatque dignitatem, non indigens ope aliorum. שְׂאֵת Gen. 49, 3. Job. 13, 11. Ps. 62, 5. Rosenmüllerus: „שְׂאֵת, propr. *elatio*, cum Kimchio intelligimus de animo alta spectante et super ceteros populos sese efferente." Sic vero non convenit Praedicatum מִמֶּנּוּ יֵצֵא. Monet Rosenmüllerus, alios שְׂאֵת synonymum putare vocis מַשָּׂא ab eadem radice נָשָׂא derivatae, et quemadmodum illa nunc *onus*, nunc *effatum* significet, ita et שְׂאֵת nomen nonnulles, in quibus Jarchi, interpretari *onus*, alios *effatum* sc. imperantis, ut significetur, Chaldaeos pro lubitu aliis imperare, non pactis aut certis legibus agere, quas inter se populi observare soleant; ita Chaldaeum et Symmachum, qui *et decretum suum*, fortasse etiam Graecum Alexandrinum. Verum *oneris* significatio a nexu plane est aliena; *effati, dicti, decreti* vero significatus, quem ex recentioribus voci tribuunt Gesenius, Winerus, de Wette, Hesselberg et alii, aptissimus est quidem sed non unitatus. Verum vidit Hitzigius. — *Et celeriores sunt par-* 8.

dis equi ejus, et acriores lupis vespertinis, et superbiunt, ferociunt equites ejus; et equites ejus e longinquo veniunt, volant ut aquila festinans ad vorandum, ruens in praedam. Pardus animal velocissimum. Laudat Rosenmüllerus Oppian. Cyneg. 3, 76 sq. „celerrime currit, et fortiter recta irruit. Diceres, eum videres, eam aëriam ferri." Cf. Win. *Realw.* II, p. 228. וְחַדּוּ וגו׳ *et acriores sunt lupis vespertinis.* חָדַד *acutum*, hinc *acrem esse*. „Describitur animus acer et praeceps, quo in hostiles acies luporum instar irruunt equi, cf. genus *acre* luporum Virg. Ge. 3, 264 (sic lege), *acri* gaudet equo Aen. 4, 156 (adde caput *acris* equi ibid. 1, 444., *acres* concussit equos 8, 3.). LXX ὀξύτεροι. Vulg. *velociores*, quod vim vocabuli hebraei non exhaurit. Quum arab. حَدّ de *visu* etiam acuto dicatur, qui et lupis et equis tribuitur ab Arabibus, sunt qui ὀξυδερκίαν h. l. indicatam velint, quod tamen longius petitum est et vel parallelismo convellitur." Gesen. Ad זְאֵבֵי עֶרֶב Hieronymus: „siquidem lupi saeviores esse dicuntur nocte vicina, et tota die fame ad rabiem concitati." cf. Jer. 5, 6. Zeph. 3, 3. Virg. Georg. 3, 537 sq. Non lupus insidias explorat ovilia circum, Nec gregibus nocturnus obambulat; ibid. 4, 434 sq. Vesper ubi e pastu vitulos ad tecta reducit, Auditisque lupos acuunt balatibus agni; Aen. 2, 355 sqq. lupi ceu Raptores atra in nebula, quos improba ventris Exegit caecos rabies; ibid. 9, 59 sqq. Ac veluti pleno lupus insidiatus ovili, Quum fremit ad caulas, ventos perpessus et imbres, Nocte super media . . . collecta fatigat edendi Ex longo rabies, et siccae sanguine fauces. Non sine veri specie est, quod *Bohlen* ad Gen. 49, 27. p. 483. suspicatur crepusculum hac de causa Arabibus et Persis dici *caudam lupi*, Gallis *entre chien et loup*. פּוּשׁ idem quod arab. فَاشَ med. Je, *superbire*, hinc ferocire, gestire, cf. Mal. 3, 20. Jer. 50, 11. פָּרָשִׁים posterius *equites* esse, docet res ipsa; hinc de iisdem nonnulli intelligunt prius quoque. Praestare tamen videtur, in priore cogitare de *equis* equitum (ut Nah. 3, 3. al.), non ut oppositio sit inter פָּרָשָׁיו prius et סוּסָיו, uti vult Hitzigius, nam de equis vectariis in סוּסָיו vatem cogitasse pro certo equidem non dixerim, sed quia sic postulat elegantia sensus. De equis superbientibus cf. Iliad. 6, 506 sqq., Virg. Georg. 3, 116 sq. atque equitem docuere sub armis Insultare solo, et gressus glomerare superbos. וּפָרָשָׁיו מֵרָחוֹק יָבֹאוּ וגו׳ *et equites ejus e lon-*

ginquo veniunt, nec tamen longo itinere fatigati, volant cet. — *Universi ad violentiam*, ad vim faciendam *veniunt; desiderium* 9
faciorum eorum in adversum est, id est, id unice agunt, ut addant gradum, se proripiant, *et abripiunt ut arenam captivos*, ingentem captivorum numerum. מְגַמַּת voce eo significatu utimur, quo usus est Kimchi ad Ps. 27, 8., hoc est, significatu *desiderii, anhelitus*, coll. arab. جَمَّ I. et IV. *appetivit, prope fuit instititque* res. Poterat omisso מְגַמַּת dici פְּנֵיהֶם קָדִימָה, vel omisso פְּנֵיהֶם scribi מְגַמָּתָם קָדִימָה. Sed multo elegantius מְגַמַּת פְּנֵיהֶם ק׳. Animi desiderium refert vultus. Gesenius, Winerus, quos secuti sunt de Wette, Hesselbergus et alii: *turba facierum eorum*, id est (?), facies ingentis illius turbae *prorsus* spectat, coll. arab. جَمَّةٌ, جُمَّةٌ *turba, coetus, multitudo.* Sed impediti et incommodi quid habet illa *turba facierum.* Monet in Thesauro Gesenius, praeferendam *turbae* significationem ob id esse, quod congruat cum illo radicis גמם usu, qui etiam in particula גַּם conspicuus sit. Sed congruit etiam *desiderii, impetus* significatio. Nam qui se congregant in, accedunt ad aliquem locum, ii eum locum *petunt, appetunt, insistunt.* Itaque nullus equidem dubito, quin adquiescendum sit in interpretatione proposita. Eandem, quam nos, sub מְגַמַּת potestatem subjiciunt Abarbenel et Hitzigius; at hi קָדִימָה *orientem versus* significare jubent. Cui interpretationi quum obstet, quod Chaldaei, irruptionem facturi in terram Judaeorum, iter habebant non orientem sed austrum et occidentem versus: hanc difficultatem Abarbenel expedit ita, ut indicari his verbis existimet, id unum agere Chaldaeos, ut praedam faciant in terris exteris, eaque onusti redeant orientem versus; Hitzigius vero Chaldaeos secundum mare medium iter fecisse judicat, ita ut Judaeis imminerent ab occidente atque ita illorum occupaturi terram pergerent orientem versus. Quarum interpretationum nemo non videt priorem a nexu prorsus alienam esse et ineptam, posteriorem maxime quaesitam, ut nihil dicam praeterea. Parum probabilis Rosenmülleri quoque ratio est, qui: „קָדִימָה, inquit, *eurus* est, ventus vehementissimus et maxime in illis terris noxius, qui alias קָדִים dicitur, cui nomini hic additum ה emphaticum, ante illud vero כ, comparandi nota, cogitando addenda, ut vertendum sit: *impetus facierum ipsorum* i. e. eorum, est sicut *ventus orientalis.* Sed satis est interpretationum. — *Et reges* 10

ille populus *irridet, et principes* sunt *ludibrio ei*, ridet reges ad resistendum se parantes; *omnem locum munitum ridet, et congerit terram*, exstruit aggerem, *et capit eum*, levi opera expugnat quaelibet loca munita. מִשְׂחָק irrisio, hic de ejus Objecto. ־ָהּ constructio ad sensum; intelligenda enim urbs munita. —
11. *Tunc perrumpit animus et transit*, id est, rebus ita feliciter gestis, audacia illius populi omnes perrumpit ac transit terminos, tum ferocitatis illius nullus est modus, *et sceleste agit* is *cujus robur* est *deus suus*, cui robur suum pro numine est, id est, ut vere Gesenius, qui contemto quovis numine manui robustae ensique confidit. אָז *tunc*, rebus feliciter gestis; cf. praegressa. חָלַף Gesenius: *revirescit*, renovatur. Non recte. Accipiendum convenienter ad verbum quod subjicitur עָבַר (cf. ad Ps. 90, 5 sq.), et ipsum referendum ad רוּחַ. Ad verba postrema cf. Job. 12, 6: אֲשֶׁר הֵבִיא אֱלוֹהַּ בְּיָדוֹ, coll. etiam not. ad Mich. 2, 1. De Wette: *tunc renovatur* (vid. supra) *animus* ejus, *et longius progreditur, et sceleste agit. Hoc robur ejus* est *deus ejus*. In alia omnia abiit Hitzigius. Hic: *tum evanescit*, perit, *halitus* (appositio Subjecti in חָלַף), *et praeterit*, abit, *et culpae poenam dat, cujus robur* est *pro deo suo*, id est, tum pereunt (per Chaldaeos) isti violenti cives (vs. 3.). Quae explicatio falsa nititur in interpretatione loci 2—4., de qua disputatum est supra. Perobscure et maxime negligenter scripsisset vates, si, postquam in antegressis inde a vs. 6. de Chaldaeo erat locutus, ad eundemque relaturus erat Suffixa in שַׂמְתּוֹ et יְסַדְתּוֹ versu proximo duodecimo: si, inquam, hoc, undecimo versu cogitasset de Jojakimo aliisque violentis civibus, nulla adjecta nota, ex qua, quo verba spectarent, possemus intelligere. Simillima ultimis verbis זוּ כֹחוֹ לֵאלֹהוֹ de
12. *Chaldaeis* dicta habes infra vs. 16. — Jam vates spem exprimit fore, ut deus per Chaldaeos populum suum castigari quidem, non autem opprimi prorsus sinat, sed violentiam illorum propulset vs. 12—17. *Nonne tu es a prisco inde tempore Jova*, deus sempiternus et immutabilis, nunquam non idem futurus (Exod. 3, 14.), *deus meus, sanctus meus*, deus cujus tutelae sumus, numen nostrum sanctum (Jes. 21, 10. 30, 11. al.)? Totius populi nomine loqui vatem perlucet ex מִקֶּדֶם iisque quae subjiciuntur statim. *Non moriemur*, non permittes, ut Chaldaeus nos ad internecionem deleat! *Jova, ad judicium posuisti eum*, Chaldaeum, id est, excitasti eum, ut per eum judicium exerceres in nos, mo-

ritis nos poenis afficeres, *et*, *o rupes*, praesidium nostrum, *ad castigandum constituisti eum*. Rupem Jovam et alias dici constat. Ceterum „dictio לֹא נָמוּת est una ex octodecim illis, quae Hebraei תִּקּוּן סוֹפְרִים *ordinationem* sive *constitutionem scribarum* vocant, in quibus quidam volunt olim aliter scriptum fuisse, quam hodie legimus, et scribas veteres, id est, Esram cum suis collegis veterem lectionem emendasse et correxisse, et hoc quidem loco olim scriptum fuisse לֹא תָמוּת, ut sensus esset, tu aeternus es et immutabilis, nec ulli mortali conditioni obnoxius. Certe hoc expressit Chaldaeus, qui hemistichium hujus versus prius sic exposuit: „„nonne tu, Jova, creasti mundum a principio? tu deus es . . . sanctus in operibus fidei, verbum tuum manet in sempiternum"" i. e. tu manes in aeternum, quod hebraico לֹא תָמוּת respondere patet. Id vero in לֹא נָמוּת immutatum fuisse a scribis illis veteribus, quod phrasin לֹא תָמוּת dei aeterni et immortalis majestati non bene convenire putarent. Est tamen cum a Judaeorum legibus, quibus vel minimum in textu sacro apicem mutare et innovare prohibentur, tum ab ipsorum religione ac reverentia erga scripta sua sacra prorsus alienum, ut quicquam quod scriptum invenerunt sustinuerint corrigere et mutare. Dictiones illas, quas Judaei תִּקּוּנֵי סוֹפְרִים vocant, esse meros lusus ingenii Judaeorum, qui ut dictis suis aliqua e scriptis sacris constet auctoritas, pro recepta apud ipsos interpretandi scripta sacra methodo, interdum literas vel voces integras aliis permutarint, ut ex iis placita sua confirmarent, neque igitur illas pro lectionis varietate in codicibus reperta habendas esse, pluribus ostendit ex ipsis antiquiorum quorundam Rabbinorum monumentis J. G. Kalinsky in diss. quam inscripsit *Origo observationum Masor. quas* תיקוני סופרים *appellare solent* (Lips. 1715.)." Ros. Quos Judaei ת׳ ס׳ vocant locos recensuit Buxt. in lex. chald. p. 2631 sq. his verbis. „Primus, *et Abraham adhuc stabat coram domino*, Gen. 18, 22., pro *et dominus adhuc stabat juxta* vel *ante Abrahamum*. Secundus, ne videam בְּרָעָתִי *malum meum*, Num. 11, 15., pro בְּרָעָתָם *malum ipsorum*. Tertius, quod egreditur de utero אִמּוֹ *matris suae*, pro אִמֵּנוּ *matris nostrae*, Num. 12, 12. Quartus, בְּשָׂרוֹ *carnis ejus*, pro בְּשָׂרֵנוּ *carnis nostrae*, ibidem. Quintus, quia maledicunt לָהֶם *sibi* filii ejus, 1 Sam. 3, 13., pro לִי *mihi*, deo. Sextus, אוּלַי יִרְאֶה יְהוָה בְּעֵינִי *fortasse respiciet dominus afflictionem meam*, 2 Sam. 16, 12., ubi in qua voce תיקון consistat non

explicant. Septimus, אִישׁ לְאֹהָלָיו יִשְׂרָאֵל *quisque ad tabernacula*
sua, *Israel*, 2 Sam. 20, 1. Quale תיקון et hic sit, interpretes
non explicant. Octavus, ecce ipsi mittunt palmitem אֶל־אַפָּם *ad*
nasum suum, Ezech. 8, 17., pro אֶל־אַפִּי *ad nasum meum*. Nonus,
sanctus meus, לֹא נָמוּת *non moriemur*, Hab. 1, 12., pro לֹא תָמוּת
non morieris. Decimus, et dixistis: ecce quantum fatigationis,
וְהִפַּחְתֶּם אוֹתוֹ *et exsufflatis illud*, Mal. 1, 13., pro אוֹתִי *me*.
Undecimus, qui tangit vos, tangit pupillam עֵינוֹ *oculi ipsius*,
Zach. 2, 12., pro עֵינִי *oculi mei*. Duodecimus, et populus meus
mutavit כְּבוֹדוֹ *gloriam suam*, Jer. 2, 11., pro כְּבוֹדִי *gloriam meam*.
Decimus tertius, ut sim עָלַי *mihi* oneri, Job. 7, 20., pro עָלֶיךָ
tibi. Decimus quartus, כְּבוֹדָם *gloriam ipsorum* in ignominiam
commutabo, Hos. 4, 7., pro כְּבוֹדִי *gloriam meam*. Decimus
quintus, et improbe agebant אֶת אִיּוֹב *in Jobum*, Job. 32, 3.,
pro אֶת הָאֱלֹהִים *in deum*. Decimus sextus, עָלַי *in me* anima
mea, Thren. 3, 20. Quale hic תיקון factum, interpretes non
ponunt. Decimus septimus, et mutarunt אֶת־כְּבוֹדָם *gloriam*
suam, Ps. 106, 20., pro כְּבוֹדִי *gloriam meam*. Hoc ordine loca
in principio Numerorum et Psalm. 106. in Masora numerantur."
Quae *scribarum* תקונים quam levia sint et nullius frugis vident
lectores ipsi, nec fuissent quae hic transscriberentur digna visa
nobis, nisi his ipsis diebus essent, qui auream literarum hebraica-
13. rum aetatem a retectis exspectarent placitis Rabbinorum. — *Pu-*
rior oculis, qui purior es oculis, *quam ut videas malum*, cujus
puriores, sanctiores sunt oculi, quam quibus non sit offensioni
quidquid pravum est, *et adspicere* nihil agendo *aerumnam*, cala-
mitatem, ad quam populum tuum depellit Chaldaeus, *non potes:*
quare adspicis raptores, otiosus eorum spectator es, non cohibes
eorum ferocitatem? *siles, cum vorat*, penitus opprimit *improbus*
justiorem ipso? Recte Hitzigius טָהוֹר Adjectivum Participii in-
star hic haberi monet. Ad צַדִּיק מִמֶּנּוּ bene Hieronymus: „non
quod perfectus sit, qui opprimitur, sed quod opprimente se justior
14. sit." Cf. v. 12. — *Atque ita*, quoniam affligi et opprimi sinis
homines, *facis homines similes piscibus maris*, *similes reptilibus*,
in quae non est qui dominetur, id est, eo redigis homines, ut
perinde sit, quasi nullum habeant regem? Nam cum deus inju-
riarum otiosus spectator est, homines a violentis non defendit,
15. perinde est, ac si non sit deus. — *Omnes eos*, homines (vs. 14.),
vel, quod fortasse praeferendum, nam servatur imago, *omnia ea*,

pisces et reptilia, quod eodem redit, *hamo sursum tollit*, educit,
trahit (יְגָרֵה) *ea reti suo, et aufert ea sagena sua*; cf. vs. 9.
extremus; *propterea*, ob res tam prospere gestas *laetatur et ex-*
sultat; cf. vs. 11. initio. וְחָעֲלֹת pro וְחָעֲלֹז; cf. Jos. 7, 7. ibique
not. — *Propterea sacrificia offert reti suo, et suffitum facit* 16.
sagenae suae, id est, armis suis, propriae virtuti suas tribuit
victorias; *nam per ista*, rete et sagenam, *pinguis est portio ejus*,
et cibus ejus adipatus, armis suis comparavit sibi conditionem
lautam et opulentam. Hemistichio priore respici putant antiquo-
rum populorum arma deorum loco habendi morem. „*Ab origine*
rerum, inquit Justinus 43, 3., *pro diis immortalibus veteres ha-*
stas coluere, ob cujus religionis memoriam adhuc deorum simu-
lacris hastae adduntur. De acinace vero Lucianus in Tragoed.
Σκύθαι μὲν ἀκινάκῃ θύουσι. Id ipsum tradit Arnobius adv.
Gentes 6. *ridetis, temporibus priscis acinacem coluisse Scythiae*
nationes. Ammian. Marcell. 17, 12. de Quadis: *adepti veniam*
jussa fecerunt eductisque mucronibus, quos pro numinibus colunt,
juravere se permansuros in fide.“ Ros. De qua consuetudine
valde dubito an cogitaverit vates. Explicandus haud dubie locus
est ad rationem verborum כֹּחוֹ לֵאלֹהוֹ vs. 11. Quum מַאֲכָל alias
sit masculini generis, nec cogitari hic possit constructio ad sen-
sum (qualis in מִבְצָר vs. 10.), בְּרִאָה possit vim Neutrius s. sub-
stantivi, *ferculum adipatum* significantis, habere videri. — *An* 17.
nihilominus, licet tam scelete agat, *evacuabit rete suum, et*
continuo poterit, ei licebit *interficere populos, nec parcet?* עַל
כֵּן ut לָכֵן Jer. 5, 2. *Evacuabit rete suum* Rosenmüllerus et Hes-
selbergus: „ut postea illud rursum jaciat ad novam capturam.“
Quae est precaria interpretatio. Hitzigius hunc sensum facit:
num liceat ei captivos omnes abducere. Evacuaturos enim rete
Babylonios putandos esse reversos in patriam. Quod longius pe-
titum. Malo: num liceat ei vi nulla interpellante frui pretio
violenter factorum? לַהֲרֹג Infinitivus, male intellectus ab inter-
pretibus, sic ut accepimus est accipiendus, prorsus convenienter
ad rem, coll. Jud. 1, 19: לֹא לְהוֹרִישׁ *non potuit expellere*.

CAP. II. Ad quas querelas ac preces quid Jova respondeat exspectans vates oraculum accipit vs. 1—3., hoc, quod interitus maneat Chaldaeum violentum 4—8., rapacem 9—11., injuriosum 12—14., sanguinolentum 15—17., non valentibus impedire diis

1. quos colat commenticiis 18—20. — *In custodia mea stabo, et*
sistam me in arce, et prospectabo, ut videam, quid loquatur ad
me Jova, *et quid respondeam super reprehensione mea*, in causa
querimoniae meae. Saepe prophetae exspectantes, quid Jova ipsis
sit patefacturus, speculatoribus comparantur, e locis editis quid
eveniat observantibus; cf. Jer. 6, 17. Ezech. 3, 17. Quare quum
dicit vates, velle se stare in statione cet., nihil aliud dicit, quam
velle se attente exspectare, quid Jova ipsi sit patefacturus. Hitzi-
gius tamen non dubitat existimare, stetisse revera vatem in turri
vel alio in loco edito. De דִּבֶּר בְּ locutione vide quae disputavi-
mus ad Hos. 1, 2. Quum (דָּבָר) הֵשִׁיב interdum significet *re-*
sponsum referre, hic vero Habacucus responsum Jovae referre
debeat ad se ipsum (!), Hitzigius מָה אָשִׁיב significare jubet,
quid responsi feram, quid mihi respondeatur. Noli credere! Nil
nisi *respondere* significat הֵשִׁיב. Fusas superiore capite querelas
ac preces fuderat vates nomine populi (1, 12.). Huic igitur re-
sponsum dare cupit. תּוֹכַחַת *reprehensio Jovae, querimonia*, 1, 12
2. sqq. — *Et respondit mihi Jova, et dixit: scribe*, literis manda
visum, id quod tibi sum patefacturus, oraculum, *et insculpe illud*
stylo *tabulis*, *ut currat legens in eo*, ut qui oraculum legerit,
sine negotio legere possit; cf. Jes. 8, 1. ibique not. His igitur
3. causa expressa est, cur inscribi *tabulis* debeat oraculum. — Jam
causa redditur, cur omnino *literis* illud debeat *mandari:* pertinere
enim ad tempus futurum. *Nam adhuc* est *visum*, vaticinium *in*
tempus constitutum, id est, neque enim praesens sed futurum
quoddam tempus spectat hoc vaticinium; *et inhiat fini*, cupit
quam primum habere eventum, non fugit exitum, quae est veri
nota vaticinii, *nec mentitur*, non fallit; *si cunctatur*, si cunctari
videbitur eventum, *exspecta illud*, vaticinium i. e. ejus exitum:
nam certo venit, habebit eventum, *non moratur*, non frustra ex-
spectabitur. Ad verba כִּי עוֹד חָזוֹן לַמּוֹעֵד cf. Dan. 10, 14: כִּי
עוֹד חָזוֹן לַיָּמִים, ibid. 8, 26: conclude illud vaticinium, literis
mandatum כִּי לְיָמִים רַבִּים *nam in dies multos* est, spectat tem-
pora remota; item Ezech. 12, 27: visum, quod ille (Ezechiel)
videt, לְיָמִים רַבִּים *in dies multos* est, וּלְעִתִּים רְחוֹקוֹת *et in tem-*
4. *pora remota* ille vaticinatur. — Incipit jam ipsum oraculum.
Ecce tumidus, inflatus, temerario fastu sese efferens *est*, *non*
planus, complanatus, compositus, tranquillus, intra justi et aequi
fines se continens *est animus ejus*, Chaldaei, *in eo; et justus*,

justus, aequus, probus vero, *fide sua* qua deum ejusque leges amplectitur *vivet*, incolumis manebit, salvus erit. Quemadmodum prius hemistichium respicit Chaldaeos, cf. vs. 5 seqq. 1, 6 seqq. 13 seqq., sic posterius spectat Judaeos, cf. 1, 13. לֹא יָשְׁרָה negatio contrarii, ut לֹא יְאַחֵר versu superiore. Verba צַדִּיק בֶּאֱמוּנָתוֹ יִחְיֶה alii: *justus fide sua*, fide sua justus *vivet;* in his Rosenmüllerus, qui „observandum, inquit, vocem צַדִּיק per accentum Merca arctissime cum בֶּאֱמוּנָתוֹ jungi, et hanc accentu distinctivo Tiphcha a postrema hujus versus voce, יִחְיֶה, ita divelli, ut indicetur, בֶּאֱמוּנָתוֹ esse ad subjectum, צַדִּיק, non ad praedicatum referendum. Sunt tamen codices et manuscripti et typis exarati haud pauci, in quibus voci צַדִּיק Tiphcha est appositus, בֶּאֱמוּנָתוֹ vero cum יִחְיֶה per accentum Merca junctum. Sed in libris plerisque voces priore ratione distinguuntur, quam nos potiorem arbitramur.“ At non solent dicere Hebraei *justus fide sua*. Praeferenda scriptio eorum librorum, in quibus distinctivum habet צַדִּיק (si tamen in interpretando ratio aliqua habenda est accentus, scripti, si verum quaeris, recitantis potius quam interpretantis in usum, *Redslob*, *Beurtheilung* p. 86 seqq.) — *Ac sane*, 5.
ebrietas, intemperantia, insolentia, *proterva* est; *homo elatus*, *is non quiescit*, non se continet domi, turbas semper et bella quaerit (vel: *ac sane*, *halitus vini* est, fugit ut vini, cujus instar aestuat, halitus homo *protervus*, *vir elatus*, *nec permanet*, manet in statu suo, perit), *qui late aperit orci instar animam suam*, i. e. fauces suas, *quique similis est morti*, *nec satiatur*, *et colligit ad se omnes populos*, *et congregat ad se omnes nationes*. Verba priora varias experta sunt interpretationes. Hesselbergus: *quin*, *si vinum decipit*, infatuat eum, Chaldaeum, amentiam ei injicit: *vir* ille fit *protervus*, *nec quiescit*. Sed בֹּגֵד haud significat *decipere*. Accedit, quod *temulentiae* notio, proprie sumta, a nexu aliena videtur, quamquam *Babylonios maxime in vinum effusos fuisse* tradidit Curtius 5, 1. Alii, ut Rosenmüllerus: *quin vinum* i. e. vinosus i. e. luxuriosus (Subj.) est *protervus* (Praed.), *superbus*, *nec quiescit*. Quae interpretatio eadem difficultate laborat, quâ premitur ante memorata. Aliena est luxuries proprie intellecta. Hitzigius: *et sane*, *si vinum* est *scelestum:* scelestus est etiam *homo elatus*, *qui non quiescit*. Quum qui vino utatur, facile obliviscatur dei et praeceptorum divinorum (Prov. 30, 9. 31, 5. Jes. 17, 10. coll. 28, 1.), hinc vinum Prov. 20, 1. dici לֵץ;

et ibid. 21, 24. לֵץ dici זֵד יָהִיר. Itaque hoc sibi velle vatem: si homo vino oppressus sit vel fiat scelestus, tum maxime scelestum insolentem esse. Quae coacta et contorta mihi interpretatio videtur. Sed tam impeditus hic locus est, ut non mirum sit, frustra laborasse interpretes. Fortasse כִּי non est Particula sed Nomen substantivum ex כוח (cf. כִּי stigma inustum ex ead. rad.), significans *anhelitum*, *halitum*, accepto significatu a vicino كَاءَ. Sic facilis per se et aptus ad nexum sensus prodit is, quem supra secundo loco in parenthesi interpositum exhibuimus. Aptum per se esse nemo non videt. Sed idem aptus ad nexum est. Sic enim opposita haec verba sunt hemistichio posteriori versus superioris, ita ut, quemadmodum justum incolumem futurum (יִחְיֶה) dixerat vates, sic scelestum dicat interiturum (לֹא יִנְוֶה). Nihil est, quod nondum minas proferre vatem, sed adhuc versari in describenda Chaldaei arrogantia contendunt interpretes. Num illud, quod, quae subjiciuntur inde ab אֲשֶׁר, describentis sunt, documento esse potest, describentis esse praecedentia quoque? Nonne quae vs. 12. extremo dicta sunt exspectare sinunt minas potius? Easdem ut exspectes faciunt quae dicuntur vs. 6. Si tamen כִּי habendum pro Particula sit, tolerabilem sensum verba vix praebebunt, nisi si יַיִן hic ut aliquoties pro *crapula*, *ebrietate* dictum putes, ebrietatem vero improprie accipias pro intemperantia, *insolentia*, in eum sensum, quem priore loco exhibuimus. Ad verba הִרְחִיב כִּשְׁאוֹל נַפְשׁוֹ cf. Jes. 5, 14.; ad ea quae subjiciuntur וְהוּא כַמָּוֶת וְלֹא יִשְׂבָּע cf. Prov. 30, 15 sq. 27, 20. coll. hujus orationis
6. 1, 6. 9. 15. 17. — *Nonne hi*, populi versu superiore memorati, *omnes de eo*, deturbato de statu suo, *carmina irrisoria proferent et ludicra, dicta acuta*, aculeata *ei*, in eum, *et dicent: vae illi qui cumulavit* quae *non* erant *ipsi*, non sua, bona aliena *quousque!* i. e. quam diu possessurus? i. e. in breve tempus! *et qui gravem fecit apud se copiam pignorum captorum*, qui ingentem apud se cumulavit copiam captorum pignorum, id est, qui ad se rapuit immensum alienorum bonorum cumulum! וְיֹאמַר impers. *dicent*, *dicetur*. Ad הַמַּרְבֶּה לֹא לוֹ cf. מִשְׁכָּנוֹת לֹא־לוֹ 1, 6. עַד מָתַי Rosenmüllerus et alii: *Quousque* hoc impune faciet? vel: quem tandem finem imponet cupiditati suae? Male. Docet enim nexus, loqui vatem de Chaldaeo jamjam deturbato de statu suo. Arctissime עַד מָתַי jungendum est verbis proxime praecedentibus in eum sensum, quem expressimus supra. עַבְטִיט

copia pignorum captorum, ex עַבְטִ. Capta pignora vero hic nihil
aliud sunt quam direpta bona. Secundum alios: *copia aeris alieni*,
quod quis contraxit; minus convenienter. Recte in rei summa
jam Fullerus: „assimilatur Babylonius feneratori acerbissimo, vel
praedii alicujus durissimo domino, et ingentes ipsius thesauri,
avidissime pariter ac crudelissime undique corrasi, pignorum cu-
mulis penes feneratorem vel dominum illum congestis. Quare
verba *qui coacervavit apud se pignorum copiam* hanc habere vi-
dentur sententiam: qui infinitis rapinis, quasi totidem pignoribus
ablatis, omnes populos coercuit.“ — *Nonne repente surgent op-* 7.
pressores tui, et evigilabunt vexatores tui, erisque praedae illis?
נָשַׁךְ *mordere*, hinc *vexare*, *opprimere*. Constat idem dici pro
feneravi. Itaque nonnulli: *feneratores tui*. Sic in coepta ima-
gine perstans vates fore dicet, ut, quemadmodum Chaldaeus
pignora ceperit de bonis aliorum, spoliaverit alios, sic alii
pignora capiant de bonis ipsius, spolient ipsum. Sed quae prae-
terea hoc commate continentur, ita comparata sunt, ut probabile
sit, proprie jam loqui vatem. — *Quia tu spoliasti populos mul-* 8.
*tos, spoliabunt te omnes reliqui populi, propter sanguines, cae-
des hominum, et injuriam terrae, urbis, et omnium incolarum
in ea*, i. e. et propter injurias illatas terris et urbibus earumque
incolis. יֶתֶר עַמִּים *reliqui populi*, qui tum fuerint integri. אֶרֶץ,
קִרְיָה collective; cf. vs. 5. 6. coll. etiam vs. 12. Rosenmüllerus,
Chaldaeum sequutus, *terram* esse vult terram Judaeorum, *urbem*
urbem Hierosolymitanam „ob versus 17., sub cujus finem eadem
formula repetatur, verba prima.“ Quod scribens non cogitasse
videtur, concinere quidem utriusque commatis verba posteriora,
at non priora. — Quae leguntur inde ab hoc versu usque ad 9.
vs. 14. Hitzigius dicta putat in Jojakimum regem, coll. Jer. 22,
13 seqq. Qua conjectura nulla unquam excogitata est infelicior.
Ne levissimum vestigium reperitur, ex quo colligi possit, respici
hic alium quam eum, qui respicitur in antecedentibus et sequen-
tibus, Chaldaeum dico. Nullus transitus vs. 9., reditus nullus
vs. 15. Contra mirus in verbis et rebus loci consensus cum iis
quae praecedunt et quae subjiciuntur. Ut supra vs. 4—8., ut
infra vs. 15 sqq. de Chaldaeo loquens vates nunc tertia nunc se-
cunda Sing. utitur, sic hoc quem tractamus loco 9—14. הוֹי
exclamaverat vs. 6., הוֹי exclamat vs. 9. 12., הוֹי vs. 15. 19.
Agitur eadem res; cf. vs. 9, a. cum 6, b. 8, a.; vs. 10. cum 5, b.

8, a. At, inquit Hitzigius, „nova aedificia, in his novam arcem regiam Nebucadnezar non exstruxit nisi bellis peractis, neque illa aedificavit ad arcendos hostes, quod plane alienum a victore.“ Quasi vero הוֹי בֹּצֵעַ בֶּצַע רָע לְבֵיתוֹ לָשׂוּם בַּמָּרוֹם קִנּוֹ dicere vates non potuerit, nisi forte ante inspecta delineatione novae a Nebucadnezare exstruendae arcis regiae! quasi non soleant reges partem pecuniae bello partae conferre ad exstruenda et instauranda loca munita, arces, castella! Quasi, quum supra vates Chaldaeo interitum denuntiasset, non subjiciat h. l. aptissime לְהִנָּצֵל מִכַּף רָע; cogitare illum arce sua se defendere, sed frustra! E contrario, qua, obsecro, ratione in Jojakimum valet illud קְצוֹת עַמִּים רַבִּים, misere vexatum ab Hitzigio?! *Vae illi qui rapit rapinas*, rapinas facit *pravas*, scelestas, *domui suae*, pro domo sua, *ut ponat in altitudine nidum suum, ut eripiat se e manu mali*, ut exstruat sibi arcem praealtam, qua tueatur se ab exitio! בֶּצַע רָע nequaquam est rapina exitialis raptori, de qua re vs. 10. dicitur, sed rapina scelesta; cf. vs. 6. קִנּוֹ arcem regiam esse ostendit
10. praecedens לְבֵיתוֹ. — *Decrevisti ignominiam domui tuae, perdere populos multos*, deletionem populorum multorum, *et reus factus es vitae tuae*, vitam in discrimen adduxisti. Male interpretes קְצוֹת: *perdendo* s. *perdens*, qua ratione vox intelligi nequit. Pendet קְצוֹת Infinitivus, prorsus ut בֹּשֶׁת Accusativus, ex יָעַצְתָּ, quod significat *decrevisti*. Quum vero dicit vates: *decrevisti ignominiam domui tuae, perdere populos multos*, nihil aliud quam hoc dicit: quum decrevisti perdere populos multos, tuam ipsius contumeliam decrevisti. Vides nullam difficultatem inesse, modo interpreteris recte. Qua ratione locum (non) expediverit Hitzigius, cui קְצוֹת est Pluralis constr. קְצָת Nominis, hoc qui scire
11. cupit adeat ipsum. — *Nam lapis e pariete clamat, et canterius e ligno respondet ei*, lapidi, id est, nam tanta est tua violentia et rapacitas, ut ipsi lapides cet. querantur illam. Summus violentiae gradus exprimitur; cf. similis locus Luc. 19, 40. De aedificiis exstructis a rege agi somniat Hitzigius. Generatim potius de violentia agitur; cf. vs. 10. כָּפִיס a כְּפַס syr. connectere, „lignum, quod ad continendos parietes in medio structurae ponitur, et vulgo apud Graecos appellatur ἱμάντωσις.“ Hieron. Symm. σύνδεσμος οἰκοδομῆς ξύλινος, Theodot. σύνδεσμος ξύλου.
12. — *Vae illi qui aedificat urbes sanguinibus*, opibus caedibus partis, *et qui condit oppida iniquitate*, opibus inique partis!

עִיר et קִרְיָה collect. ut supra vs. 8. — *Nonne ecce, ab Jova* 13.
Zebaoth est? ecce, sic decretum a Jova est: *laborant populi pro*
igne, in pabulum ignis, *et nationes in vanum*, incassum *se defa-*
tigant, id est, frustra laborem consumunt ingentes hominum co-
piae, qui urbes tuas et oppida tua et arces et castella magno
molimine exstruunt, quippe delenda igne. Rosenmüllerus de urbe
primaria Chaldaeorum cogitat. Verum quod Jeremia, qui est
hunc locum imitatus, 51, 58. verba dicta de Babylone exhibet,
id te non potest movere, ut ad eandem illa referas; cf. potius
vs. 12. — *Nam plena erit terra cognitione gloriae Jovae, sicut* 14.
aquae operiunt mare, fundum maris. Sensus: nam certo veniet
Jova ad sumendas de Chaldaeo poenas. Sumtus a Jes. 11, 9.
locus est. — *Vae illi qui potum dat socio suo*, tibi *qui infundis* 15.
iram tuam atque adeo inebrias, *ut adspicias pudenda eorum*
(mutato numero)! Verba וְאַף שַׁכֵּר Hitzigius: *et iram inebria-*
tionis, אַף synonymum habens חֵמָה vocis, שַׁכֵּר vero Genitivum
esse jubens. Possunt ita accipi verba; sed debere neutiquam di-
xerim. Ubi amplificatio, ibi idoneus אַף particulae locus est; ad
אוֹתוֹ vero desideratum ab Hitzigio quod attinet, id praegresso רֵעֵהוּ
potuit omitti. Verba postrema vim imaginis (de qua cf. ad
Obad. 16.) augent. — *Satiaberis ignominia post gloriam*, abibit 16.
in ignominiam tua gloria; *bibe etiam tu et sistere praeputiatus!*
quemadmodum facis aliis (vs. 15.), sic fiat tibi! *vertat se ad te*
calix dexterae Jovae, *et* sit, veniat *contumelia super gloriam*
tuam, tegat gloriam tuam contumelia! שָׂבַעְתָּ Praet. ob rei cer-
titudinem. Quod sequitur מִן comparationis esse putant Rosen-
müllerus, de Wette et alii in hanc sententiam: *satiaberis igno-*
minia prae gloria, cujus sensum faciunt hunc: quo splendidior
erat pristina tua conditio, tanto majore afficieris ignominia. Ne-
scio an rectius מִן significare dicam *ab* i. e. *statim post*, ut Ps.
73, 20. al. Ad rem cf. Hos. 4, 7: כְּבוֹדָם בְּקָלוֹן אָמִיר *gloriam*
eorum cum ignominia permutabo. — *Nam injuria Libani* i. e. 17.
Libano i. e. terrae Israeliticae illata *operiet te*, recidet in caput
tuum, *et vastatio ferarum* quae *terrebat eas*, et vastatio quae
terrebat feras Libani, i. e. incolas terrae Israeliticae, operiet te,
in te recedet, *propter sanguines*, caedes *hominum*, *et injuriam*
terrae, *urbis*, *et omnium incolarum in ea*, propter factas caedes
et propter injurias illatas terris et urbibus earumque incolis. *Li-*
banus terrae Israeliticae imago; cf. Ezech. 17, 3. Jes. 37, 24.

„Quum terram Israeliticam comparasset Libano, in quo silvae fuerunt, atque in iis ferae, pronum erat, illius incolas *feris* comparare, quae Libanum colerent. Ante יְחִיתַן supplendum est אֲשֶׁר, et Suffixum femininum Verbo additum ad בְּהֵמוֹת referendum. יְחִיתַן Fut. Hi. verbi חָתַת pro יְחִתַּן; Dag. forte, ת imponendum, resolvitur in Chirek longum, et Patach est pro Zere propter pausam. Post יְחִיתַן repetendum יְכַסֶּךָּ. Vult enim dicere: par violentia tibi accidet, in similem vastitatem redigeris.“ Ros. Veteres pro יחיתן expresserunt יחיתך, nec potest negari, facile potuisse ך abire in ן. Ita hunc sensum habebis: *et vastatio ferarum terrebit te*, et vastatio, qua terruisti feras, incolas, terrebit te ipsum. Hemistichio posteriore מִדְּמֵי אָדָם וגו׳, repetito e versu octavo, propriis verbis describitur illa *injuria Libani et vastatio ferarum.* Alii malunt verba ita intelligere, ut causam reddant versus superioris, q. d. haec omnia accident tibi *propter eet.* —
18. *Quid prodest simulacrum sculptile, quod sculpat illud fictor ejus?*, quid prodest *simulacrum fusile et docens mendacium*, falsa, i. e. et numen fictum per suos sacerdotes et prophetas vana edens oracula, *quod fiduciam collocet fictor operis fictilis sui in illo,*
19. *ut faciat idola muta? — Vae illi qui dicit ad lignum:* „*expergiscere* ad auxilium ferendum!“ „*evigila!*“ *ad lapidem silentem*, mutum! *Istudne docebit* docenda? quid facto opus sit dicet? *Ecce, obductum est auro et argento, neque ullus est spiritus in*
20. *eo! — Et Jova*, Jova vero *in templo suo sancto*, in coelo, *silentium*, obmutescat *coram eo universa terra!*

1. CAP. III. Inscriptio. *Preces Habacuci, prophetae*, canendae *ad modum carminum querulorum.* Quod תְּפִלָּה vocatur hoc carmen, causa quaerenda est in exordio, vs. 2. cf. etiam vs. 16 sqq. A precibus non alienum puto *modum carminum querulorum* (Ps. 7, 1.). Falli *Studerum* (ad Jud. 5, 4. p. 124 sq.), cum dicat, nullo nisi inscriptionis vinculo cohaerere hoc caput cum duobus superioribus, videbimus deinceps. — Argumentum. vs. 2. exordium. 3 — 11. magnifica descriptio adventantis numinis 12—15. ad auxilium ferendum populo suo oppresso a Chaldaeis. 16—19. sollicitudo vatis, ne cunctetur oraculi eventus; fiducia firma. —
2. *Jova, audivi nuntium tuum*, i. e. nuntium adventus tui, *tremo*, reverentia affectus sum; *Jova, opus tuum, intra annos*, intra breve annorum spatium *vivifica* i. e. exsequere *illud! intra annos*

notum fac, exhibe cognoscendum, manifestum fac illud! *In ira*, in media tua ira *misericordiae memor sis*. שִׁמְעֲךָ *nuntium tuum*, id est, nuntium de adventu Jovae ad propulsandos Chaldaeos, promisso cap. superiore, non, ut putarunt nonnulli, famam magnorum facinorum antiquitus factorum a Jova; docent enim quae subjiciuntur, non facti sed faciundi facinoris nuntium intelligendum esse. Ex quo simul intelligitur, falsam esse etiam Hesselbergi opinionem, respici nuntium de puniendis per Chaldaeos Judaeis. Chaldaei enim tum non venturi erant, sed jam aderant praesentes, 2, 17. 3, 13 sqq. cf. praeterea quae dicentur ad יְהוָה פָּעָלְךָ. יָרֵאתִי „*timui*, responso divino cap. 2, 4 sqq. dato, quod sollicite exspectaveram 2, 1., timore ac reverentia adfectus sum.“ Sic Rosenmüllerus, recte, opinor. Hitzigius cur *timeat* vates, ait accuratius vs. 16. dici. Is igitur vatem putat se sollicitum esse dicere, ne promissi divini eventus cunctetur. In quam sententiam incidi ego quoque; cf. etiam 2, 3. Obstare videtur id unum, quod simpliciter dictum est יָרֵאתִי. Attamen quum statim deum excitet vates ad opus exsequendum, in eum quem diximus sensum vox haud ita difficulter videtur trahi posse. Certior tamen manet Rosenmülleri interpretatio. Verba quae sequuntur, יְהוָה פָּעָלְךָ בְּקֶרֶב שָׁנִים חַיֵּיהוּ, Rosenmüllerus „nonnulli interpretes, inquit, inter quos Schnurrerus, sic exponunt: *Jova, opus tuum, in medio annorum*, intra hoc tempus, *serva illud*, פֹּעַל יְהוָה *opere Jovae* Judaicum populum designari existimantes, ut Jes. 45, 11., ubi ille פֹּעַל יְדֵי יְהוָה dicatur, utpote a deo eximia cura formatus exornatusque, חִיָּה vero observant dici quoque de illis, qui vivere alium concedant, cum interficere possint. Verum quum חַיֵּיהוּ sensu haud multum differre credibile sit a proximo תּוֹדִיעַ, nos a Jarchio traditam horum verborum interpretationem nostram facere haud dubitamus, quae talis est: opus tuum pristinum, dum vindictam nostrum de hostibus nostris sumsisti, in medio annorum calamitatis, in qua nunc versamur, vivifica illud, id est, excita illud et reduc illud!“ Rosenmülleri interpretationem secutus est de Wette. Hesselbergus: *Jova, opus tuum*, i. e. poena a Judaeis per Chaldaeos sumenda, *intra annos*, post certos annos *vita ejus* erit (!) i. e. perficietur. Quibus interpretationibus omnibus praeter alia (quaesitae enim Schnurreri et Rosenmülleri interpretationes, durissima Hesselbergi explicatio et sensum fundens ineptum, nam quid juvat dicere vatem: tu, o Jova, Chaldaeos mittes

post certum tempus! ac talem, qui pugnet cum praecedentibus, Chaldaeos jam praesentes adesse docentibus, cf. supra ad שִׁמְעֲךָ) obstat hoc potissimum, quod quae hic dicuntur omnino respicere debent promissa capite superiore, ita ut פֹּעַל יְהוָה non possit non esse poena sumenda a Chaldaeis, חַיֵּיהוּ vero significare debeat *vivificare*, i. e. *exsequi*, quocum optime concinit תּוֹדִיעַ. *notum, manifestum facere.* Recte חַיֵּיהוּ jam expressit Hieronymus his verbis: „*vivifica*, quod pollicitus es, hoc est, tuum imple promissum, non moriatur irritus sermo tuus, sed opere compleatur.“ Quod dicit vates בְּקֶרֶב שָׁנִים *intra annos*, id est, intra breve annorum spatium, perbene concinit et cum iis quae leguntur vs. 16. hujus ipsius capitis, et cum 2, 3., ubi oraculum Jovae eventum habiturum esse pro certo quidem dicitur, significatur tamen expressis verbis, non statim sed certo post tempore promissa exitum habitura esse. Ad quae jam maxime convenienter vates, opus tuum, o Jova, inquit, exsequere intra breve annorum spatium, accelera quod constituisti facere, noli auxilium differre! Quod idem spectant verba commatis postrema בְּרֹגֶז רַחֵם תִּזְכּוֹר non recte intellecta ab Hitzigio. Neque enim orat vates, ne una cum impio pium Jova deleat (Ezech. 21, 8.), sed orat, ne, cum nunc quidem populo irascatur, afficiens illum poena misso Chaldaeo, hanc iram justo longius servet, sed recepta misericordia promissum pro-
3. pulsandi Chaldaei brevi tempore praestet. — Sequitur jam dei
ad liberandos a Chaldaeis Judaeos adventantis ipsa descriptio. *Deus e Themane venit, et Sanctus e monte, montibus Pharan; tegit coelos majestas ejus, et laudibus ejus plena est terra.* אֱלוֹהַּ poetice pro אֱלֹהִים. מִתֵּימָן Hitzigius et alii: *ab austro.* Sed vere Rosenmüllerus: „תֵּימָן hic certae cujusdam regionis nomen proprium esse, ostendit parallelum פָּארָן.“ Accedit ratio locorum parallelorum Jud. 5, 4: יְהוָה בְּצֵאתְךָ מִשֵּׂעִיר בְּצַעְדְּךָ מִשְּׂדֵה אֱדוֹם וגו׳, Deut. 33, 2: יְהוָה מִסִּינַי בָּא וְזָרַח מִשֵּׂעִיר לָמוֹ הוֹפִיעַ מֵהַר פָּארָן. LXX quoque et Aqu. et Symm. et edit. V. ἐκ Θαιμάν. Exigui momenti est, quod Hitzigius negat posse e Themane venire dici, qui dicatur venire a monte Pharan, quum Theman provincia sita sit in orientali parte Idumaeae, Pharan regio autem ab occidente Idumaeae, Judae ab austro. Neque enim dubium videri potest, quin תֵּימָן hic meton. positum sit pro אֱדוֹם, שְׂדֵה אֱדוֹם Jud. 1. 1., quemadmodum הַר פָּארָן respondet שֵׂעִיר voci ibid. (cf. Deut. 1. 1). Interrogantibus jam, quid sibi velit

vates, cum dicat, venturum Jovam esse מִתֵּימָן cet., Hitzigius nihil aliud sibi velle respondet, quam appariturum deum esse in tempestate australi (Zach. 9, 14.), ab Horebo, ut qui exstructo templo Hierosolymitano non desierit esse *mons dei*, 1 Reg. 19, 8. Similia his docuit Studerus ad Jud. 5, 4. p. 125. Verum si nihil aliud spectasset vates, pro מִתֵּימָן et מֵהַר פָּארָן sine dubio posuisset מִצִּיּוֹן et similia. Quotiescunque enim, ex quo tempore templum Hierosolymitanum exstructum erat, Jova populo auxilium adversus hostes laturus surgere de sede sua dicitur, semper dicitur prodire ex Sione. Gravissimum vero est, quod hic locus non potest non explicari ad rationem locorum parallelorum, quos laudavimus supra. Quare quum illis locis tempus respiciatur, quo populum suum servitute Aegyptia liberatum Jova per deserta Arabica ducens admirandam declaravit potentiam, nos non dubitamus, quin vates *deum e Themane* cet. *venturum* dicens hoc dicat, quam Jova declaraverit majestatem et potentiam, quo tempore ipso duce et auspice, fracto Aegyptiorum jugo, per deserta Arabiae in terram Cananaeam migraret populus, eandem declaraturum esse nunc quoque auxilio venturum populo suo contra Chaldaeos. Sunt quidem, qui negent locis ll. Jud. et Deut. eum quem subjecimus sensum subjiciendum esse. In his Studerus, qui ad Jud. 5, 4 sq. jam apud Judaicos interpretes duas potissimum de illo loco opiniones viguisse monet. Ex una respici putari promulgationem legis in monte Sinai, tum quod vs. 5. expresso verbo memoretur Sinai mons, tum quod mentio fiat tempestatis, qualis veniente Jova ad eum montem orta dicatur Exod. 19, 16. 18. Quod ad montem Sinai ex Idumaea veniat Jova, eo Schnurrerum indicari putare appropinquantes ex illa regione nubes tonitrua minantes. Similiter Rosenmüllerus ad Jud. l. l. „quod Jova ad montem Sinai veniens hic dicitur e Seire exiisse, et transiisse Idumaeam, ita intelligendum est, Israelitis ad montem Sinai consistentibus ab ea parte ubi erat Idumaea et mons Seir, ad orientem, visum fuisse primum divinum splendorem e nube ignea apparere et exoriri; qui dum sensim propius ad montem accedit, magis magisque etiam cetera increscebant prodigia, ut res mutae et inanimae deum adventantem praesentiscerent.“ Quod autem pertineat ad causam, cur in cantico Deborae vates memoraverit legis promulgationem, eam Studerus Schnurrerum in eo ponere monet, quod, quum statim summae, in qua respublica Israelitarum

proximis ante temporibus versata sit, miseriae descriptio subjiciatur, vates voluerit indicare, utut magnificentissima fuerit et cum sacro quodam horrore totius naturae conjuncta legis promulgatio, brevi tamen factum esse, ut deposita omni illius legis reverentia desciverint a deo suo Israelitae, eamque sibi justam omnino poenam contraxerint, ut victi ab hostibus misereque habiti in omnes istas calamitates inciderent. Sed quaesitas et jejunas esse has explicationes (et sunt sane!). Ac priorem quidem eo certius rejiciendam esse, quod Deut. 33, 2. deus non ex montibus Idumaeae in Sinai montem descendisse, sed de Sinai per Idumaeam ad populum suum venisse dicatur. (Sed deus nec Jud. 5, 4. ex montibus Idumaeae in Sinai montem descendisse, nec Deut. 33, 2. de Sinai per Idumaeam ad populum venisse dicitur. Simpliciter deus Jud. l. l. *exiisse ex Seire, egressus esse ex agro Idumaeo* dicitur, non dicitur exiisse ex illis regionibus *in Sinai montem;* item Deut. l. l. simpliciter ille dicitur *venisse de Sinai*, *exortus esse ex Seire*, *illuxisse ex monte Pharan*, non, venisse de Sinai ad populum per Idumaeam). Ad posteriorem vero explicationem quod attineat, si vs. 6. et seqq. vates praecedentibus voluisset opponere, multo illum convenientius pristinam felicitatem, qua usus esset populus, donec Jovam studiose coleret, quam legis promulgationem memoraturum fuisse. Itaque alios aliam rationem secutos esse, locum referentes ad illud, quod Jova populo numine suo praesens adfuerit vel in bellis gestis ab illo cum regibus transjordanensibus (in qua opinione fuerunt R. Aben Esra et R. Levi ben Gersom), vel in omni itinere per desertum facto (quam sententiam suam fecerunt Clericus, Lette et alii). Videri hanc posteriorem rationem firmari posse loco Ps. 68, 8 sq. composito ad hunc Jud. locum ita, ut pro יְהוָה בְּצֵאתְךָ מִשֵּׂעִיר בְּצַעְדְּךָ מִשְּׂדֵה
אֱדוֹם וגו' dicatur אֱלֹהִים בְּצֵאתְךָ לִפְנֵי עַמֶּךָ בְּצַעְדְּךָ בִישִׁימוֹן וגו'.
Sed quod hanc interpretationem secutus sit scriptor illius Psalmi, ex eo non sequi, ut vera sit interpretatio, praesertim quum recentioris aetatis sit iste Psalmus. Falsam potius esse his videri probari posse argumentis. Ac primum quidem Israelitas terram Cananaeam petentes Idumaeam non pervasisse, sed post negatum ab Idumaeis transitum circumivisse, Num. 20, 14—21. 21, 4. Jud. 11, 17. 18. Itaque Jovam Israelitas per deserta ducentem non dici posse exiisse e Seire et Idumaea. Idumaeam transivisse Israelitas dici quidem Deut. 2, 4—8. Sed exigui ponderis esse

eam narrationem, quum recentioris aetatis sit liber Deut. Deinde sublimem illam numinis in tempestate ingredientis descriptionem non convenire in diuturnum populi ductum per deserta, convenire potius in adventum dei semel factum. Denique ne verbulo quidem indicari a Debora, cur illius profectionis in hac verborum serie mentio sit injecta. Debuisse poëtriam significare, qua ratione continerentur quas ipsa caneret res cum rebus gestis tempore pristino. Quae cum ita sint, veram habendam esse Köhleri et Hollmanni sententiam, ex qua in hoc Jud. loco non de *θεοφανίᾳ* pristina, facta vel in promulgatione legis in monte Sinai, vel in itinere facto per desertum, vel in bellis gestis cum regibus Amoraeorum Rephaeorumque, sed de praesentia agi putetur numinis in illa ipsa pugna, quam carmine suo Debora canat. Itaque sensum hunc esse: coelum et terram, stillantes nubes et montes commotos annuntiasse adventum domini potentissimi, quum e Sinai, sede sua per Idumaeam auxilio veniret populo suo. Quod de Sinai advenire dicatur deus, causam esse, quod ante exstructum templum sedem suam in Sinai Jovam habere finxerint Hebraei. Haec de Jud. 5, 4. Studerus. Similiter idem de loco judicat Deut. 33, 2 sqq. ut quo hoc significetur, relicto Sinai, sede pristina, Jovam venisse in terram Cananaeam, ut ibi populo suo praesideret, et, data per Mosen lege, in posterum quoque regeret res Israelitarum. Verum enimvero, si Deut. 33, 2., ut ab hoc loco incipiamus, vates tribus primis membris nihil aliud dicere voluisset, nisi venisse Jovam ex Sinai in terram Cananaeam, aliis haud dubie usurus erat verbis. Cum Jova dicitur *venisse ex Sinai, exortus esse ex Seire, illuxisse ex monte Pharan*, id est, ex locis deserti insignioribus, idque *iis* (לָמוֹ), Israelitis, tantum non certum est, dici Jovam, quod jam ad ipsum locum monuimus, populo suo in omni itinere per deserta facto numine suo praesentem adfuisse. Ad ductum vero per deserta a deo populum si referendum est dictum Deut. 33, 2., eodem referendus est Judicum quoque locus simillimus 5, 4., eoque certius, quod, qui hunc locum in suos usus convertit Psalmi 68. scriptor, illum in eandem sententiam accepit. Quamquam enim loci non tam interpres, quam imitator exstitit is scriptor, tamen ejus in expediendo loco haud contemnenda est auctoritas, cujus rei causam vid. ad Obad. 16. p. 409. ima. Non dubitamus igitur Judicum quoque loco verba בְּצֵאתְךָ מִשֵּׂעִיר בְּצַעְדְּךָ מִשְּׂדֵה אֱדוֹם ad reductum a Jova populum

per deserta Arabiae referre, iis vero quae subjiciuntur eodem commate et comm. 5. אֶרֶץ רָעָשָׁה גַּם שָׁמַיִם נָטָפוּ גַּם עָבִים נָטְפוּ מָיִם׃ הָרִים נָזְלוּ מִפְּנֵי יְהוָה זֶה סִינַי מִפְּנֵי יְהוָה אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל exprimi putare praesentissimi numinis majestatem et potentiam, ita ut is maneat sensus, quem fecimus ad locum ipsum. Levia mihi videntur quibus hanc interpretationem Studerus oppugnavit argumenta tria. Primum enim veram esse narrationem, quae continetur Num. 20, 14 sqq. al., falsam quae legitur Deut. 2, 4 sqq., nequaquam pro certo dixerim. Sed fac, circumivisse Idumaeam Israelitas, tamen Jova recte dicebatur venisse מִשֵּׂעִיר, מִשְּׂדֵה אֱדוֹם Jud. 5, 4. Deut. 33, 2., מִתֵּימָן Hab. 3, 3., siquidem, praesertim poetice, sic dici poterat, etiamsi nonnisi fines Idumaeae tetigerint Israelitae. Neque enim necesse est, ut istis vocibus significetur aliquid aliud, quam venisse Jovam ex ea regione, ex illa coeli plaga, ubi sita esset Idumaea. Deinde temere negat Studerus, convenire dei in tempestate ingredientis imaginem in diuturnam populi per deserta reductionem. Poetae nihil est diuturnum. Complecti amant et tanquam semel factum unum sub adspectum ponere poetae multorum annorum res gestas, praesertim dudum praeteritas. Luculentissimum exemplum praebebunt quae leguntur Ps. 18, 8 sqq. Denique quod nec Jud. 5, 4., neque Hab. 3, 3. dicitur, quo spectet *deus veniens ex Idumaea*, *ex Seire*, *ex Themane* cet., hoc et ipsum ex more poetarum est. Talia enim rejiciunt ad lectores. Adquiescimus igitur in interpretatione supra proposita. Respici hoc Habacuci loco tempus liberati servitute Aegyptia populi existimant Schnurrerus quoque et Rosenmüllerus; hi vero foedus Sinaiticum potissimum spectari putant, iidemque totum locum inde ab hoc versu usque ad vs. 16. narrantis esse opinantes verba omnia tempus praeteritum exprimere volunt. Sic illi: „Sunt, qui verbum יָבוֹא in Futuro vertant, atque existiment, sequi descriptionem rerum tum temporis futurarum, videlicet subvertendi regni Chaldaici in salutem Judaeorum; hoc quomodo effecturus sit deus, describere vatem sic, ut imagine poetica utatur, qua et alii vates sacri uti soleant, si divinum auxilium in defensione aut salute populo Judaico praestita celebrare velint, nimirum fingere deum appariturum in tempestate aliqua horrida, inter fulgura ac tonitrua, conjuncta cum ingenti terrae motu, imbrium et aquarum effusione et inundatione (cf. supra interpretatio Hitzigii). Sed verissime monet Schnurrerus, etsi conceden-

dum sit, poetas hebraicos, ubi adventus dei vel ad judicium exercendum, vel ad salutem praestandam describendus sit, scenam plerumque instituere sic, ut eundem procella eaque gravissima obvolutum exhibeant, magnam tamen difficultatem hic esse in eo positam, quod ex Themane, ex monte Pharan advehi Jova dicatur, quod quomodo de deo Chaldaeos petituro praedicari recte possit, vix intelligatur. Quod autem verbum יָבוֹא in Futuro sit positum, inde minime sequi, contineri hic rerum futurarum descriptionem; proxime enim sequentia quum sint praeteriti temporis, etiam יָבוֹא habendum esse praeteritum. Vix dubium esse potest, respicere vatem ad ea, quae in solenni promulgatione legis divinae in Sinai monte evenisse narrantur Exod. 19, 16 sqq. Nam talis plane, qualis hic describitur tempestas, in simili loco, Jud. 5, 4. diserte dicitur ex Seir, ex Edom exorta esse, atque in montem Sinai ingruisse (vid. sup.). Accedit, quod et Moses de eodem illo augustissimo spectaculo verba faciens, Deut. 33, 2. Jovam dicit effulsisse ex monte Pharan, qui trium dierum itinere abest a monte Sinai, Num. 10, 12. 33., et vicinam habet urbem Kadesch, Num. 13, 26., sitam in limite Idumaeorum, 20, 16. Commemorat autem vates hancce tempestatem propterea, quod conjuncta illa erat cum maximo honorificentissimoque dei in populum beneficio, foedere illo Sinaitico, quo deus rempublicam Israeliticam legibus ordinavit, seque ipsum ducem atque regem populi solemniter declaravit; adeoque hoc vere significat propheta, Jovam olim in tutelam recepisse populum, arctissimoque secum vinculo conjunxisse. Ad solennem legis promulgationem in Sinai monte versum retulit quoque Chaldaeus." Verum quis credat, vatem in recolendo pristino illo beneficio potiorem oraculi partem consumsisse, contra quod caput orationis erat absolvisse paucis? Quam difficultatem auctores illius interpretationis senserunt ipsi. Sic enim in prooemio Rosenmüllerus: „. . . dei auxilium implorat vs. 2., atque illius spem alit recordatione mirabilium facinorum, in gratiam populi olim editorum, in qua materia gravissima longius evagatur, animoque tantopere indulget, *ut haec pars orationis justum modum excedere videatur*." Ad futurum tempus referendus est totus locus, non obstante eo, quod *ex Themane, ex monte Pharan* venire Jova dicitur, ut quo nihil aliud significetur quam, qualia facinora deus fecerit quo tempore populum ex Aegypto duceret per deserta Arabiae, talia editurum nunc esse

venturum ad defendendos Judaeos a Chaldaeis. Sed falsi sunt Schnurrerus et Rosenmüllerus in eo quoque, quod potissimum cogitant de promulgatione legis in Sinai monte, cujus memoria ab hoc loco aeque aliena est, atque ab loco Judicum. Respicit vates facinora olim a Jova populi in gratiam in ejus itinere ex Aegypto facta omnia; cf. supra coll. not. ad Deut. 33, 2. Quod nos cum veteribus *laudes* interpretati sumus תְּהִלָּה, cum Kimchio Hitzigius *splendorem* significare vult, coll. *splendendi* significatu verbi Hi. Job. 31, 26. Qua significatione, quae in nomine alias non reperitur, nequaquam opus esse putamus. Apta enim ad parallelismum *laudis* quoque significatio est, quippe *effectum* exprimens *majestatis* (הוֹד), ita ut, cum *et laudibus ejus plena est terra* dicit vates, idem fere dicat, ut si scripsisset *et splendore ejus* cet.

4. Cf. praeterea vs. 4. — *Et splendor instar lucis*, *solis est*, apparet; *radii e manu ejus*, Jovae, *ei sunt*, emicant radii i. e. fulmina e manu ejus, *et facit velamen majestatis suae*, id est, circumdat se nubibus. Verba וְנֹגַהּ כָּאוֹר תִּהְיֶה Hitzigius: *et splendor instar solis erit* sc. תְּהִלָּתוֹ vs. 3. Male; cf. supra. Monet tamen idem, posse etiam נֹגַהּ Subjectum esse, ita ut hic habeatur femininum. Nobis נֹגַהּ Praedicatum potius, תִּהְיֶה vero impersonaliter positum videtur, ut proprie sic sonent verba: *und ein Glanz . . . wird es seyn.* אוֹר de luce solis Prov. 4, 18., vel ipso sole Job. 31, 26. קַרְנַיִם „hic esse *radios*, docet locus Exod. 34, 29. 30., et suadet res ipsa, quum de splendore solis instar sit sermo. Neque obstat, quod dualis usurpari alias solet de iis rebus, quae vel natura vel arte geminae sunt. Nam quum exempla exstent, servari dualem etiam tum, cum numerus duobus major additur, veluti Jes. 6, 2. Zach. 3, 9., inde colligitur, in ejusmodi nominibus dualem formam locum habuisse etiam in significatione multitudinis.“ Ros. Recte: sed quae sit origo dualis קַרְנַיִם de *radiis* dicti, non ostendunt ista verba. Quaerenda vero illa est in eo, quod *radii* קַרְנַיִם nomen ob similitudinem acceperunt a *cornubus*, quae, ubi vera et viva cornua sunt, solent esse *duo*. Constat, Arabes quoque cornubus comparare solis radios. Radiis significari *fulmina*, vix opus est quod moneam; cf. Ps. 18, 9. Verba וְשָׁם חֶבְיוֹן עֻזֹּה Masorethae, Chald. Hieron. Theodot. *et ibi* (וְשָׁם), in illo splendore, est *velamen potentiae ejus*. Sic recentiorum quoque plerique, velut Rosenmüllerus, qui: *et ibi latibulum roboris ejus*, et paullo liberius de Wette: *et hoc* est

velamen majestatis ejus. Sed vere Hitzigius impeditiorem hanc sententiam dicit. Accedere, quod Jova *velare se luce tanquam veste* dicatur quidem (Ps. 104, 2.); verum in tempestate si appareat, magis convenire, dici Jovam velare se *nubibus densis;* cf. Ps. 18, 12., ubi: *fecit tenebras velamen suum, circum se tugurium suum, tenebras aquarum,* nubes aquosas, *caligines nubium.* Precarium est, quod Rosenmüllerus locum suo modo conversum sic exponit: „id est, Jova in eo igne, qui densa caligine circumvallatur, veluti delitescit.“ Itaque haud improbabile videtur, pro
וְשָׁם cum LXX (*καὶ ἔθετο*) Aqu. Symm. et Syro legendum esse
וְשָׂם in illum sensum, quem supra expressimus; cf. Ps. 18, 12.
יָשֶׁת. — Ut magnificus, ita terribilis est adventus Jovae. Venit 5.
enim, ut afferat perniciem. *Ante eum incedit pestis, et exit lues post eum.* רֶשֶׁף *flamma,* hinc *lues,* qua corpus inflammatur; cf. Ps. 91, 6., ubi concinunt דֶּבֶר et קֶטֶב, Deut. 32, 24., ubi concinunt קֶטֶב et רֶשֶׁף. — Fingit vates, Jovam adventantem gradum 6.
sistere, et objectam omnem terram oculis lustrare, ejusque ad adspectum populos contremiscere, commoveri rerum naturam. *Stat et metitur,* oculis puta, *terram, spectat,* circumspicit, *et trepidare facit populos; et diffringuntur,* dissiliunt *montes sempiterni, subsident colles antiqui; viae antiquae ei* sunt, id est, viis antiquis incedit Jova. מוֹדֵד ad מָדַד cum aliis retuli. Nescio tamen, an convenientius ad parallelismum referam ad מוּג, مَادَ, med. Je, moveri, agitari, in hanc sententiam: *stat, et commovet,* concutit *terram.* Ita enim in primo et secundo membro accurate verba verbis respondent. Hunc sensum jam expresserunt LXX, liberius tantum interpretati sic: *καὶ ἐσαλεύθη ἡ γῆ.* אֶרֶץ minime Cananaea, sed tota terra, non quod ita grandior fit sententia, ut opinatur Rosenmüllerus, sed quia secus intelligi omnino non potest; cf. גּוֹיִם in membro parallelo, coll. vs. 12: בְּזַעַם תִּצְעַד אֶרֶץ בְּאַף תָּדוּשׁ גּוֹיִם, et in contrariam partem vs. 13. הִתִּיר *trepidare facere;* cf. Kal Job. 37, 1. Rosenmüllerus et alii: *dissolvere, dissipare,* quae significatio probari nequit. Ad הַרְרֵי עַד et גִּבְעוֹת עוֹלָם cf. Gen. 49, 26. Deut. 33, 15. Recte Schnurrerus: „montes collesque dicuntur *antiqui* ad augendam rei magnitudinem, ut qui ex hominum memoria eundem locum eandemque formam servassent constanter, inque aeternum servaturi visi essent, nec tamen Jovae adspectum ferre possint.“ Ceterum cf. Nah. 1, 5. Mich. 1, 4. Verba הֲלִיכוֹת עוֹלָם לוֹ J. H. Mi-

chaelis: „nam progressus nunquam interrumpendi ipsi sunt et erunt ad disturbandum omnes impias gentes.“ Rosenmüllerus cum Schnurrero: „הֲלִיכוֹת עוֹלָם sunt *itinera antiqua*, id vero est, talia, quae non nunc demum primo tentantur, sed fuere antiquitus peracta saepiusque repetita, adeoque nunc promta sunt et expedita, nec quidquam habent, quod noviter et praeter opinionem accidere possit, ut sensus sit, antiquitus hanc omnem regionem a Jova peragratam, ipsius imperio subjectam, adeoque penitus ipsi cognitam fuisse exploratamque.“ Hitzigius: qui (colles) sunt *viae antiquae ei*, ejus, putans, relativam hanc sententiam esse, ita ut colles sempiterni antiquissimae dei viae dicantur. Quarum interpretationum prima est quaesita, secunda jejuna, tertia minus commoda. Sed non potuerunt hunc locum recte intelligere, qui verba אֱלוֹהַּ מִתֵּימָן יָבוֹא cet. vs. 3. intellexerant male. Cape illum locum ita ut cepimus nos, et aptissimum hujus quem tractamus sensum habebis hunc: *viae antiquae ei* sunt, viis antiquis, quas antiquitus ingressus erat, quum per deserta Arabiae populum duceret, incedit Jova, id est, qualia facinora tum temporis fecerat,
7. talia facit, faciet hodie. — *Sub calamitate*, calamitate oppressa, malis afflicta, aerumnis conflictantia *video*, mentis oculis, *tentoria Cuschan*, Aethiopiae, *contremunt aulaea* i. e. tentoria *terrae Midian*. אָוֶן ut Ps. 55, 4. al. תַּחַת אָוֶן *sub malo*, eo oppressus. Hitzigius: *quasi confecta*, dissoluta (timore) *video tentoria* cet. Quae sententia quomodo e verbis elici possit, equidem non video. Conferri ad רָאָה תַּחַת jubet Job. 34, 26. Gen. 30, 2. 50, 19., quibus locis plane nihil efficitur. רָאִיתִי oculis mentis, ut Jer. 4, 23 sqq. al. *Tentoria* dicta pro incolis. Ad כּוּשָׁן haec Rosenmüllerus: „Bochartus in Phaleg. p. 238. non diversum existimat a כּוּשׁ, et ἰσοδύναμον nomini *Midian* altero hemistichio. Bocharto adstipulatur Schnurrerus. „„Vocem כּוּשָׁן, inquit, idem valere ac כּוּשׁ, et Arabiae partem significare, vel ex eo recte colligitur, quod commemoratur כּוּשָׁן simul cum terra Midian, quam certum est ad Arabiam pertinuisse. Nominantur autem hae gentes, non quod vel solae vel vehementius reliquis trepidassent, sed exempli causa, quod omnes ordine recensere nimis longum erat.““ (In eadem sententia Hitzigius, docens, כושן prob. idem esse quod כוש, ut לוטן Gen. 36, 29. idem quod לוט. Cuschaeos vero haud differre a Midianitis, quandoquidem uxor Mosis Midianitica Num. 12, 1. dicatur כֻּשִׁית). „Verum, inquit Rosenmülle-

rus, quum כּוּשָׁן nusquam alias pro כּוּשׁ positum reperiatur, atque vates in toto hoc loco ad certa quaedam facta, quae tempore exitus ex Aegypto evenissent, respiciat (cf. vs. seq.); equidem nullus dubito adstipulari Hebraeis interpretibus, qui observant, respicere vatem ad ea, quae Jud. 3, 8. 10. narrantur de primo Israelitarum oppressore, *Cuschan Rischataim*, Syriae seu Mesopotamiae rege, qui ab Othniele bello fuit superatus; hemistichio altero vero respici ad ea, quae Jud. 6. 7. de Midianitis a Gideone devictis leguntur. Quae duae liberationes eo fuere illustriores, quod prior fuit omnium prima, et quidem e manu potentissimi hostis, Mesopotamiae atque Syriae regis, posterior victoria erat adversus immensam hominum multitudinem, et paene sine hominum opera, terrore divinitus in hostes immisso, qui sese mutua caede confecerunt. Has victorias et insignes liberationes eo adfert et commemorat propheta, ut animum populo suo oppresso et anxio addat, fore, ut deus parem in eorum liberatione potentiam sit exserturus, si pariter ad ipsum convertantur." Verum, ut incipiamus ab opinione Rosenmülleri, ob id ipsum, quod toto hoc loco facinora respiciuntur facta a Jova tempore exitus ex Aegypto, non possunt hoc commate respici putari quae Jud. cap. 3. et 6 sq. narrantur res multo post gestae. Itaque non dubitamus existimare cum Bocharto, Schnurrero, Hitzigio et aliis, כּוּשָׁן non diversum esse a כּוּשׁ. כּוּשָׁן vero pro כּוּשׁ persuasum habemus nulla alia de causa scribere vatem, quam ut concinat nomen cum מִדְיָן in hemistichio altero, quod miror viros doctos non vidisse. Sic nullam jam difficultatem creat id, quod praeter hunc locum nusquam reperitur כּוּשָׁן pro כּוּשׁ. Sed quod iidem illi interpretes Cuschaeos et Midianitas confundunt, in eo graviter errant. Cuschaeos esse Midianitas, temere Hitzigius colligit ex Num. 12, 1. Ibi enim, si quid video, non de Zippora illa Midianitica, sed de alia nuper ducta uxore est sermo; cf. Exod. 18, 2. coll. etiam Joseph. Antt. 2, 10., in qua narratione quanquam pleraque haud dubie commenticia sunt, nonnulla tamen possunt esse vera. Nec firmius alterum argumentum ductum ex parallelismo a Bocharto et Schnurrero. Tantum enim abest, ut, quod memoratur Cuschan simul cum Midian, Cuschan idem jubeat valere quod Midian, ut rectissime cum Midianitis memorentur Aethiopes. Nam versu superiore Jova incedere dictus est viis, quas antiquitus sit ingressus, versu autem qui sequitur prob. respicitur diffissus olim Israelita-

rum in gratiam sinus Arabicus. Aptissime igitur terrore perculsos
8. vates dicit *accolas sinus Arabici ab utroque latere.* — *Num contra fluvios exarsit, o Jova, an contra fluvios ira tua, an contra mare furor tuus, quod inveheris equis tuis, curribus tuis victoriae,* vincere assuetis? Cujus loci sensus, nequaquam recte intellectus ab interpretibus, hic est: num, ut quo tempore populum ducebas ex Aegypto in terram Cananaeam, hodie etiam saevire cogitas in mare, in fluvios, id est, tam admiranda, quam antiquis illis temporibus, facinora facere cogitas, quod inveheris cet.? quibus nihil aliud sibi vult vates, quam, sane ut faciat talia Jovam in eo esse. Superiorum interpretum longe plerique verba prima: *num contra fluvios exarsit Jova?* Cui structurae vel repugnat usus loquendi. יְהוָה Vocativus est, quem, si discesseris a Syro, jam expresserunt veteres; Subjectum חָרָה verbi est אַפֶּךָ in membro secundo. Habes igitur in primo positum Praedicatum, in secundo Subjectum, ita ut unum membrum alterum compleat, qua ratione mirifice delectantur Hebraeorum vates, nec sine idonea causa: habet enim magnam elegantiam. עַל pertinet etiam ad מַרְכְּבֹתֶיךָ. מַרְכְּבֹתֶיךָ יְשׁוּעָה *currus tui victoriae*, id est, vinci nescii, ut דַּרְכֵּךְ זִמָּה *via tua scelesta* Ezech. 16, 27., מַחֲסִי עֹז *refugium meum firmum* Ps. 71, 7. al. Alii, in his Schnurrerus, Rosenmüllerus, de Wette: (quod inveheris) *curribus tuis* in *salutem*, ad ferendam tuis opem. Quae ratio praeter grammaticam hanc habet difficultatem, quod ita aliud adventus dei consilium exprimitur tribus primis membris, aliud reliquis. Schnurrerus quidem: „perculsus magnitudine rei haud curat eandem, prout gesta erat, longius enarrare; sed subito causam facti reputans, sermone ad Jovam converso quaerit, num fluvius, num mare offensum sibi iratumque numen reddiderit? mox tamen ipse respondet hoc modo, ut affirmet, salutem populi unice id esse, cujus causa talia a deo perficiantur.“ Sed hic sensus sub verbis subjici nequit, nisi כִּי reddas *imo, imo vero;* hoc autem quominus fieri possit obstat locus quem occupat יְשׁוּעָה, ut quod, quum totius sententiae nervum contineret, deberet statim post כִּי positum esse. Accedit, quod minus elegans esset is sensus. Hesselbergus: *nonne* fuit, factum id est *in fluctibus? Jova, nonne exarsit in fluctibus ira tua, in mari furor tuus? nam invecta est equis tuis, curribus tuis salus* tua. Quam maxime violentam et ineptam interpretationem confutare taedet. Recte verba struxit Hitzigius;

is vero fluviis et mari significari vult exercitum Chaldaeorum,
coll. Jes. 8, 8. al. Sed periculosum est, inter medios montes,
colles, et ipsos fluvios proprie intelligendos (vs. 6. 9. 10.) hoc
loco improprie accipere fluvios. Videtur potius de diviso olim
Jordane, diffisso sinu Arabico cogitare vates, cf. vs. 3. 6. 7., in
eam sententiam, quam significavimus supra. — *Nudatur arcus* 9.
*tuus, satiatae sanguine sunt hastae, epinicium! — Flumina pro-
rumpere jubet terra.* עֶרְיָה תֵעוֹר propr. *nudatione*, nudando
nudatur. עור Rosenmüllerus *excitare* significare jubet, monens
tamen, Kimchium תֵּעוֹר interpretari נִגְלְתָה, quasi עור idem hic
significet quod עָרָה. Quae Kimchii interpretatio vera sine dubio
est. Illum enim significatum postulat praecedens עֶרְיָה Accusa-
tivus, qui vices sustinet Infinitivi absoluti. *Nuditatis* notionem
habes etiam in מְעוֹרִים nomine derivato ab עור 2, 15. „Quod
arcus dicitur *nudatus*, respicit morem veterum, arcum, dum otio-
sus est, in theca recondendi, qualis dicta est Graecis *γωρυτός*,
Latinis *corytus*, Arabibus autem مِقْوَس et لِخَاق; hinc *nudare
arcum* idem est ac depromere.“ Ros. Cf. קִיר עֵרָה מָגֵן *Kir nudat
clypeum*, clypeis tegumenta detrahit Jes. 22, 6. ibique not. *Ar-
cum* Hesselbergus et Hitzigius *arcum coelestem* esse putant (Gen.
9, 13 sqq.), haud profecto convenienter ad Praedicatum, neque
apte ad rem, quum coelestis arcus signum sit pacis, non belli.
Verba difficiliora שְׁבֻעוֹת מַטּוֹת אֹמֶר antehac sic eram interpreta-
tus: *jurajuranda*, id est, jurejurando sancitae sunt *virgae* i. e.
poenae *verbi* i. e. poenae denuntiatae a deo. Quibus verbis ex-
primi videbatur, certissimum Jovae esse, exsequi decretas in Chal-
daeos poenas. *Jusjurandum esse* habebam poetice dictum pro
jurejurando sancitum esse. מַטֶּה *virgam* trop. pro *poena* posi-
tum putabam, ut Mich. 6, 9. אֹמֶר *verbum, dictum* intelligendum
credebam de oraculo Jovae quod continetur cap. superiore; cf.
3, 2. Similiter locum jam expediverat Steudelus, et hodie expe-
divit Hitzigius. Sed rejicienda haec interpretatio. Primum enim
justo artificiosior est. Deinde sensus minus aptus ad membrum
praecedens, in quo mentio facta instrumenti bellici, arcus. De-
nique haud improbabile videtur, מַטֶּה hic eodem significatu gau-
dere, quo vs. 14. hujus ipsius capitis, ubi significat *hastam*. Jam
tibi Syrus pro שְׁבֻעוֹת offert שָׂבְעוּם, quod ubi receperis, sensum
videbis hunc: *satiatae* sanguine (cf. Deut. 32, 42.) sunt *hastae*

(cf. 1 Sam. 14, 27.), *epinicium* (cf. Ps. 68, 12.)! Qui sensus non solum iis virtutibus, quas in superiore desideravimus, verum etiam maxima elegantia excellit. Sic enim Jova vix arcum nudasse (ad pugnam se parasse) dicitur, quum statim sanguine satiatae sint hastae, canatur epinicium. Pro hastis convenientius ad arcum *tela* posuisset vates. Res ipsa tamen eodem redit, etiamsi ab uno armorum genere transeatur ad aliud. Fortasse tamen etiam de *telo* dicebatur מַטּוֹת. Rosenmüllerus et alii: *jurajuranda tribuum* i. e. praestita tribubus (cf. Gen. 24, 8.), *promissum* (cf. Ps. 77, 9.). Laudat Rosenmüllerus praeter Chaldaeum Hieronymum, qui superioris et hujus versus sensum ita enarret: „sicut Jordanem et mare siccasti rubrum, pro nobis dimicans; ita nunc quadrigas conscendens tuas, arcumque corripiens, salutem dabis populo tuo, et juramenta, quae jurasti patribus nostris et tribubus, explebis in sempiternum.“ Sed ita intellecta verba nimis abrupta sunt, et velut in aëre pendent. Hesselbergus: (surrexit arcus tuus coelestis), *septem lineae* (illius arcus), *epinicium*, epinicii instar. Quam interpretationem satis habeo commemorasse. Quae sequuntur נְהָרוֹת תְּבַקַּע אָרֶץ male annexa huic commati esse ab eo qui in versus divisit carmen, pertinere potius ad ea quae subjiciuntur, praeter סֶלָה appositum אֹמֶר voci docet res ipsa. *Flumina prorumpere facere*, profundere, dicitur *terra* commota adventante deo; cf. vs. 10. Hitzigius: *flumina findis ad terram*, coll. Job. 28, 10., monens, incommodam prodire sententiam, si terra dicatur emittere flumina s. fontes, ut quod non pertineat ad tempestatem; praeterea, quum initio commatis oratio conversa sit ad Jovam, Jovam hic habendum esse Subjectum. Verum cum flumina profundere dicitur terra, *causa* spectatur, qua id fiat, commotio, inquam, terrae, quae tanta esse cogitatur, ut fissa terra prorumpant flumina. Nec firmius est alterum argumentum, quum, ut supra vidimus, non praecedentibus, sed sequentibus arctius nectenda sint verba. Quam apte vs. 10. dicuntur contremiscere montes cet., tam apte hic dicitur flumina profundere terra. Alii: *in flumina findis terram*, i. e. terram findis, ut flumina prorumpant. Sic Rosenmüllerus, qui praeterea „tangi hic plerique, inquit, existimant historiam, quae refertur Exod. 13, 6. Num. 20, 11., ubi legimus, aquam e petra eductam fuisse, quae exercitum sequuta sit fluminis instar, ac potum populo affatim praebuerit. Quo pertinet et illud Ps. 78, 16. *eduxit fluenta* (rivos) *e rupe*, *et descendere*

(defluere) *fecit ut flumina aquam.* Eodem nostra verba retulit Chaldaeus. Obvertit quidem Schnurrerus, illum eventum si spectasset vates, eum pro אֶרֶץ ponere צוּר vel סֶלַע debuisse. Nos tamen nobis vix possumus persuadere, poetam philologica ἀκριβείᾳ in seligendis vocibus usum fuisse.“ Sed plane alienus a consilio
vatis iste *potus* est. — *Vident*, conspiciunt *te*, *tremunt montes*, 10.
tremunt te conspecto montes, *imbres aquarum irruunt; edit oceanus vocem suam, in altum manus suas tollit.* עָבַר alii: *redundans transit*, quod non convenit in imbrem. נָתַן תְּהוֹם קוֹלוֹ *edit oceanus* concitatus *vocem suam*, fragores. רוּם Acc. *in altum*. Sensum ultimi membri recte expressit Schnurrerus his verbis: „manus maris in altum sublatae ex natura hujus loci non possunt esse nisi fluctus tempestate saeviente in altum sublati exaggeratique.“ Quum תְּהוֹם etiam *coelestem oceanum* significet (Gen. 7, 11. 8, 2.), et tonitruum nusquam alias in hoc loco, fulminum vero statim vs. 11. mentio fiat, Hitzigius נָתַן תְּהוֹם קוֹלוֹ de fragoribus coeli intelligenda putat, et quae subjiciuntur, de ejusdem manibus sublatis ad faciendum ictum, qui, cum decidat, efficiat tonitru. Sed coeli fragor *vox* est, non ictus manus. Debebit qui illam rationem sequi maluerit de *fulminum* ictibus cogitare in ultimo membro. Quod qui facit possit etiam Sub-
jectum facere רוּם. Hesselbergus Jovam facit Subjectum. — *Sol*, 11.
luna stat, sol et luna stant *in domicilio*, id est, abscondita, abdita se tenent, obscurata sunt, non lucent, *ad lucem sagittarum tuarum*, fulminum tuorum, quae *volant*, *ad splendorem fulguris hastae tuae*, i. e. saeviente tempestate. Ad priora verba Schnurrerus: „trita est, inquit, Hebraeorum loquendi forma, qua sol occidens dicitur *intrare*, oriens *exire*; et tentorium s. habitaculum diserte soli tribuitur Ps. 19, 5. Itaque sol et luna si perstitisse dicuntur in habitatione sua, quid quaeso significare illud possit, nisi hoc: abstinuisse haec sidera ab oriendo?“ Sed manifeste hic agitur de sole et luna, cum versantur in coelo. Gesenius de signis zodiaci cogitat, quae Hebraei vocabant מַזָּלוֹת *deversoria, hospitia.* Nobis eadem fictio hic subesse videtur, quae subest, cum sol occidens tentorium s. domicilium suum putatur ingredi, sed translata in solem et lunam, cum in medio coelo se abdunt, ita ut *stare*, morari *in domicilio*, de sole et luna dictum, sit *abditum, obscuratum esse, non lucere.* Cogitandum de sole et luna obtectis nubibus tonante et fulgurante coelo. De eo,

quod splendor fulminum lucem solis ac lunae effundat, quae est Hitzigii opinio, vates non videtur cogitasse, licet statim subjiciat *ad lucem sagittarum tuarum* cet.; his enim nonnisi tempestas videtur describi. Rosenmüllerus, Hesselbergus et alii locum ad ea referunt, quae leguntur Jos. 10, 12 sq., secuti Chaldaeum. Sed vere Hitzigius aliam istius loci rationem esse monuit, ut quo sol et luna versentur *extra* domicilium suum. Plane non ferendum nec nisi praejudicatae opinionis in gratiam excogitatum est, quod Rosenmüllerus *domicilium* solis et lunae nil nisi *coelum* esse vult. Ceterum quod cum sole luna memoratur, caussa nulla alia est, quam quod solis luna quasi comes est. De זְבֻלָה cf. Ges. gr. min. §. 93. 1, b. לְ praemissum אוֹר et נֹגַהּ vocibus nonnulli *secundum*, hinc *tanquam, quasi* volunt significare. Sed languidior est qui sic nascitur sensus hic: *tanquam lux sagittae tuae vo-*
12. *lant, tanquam splendor fulgur hastae tuae.* — Adventantis Jovae consilium vs. 12—15. *In indignatione*, indignabundus *pervadis*
13. *terram, in ira*, iratus *conculcas populos;* cf. vs. 6, a. b. — *Exis*, prodis *ad servandum populum tuum, ad servandum unctum*, regem *tuum; decutis*, dejicis *caput*, fastigium *de domo improbi, nudas*, evertis *fundamentum* illius domus *usque ad collum*, id est, hominis altitudine. יֵשַׁע sequitur hic constructionem verbi sui finiti. „Fuere, qui verterent לְיֵשַׁע אֶת־מְשִׁיחֶךָ: *ad salutem cum uncto tuo*, praeeuntibus Aquila et versionis quintae auctore, qui, teste Hieronymo, habent *εἰς σωτηρίαν σὺν Χριστῷ σου*, nec non Vulgato: *in salutem cum Christo tuo.* Et orationis quidem structura bene fert hanc interpretationem; possis enim ex antecedentibus repetere עַמֶּךָ, ut alterum comma eandem sententiam exhibeat quam prius, sed pleniorem illam et magis definitam; cujus generis exempla exstant quamplurima. Sed negari nequit, primo hoc ipsum nonnihil offensionis habere, quod Jova in auxilio suis parando comitem aliquem ac socium sibi adjungat; deinde prorsus incertum ac dubium fore, quemnam socium intelligi voluerit propheta. Malumus igitur cum Dathio מְשִׁיחֶךָ synonymum habere עַמֶּךָ vocis. Etiamsi enim populus Israeliticus vere unctus haud esset, uncti tamen nomine ornari recte poterat propterea, quod esset ex universa populorum multitudine delectus a deo ipsique dicatus consecratusque, consecratio autem peragi soleret antiquissimis temporibus ungendo. Permutabantur itaque nomina *sacri* et *uncti*, et hoc de illis etiam dicebatur, qui sacri erant et habe-

bantur, etiamsi non uncti. Sic Ps. 105, 15. tres primarii Israelitarum patriarchae dicuntur מְשִׁיחֵי יְהוָה, non quod uncti, sed quod Jovae cari sacrique essent. Ps. 28, 8. מְשִׁיחַ יְהוָה aeque possis de ipso populo intelligere, ac de populi rege. Quibus accedit hoc, quod commemoratur a Montefalconio vetus aliquis Graecus interpres, qui מְשִׁיחֶךָ reddidit τοὺς ἐκλεκτούς σου." Haec Schnurrerus, quem secuti sunt praeter alios Rosenmüllerus, Hesselbergus, Hitzigius, qui: „*unctus* non est Jojakimus, sed, convenienter ad parallelismum, populus electus, consecratus, qui idem *unctus* dici videtur Ps. 28, 8., certo autem dicitur Ps. 84, 10. 89, 39." Verum de *populo unctus* nec dicitur locis laudatis, neque opus est ut dicatur hoc loco. Ad prius quod attinet, cf. ad locos ipsos. (Etiam de Ps. 105, 15. vid. ad ipsum.) Ad posterius quod attinet, quis non videt, *populo* optime respondere *ipsius regem?* Eadem parellelismi ratio Ps. 28, 8. Neque vero de rege qui tum fuit, sed de *rege in abstracto*, de *regia*, inquam, *dignitate* intelligendus est *unctus*, rex; cf. Ps. 89, 19. 39. Verborum 'מָחַצְתָּ וגו sensus: deles domum improbi a summis usque ad ima, funditus eam deles; cf. haud absimilis dictio Am. 2, 9. *Domus improbi* vero est regnum Chaldaeorum. עָרוֹת Infin. absol. formae שָׁתוֹת Jes. 22, 13., continuans Verbum finitum. Ad עָרוֹת יְסוֹד cf. Ps. 137, 7. Mich. 1, 6. עַד־צַוָּאר *usque ad collum*, id est, ita ut fundamentum evertatur altitudine hominis; cf. Jes. 8, 8. 30, 28. Aliter Schnurrerus, Rosenmüllerus, alii. Hi, „quum locis duobus aliis, Ps. 68, 22. et 110, 6., quibus exstet formula מָחַץ רֹאשׁ, nomen רֹאשׁ proprie et collective dicatur de capitibus hostium, quae victor pedibus conculcet, illud neque hic alio sensu recte accipi posse" judicant. Itaque sic verba מָחַצְתָּ רֹאשׁ מִבֵּית רָשָׁע illi interpretati sunt: *contundis* (al. *contudisti*, rem referentes ad tempus praeteritum; vid. ad vs. 3.) *capita de domo improbi*, i. e. capita eorum, qui sunt (erant) de domo improbi, de gente improborum. Recte tamen Hitzigius indicare membrum quartum monuit, proprie intelligendum esse *domum*, ideoque רֹאשׁ ejus esse *fastigium*. Secus quidem atque nos membrum quartum expediunt interpretes supra dicti. „Postrema verba necesse est, inquiunt, elliptice dicta esse, nisi locum ipsum aliqua sui parte truncatum esse dixeris, quam vero suspicionem in antiquis versionibus nihil est quod ullo modo confirmare possit. Elliptica si sint verba, sponte legentibus succurrit, dicta esse pro

nudasti (vid. sup.) *fundum* maris (rubri), *usque ad collum* aqua
pertigit." Sed violentior haec ratio est, quam quae possit haberi
14. vera. — *Confodis hastis suis*, suis ipsius hastis *caput*, principem
ducum ejus, improbi, Chaldaei, qui *irruunt ad dispergendum me*,
i. e. populum Israeliticum, *quorum exsultatio* est *quasi ad voran-
dum miserum in latibulo*, id est, qui exsultant quasi jamjam ab-
sumturi miserum populum in suo insidiarum loco. מַטִּים *hastae*,
ut supra vs. 9. פְּרָזִים *duces*; vid. ad Jud. 5, 7. Suffixum in
מַטָּיו referendum ad nomen quod sequitur ראשׁ; cf. Ps. 9, 13.
ibique not.; illud vero quod in פְּרָזָו est Suffixum ad רָשָׁע i. e.
ad Chaldaeum, vs. 13., est referendum. *Caput ducum ejus*, po-
puli Chaldaeorum, est illorum princeps, rex. Hic igitur suis ipsius
armis a Jova confodendus dicitur. Alii Suffixum in מַטָּיו ad עַמְּךָ
vel ad מְשִׁיחֶךָ vs. 13. referre malunt, ut hic prodeat sensus:
confodis hastis ejus, populi tui vel uncti tui, *capita ducum ejus*,
populi Chaldaeorum. Quod dicturum vatem suspicor scripturum
fuisse מַטֶּיךָ; cf. vs. 9. 11. Obstare praeterea videtur, quod
membro secundo populum suum vates memorat ita, ut nomine
ejus loquens utatur Persona prima, לַהֲפִיצֵנִי dicens; cf. infra vs. 18.
et supra 1, 12. יִסְעֲרוּ et עֲלִיצֻתָם relative accipi possunt, ut
יְהַלֵּכוּ vs. 11. Apta tamen etiam structura absoluta: *irruunt* cet.
Verba עֲלִיצֻתָם כְּמוֹ לֶאֱכֹל non possunt aliter capi atque cepimus,
neque est quod desideres in eo sensu. עָנִי *miserum*, i. e. me,
populum Israeliticum. בַּמִּסְתָּר *in latibulo*, ipsorum, hostium puta,
leonis instar; cf. Ps. 10, 9. 17, 12. Perperam Schnurrerus et
15. alii מִסְתָּר de ipsius populi Israelitici intelligunt latibulo. — *In-
grederis per mare equis tuis*, per *aestum aquarum multarum*.
סוּסֶיךָ accipiendum ut קוֹלִי Ps. 3, 5., פִּימוֹ Ps. 17, 10., חַרְבְּךָ,
יָדְךָ ibid. vs. 13. 14. al. Quod יָם voci praemissum est ב pertinet
etiam ad חֹמֶר. Hoc vero hic significat *aestum*; cf. חָמַר in ea-
dem re Ps. 46, 4: יֶהֱמוּ יֶחְמְרוּ מֵימָיו *fremunt*, *aestuant aquae
ejus*. Videtur denuo respici admirandus transitus sinus Arabici,
ut hic sit sensus: non mare, non aestuantes undae tibi possunt
impedimento esse, nulla vis impedire te potest, quominus serves
tuos; cf. vs. 8. coll. vs. 3. et 6 sq.; alioquin de perturbationibus
civitatum cogitari posset, coll. Ps. 46, 4. Hitzigius: *conculcas
mare equis tuis*, *lutum aquarum multarum*, mari hic quoque, ut
vs. 8. fecit, indicari putans exercitum hostilem, quem non sine
idonea ratione *aquae coenosae* comparet vates. Sed *lutum* si vis

esse חֹמֶר, minus quaesita videbitur interpretatio Schnurreri, luto *imum*, *fundum* maris (rubri) significari judicantis. — Jam eo, 16.
unde vs. 2. egressa est, refert se oratio. *Audivi*, *et tremunt viscera mea*, *ad vocem* illam tuam quam audivi *palpitant labia mea; venit caries in ossa mea*, *et subter me*, in inferioribus meis *tremo*, genua mihi tremunt, *qui* vel *quod quiescere*, quietus esse *debeo ad diem*, tempus *calamitatis*, *ad expeditionem contra populum* ejus qui *urget eum*, populum, id est, quod quietum me tenere coactus sum tempore hoc calamitoso, tempore quo expeditionem suscepit contra populares oppressor, Chaldaeus. שָׁמַעְתִּי *audivi*, non quae continetur vs. 3—15., ut quae vatis cogitata sint, non dei verba patefacta vati, sed שִׁמְעֲךָ יְיָ vs. 2., id est, nuntium de Jova ad propulsandos Chaldaeos certo quidem sed non statim venturo (cf. 2, 3.). De quo eodem nuntio intelligendum est etiam quod sequitur קוֹל. Quod צָלְלוּ dicitur de labiis, Hitzigius eo refert, quod labia vatis obstupefacti quasi inscio ipso audita Jovae verba reddant, imitentur. Quod quaesitum. Magis mihi probantur Rosenmüllerus, qui: „*tinnierunt labia mea*, ita tremuerunt et palpitarunt, ut quasi tinnirent," et Schnurrerus, cujus haec sunt verba: „formulam צָלְלוּ שְׂפָתַי ut duram atque incongruam vituperat J. D. Michaelis, ratus, loco שְׂפָתַי scribendum fuisse אָזְנַי *aures meae*. Verum est, tinnitum de labiis dictum insolentius quid habere. Sed et labiis tinnitus tribui poterat haud prorsus absone, quod, quum quis horrore corripitur, palpitant colliduntur que labia atque sonum aliquem edunt, non quidem vere tinnientem, sed qui tinnire dici posset vel poetice, vel quod proprio verbo lingua careret." Nescio tamen equidem, an rectius צָלַל hic significare *palpitare* suspicer, quum primaria hujus verbi vis ponenda sit in *motu vibrante* et *incerto;* cf. ad Ps. 17, 8. *Venit caries in ossa mea*, collabasco prae terrore, non secus, ac si ossa carie essent erosa. „Veteres interpretes pro רָקָב raro consensu exprimunt רֹגֶז, *tremor*, ne excepto quidem Chaldaeo, qui זִיעָא reddidit. Codicum tamen, qui hodie exstant, nullus רֹגֶז exhibet (cf. tamen K. 224 in marg.) et receptum in illis רָקָב Schroederus dextre defendit observando, haud difficulter intelligi, quomodo legendi illa varietas orta sit; etenim quum modo praecesserit verbum רָגַז, et mox idem verbum recurrat, facile fieri potuisse, ut nomen רֹגֶז vel calamo librarii subreperet, vel obversaretur animo interpretis. Addit Schnurrerus, alieniorem videri

ab ingenio Habacuci, haud sane tardo sterilique, ejusdem vocis continuam repetitionem in ejusmodi loco, ubi sermonis varietas difficultatem non haberet." Ros. Sanissimum haud dubie רקב, nec nisi liberius interpretati veteres. Concinunt verba וַתִּרְגַּז . . . אֶרְגַּז cum יָרֵאתִי vs. 2. (ubi non debebam certiorem dicere interpretationem Rosenmülleri; nam cum שֵׁמַע יי sit nuntius de Jova ad delendos Chaldaeos certo quidem sed interjecto aliquo tempore venturo (2, 3.), nihil potest ambigui habere יָרֵאתִי, eoque minus, quod statim ad opus perficiendum deum excitat vates). Verba postrema, variis modis intellecta a superioribus, persuasum habeo eo modo expedienda esse quo expedivi. Sic tantum bene concinunt dicta vs. 2. inde ab יְהוָֹה פָּעָלְךָ, sic tantum bene cohaerent quae subjiciuntur vs. 17. אֲשֶׁר *qui*, vel si mavis *quod*. נוּחַ לְ *quiescere, quietum se tenere* (cf. 1 Sam. 25, 9.) *ad* aliquid, quiete, patienter ferre aliquid. לַעֲלוֹת non pendet ex לְיוֹם צָרָה, sed pariter atque illud ex אָנוּחַ. Hoc enim postulat ratio parallelismi. Cum לַעֲלוֹת arcte cohaeret יְגוּדֶנּוּ (אֲשֶׁר), utpote illius continens Subjectum, quod inter et Infinitivum לְעַם interpositum est eo modo, quo interposita similia sunt in exemplis his: בִּשְׁלֹחַ אֹתוֹ סַרְגוֹן Jes. 20, 1., כֶּאֱכֹל קַשׁ לְשׁוֹן אֵשׁ, ibid. 5, 24. ubi vid. not. גּוּד ut Gen. 49, 19. Qui *urget*, opprimit, est Chaldaeus. Suffixum vero referendum ad praecedens עַם, qui est populus Hebraeorum. Quum jam supra vates Jovam alloquens dixisset עַמֶּךָ vs. 13, hostes vero populi Hebraeorum nominasset גּוֹיִם vs. 6. 12., nequaquam opus erat, ut pro לְעַם hoc loco diceret לְעַמִּי aut לָעָם; cf. etiam de eodem עָנִי vs. 14., de Chaldaeo רָשָׁע vs. 13. Ad totum hoc membrum cf. יִסְעֲרוּ לַהֲפִיצֵנִי vs. 14. Vide jam, quam accurate concinant hoc comma et comma 2. Concinunt enim שָׁמַעְתִּי et שָׁמַעְתִּי שִׁמְעֲךָ; concinunt quae subjiciuntur verba וַתִּרְגַּז usque ad אֶרְגַּז et יָרֵאתִי; concinunt quae postremo loco posita sunt אֲשֶׁר אָנוּחַ cet. et יְהוָֹה פָּעָלְךָ rel. Quemadmodum enim verbis אֲשֶׁר אָנוּחַ rel. queritur vates, quod quiete ferre debeat injurias hostium, sic superiore loco ne differatur auxilium orat. Schnurrerus, Rosenmüllerus, de Wette et alii verba אֲשֶׁר אנוח וגו׳: *quod manere debeam diem calamitatis* cet. Sed jam adest dies calamitatis; cf. vs. 14. 17. 2, 17. Hitzigius: *qui silens exspecto diem calamitatis, ut adveniat populo* Chaldaeorum, qui *urget eum*, diem, eum provocat pravis facinoribus. Hesselbergus: *utinam quiescam (?) die calamitatis, ubi migrabimus ad populum*, qui

urgebit, affliget nos! — Jam causam exponit eorum, quae dixerat 17.
versu superiore. Nec mirum, contremiscere me toto corpore, quod per certum tempus ferenda sit haec calamitas, hostium quam patimur oppressio. Nam vastata jacet terra; emortua ficus, nullus in vitibus proventus, spem fallit olea, nullae in arvis fruges, vacuae ovibus caulae, armentis stabula. *Nam ficus non floret,* emittit grossulos, *neque est proventus in vitibus,* nullae proveniunt in vitibus uvae; *mentitur,* spem fallit, *opus,* fructus *oleae,* qui ab olea exspectatur fructus, *et arva non faciunt,* proferunt *cibum,* fruges; *deficit in caula pecus, neque est armentum in bovilibus.* De Wette: *nam tum non floret ficus;* Hitzigius: *nam ficus non florebit* cet. Male. Nullum adest שָׁם; non respicitur futura sed praesens terrae facies; cf. supra. Ad כִּחֵשׁ מַעֲשֵׂה זַיִת cf. תִּירוֹשׁ יְכַחֶשׁ בָּהּ Hos. 9, 2. ibique not. שְׁדֵמוֹת עָשָׂה eadem constructio ad sensum, quae Jes. 16, 8., ubi vid. not. Ceterum nullus dubito, quin שָׁדַם, ex quo est שְׁדֵמוֹת, referendum sit ad שָׁדַף *adurere*, ita ut שְׁדֵמוֹת *arva* nomen habeant a *flavescendo*, atque proprie significent arva, qualia esse solent sub tempus messis, cum fruges et folia incipiunt flavescere. גָּזַר Hitzigius transitive capit, Subjectum faciens Chaldaeum. Sed aptior ad nexum notio intransitiva, eique hic sine ullo negotio datur locus. Nam ex *dissecandi, abscidendi* notione proficiscitur *finem faciendi*, *perficiendi* notio, ex hac vero notio *desinendi, deficiendi* (cf. גָּמַר al.). Sic جَزَرَ quoque de recedente et decrescente mari vel fluvio dicitur. LXX: ἐξέλιπεν ἀπὸ βρώσεως πρόβατα. — Jam erigit sese spe, fore, ut Jova promissum prae- 18.
stet. Loqui videtur totius populi nomine, ut vs. 14. *Ego vero de Jova laetabor, exsultabo de deo salutis meae,* salutem afferente mihi! — *Jova, dominus,* est *robur,* praesidium *meum, et* 19.
facit pedes meos ut cervas, ut cervarum pedes, quam velocissimos, ut evadam e periculis, *et in locis meis excelsis ingredi me facit,* et loca edita, quae me tutum reddant, assequi me sinit. Sumtus hic locus est ex Ps. 18, 33. 34., ubi vid. not. בָּמוֹתַי *loca mea excelsa:* loca excelsa in quibus ego sim in tuto collocatus, quae me servent. — Verba postrema לַמְנַצֵּחַ בִּנְגִינוֹתָי formula musica sunt, non recte intellecta ab interpretibus. Reddenda sic sunt: *Praecentori* canendum (carmen praegressum cap. 3.) *fidibus meis;* vid. ad Ps. 4, 1. Cum dicit בִּנְגִינוֹת, *fidibus,*

generatim instrumentum significat, quo adhibito carmen canendum sit; בִּנְגִינוֹתָי vero, '*fidibus meis* cum dicit,' fidium certam quandam formam indicat, qua de melodia edoceatur praecentor; cf. ad Ps. 6, 1. Utebatur vates in carminibus suis vel ab ipso vel ab aliis canendis certa fidium forma, ad certos tenorum modos ac numeros proferendos idonea. Vides jam, bene concinere hanc, quae in fine carminis posita est, formulam et illam, quae posita est in fronte. Hac enim adhibito fidium instrumento, et certo quidem illo ad efficiendam certam melodiam composito canendum carmen esse indicatur, illa vero qualis sit ista melodia significatur. Poterat in illa pro עַל־שִׁגְיֹנוֹת aeque recte poni queruli cujusdam carminis exordium (cf. ad Ps. 6, 1.).

ZEPHANIA.

CAP. I, 1. Inscriptio. *Verbum*, effatum *Jovae, quod factum*, 1.
delatum *est ad Zephaniam*, *filium Chusii*, *filii Gedaliae*, *filii Amariae*, *filii Hiskiae*, *diebus*, tempore *Josiae*, *filii Amonis*, *regis Judae*. Quum contra prophetarum omnium morem non solum pater Zephaniae, verum etiam avus, proavus et abavus memorentur, sunt, quibus Hiskia abavus videatur fuisse vir illustris, fuisse videatur Hiskia rex. Quam opinionem Rosenmüllerus oppugnat, „ab Hiskia rege, inquiens, ad Josiam, cujus tempore vaticinatus est Zephania (vid. infra), non nisi tres sunt generationes; ab abavo autem suo Hiskia quarta jam generatione distat Zephania. Neque alius, praeter Manassen, filius in libris historicis memoratur, 2 Reg. 20, 21. 21, 1. Quum Hiskiae nomen pluribus inter veteres Hebraeos hominibus esset commune, simile veri non est, vatem *regis Judae* appellationem, quam alias adjicere solent scriptores Hebraei, hic omisisse, si ex illo genus traxisset." At, inquit Hitzigius, Manasse, rex factus anno vitae 12., regnum tenuit annos 55, 2 Reg. 21, 1., et Amaria illius fuisse videri potest frater natu major, ortus ex concubina. Quod Hiskia non appelletur *rex Judae*, id majoris quidem momenti esse fatetur Hitzigius, coll. Prov. 25, 1. Verum quum in Josiae nomine ista appellatio omitti non potuerit, contra in nomine Hiskiae minus necessaria visa esset, omissam in hoc esse, ad vitandam ejusdem appellationis repetitionem. Nos exigui vel potius nullius momenti rem relinquimus in medio. Gravior quaestio est de aetate vatis. Regnante Josia orationes editas esse dicit inscriptio, idque confirmatur argumento orationum ita, ut simul, quibusnam regnantis Josiae annis Zephania vates exstiterit ex illo intelligatur. Nam cum 2, 13. Nineve deletum iri dicatur, ea vero urbs sit deleta a Nabopolassare et Cyaxare anno ante Chr. 625., regnantis Josiae 18., sequitur, ut scripserit Zephania ante hunc

annum. Item, quod 1, 4. exstirpandae dicuntur *reliquiae Baali* (vid. ibi not.), indicio est, in lucem emissa oracula esse inter coeptam ab Josia et perfectam sacrorum emendationem, id est, 12. inter et 18. regis Josiae annum, 631 inter et 625 ante Christum, 2 Chron. 34, 3. 8. cf. Movers die Chronik p. 334. Quos Zephania Judaeis aliisque imminere dicit hostes, 1, 16. al., Hitzigius Scythas esse vult, Herod. 1, 105., duplici de causa, una, quod quae dicantur 3, 15. unice cadant in Scythas, ut qui finibus Palaestinae ab ipsis occupatae subito excesserint, altera, quod in Jeremiae orationibus prioribus eodem illo tempore editis et ipsis respiciantur Scythae. Quorum argumentorum neutrum valet quidquam. Nemo qui liber ab opinione praejudicata legerit quae dicuntur 3, 14 sqq. non videbit statim, de re futura loqui vatem, eaque incerto, longius remoto tempore futura, minime vero de peracta aut praesenti. Decet ex historia dijudicari res quas prophetae dicunt gestas esse aut geri in praesenti, plane absonum vero est, ad eandem revocare quas praedicunt gerendas aliquando. Ne adsunt quidem quo tempore vates loquitur hostes; multo minus abeunt aut in eo sunt ut abeant. Invasuros vates hostes minatur, sed sperat idem fore, ut Jova illos propulset. Quaenam igitur hujus rei potest vis esse in definiendis de quibus agitur hostibus? Apud Jeremiam vero intelligendi videntur Chaldaei, non Scythae. Quod scribens non curo equidem quod Aug. Küperum et ipsum hostes a Jeremia eodem tempore descriptos Chaldaeos esse statuentem (Jeremia libror. sacror. interpres p. 13.) hebetis ingenii hominem dicit Hitzigius; cf. not. ad Jer. 1, 14. 4, 13. 5, 6. 15. 6, 20. al. Frustra vir doctior quam modestior negat Chaldaeorum jam tum temporis firmatum imperium fuisse. Quid? qui anno regnantis Josiae 18. cum Medis poterant projicere regnum Assyriorum, eos ejusdem anno 13. nondum additum sibi habuisse timoris plurimum ac potentia? Chaldaeos itaque putamus esse etiam quos Zephania imminere dicit hostes. Quod neque ab Jeremia in orationibus prioribus, neque a Zephania Chaldaei expresso verbo nominantur, causa nulla est alia, quam quod, licet posset cognosci, tamen non poterat pro certo dici, in magnis quae tum volvebantur rerum Asiaticarum mutationibus imperium omnium gentium Chaldaeos occupaturos esse. In qua re consentientes videor habere Dan. a Coelln (Spicileg. observ. exeg. crit. ad Zeph. vatic.) et Rosenmüllerum, qui „illarum gen-

tium (Assyriorum, Philisthaeorum, Ammonitarum, Moabitarum et Cuschaeorum, cap. 2.) interitum, inquit, vates in universum tantum praedicit, nec a quonam populo exercituumve duce exitium illis afferendum sit, praesignificat. Eandem generalem vaticinandi rationem recte observat a Coelln deprehendi in Jeremiae oraculis iis, quae Zephaniae sint aequalia; in reliquis vero, cum fata jamjam instarent, editis, Chaldaeos cum Nebucadnezare, duce, expressis verbis indicari.“ Zephaniam post Habacucum officii sui partes implevisse nuper existimavit Koesterus (die Propheten p. 111.), coll. 1, 7. cum Hab. 2, 20., negans idem, colligi posse ex 2, 13., fuisse Zephaniam aetate superiorem Habacuco. Sed falsum est quod dicit formulam הַס מִפְּנֵי יְהוָֹה aptiorem esse in Habacuco quam in Zephania, nec, si esset minus apta in Zephania, inde sequeretur, ut eam Zephania sumsisset ab Habacuco. Nec video equidem, qua ratione Nineve quo tempore erat eversa dici potuerit evertenda. Accedit, quod, si Jojakimi tempore post Habacucum vates exstitisset Zephania, Chaldaeos nominaturus eosque non jam imminere sed grassari praesentes dicturus fuisset. Praeterea non potuit de *reliquiis Baali* recte et apte loqui vates eo tempore, quo abrogatus ab Josia deorum commenticiorum cultus iterum invaluerat, sed aliis debuit uti verbis.

CAP. I, 2—18. Vs. 2—6: imminet tempus, quo Jova
gravissimo supplicio afficiet Judaeos, deorum fictorum cultui de-
litos, 7—13: proceres luxuriosos et violentos, divites confiden-
tes suis divitiis. 14—18. descriptio supplicii. — Vs. 2. et 3. 2.
Hitzigius exordium totius libri esse vult, הָאֲדָמָה dictum putans
de universa terra, coll. cap. 2. Nescio an rectius sermonem in-
ferri dicam de iis, quae proxime sequuntur vs. 4 sqq., coll. cum
illis versus tertii verbis הַמַּכְשֵׁלוֹת אֶת־הָרְשָׁעִים; cf. tamen etiam
2, 11. al. *Auferam omnia de facie terrae*, Judaicae, ut videtur,
dictum Jovae. In אָסֹף אָסֵף Infinitivum absolutum אָסֹף verbi
אָסַף, et formam finitam אָסֵף verbi סוּף eadem ratione conjuncta
vides, qua verbo finito Infinitivum ejusdem thematis absolutum
praemittere amant Hebraei. Sic etiam Jer. 8, 13: אָסֹף אֲסִיפֵם,
Jes. 28, 28: אָדוֹשׁ יְדוּשֶׁנּוּ. Congerendis hujusmodi verbis, signifi-
catione quidem simillimis, sed origine diversis potestati, qua
gaudet Infinitivus absolutus praepositus Verbo finito, elegantiae
quid addunt scriptores. — Explicat jam quod supra dixerat כֹּל. 3.

Auferam homines et pecudes, auferam aves coeli et pisces maris,
et offensiones, deorum fictorum simulacra, una *cum improbis; et*
exstirpabo homines de facie terrae, dictum Jovae. Recipitur Ver-
bum finitum. Similibus his verbis extrema terrae vastatio descri-
bitur Jer. 9, 9. Hos. 4, 3. al. מַכְשֵׁלוֹת *offensiones* deorum fal-
sorum simulacra vocat, quod occasio sunt deficiendi, incitant ad
deficiendum a Jova. Sic eadem Ezechiel 14, 3. dicit מִכְשׁוֹל עֲוֹן.
Hitzigius מַכְשֵׁלוֹת domos esse jubet *ruinam minantes*, haud pro-
fecto apte ad rem. Debet מַכְשֵׁלֹת hic omnino idem exprimere
quod alias vicinum מִכְשׁוֹל. Praesignificat vates id, quod vs. 4
sqq. uberius dicit. In fine versus denuo delendos *homines* dicit,
4. quia de his potissimum agitur. — *Et extendam manum meam in*
Judam et in omnes incolas Hierosolymorum, et exstirpabo ex
loco hoc reliquias Baali, nomen sacrificulorum cum sacerdotibus.
נָטָה יָד de manu dei puniente, ut Jes. 5, 25. 9, 11. al. אֶת־שְׁאָר
הַבַּעַל *reliquias Baali*, cultus deorum fictorum reliquias, maxime
latentes, quas Josias, quamquam multum connisus, auferre nondum
potuerat. De Wette: exstirpabo *Baalum prorsus*, ita ut nihil
ejus reliquum maneat, coll. arab. سَائِر, contra usum linguae he-
braicae. *Nomen* sacrificulorum deletur, cum delentur ipsi. Ex
ordine sacerdotum fuisse כְּמָרִים videtur colligi posse ex 2 Reg.
23, 5. Hos. 10, 5. At quomodo inter se differant illi et כֹּהֲנִים,
dici nequit. Rosenmüllerus nihil obstare monet, quominus הַכֹּהֲנִים
putentur esse sacerdotes Jovae, quorum vitia et infra 3, 4. a vate
perstringantur. Cui sententiae vereor ut faveat nexus, qui illo
5. loco est alius. — *Et* exstirpabo *eos qui prosternunt se in tectis*
exercitui coeli, qui in tectis (planis illis) divino honore afficiunt
agmina coelestia, sidera, *et qui prosternunt se, jurant Jovae et*
qui simul *jurant per regem suum*, id est, et eos qui Jovam qui-
dem divino honore afficiunt eique nomen dant, sed qui simul co-
lunt deum suum falsum, id est, qui cultum Jovae cum idolorum
cultu conjungunt. Cum nulla hic versus laboret difficultate, pla-
cuit Hitzigio, arte facere difficultates et factas arte artificiose
solvere. Is verba postrema וְהַנִּשְׁבָּעִים בְּמַלְכָּם *et qui jurant per*
Milcomum (בְּמִלְכֹּם) interpretatur, monens, LXX et Masorethas
per regem suum (בְּמַלְכָּם) expressisse quidem, sed non videri cre-
dibile, *jurasse per Josiam*, sacrorum emendatorem, cultores deo-
rum fictorum, probabile potius, eos illi male precatos esse. Videri

verba הַנִּשְׁבָּעִים לַיהוָה rel. pendere ex וְאֶת־הַמִּשְׁתַּחֲוִים.. Itaque alios esse qui Jovae jurent, alios qui jurent per Milcomum. Quaeri jam, qui fiat, ut delendi dicantur etiam qui Jovam colant. Violasse fidem Jovae, non posse ut concessum sumi. Non licere ad מִשְׁתַּחֲוִים posterius cogitando repeti vel עַל הַגַּגּוֹת לִצְבָא הַשָּׁמַיִם, vel simplex עַל הַגַּגּוֹת. Igitur וְאֶת־הַמִּשְׁתַּחֲוִים posterius scribarum errori tribuendum esse, ut hic prodeat sententia: *et exstirpabo adorantes in tectis exercitum coeli*, *eos qui jurant Jovae*, *et eos qui jurant per Milcomum*, atque ita duo genera sistantur divino honore afficientium astra, unum eorum, qui praeter illa Jovam exercituum colerent, alterum eorum, qui colerent Molochum. Quae purae putae nugae sunt. Recte quidem quod receptum est בְּמַלְכָּם negatur referri posse ad Josiam. Sed de Josia nemo sanus unquam cogitabit. Cum sermo sit de cultu deorum, מַלְכָּם *rex eorum* est *eorum deus*; item, quum opposita sint וְהַנִּשְׁבָּעִים בְּמַלְכָּם verba verbis הַנִּשְׁבָּעִים לַיהוָה, ille *eorum deus* putandus est *deus commenticius*, plane ut Amos. 5, 26. Falsum est, quod docet Hitzigius, הַנִּשְׁבָּעִים לַיהוָה et quae subjiciuntur pendere ex וְאֶת הַמִּשְׁתַּחֲוִים; pendent enim una cum illis ex וְהִכְרַתִּי versu superiore, ita ut הַנִּשְׁבָּעִים sit ejusdem rationis grammaticae, cujus est praecedens הַמִּשְׁתַּחֲוִים, perinde ac si cum illo cohaereret copula. Quae ipsa copula omissa ante הַנִּשְׁבָּעִים prius fraudi fuit Hitzigio. Eam vero consilio omisit scriptor, eo quidem, ut posita ante הַנִּשְׁבָּעִים posterius magis perspicuam redderet vim illius sententiae. Quod הַנִּשְׁבָּעִים priori subjunctum est לַיהוָה pertinet etiam ad proxime praecedens הַמִּשְׁתַּחֲוִים, qua voce in posteriore hemistichio vates nulla alia de causa utitur, quam quod eadem usus erat hemistichio priore. Duo igitur genera distinguuntur colentium deos falsos, unum eorum, qui divino honore afficiant sidera (iidem Baali cultores 2 Reg. 23, 5. Jer. 32, 29.), alterum illorum, qui Jovam colant quidem, sed simul colant deum suum falsum; de quibus cf. 1 Reg. 18, 21: *Quousque claudicatis in duas partes? Si Jova est deus, hunc sequimini; sin Baal, hunc sequimini!* Ceterum minus recte nonnulli נִשְׁבַּע בְּ locutionem hic idem significare volunt quod נִשְׁבַּע לְ. Manet hic quoque sua utrique potestas. Concinunt enim in eo, quod hic spectatur, in *colendi*, inquam, notione. Deum enim colit et qui *jurat ei*, ei nomen dat, et qui *jurat per eum*. Ad לַיהוָה cf. G. gr. ampl. p. 742. — *Et exstirpabo eos qui recedunt*, deficiunt *a Jova*, *et* 6.

ab ingenio Habacuci, haud sane tardo sterilique, ejusdem vocis continuam repetitionem in ejusmodi loco, ubi sermonis varietas difficultatem non haberet.“ Ros. Sanissimum haud dubie רקב, nec nisi liberius interpretati veteres. Concinunt verba תִּרְגַּז ... אֶרְגָּז cum יָרֵאתִי vs. 2. (ubi non debebam certiorem dicere interpretationem Rosenmülleri; nam cum שֵׁמַע יי sit nuntius de Jova ad delendos Chaldaeos certo quidem sed interjecto aliquo tempore venturo (2, 3.), nihil potest ambigui habere יָרֵאתִי, eoque minus, quod statim ad opus perficiendum deum excitat vates). Verba postrema, variis modis intellecta a superioribus, persuasum habeo eo modo expedienda esse quo expedivi. Sic tantum bene concinunt dicta vs. 2. inde ab יהוה פָּעָלְךָ, sic tantum bene cohaerent quae subjiciuntur vs. 17. אֲשֶׁר *qui*, vel si mavis *quod*. נוּחַ לְ *quiescere, quietum se tenere* (cf. 1 Sam. 25, 9.) *ad* aliquid, quiete, patienter ferre aliquid. לַעֲלוֹת non pendet ex לְיוֹם צָרָה, sed pariter atque illud ex אָנוּחַ. Hoc enim postulat ratio parallelismi. Cum לַעֲלוֹת arcte cohaeret יְגוּדֶנּוּ (אֲשֶׁר), utpote illius continens Subjectum, quod inter et Infinitivum לְעַם interpositum est eo modo, quo interposita similia sunt in exemplis his: בִּשְׁלֹחַ אֹתוֹ סַרְגוֹן Jes. 20, 1., כֶּאֱכֹל קַשׁ לְשׁוֹן אֵשׁ ibid. 5, 24. ubi vid. not. גוד ut Gen. 49, 19. Qui *urget*, opprimit, est Chaldaeus. Suffixum vero referendum ad praecedens עָם, qui est populus Hebraeorum. Quum jam supra vates Jovam alloquens dixisset עַמֶּךָ vs. 13., hostes vero populi Hebraeorum nominasset גּוֹיִם vs. 6. 12., nequaquam opus erat, ut pro לְעַם hoc loco diceret לְעַמִּי aut לָעָם; cf. etiam de eodem עָנִי vs. 14., de Chaldaeo רָשָׁע vs. 13. Ad totum hoc membrum cf. יִסְעֲרוּ לַהֲפִיצֵנִי vs. 14. Vide jam, quam accurate concinant hoc comma et comma 2. Concinunt enim שָׁמַעְתִּי et שָׁמַעְתִּי שִׁמְעֲךָ; concinunt quae subjiciuntur verba תִּרְגַּז usque ad אֶרְגָּז et יָרֵאתִי; concinunt quae postremo loco posita sunt אֲשֶׁר אָנוּחַ cet. et יהוה פָּעָלְךָ rel. Quemadmodum enim verbis אֲשֶׁר אָנוּחַ rel. queritur vates, quod quiete ferre debeat injurias hostium, sic superiore loco ne differatur auxilium orat. Schnurrerus, Rosenmüllerus, de Wette et alii verba אֲשֶׁר אָנוּחַ וגו': *quod manere debeam diem calamitatis* cet. Sed jam adest dies calamitatis; cf. vs. 14. 17. 2, 17. Hitzigius: *qui silens exspecto diem calamitatis, ut adveniat populo* Chaldaeorum, qui *urget eum*, diem, eum provocat pravis facinoribus. Hesselbergus: *utinam quiescam (?) die calamitatis, ubi migrabimus ad populum*, qui

urgebit, affliget *nos!* — Jam causam exponit eorum, quae dixerat 17.
versu superiore. Nec mirum, contremiscere me toto corpore, quod
per certum tempus ferenda sit haec calamitas, hostium quam pa-
timur oppressio. Nam vastata jacet terra; emortua ficus, nullus
in vitibus proventus, spem fallit olea, nullae in arvis fruges,
vacuae ovibus caulae, armentis stabula. *Nam ficus non floret*,
emittit grossulos, *neque est proventus in vitibus*, nullae prove-
niunt in vitibus uvae; *mentitur*, spem fallit, *opus*, fructus *oleae*,
qui ab olea exspectatur fructus, *et arva non faciunt*, proferunt
cibum, fruges; *deficit in caula pecus*, *neque est armentum in
bovilibus*. De Wette: *nam tum non floret ficus;* Hitzigius: *nam
ficus non florebit* cet. Male. Nullum adest שָׁם; non respi-
citur futura sed praesens terrae facies; cf. supra. Ad כִּחֵשׁ מַעֲשֵׂה
זַיִת cf. תִּירוֹשׁ יְכַחֶשׁ בָּהּ Hos. 9, 2. ibique not. שְׁדֵמוֹת עָשָׂה
eadem constructio ad sensum, quae Jes. 16, 8., ubi vid. not.
Ceterum nullus dubito, quin שְׁדֵם, ex quo est שְׁדֵמוֹת, referen-
dum sit ad שָׁדַף *adurere*, ita ut שְׁדֵמוֹת *arva* nomen habeant
a *flavescendo*, atque proprie significent arva, qualia esse solent
sub tempus messis, cum fruges et folia incipiunt flavescere. גָּזַר
Hitzigius transitive capit, Subjectum faciens Chaldaeum. Sed
aptior ad nexum notio intransitiva, eique hic sine ullo negotio
datur locus. Nam ex *dissecandi, abscidendi* notione proficiscitur
finem faciendi, *perficiendi* notio, ex hac vero notio *desinendi*,
deficiendi (cf. גָּמַר al.). Sic جزر quoque de recedente et de-
crescente mari vel fluvio dicitur. LXX: ἐξέλιπεν ἀπὸ βρώσεως
πρόβατα. — Jam erigit sese spe, fore, ut Jova promissum prae- 18.
stet. Loqui videtur totius populi nomine, ut vs. 14. *Ego vero
de Jova laetabor, exsultabo de deo salutis meae*, salutem affe-
rente mihi! — *Jova, dominus*, est *robur*, praesidium *meum*, *et* 19.
facit pedes meos ut cervas, ut cervarum pedes, quam velocissi-
mos, ut evadam e periculis, *et in locis meis excelsis ingredi
me facit*, et loca edita, quae me tutum reddant, assequi me
sinit. Sumtus hic locus est ex Ps. 18, 33. 34., ubi vid. not.
בָּמוֹתַי *loca mea excelsa:* loca excelsa in quibus ego sim in tuto
collocatus, quae me servent. — Verba postrema לַמְנַצֵּחַ בִּנְגִינוֹתָי
formula musica sunt, non recte intellecta ab interpretibus. Red-
denda sic sunt: *Praecentori* canendum (carmen praegressum cap.
3.) *fidibus meis;* vid. ad Ps. 4, 1. Cum dicit בִּנְגִינוֹת, *fidibus*,

generatim instrumentum significat, quo adhibito carmen canendum sit; בִּנְגִינוֹתָי vero, 'fidibus meis' cum dicit, fidium certam quandam formam indicat, qua de melodia edoceatur praecentor; cf. ad Ps. 6, 1. Utebatur vates in carminibus suis vel ab ipso vel ab aliis canendis certa fidium forma, ad certos tonorum modos ac numeros proferendos idonea. Vides jam, bene concinere hanc, quae in fine carminis posita est, formulam et illam, quae posita est in fronte. Hac enim adhibito fidium instrumento, et certo quidem illo ad efficiendam certam melodiam composito canendum carmen esse indicatur, illa vero qualis sit ista melodia significatur. Poterat in illa pro עַל־שִׁגְיֹנוֹת aeque recte poni queruli cujusdam carminis exordium (cf. ad Ps. 6, 1.).

ZEPHANIA.

CAP. I, 1. Inscriptio. *Verbum*, effatum *Jovae*, *quod factum*, 1.
delatum *est ad Zephaniam*, *filium Chusii*, *filii Gedaliae*, *filii Amariae*, *filii Hiskiae*, *diebus*, tempore *Josiae*, *filii Amonis*, *regis Judae*. Quum contra prophetarum omnium morem non solum pater Zephaniae, verum etiam avus, proavus et abavus memorentur, sunt, quibus Hiskia abavus videatur fuisse vir illustris, fuisse videatur Hiskia rex. Quam opinionem Rosenmüllerus oppugnat, „ab Hiskia rege, inquiens, ad Josiam, cujus tempore vaticinatus est Zephania (vid. infra), non nisi tres sunt generationes; ab abavo autem suo Hiskia quarta jam generatione distat Zephania. Neque alius, praeter Manassen, filius in libris historicis memoratur, 2 Reg. 20, 21. 21, 1. Quum Hiskiae nomen pluribus inter veteres Hebraeos hominibus esset commune, simile veri non est, vatem *regis Judae* appellationem, quam alias adjicere solent scriptores Hebraei, hic omisisse, si ex illo genus traxisset.“ At, inquit Hitzigius, Manasse, rex factus anno vitae 12., regnum tenuit annos 55, 2 Reg. 21, 1., et Amaria illius fuisse videri potest frater natu major, ortus ex concubina. Quod Hiskia non appelletur *rex Judae*, id majoris quidem momenti esse fatetur Hitzigius, coll. Prov. 25, 1. Verum quum in Josiae nomine ista appellatio omitti non potuerit, contra in nomine Hiskiae minus necessaria visa esset, omissam in hoc esse, ad vitandam ejusdem appellationis repetitionem. Nos exigui vel potius nullius momenti rem relinquimus in medio. Gravior quaestio est de aetate vatis. Regnante Josia orationes editas esse dicit inscriptio, idque confirmatur argumento orationum ita, ut simul, quibusnam regnantis Josiae annis Zephania vates exstiterit ex illo intelligatur. Nam cum 2, 13. Nineve deletum iri dicatur, ea vero urbs sit deleta a Nabopolassare et Cyaxare anno ante Chr. 625., regnantis Josiae 18., sequitur, ut scripserit Zephania ante hunc

annum. Item, quod 1, 4. exstirpandae dicuntur *reliquiae Baali* (vid. ibi not.), indicio est, in lucem emissa oracula esse inter coeptam ab Josia et perfectam sacrorum emendationem, id est, 12. inter et 18. regis Josiae annum, 631 inter et 625 ante Christum, 2 Chron. 34, 3. 8. cf. Movers die Chronik p. 334. Quos Zephania Judaeis aliisque imminere dicit hostes, 1, 16. al., Hitzigius Scythas esse vult, Herod. 1, 105., duplici de causa, una, quod quae dicantur 3, 15. unice cadant in Scythas, ut qui finibus Palaestinae ab ipsis occupatae subito excesserint, altera, quod in Jeremiae orationibus prioribus eodem illo tempore editis et ipsis respiciantur Scythae. Quorum argumentorum neutrum valet quidquam. Nemo qui liber ab opinione praejudicata legerit quae dicuntur 3, 14 sqq. non videbit statim, de re futura loqui vatem, eaque incerto, longius remoto tempore futura, minime vero de peracta aut praesenti. Decet ex historia dijudicari res quas prophetae dicunt gestas esse aut geri in praesenti, plane absonum vero est, ad eandem revocare quas praedicunt gerendas aliquando. Ne adsunt quidem quo tempore vates loquitur hostes; multo minus abeunt aut in eo sunt ut abeant. Invasuros vates hostes minatur, sed sperat idem fore, ut Jova illos propulset. Quaenam igitur hujus rei potest vis esse in definiendis de quibus agitur hostibus? Apud Jeremiam vero intelligendi videntur Chaldaei, non Scythae. Quod scribens non curo equidem quod Aug. Küperum et ipsum hostes a Jeremia eodem tempore descriptos Chaldaeos esse statuentem (Jeremia libror. sacror. interpres p. 13.) hebetis ingenii hominem dicit Hitzigius; cf. not. ad Jer. 1, 14. 4, 13. 5, 6. 15. 6, 20. al. Frustra vir doctior quam modestior negat Chaldaeorum jam tum temporis firmatum imperium fuisse. Quid? qui anno regnantis Josiae 18. cum Medis poterant projicere regnum Assyriorum, eos ejusdem anno 13. nondum additum sibi habuisse timoris plurimum ac potentia? Chaldaeos itaque putamus esse etiam quos Zephania imminere dicit hostes. Quod neque ab Jeremia in orationibus prioribus, neque a Zephania Chaldaei expresso verbo nominantur, causa nulla est alia, quam quod, licet posset cognosci, tamen non poterat pro certo dici, in magnis quae tum volvebantur rerum Asiaticarum mutationibus imperium omnium gentium Chaldaeos occupaturos esse. In qua re consentientes videor habere Dan. a Coelln (Spicileg. observ. exeg. crit. ad Zeph. vatic.) et Rosenmüllerum, qui „illarum gen-

tium (Assyriorum, Philisthaeorum, Ammonitarum, Moabitarum et Cuschaeorum, cap. 2.) interitum, inquit, vates in universum tantum praedicit, nec a quonam populo exercituumve duce exitium illis afferendum sit, praesignificat. Eandem generalem vaticinandi rationem recte observat a Coelln deprehendi in Jeremiae oraculis iis, quae Zephaniae sint aequalia; in reliquis vero, cum fata jamjam instarent, editis, Chaldaeos cum Nebucadnezare, duce, expressis verbis indicari.“ Zephaniam post Habacucum officii sui partes implevisse nuper existimavit Koesterus (die Propheten p. 111.), coll. 1, 7. cum Hab. 2, 20., negans idem, colligi posse ex 2, 13., fuisse Zephaniam aetate superiorem Habacuco. Sed falsum est quod dicit formulam הַס מִפְּנֵי יְהוִֹה aptiorem esse in Habacuco quam in Zephania, nec, si esset minus apta in Zephania, inde sequeretur, ut eam Zephania sumsisset ab Habacuco. Nec video equidem, qua ratione Nineve quo tempore erat eversa dici potuerit evertenda. Accedit, quod, si Jojakimi tempore post Habacucum vates exstitisset Zephania, Chaldaeos nominaturus eosque non jam imminere sed grassari praesentes dicturus fuisset. Praeterea non potuit de *reliquiis Baali* recte et apte loqui vates eo tempore, quo abrogatus ab Josia deorum commenticiorum cultus iterum invaluerat, sed aliis debuit uti verbis.

CAP. I, 2—18. Vs. 2—6: imminet tempus, quo Jova gravissimo supplicio afficiet Judaeos, deorum fictorum cultui deditos, 7—13: proceres luxuriosos et violentos, divites confidentes suis divitiis. 14—18. descriptio supplicii. — Vs. 2. et 3. 2.
Hitzigius exordium totius libri esse vult, הָאֲדָמָה dictum putans de universa terra, coll. cap. 2. Nescio an rectius sermonem inferri dicam de iis, quae proxime sequuntur vs. 4 sqq., coll. cum illis versus tertii verbis הַמַּכְשֵׁלוֹת אֶת־הָרְשָׁעִים; cf. tamen etiam 2, 11. al. *Auferam omnia de facie terrae*, Judaicae, ut videtur, *dictum Jovae.* In אָסֹף אָסֵף Infinitivum absolutum אָסֹף verbi אָסַף, et formam finitam אָסֵף verbi סוּף eadem ratione conjuncta vides, qua verbo finito Infinitivum ejusdem thematis absolutum praemittere amant Hebraei. Sic etiam Jer. 8, 13: אָסֹף אֲסִיפֵם, Jes. 28, 28: אָדוֹשׁ יְדוּשׁ. Congerendis hujusmodi verbis, significatione quidem simillimis, sed origine diversis potestati, qua gaudet Infinitivus absolutus praepositus Verbo finito, elegantiae quid addunt scriptores. — Explicat jam quod supra dixerat כֹּל. 3.

Auferam homines et pecudes, auferam aves coeli et pisces maris,
et offensiones, deorum fictorum simulacra, una *cum improbis; et*
exstirpabo homines de facie terrae, dictum Jovae. Recipitur Ver-
bum finitum. Similibus his verbis extrema terrae vastatio descri-
bitur Jer. 9, 9. Hos. 4, 3. al. מַכְשֵׁלוֹת *offensiones* deorum fal-
sorum simulacra vocat, quod occasio sunt deficiendi, incitant ad
deficiendum a Jova. Sic eadem Ezechiel 14, 3. dicit מִכְשׁוֹל עָוֹן.
Hitzigius מַכְשֵׁלוֹת domos esse jubet *ruinam minantes*, haud pro-
fecto apte ad rem. Debet מַכְשֵׁלָה hic omnino idem exprimere
quod alias vicinum מִכְשׁוֹל. Praesignificat vates id, quod vs. 4
sqq. uberius dicit. In fine versus denuo delendos *homines* dicit,
4. quia de his potissimum agitur. — *Et extendam manum meam in*
Judam et in omnes incolas Hierosolymorum, et exstirpabo ex
loco hoc reliquias Baali, nomen sacrificulorum cum sacerdotibus.
נָטָה יָד de manu dei puniente, ut Jes. 5, 25. 9, 11. al. אֶת־שְׁאָר
הַבַּעַל *reliquias Baali*, cultus deorum fictorum reliquias, maxime
latentes, quas Josias, quamquam multum connisus, auferre nondum
potuerat. De Wette: exstirpabo *Baalum prorsus*, ita ut nihil
ejus reliquum maneat, coll. arab. سَائِر, contra usum linguae he-
braicae. *Nomen* sacrificulorum deletur, cum delentur ipsi. Ex
ordine sacerdotum fuisse כְּמָרִים videtur colligi posse ex 2 Reg.
23, 5. Hos. 10, 5. At quomodo inter se differant illi et כֹּהֲנִים,
dici nequit. Rosenmüllerus nihil obstare monet, quominus הַכֹּהֲנִים
putentur esse sacerdotes Jovae, quorum vitia et infra 3, 4. a vate
perstringantur. Cui sententiae vereor ut faveat nexus, qui illo
5. loco est alius. — *Et* exstirpabo *eos qui prosternunt se in tectis*
exercitui coeli, qui in tectis (planis illis) divino honore afficiunt
agmina coelestia, sidera, *et qui prosternunt se, jurant Jovae et*
qui simul *jurant per regem suum*, id est, et eos qui Jovam qui-
dem divino honore afficiunt eique nomen dant, sed qui simul co-
lunt deum suum falsum, id est, qui cultum Jovae cum idolorum
cultu conjungunt. Cum nulla hic versus laboret difficultate, pla-
cuit Hitzigio, arte facere difficultates et factas arte artificiose
solvere. Is verba postrema וְהַנִּשְׁבָּעִים במלכם *et qui jurant per*
Milcomum (בְּמִלְכֹּם) interpretatur, monens, LXX et Masorethas
per regem suum (בְּמַלְכָּם) expressisse quidem, sed non videri cre-
dibile, *jurasse per Josiam*, sacrorum emendatorem, cultores deo-
rum fictorum, probabile potius, eos illi male precatos esse. Videri

verba הַנִּשְׁבָּעִים לַיהוָה rel. pendere ex וְאֶת־הַמִּשְׁתַּחֲוִים.. Itaque alios esse qui Jovae jurent, alios qui jurent per Milcomum. Quaeri jam, qui fiat, ut delendi dicantur etiam qui Jovam colant. Violasse fidem Jovae, non posse ut concessum sumi. Non licere ad מִשְׁתַּחֲוִים posterius cogitando repeti vel עַל הַגַּגּוֹת לִצְבָא הַשָּׁמַיִם, vel simplex עַל הַגַּגּוֹת. Igitur וְאֶת־הַמִּשְׁתַּחֲוִים posterius scribarum errori tribuendum esse, ut hic prodeat sententia: *et exstirpabo adorantes in tectis exercitum coeli, eos qui jurant Jovae, et eos qui jurant per Milcomum*, atque ita duo genera sistantur divino honore afficientium astra, unum eorum, qui praeter illa Jovam exercituum colerent, alterum eorum, qui colerent Molochum. Quae purae putae nugae sunt. Recte quidem quod receptum est בְּמַלְכָּם negatur referri posse ad Josiam. Sed de Josia nemo sanus unquam cogitabit. Cum sermo sit de cultu deorum, מַלְכָּם *rex eorum* est *eorum deus*; item, quum opposita sint וְהַנִּשְׁבָּעִים בְּמַלְכָּם verba verbis הַנִּשְׁבָּעִים לַיהוָה, ille *eorum deus* putandus est *deus commenticius*, plane ut Amos. 5, 26. Falsum est, quod docet Hitzigius, הַנִּשְׁבָּעִים לַיהוָה et quae subjiciuntur pendere ex וְאֶת הַמִּשְׁתַּחֲוִים; pendent enim una cum illis ex וְהִכְרַתִּי versu superiore, ita ut הַנִּשְׁבָּעִים sit ejusdem rationis grammaticae, cujus est praecedens הַמִּשְׁתַּחֲוִים, perinde ac si cum illo cohaereret copula. Quae ipsa copula omissa ante הַנִּשְׁבָּעִים prius fraudi fuit Hitzigio. Eam vero consilio omisit scriptor, eo quidem, ut posita ante הַנִּשְׁבָּעִים posterius magis perspicuam redderet vim illius sententiae. Quod הַנִּשְׁבָּעִים priori subjunctum est לַיהוָה pertinet etiam ad proxime praecedens הַמִּשְׁתַּחֲוִים, qua voce in posteriore hemistichio vates nulla alia de causa utitur, quam quod eadem usus erat hemistichio priore. Duo igitur genera distinguuntur colentium deos falsos, unum eorum, qui divino honore afficiant sidera (iidem Baali cultores 2 Reg. 23, 5. Jer. 32, 29.), alterum illorum, qui Jovam colant quidem, sed simul colant deum suum falsum; de quibus cf. 1 Reg. 18, 21: *Quousque claudicatis in duas partes? Si Jova est deus, hunc sequimini; sin Baal, hunc sequimini!* Ceterum minus recte nonnulli נִשְׁבַּע בְּ locutionem hic idem significare volunt quod נִשְׁבַּע לְ. Manet hic quoque sua utrique potestas. Concinunt enim in eo, quod hic spectatur, in *colendi*, inquam, notione. Deum enim colit et qui *jurat ei*, ei nomen dat, et qui *jurat per eum*. Ad לַיהוָה cf. G. gr. ampl. p. 742. — *Et exstirpabo eos qui recedunt*, deficiunt *a Jova*, *et* 6.

7. *qui non quaerunt Jovam, nec curant eum.* — Pertinere septimum versum non ad primam, ut opinatur Hitzigius, verum ad secundam stropham, hoc clarissime perlucet ex vs. 8. *Silentium coram domino, Jova! Nam propinquus est dies Jovae, nam parat Jova sacrificium, inaugurat vocatos suos.* Ad הַס מִפְּנֵי אֲדֹנָי יְהוִה cf. Hab. 2, 20. Sensus: obmutescat orbis adventante ad judicium Jova! Quod Jova parat זֶבַח *sacrificium* non videtur esse *populus Judaicus* (Hitz.), sed *caedes*, qua illum prostraturus est Jova; cf. Jes. 34, 6. Jer. 46, 10. קְרֻאָיו *vocati ejus*, Jovae, sunt hostes, Chaldaei, ad faciendum illud sacrificium, afferendam illam populo Judaico cladem vocati a deo; cf. מְקֻדָּשָׁי Jes. 13, 3. Nonnulli cogitant de vocatis quasi ad epulas sacrificiales hostibus. In his Coelln et Rosenmüllerus, qui: „vates, respiciens ad epulas cum sacrificiis junctas, ad quas vocati (קְרֻאִים 1 Sam. 9, 13. 22.) antea erant rite initiandi (קִדֵּשׁ 1 Sam. 16, 5.), poenas quidem sacrificii imagine, hostes autem, poenarum exsequendarum auctores, accommodate ad hanc imaginem, sub vocatorum ad epulas sacrificales sistit similitudine." Idem: „*invitatis a Jova* nos antehac indicari existimavimus feras bestias avesque rapaces, quas ad devoranda occisorum improborum cadavera invitarit Jova, moti loco simili Ezech. 39, 17. Nunc tamen magis congruere videtur, intelligere hostes, cum Theodoreto, qui τοὺς πολεμίους explicat." *Chaldaeos* jam intellexit Hieronymus, qui „potest, inquit, hoc quod dicit *sanctificavit vocatos suos* de Babyloniis accipi, quos in ultionem populi sui etiam servos suos vocat, vindicantes injuriam suam: *vocavi*, inquit (Jer. 25, 9.), *Nabuchodonosor servum meum.*" Abarbenel: „*invitati* sunt hoc loco Nebucadnezar (sed vid. Prooem.) et Chaldaei, quorum exercitum praeparavit deus, ut venirent contra Hierosolyma et vindictam sumerent ab istis
8. transgressoribus." — *Et futurum est die sacrificii Jovae*, mei (vid. ad לַיהוָה vs. 5.), *ut puniam proceres et filios regis*, principes, regia familia ortos, *et omnes qui vestiunt se veste peregrina.* Ad וְעַל בְּנֵי הַמֶּלֶךְ Rosenmüllerus: „his Hieronymus omnes ex stirpe regia indicari vult, hac de causa, uti videtur, quod qui proprie dicuntur filii Josiae, regis, anno aetatis octavo ad regnum evecti, non ante hujus imperii finem ad eam mentis consiliique maturitatem pervenire potuisse existimaret, qua idonei viderentur, quibus poenae indicerentur divinae. Verum scite monet a Coelln, duos regis Josiae filios, Joahas et Eljakim, quos tunc huic regi

fuisse constat ex 2 Reg. 23, 31. 36., non incommode posse, imo
debere intelligi, etiamsi illi hac aetate nondum ex ephebis ex-
cesserint. „„Dira enim fata, familiae Davidis ex numinis decreto
2 Reg. 20, 18. 21, 13. imminentia, Josias quidem rex pietate et
observantia erga deum a semet ipso averterat; sed eadem mane-
bant non minus filios ejus exitio consecratos. Quod quum non
obscure significasset oraculum Huldae 2 Reg. 22, 20., vates aper-
tius indicaturus h. l. expressis indicit verbis. Quidni vero, quae
essent in fatis, propheta pueris etiam infantibus praedixisset?““
Consentientem habent in rei summa Jaegerum (l. l. p. 13.). Sed
falsam hanc interpretationem esse hoc docet, quod quae expressis
verbis subjicitur causa, cur puniendi sint בְּנֵי הַמֶּלֶךְ, minime talis
est, quae cadat in teneros Josiae filios. Puniendi enim dicuntur,
quod *se vestiant vestibus peregrinis*. Intelligendi omnes ex stirpe
regia (Hieron., LXX οἶκος τοῦ βασιλέως), principes (cf. 2 Chron.
22, 11.) fastuosi et luxuriosi, qui sibi placebant in cultu et ve-
stitu peregrino, quali, quum sit pretiosior, uti solent homines
ditiores, proceres, principes. — *Et puniam omnes transsilientes* 9.
limen illo die, qui implent domum domini sui injuria et fraude,
bonis injuria et fraude partis. Ad priora verba Rosenmüllerus:
„in memoriam ejus, quod idolum Dagon coram arca pronum in
terram conciderat, capite et manibus limini allisis, truncatum,
Philisthaei *a calcando templi limine*, tanquam consecrato idoli
contactu, *abstinuerunt*, 1 Sam. 5, 5., sed illud transsilientes fanum
ingredi solebant. Quem ritum per multa secula durasse, plures
colligunt ex hoc Zephaniae loco. Hinc nostra verba Chaldaeus
sic reddidit: *et animadvertam in omnes, qui ambulant in legibus
Philisthaeorum*. Sane Judaeos ob imitationem superstitionis Phi-
listhaeorum taxat et Jesaias 2, 6. Ejusdem interpretationis et
Hieronymus mentionem facit, a magistro suo Judaico haud dubie
edoctus. Ipse tamen verba sic vertit: *et visitabo omnem, qui
arroganter ingreditur super limen*, „„hoc est, addit in Com-
mentario, adversum superbos, qui cum quodam fastu et dignitatis
supercilio gradus templi et Sanctuarii limen ascendunt.““ Ne-
gant et plures recentiores interpretes, hic respici Dagonis super-
stitiosum cultum, sed ad Judaeos, impoenitentes templi frequen-
tatores, haec referunt. Sic Coccejus: *qui temere accedit ad domum
dei*. Alii phrasi *transsilire limen* gestum laetantium exprimi
existimant, significarique ministros nobilium et principum, qui

sua et illorum commoda et reditus per summum etiam nefas promovebant, ut in altero versus hemistichio sequitur; qui igitur, ubi injuriam alicui fecerunt, mox laeti et alacres, onusti rebus rapina et dolo ablatis, sese in herorum domos recipiebant, ut operam suam dominis suis probarent. Nobis significari tales videntur, qui propriae domus limen s. proprii agri fines transgressi aliena invadunt occupantque." Quarum interpretationum nulla nobis probatur. De cultu superstitioso quominus cogitemus, praeter illud, quod de hoc cultu jam supra vs. 4 sq. dictum est, obstat hemistichium posterius, in quo non potest de donis deo falso oblatis ex injuste partis cogitari; cf. vs. 11 sqq. Idem illud hemistichium repugnat interpretationibus Hieronymi et Coccejì, laborantibus insuper eo vitio, quod quaesitae sunt. Quod idem valet in opinionem eorum, qui *transsilire limen* gestum laetantium exprimere putant. Prorsus arbitraria vero est sententia Rosenmülleri. De Wette: *irrumpentes in domos*, contra usum loquendi. Hitzigius, *dominum* in altero hemistichio *regem* esse putans, *transsilientes limen* illius habet ministros, qui a calcando quod sacratum haberetur limine palatii regii abstinerent, Persarum more (della Valle II, 29. III, 87.). Dubito tamen vehementer, an fieri potuerit, ut Josiae, justi ac pii regis, palatium a ministris impleretur opibus partis violentia ac dolo. Ego, ut dicam quod sentio, *transsilientes limen* per contemtum dici puto *ministros*, vel improprie a summa sedulitate in sua dominis probanda opera, vel proprie ab eo, quod re vera morem ridicule affectarent Persarum; ministros vero non regis intelligo, sed principum et nobilium, sua commoda et reditus per suos inferioris ordinis administros vi et dolo promoventium; cf. vs. 12 sq. Mich. 2, 1 sq. al.

10. בֵּית אֲדֹנֵיהֶם *domum domini sui*, sui quisque domini. — *Eritque die illo, dictum Jovae, vox clamoris*, clamor *a porta piscium, et ejulatus ab urbe secunda, et fremitus magnus a collibus.* Porta piscium (Nehem. 3, 3. 12, 39.) sita erat in latere orientali urbis inferioris, ad septentrionem portae ovium. הַמִּשְׁנֶה, ut 2 Reg. 22, 14., i. q. הָעִיר מִשְׁנֶה Neh. 11, 9. *urbs secunda* i. e. inferior; cf. 2 Reg. l. l., ubi qui Huldam prophetissam, habitantem בַּמִּשְׁנֶה, adeunt Hilkia et reliqui, veniunt ex urbe superiore, missi a rege vs. 11 sqq. Quum porta piscium porta fuerit urbis inferioris, eaque urbs sita in uno ex collibus, a quibus מִשְׁנֶה hic distinguatur, Hitzigius negat posse מִשְׁנֶה haberi pro urbe inferiore,

habendum potius pro aliqua urbis parte, quae posita esset intra murum illum exteriorem exstructum a Manasse 2 Chron. 33, 14. Sed nihil valent ista argumenta. Aliud est porta urbis, aliud urbs ipsa; aliud collis unus, aliud colles omnes. Maxime convenienter ad rem vates appropinquantibus hostibus civium clamoribus primum resonare dicit portam piscium i. e. partem urbis inferioris extremam, deinde, hostibus propius accedentibus, ipsam illam urbem, i. e. partem ejus interiorem, denique, praesentibus jam et irrumpentibus hostibus, colles, i. e. altiores maxime, Sionem cum Moria, in quibus condita erat urbs superior cum arce et templo. Plane nullius pretii sunt quae ad hunc locum contraria et repugnantia inter se miscuit Rosenmüllerus. שֶׁבֶר, ad quod nequaquam cogitando repeti debebat קוֹל, *fragorem* significat, hinc *fremitum*, *strepitum*; cf. זַעֲקַת שֶׁבֶר Jes. 15, 5. —
Ejulate, incolae mortarii! nam deletur omnis populus Cananaeorum, exstirpantur omnes onusti argento. Multum interpretibus negotii fecit מַכְתֵּשׁ vox, non factura, si noluissent ex longinquo repetere propinqua. Hieronymus illo *mortario* vallem Siloae significari existimat. Is: *habitatores pilae*, „pila, inquiens, quae hebraice dicitur *machthes*, et ab Aquila versa est ὅλμος, non per brevem syllabam prima legenda est, ne σφαῖραν putemus, sed productam, ut de pila sciamus dici, in qua frumenta tunduntur, vas concavum, et medicorum aptum usui, in quo proprie ptisanae feriri solent . . . Quia semel descriptio est captae urbis . . ., nunc idem descriptionis ordo servatur, et de ululatu dicitur eorum, qui habitant in valle Siloe.“ Chaldaeus: *qui habitatis in valle Kidron.* Quam interpretationem suam fecit Hitzigius, primum, quod veteris hebraici interpretis firmetur auctoritate; deinde, quod nomen *loci cavi*, *cavationis* aeque conveniat in vallem interjectam inter Sionem et montem oliveti, atque ad Jud. 15, 19., ubi, ut hoc loco, aquam contineat מַכְתֵּשׁ; tum, quod ita appareat urbis locus, cujus antea mentio facta non sit; denique sic demum recte intelligi, quae sequantur כִּי נִדְמָה cet. Eum enim locum, situm extra urbem proprie dictam, ad radices montis Moriae orientales, videri istos mercatores incoluisse, Zach. 14, 21. Rosenmüllerus „forsan, inquit, quam Zephanias מַכְתֵּשׁ vocat vallis eadem fuit, quae Josephi aetate φάραγξ τυροποιῶν, *vallis caseos facientium* appellabatur, Acrae colli subjecta, Joseph. Bell. Jud. 5, 4. 1.“ Eichhornius מַכְתֵּשׁ idem esse judicavit quod מַכְתֵּשׁ

chald., *percussionem*, *plagam*, vel *locum plagae*, per paronomasiam quandam ad מִקְדָּשׁ i. e. Hierosolyma. Certe Muhammedanos etiamnum urbem sanctam appellare بيت المقدس (i. e. hebr. בֵּית הַמִּקְדָּשׁ), quod a Samaritanis ex odio Judaeorum per paronomasiam convertatur in *Machtesch*. Quas opiniones omnes in aëre pendere dicit Winerus (Realw. II, p. 53.). Ipse cum Gesenio מַכְתֵּשׁ nomen propr. vallis esse jubet, sitae prope Hierosolyma, sic dictae a similitudine mortarii; sed quaenam vallis intelligenda sit, sciri non posse. Nos, ut nostram sententiam tribus verbis exprimamus, יֹשְׁבֵי הַמַּכְתֵּשׁ idem prorsus esse putamus quod יֹשֶׁבֶת הָעֵמֶק Jer. 21, 13., id est, *incolas urbis Hierosolymitanae*. Quemadmodum illo loco Jeremia עֵמֶק *vallem* dicit eam urbem, utpote montibus cinctam (vid. ibi not. coll. etiam גֵּיא חִזָּיוֹן Jes. 22, 1. et quae ad eum locum observavimus), sic hoc loco Zephania eandem (cf. vs. 10. et 12 sqq.) eodem sensu appellat מַכְתֵּשׁ *mortarium* (cf. apud nostrates *Kessel* et similia). *Mortarium* vero, non *vallem*, eam vocat, ludens more prophetarum, eo consilio, ut simul significet, quaenam Hierosolymitanos maneat sors, ut significet, inquam, fore, ut velut in mortario illi contundantur i. e. deleantur prorsus ab hostibus. Quod ipsum statim claris verbis exprimitur ita, ut simul cur delendi sint causa exprimatur, quae in eo ponitur, quod turpis quaestus et commodi causa mercaturam faciant. כְּנַעַן *Canaan*, *Cananaei* Judaei (Hierosolymitani) mercaturam facientes vocantur per contemtum, prorsus ut Hos. 12, 8., ubi vid. quae adnotavimus. Hitzigius *Cananaeos*, *mercatores Cananaeos* proprie intellectos vult, qui ejulare jubeantur, quod tota Cananaeorum gens, i. e. una cum Philisthaeis (2, 5.) ipsorum populares, Phoenices (Jes. 23, 11.), et ipsi illi, de quibus hic agatur, sint perituri. Sed de solis Judaeis agitur hoc capite, de exteris populis capite 2. נְטִילֵי כָסֶף *onustos argento* istos mercatores dicit, vel quod solent mercatores magnam pecuniae vim secum ferre, vel, quod malim, quia possident magnas divitias,
12. ita ut impropria sit locutio. — *Et futurum est tempore illo, ut pervestigem Hierosolyma lucernis, et puniam homines insidentes faecibus suis, qui dicunt in corde suo*, cogitant apud se: *nec bene facit Jova, nec male facit.* אֲחַפֵּשׂ אֶת־יְרוּשָׁלַםִ בַּנֵּרוֹת *pervestigabo Hierosolyma lucernis*, nullus tam occultus locus erit Hierosolymis, quem non sim diligentissime pervestigaturus poenas sumturus a civibus (וּפָקַדְתִּי), id est, ut docuit jam Hieronymus,

nullum inultum patiar effugere. De hostibus cogitari grassantibus per urbem vix est quod moneam. Nonnulli speciatim de hostibus *praedandi causa* omnia diligenter pervestigaturis cogitant, coll. vs. 13. הַקֹּפְאִים עַל שִׁמְרֵיהֶם *insidentes faecibus suis*, id est, qui continua fruuntur tranquillitate et felicitate, nullis unquam agitantur rerum conversionibus, quiescunt in bonis suis, vini instar in suis quiescentis faecibus; cf. eadem imago Jer. 48, 11. Hitzigius pro pusillo suo studio singula singulis aptandi ita, ut ne pilus quidem desit, non tranquillitatem nullis turbatam commutationibus, sed animum obstinatum, obfirmatum (*coagulatum* quasi) describi ista imagine putat, collatis verbis extremis, ita ut alia vis sit loci Jeremiae, alia hujus loci. Quasi vero qui apud Jeremiam est sensus non idem optime conveniat in ea quae subjiciuntur hoc loco! Sic enim loqui amant, quos nunquam tetigit manus ultrix, improbi rebus omnibus affluentes. *Qui dicunt:* לֹא יֵיטִיב יְהוָה וְלֹא יָרֵעַ *nec bene facit Jova, nec male facit*, qui negant a deo curari res humanas, forte ac temere humana negotia volvi agique jurant, vel, ut Hieronymi utar verbis, qui dicunt, deum nec bonis bona, nec malis mala reddere, sed fortunae cuncta regi arbitrio et casu ferri incerto; cf. Mal. 2, 17.
Ps. 10, 4. al. — *Eruntque*, cedent *opes eorum in praedam, et* 13.
domus eorum in vastitatem; et aedificarunt domos, neque habitabunt, et plantarunt vineas, nec bibent vinum earum, et quas aedificarunt domos non habitabunt cet. Eadem vid. Am. 5, 11.
— *Propinquus est dies Jovae magnus; propinquus* est, appro- 14.
pinquat, *et cito valde*, et citissime quidem; *vox diei Jovae*, auditur fremitus diei Jovae: *acerbe clamat tum heros.* מַהֵר Hitzigius ostendere docet, potuisse ante primam rad. מ (cf. Prov. 25, 19. Jes. 18, 2.) etiam in Piel forma abjici מְ praeformativum. Negat enim, posse מַהֵר hic loci Infinitivum esse ullo modo. Quod denuo festinantius est judicatum. In verbis *propinquum esse* latet verbum *appropinquandi;* et ubi *Verbum* est, ibi potest esse *Adverbium.* מַהֵר igitur purus Infinitivus est, adverbialiter positus, ut aliis in locis. מְמַהֵר Participium *cum* מ praeformativo habes Gen. 41, 32. קוֹל יוֹם יְהוָה breviter dictum pro *vox diei J. auditur.* Exempla dabit Ges. Lex. in קוֹל. *Vocem* diei Jovae Hitzigius *nuntium* esse vult de illius adventu. Sed de *fremitu* ejus diei potius intelligenda videtur; cf. quae subjiciuntur, inprimis vs. 16. שָׁם *ibi*, de tempore: *tunc*, ut alias. Sensus et

ratio tertii et quarti membri: clamores quando audiverint, quibus
resonabit dies Jovae, etiam fortissimi quique terrore corripientur.
15. — *Dies irae* divinae est *dies ille*, *dies calamitatis et angustiarum*, *dies vastationis et devastationis*, *dies tenebrarum et crassae caliginis*, *dies nubium et densae obscuritatis*. Ad יוֹם עֶבְרָה
cf. infra vs. 18: יוֹם עֶבְרַת יְהוָה. De שֹׁאָה וּמְשׁוֹאָה cf. ad Nah.
16. 2, 11. Reliqua ut in Joel. 2, 2. — Propriis jam verbis describit
illum diem. *Dies buccinae et clamoris bellici adversum urbes munitas et adversum turres altas*, dies quo audientur buccinae hostium signa dantium eorumque clamor bellicus in expugnandis urbibus munitis; cf. Amos. 2, 2. ibique not. De שׁוֹפָר vid. not. ad Hos. 5, 8. פִּנָּה *angulus*, hinc *turris muralis*, quales in angulis murorum exstrui solitae. „Non solebant veteres ambitum muri directum ducere, ne ad ictum arietis esset dispositus, sed sinuosis anfractibus clausere urbes, crebrioresque turres in ipsis angulis ediderunt, ut, si quis ad murum ita constructum vel scalas vel machinas admovere vellet, non solum a fronte, sed etiam a lateribus et prope a tergo velut in sinum conclusus opprimi posset. Veget. de re milit. 4, 2. Hinc Tacitus etiam Hist. 5, 11. 5. muros Hierosolymorum vocat per artem obliquos et introrsum sinuatos, ut latera oppugnantium ad ictus patescerent; cf. descriptio turrium, quibus muri Hierosolymitani muniti erant,
17. apud Jos. de Bell. Jud. 5, 4. 3." Ros. — *Et angustias faciam hominibus*, in angustias redigam homines, *et incedent ut caeci, quod in Jovam peccarunt; et effundetur sanguis eorum ut pulvis, et caro eorum ut stercora*. Sensus primi et secundi membri: homines in angustias cogam tantas, ut non magis quam coeci videant, quo se vertere debeant, ut quo pacto ex malis emergant non inveniant. De tenebris vs. 15., de quibus Hitzigius cogitat, cogitandum non est. Ultimorum verborum sensus: „corpora eorum projectum iri per agros, perinde, ut laetamen sive fimus per agrum jacitur, quando stercoratur." Ros. Similia habentur Jer. 9, 21. לְחוּם vel לְחֻם *caro* (arab. لَحْمٌ), *corpus*. Intelligenda esse *viscera*, loco 2 Sam. 20, 10., quem laudat Hitzigius, non efficitur. Pro לַחְמָם alii libri לְחֻמָם s. לְחוּמָם (ut לְחוּמוֹ Job. 20, 23.). Quam utramque formam constat etiam in aliis hujus
18. generis nominibus usitatam esse. — *Neque argentum eorum, neque aurum eorum poterit liberare eos die irae Jovae, et*, sed igne

indignationis ejus consumetur tota terra; internecione, repentino prorsus exitio delebit omnes incolas terrae. Verba כָלָה אַךְ נִבְהָלָה יַעֲשֶׂה אֵת כָּל־יֹשְׁבֵי הָאָרֶץ proprie sic sonant: *internecionem, repentinum prorsus exitium faciet cum omnibus incolis terrae.* Quo eodem modo accipienda eadem locutio Jer. 46, 28. Ezech. 11, 13. 20, 17., id quod intelligitur ex Jer. loco 5, 18: אֶעֱשֶׂה אִתְּכֶם כָּלָה. אַךְ non *certe*, sed *omnino, prorsus*, ut alias. נִבְהָלָה Part. Ni. fem. vim habens Substantivi (cf. נֶחֱרָצָה), *exitium repentinum;* cf. בֶּהָלָה Jes. 65, 23. ibique not.

CAP. II. His populares insequutus minis, vs. 1—3. hujus capitis ut tempestive ad poenitentiam convertantur monet. Tum exitium minatur 4—7. Philisthaeis, 8—11. Moabitis et Ammonitis, 12. Cuschaeis, 13—15. Assyriis et speciatim Ninevitis. — Male Hesselbergus vs. 1—3. ad Philisthaeos, de quibus vs. 1. 4 sqq., pertinere existimat. Obstat vel versus 3. Apte ad denuntiatas superiore capite poenas ad agendam poenitentiam vates hortatur *Judaeos. Incurvate vos, incurvate, gens non pallens,* homines sine pudore, protervi, insolentes! Rosenmüllerus: *congregamini, concionem instituite, gens inverecunda!* his subjectis verbis: „Veteres interpretes קֹשׁשׁ recte *congregandi* notione acceperunt. Chaldaeus: *congregamini* cet. Syrus: *colligite vos* cet. LXX συνάχθητε rel. Hieron. *convenite et congregamini.* Grotius: *convenite, congregamini,* nempe ad preces. Quam interpretationem comprobavit a Coelln, qui coll. قشّ de congregando pecore et hominibus usurpato, vatem hisce verbis invitare censet ad instituendam concionem religiosam ad averruncandas precibus calamitates; cf. Joel. 2, 16.“ Quae sequuntur הַגּוֹי לֹא נִכְסָף Rosenmüllerus se olim ita interpretatum esse dicit: *o gens vacua desiderio,* quae non desiderat redire ad frugem, mores in melius mutare, sequutum Chaldaeum, qui: *populus qui non vult converti ad legem.* כָּסַף constare *desiderandi* (propr. *pallendi* prae desiderio) significatu gaudere, נִכְסַף *desiderio affectum esse.* Sed hac adscita interpretatione ellipsin duriorem statuendam esse. Itaque accedere se iis, quibus נִכְסַף hic videatur significare *pudore affectum esse* (propr. *pallore suffusum esse* prae pudore). Quam alteram significationem sub verbo subjecit Gesenius, eumque secuti sunt Winerus, a Coelln, de Wette et alii. Hi vero accepto quod praecedit verbo קֹשׁשׁ non *congregandi*, sed propria *colligendi*

significatione (Exod. 5, 7. 12. Num. 15, 32.), coll. arab. قَشَّ, hunc sensum fecerunt: *colligite vos*, *colligite*, i. e. descendite in vosmet ipsos, scrutamini vosmet ipsos, mores et studia vestra, qualia sint, investigate, *gens inverecunda!* At, inquit Hitzigius, si *congregandi* significatus tribuatur קֹשֵׁשׁ verbo, membrum prius cum posteriore idoneo cogitationis vinculo cohaerere nullo. Ad *colligendi* vero significatum quod pertineat, eum non posse referri ad *scrutationem sui ipsius*; praeterea solam sui scrutationem non sufficere ad avertendam poenam divinam (vs. 2.). قَشَّ colligere, significare etiam *bonum habitum recipere*, et אָסַף, synonymum, dici de sanando homine leproso 2 Reg. 5, 3. 6 sq. Itaque quemadmodum dicatur aliquis נאסף מנגע צרעתו (Num. 12, 14.), sic hoc loco prioribus verbis hoc quasi dicere vatem: הֵאָסְפוּ אִישׁ מִנֶּגַע לְבָבוֹ (cf. 1 Reg. 8, 38.), et recipite denuo לֵבָב שָׁלֵם (1 Reg. 8, 61. 2 Reg. 20, 3.). Dicere Zephaniam, ut eodem tempore Jer. 4, 14., ut in simili casu Jes. 1, 16: רַחֲצוּ הִזַּכּוּ, non minus recte dicturum הִטַּהֲרוּ וּטְהָרוּ. כָּסַף autem, vicinum verbo אָסַף (ut כָּבַר vicinum sit אָבַר verbo) proprie significare (splendorem, nitorem) *retrahere* (cf. Joel. 2, 6. 10. 4, 15.), atque ita *pallescere*, arabice de sole et luna. *Populum non pallescentem* vero hic non esse *non pallescentem* prae pudore (Jes. 29, 22.), quod sit languidius nec satis aptum ad nexum, sed *non pallescentem* prae terrore (Jer. 30, 6.), quum debeat pallescere prae terrore auditis minacibus Jovae verbis (Jer. 36, 24.). Igitur non male LXX, quibuscum concinat Syrus: τὸ ἔθνος τὸ ἀπαίδευτον. Cf. 3, 2. Nos recte Hitzigium judicasse putamus de veterum interpretum conversione verborum priorum recepta ab Rosenmüllero et aliis. Rejicienda vero *congregandi* significatio vel propterea est, quod nudum illud *congregamini* de instituenda concione sacra ad placandum precibus numen intelligi non potest nisi adhibita vi. Quam longe aliter hac de re loquitur laudatus a Rosenmüllero Joel. 1, 14. 2, 15 sq.! Etiam eorum interpretationem, qui illis verbis Judaeos juberi putant *colligere se*, scrutari semet ipsos, recte Hitzigius rejecisse videtur, ea quidem ex causa, quam protulit loco altero. Nam posse *colligere se* referri ad *sui scrutationem*, non debebat negare vir doctus. Sed prorsus rejicienda etiam ipsius est interpretatio. Dicitur quidem quod confert אָסַף pro *sanare* aliquem, liberare a morbo, sed nonnisi in locutione

אָסַף מִצָּרַעַת, quae propr. significat *recipere* aliquem *a lepra*, i. e. liberatum aliquem *a lepra* in hominum societatem, unde exire jussus fuerat, denuo recipere; cf. Num. 12, 14 sq. Ego, quum nec *congregandi* notio admitti possit, nec *colligendi* vis sensum idoneum fundere videatur, התקוששו et קושו non ad קָשַׁשׁ, sed, pro קוֹשׁוּ efferens קוֹשׁוּ omisso Dagesch, ad קוֹשׁ *dorso incurvum*, *incurvatum esse* (cf. قاس idem) referenda puto in hanc aptissimam sententiam: *incurvate vos, incurvate* (propr. *incurvatos exhibete vos, estote incurvati*), id est, frangite spiritus, animos demittite (cf. שָׁחַח al.), affligite vos conversi ad poenitentiam! Quod קוֹשׁוּ legerunt Masorethae, ad קָשַׁשׁ referentes verba, id ut eodem modo legamus necessitatem nobis imponere non potest, eoque minus, quod in ea lectione non videntur nisi auctoritatem secuti esse Chaldaei. Ad nexum factus a nobis sensus convenientissimus est, sive לֹא נִכְסָף vis significare *non pallescere* prae pudore, sive *non pallescere* prae terrore (cf. etiam Joel. 2, 6.); utrumque enim hominis protervi, insolentis, obfirmati est, hoc est, contrarii iis, quales Judaei verbis הִתְקוֹשְׁשׁוּ וָקוֹשׁוּ jubentur *esse*. Ceterum dubito etiam, an verum sit ab Hitzigio propositum etymon כָּסַף verbi, an recte statuat, proprie esse *retrahere* nitorem, hinc *pallescere*, *pallere*, coll. אָסַף. Nusquam אָסַף (קִבֵּץ) absolute positum reperitur pro *retrahere* splendorem, nitorem, nisi forte (nam certum non est) Jes. 60, 20., ubi licebat per nexum. Quod insuper laudat arab. كسف (cf. etiam خسف), dictum de deficiente sole et luna, hanc notionem habere videtur a *resecando* כסם, גזם al. Cf. جزر amputare, et: decrescere, de aqua. Non audeo equidem dicere, unde profecta sit *pallescendi*, *pallendi* vis in כָּסַף. Suspicari possis, et ipsam ortam esse e notione *resecandi*. Eam enim constat transferri ad *maciem*, cujus notioni adjuncta est notio *palloris* (cf. سهم); vel, quod, si verum quaeris, eodem redit, derivatus est palloris significatus a significatu *defectus* solis, lunae in كسف, repetendo, ut modo diximus, a potestate resecandi. Reliquum est, ut הִתְקוֹשְׁשׁוּ וָקוֹשׁוּ conferri jubeamus cum הִתְמַהְמְהוּ
וּתְמָהוּ. — Sequitur altera pars sententiae. *Priusquam pariat de-* 2
cretum, id est, priusquam eventum habeat quod a deo in vos decretum est, — *ut palea praeterit dies*, tempus, id est, citissime praeterlabitur, fugit tempus quod interea est, — *priusquam*

veniat super vos, superveniat vobis *ardor irae Jovae*, *priusquam veniat super vos dies irae Jovae!* חֹק *decretum* divinum, expositum capite superiore. Quod cum *parere* dicitur, *fieri* dicitur quod decretum est; quod ipsum uberius explicatur hemistichio altero. Verba כְּמוֹץ עָבַר יוֹם explicanda ut explicuimus supra, in parenthesi sunt interposita. Nonnulli, qui et ipsi verba interjecta habent, sic illa interpretantur: *ut palea*, cito ac subito *irruit dies*, Jovae, puta, dies supplicii. Quae ratio hoc haberet commodi, quod ita significatu concinerent יוֹם prius et posterius. Sententia vero minus apta ad nexum esset. Nam quum in sequentibus denuo dicatur *priusquam veniat* cet., non propinquitas illius ipsius temporis, sed brevitas temporis interjecti (טֶרֶם) ut describatur exspectas. Praeterea *paleae* imagine utuntur de eo quod cito fugit, non utuntur de eo quod cito irruit. Qua eadem de causa (ut praetermittam alias) rejicienda est etiam interpretatio Rosenmülleri haec: priusquam (cogitatione repetito בְּטֶרֶם) *ut palea*, subito *irruat dies* poenae. Inepte Hesselbergus: *priusquam pariat decretum*, eventum habeat, quod decretum est, tam cito, *ut palea volat interdiu*, quia interdiu trituratur (!). Quo, quaeso, tempore sic cecinere poetae? Ad בְּטֶרֶם לֹא i. q. בְּטֶרֶם vid. Ges. gr. min. §. 149, 2. Ad חֲרוֹן אַף יְהוָה, יוֹם אַף יְהוָה
3. cf. 1, 7. 14. 15. 18. — Postquam vs. 1. obfirmatos in populo homines ad frangendos spiritus adhortatus erat, jam demissi et pii animi populares ut pergendo recte facere numen placare studeant admonet. *Quaerite Jovam*, studete Jovae (1, 6.), *omnes demissi terrae*, quicunque demisso animo estis in hac terra, *qui legem ejus*, Jovae, *exsequimini* (propr. *exsequuntur*)*! quaerite justitiam*, *quaerite animi submissionem*, studete justitiae, curate ut sitis, non desinatis esse animo demisso! *si forte lateatis*, salvi
4. sitis, *die irae Jovae*, evadatis e communi calamitate. — „Transit ad praedicanda mala eventura finitimis populis. Particulae causalis כִּי sensum, qua ea quae sequuntur cum superioribus connectuntur, alii aliter exponunt. Nobis cum Hieronymo argumentum resipiscentiae ab exemplis poenarum exteris populis inflictarum (infligendarum) contineri videtur hoc versu eisque qui proxime sequuntur.“ Ros. Recte. Vates, ad poenitentiam, inquit, convertimini, homines impii! vos vero, qui pii estis, pergite esse pii (vs. 1 — 3.), ut evadatis exitio, quod instat populis vicinis omnibus! Cujus nexus clarissimum indicium sunt verba commatis tertii

extrema. *Nam Gasa derelicta futura est* ab incolis, jacebit deserta, *et Ascalon vastitas*, futura est vasta; *Asdod*, *meridie* i. e. facto impetu repentino et inopinato, *expellent* hostes *eam*, ejus cives ex ea, *et Ecron eradicabitur*, evertetur! אַשְׁדּוֹד Nomin. absol. Ad בַּצָּהֳרַיִם recte a Coelln: „indicaturus vates eam diei partem, qua impetus hostilis minime exspectatur, voce utitur צָהֳרַיִם *meridiei*, quo tempore, ob nimiam illis in regionibus aestus vehementiam somno indulgebant, 2 Sam. 4, 5 seqq., nec milites lubenter impetum faciebant. Inde passim apud Jeremiam impetus improvisus, subitarius, tempore meridiano accidisse dicitur.“ Cf. Jer. 6, 4. 5. 15, 8. ibique not. In verbis עַזָּה עֲזוּבָה et עֶקְרוֹן תֵּעָקֵר observanda paronomasia. Quum quinque fuerint Philisthaeorum urbes primariae, Rosenmüllerus, „oritur quaestio, inquit, quanam de causa Zephanias unam earum, *Gath*, suo in recensu omiserit. Quam satis probabiliter a Coelln sibi reperisse videtur in eo, quod Gath hac aetate, Philisthaeis erepta, sub Judaeorum ditione latuerit. Hanc enim civitatem Davides olim in servitutem redegerat, 1 Chron. 18, 1., Joramo regnante Philisthaei periculum recuperandae, uti videtur, civitatis fecerunt, 2 Chron. 21, 16., sed iisdem ab Usia 2 Chron. 26, 6. et Hiskia 2 Reg. 18, 8. devictis, Gath sub Judaeorum imperio remansit. Quod utique colligere possumus ex prophetis Amoso 1, 6 sqq. Zacharia 9, 5 sq. Jeremia 25, 20., quatuor item Philisthaeorum civitates recensentibus.“ Dubito tamen, an etiam Josiae (Zeph.) atque adeo Jojakimi media aetate (Jer. 25.) Judaeorum imperio subjecta manserit Gatha. Etiam apud Am. 1, 6 sqq. supra prolata Gathae omissae
causa suam habet difficultatem; vid. ibi not. — *Vae incolis* 5
tractus maritimi, *populo Cretaeorum*, est, sonat *verbum Jovae*
contra vos, *o Canaan*, *terra Philisthaeorum*, *et perdam ego te*, *ut non sit incola*, ut nullus restet incola. Ad חֶבֶל הַיָּם cf. eodem nexu חוֹף הַיָּם Ezech. 25, 16., nec non Jer. 47, 7. גּוֹי כְּרֵתִים *populus Cretaeorum* Philisthaei appellantur etiam 1 Sam. 30, 14. Ezech. 25, 16., quippe probabiliter orti Creta, Am. 9, 7. Jer. 47, 4. Deut. 2, 23. cf. not. ad ll. ll. 2 Sam. et Jer. *Canaan* hic vocatur terra *Philisthaeorum*, qui extremam eamque australem terrae Cananaeae tenebant oram. Ceterum non recte interpretes verba דְּבַר־יְהוָֹה עֲלֵיכֶם כְּנַעַן אֶרֶץ פְּלִשְׁתִּים ad sequentia referunt ita, quasi dicatur: Hoc est *verbum Jovae adversus vos*, *o Canaan*, *terra* Philisthaeorum: *perdam* cet. Interposita esse illa verba,

plane ut sexcenties alias אָמַר יְיָ, נְאֻם יְיָ al. (cf. statim vs. 9.),
6. vel copula docet quae est in וְהַאֲבַדְתִּיךְ. — *Eritque tractus maritimus pascua, epulae pastorum, et septa ovium*, id est, vastus erit ille tractus. נְוֹת Plur. constr. ex נָוֶה (Job. 8, 6.), idem significante quod נְוֵה *pascuum*. In כְּרֹת voce frustra laborarunt etymologi et interpretes. Rosenmüllerus, כְּרֹת Infinitivum כָּרָה verbi habens: eritque tractus maritimus caulae i. e. repletus caulis *effossionis* pastorum, „id est, caulis a pastoribus effossis in cryptis subterraneis ad vitandum solis aestum." Sed maxime impedita haec interpretatio est, et quaesitam eandemque, quoad כְּרֹת, supervacaneam praebens sententiam. Alii, in quibus Gesenius, Winerus, de Wette, Hesselbergus, כְּרֹת Plur. constructum כָּרָה nominis esse jubent, quod hic significet *cisternam*, puteum a pastoribus effossum ad excipiendam aquam pluvialem, coll. Gen. 26, 25., ubi de tali effodiendo puteo dicatur כָּרָה. Qualis cisterna quum alias dicatur בְּאֵר, vatem כָּרָה voce uti putant, ut alludat ad כְּרֵתִים vs. 5., efficiatque paronomasiam. Sic igitur illi: eritque tractus maritimus arva *cisternarum* pastorum, id est, arva plena cisternis pastoriciis. Artificiosior tamen et minus commoda haec etiam ratio. Gravissimum vero est, quod altero quo legitur loco *epulas* significat כֵּרָה. Hitzigius כְּרֹת idem esse vult quod כָּרִים Ps. 65, 14. a כַּר Jes. 30, 23., quod hic loci terminationem femininam assumat ad similitudinem praecedentis נְוֹת, ita ut hac cum voce concinat et significatu et forma. Sed structuram quoque eandem utriusque esse. Neque enim pendere נְוֹת ex כְּרֹת, sed una cum כְּרֹת et pariter atque illud ex רֹעִים, ad rationem locorum שְׁלֻמֵי אֱמוּנֵי יִשְׂרָאֵל 1 Sam. 20, 19., נַהֲרֵי נַחֲלֵי דְבַשׁ וְחֶמְאָה Job. 20, 17. Dolendum vero est, quod כרות, ut idem posset significare quod כָּרִים Ps. 65, 14., Kamez in stat. constr. debuisset servare, scribi, inquam, debuisset כָּרוֹת, non כְּרוֹת, quum כַּר sit a כָּרַר. Miror admodum, verum latuisse interpretes, noluisse eos venire ad epulas comiter invitatos a loco 2 Reg. 6, 23. Structura verborum ea est, quam esse dixit Hitzigius; כְּרֹת vero est Plur. constr. כֵּרָה nominis, quod hoc loco idem prorsus significat, quod 2 Reg. l. l., i. e. *epulas*. Epulas pastorum i. e. gregum quos pascunt pastores epulas eleganter et simul efficiens paronomasiam vates dicit depascendos a gregibus tractus illius agros. Ceterum וְהָיְתָה construitur cum Praedicato. De Singu-
7. lari vid. G. gr. min. §. 143, 3. — *Eritque* is tractus, quem

Philisthaei nunc incolunt, *tractus reliquiis*, possidendus tradetur
reliquiis, superstitibus *domus Judae; in iis* locis, ibi *pascentur*
superstites Judaeorum; *in domibus Ascalonis vespere recubabunt;*
nam prospiciet iis Jova, deus eorum, et reducet captivos eorum.
Hoc loco וְהָיָה verbi Subjectum est חֶבֶל הַיָּם vs. 6. Nam quod
sequitur חֶבֶל, quum articulo munitum non sit, habendum est
Praedicatum. לִשְׁאֵרִית *reliquiis*, Judaeis qui superstites fuerint
cladis et a Jova de exsilio revocati; cf. verba commatis extrema.
עֲלֵיהֶם *in iis* locis, pascuis tractus illius maritimi; cf. vs. 6.
Suffixum neutraliter accipiendum. יִרְעוּן verbi Subjectum non sunt
Judaeorum greges, ut existimat Rosenmüllerus, sed ipsi Judaei;
cf. quod praecedit שְׁאֵרִית בֵּית יְהוּדָה et quae sequuntur יִפְקְדֵם
rel. coll. 3, 13. Ad rem hoc versu propositam cf. Obad. 19. —
Audivi probrum Moabitarum, quo populum meum affecerunt 8.
Moabitae, *et convicia Ammonitarum*, *qui probris affecerunt po-*
pulum meum, *et fastuose*, insolenter *egerunt contra fines eorum*,
Judaeorum, populi mei. Verba postrema intelligenda videntur de
violatis Judaeorum finibus, coll. Am. 1, 13. Jer. 49, 1. al. Quo
sensu quominus illa accipias, parallelismus et vs. 10. nequaquam
obstant, quum quae fiunt in terras alienas incursiones probro sint
iis, in quorum fines suscipiuntur. — *Quapropter, ita vivum*, 9.
dictum Jovae exercituum (Jes. 1, 9.), *dei Israelis*, ita vivam, in-
quit Jova cet., *ut Moab Sodomae instar erit*, *et Ammonitae*
Gomorrhae instar, *possessio spinae*, locus spinis occupatus, *et*
fodina salis, *et vastitas in perpetuum; reliquiae populi mei ra-*
pient eos, *et superstites gentis meae possidebunt eos*. Ad מִמְשַׁק
חָרוּל cf. similiter dictum מוֹרַשׁ קִפֹּד *possessio erinacei*, locus
possessus ab erinaceis Jes. 14, 23. *Sal* reperitur ad austrum ma-
ris mortui. Salsa terra est *sterilis*; vid. not. ad Ps. 107, 34.
יְבָזּוּם, יִנְחָלוּם *rapient eos*, *possidebunt eos*, Moabitas et Ammo-
nitas, quibus verbis, quum in antecedentibus terra illorum popu-
lorum vasta futura esse dicatur, Hitzigius vatem dicere putat,
Judaeos Moabitas et Ammonitas suos facturos esse servos, coll.
Jes. 14, 2. 61, 5. Quemadmodum vero in praegressis בְּנֵי עַמּוֹן
dictum est pro *Ammonitarum terra*, sic hic quoque, ubi rapturi
et possessuri Judaei dicuntur *eos*, Moabitas et Ammonitas, cogi-
tandum videtur de occupanda et possidenda ab Judaeis *illorum*
terra, vastata ab hostibus, Chaldaeis, coll. loco parallelo vs. 5 sqq.
Videntur quidem terram vastatam sic, ut vastatum iri hic dicta

est terra Moabitarum Ammonitarumque, ne pastores quidem posse habitare. Sed quam saepe in hujusmodi minis, pariter atque in promissis, sibi minus constant vates! גוֹי *populus meus*, omisso
10. Jod altero. — *Hoc iis*, hoc iis accidet *pro fastu eorum*, *quod probra jactarunt et insolenter egerunt contra populum Jovae*
11. *exercituum*. — *Terribilis est Jova super eos* (ut recte Hieron.), istos populos, *nam conficit*, perdit *omnes deos terrae; et prosternent se ei*, eumque venerabuntur *quisque e loco suo*, *omnes orae populorum*. עֲלֵיהֶם alii: *contra eos*, quod nimio plus est post נוֹרָא. *Nam conficit* cet., delendis quorum illi dii praesides sunt regnis, cf. Jes. 46, 1., subjiciendisque suo, Israelitarum numinis, imperio. In אִישׁ מִמְּקוֹמוֹ cf. ad מִן Ps. 68, 30. Alii, ut Rosenmüllerus, de Wette: *quisque e loco suo* venturus, coll. Jes. 2, 2 sqq. Mich. 4, 1 sqq. Zach. 8, 22. 14, 16. al.; praeter neces-
12. sitatem, cf. Mal. 1, 11. — *Etiam vos*, *Aethiopes*, *occisi gladio meo vos* (propr. *ii*) eritis. הֵמָּה pro אַתֶּם, nulla jam habita ratione Personae, quippe ante significatae, ut in illo אַתָּה הוּא הָאֱלֹהִים
13. 2 Sam. 7, 28. al. — *Et extendet manum suam contra aquilonem*, Assyriam versus, *et perdet Assyriam*, *et faciet Niniven vastita-*
14. *tem*, vastam, *aridam deserti instar*. — *Et recubabunt in ea*, vastata Nineve, *greges* ferarum, *omnes bestiae multitudinis; etiam pelecanus et erinaceus in capitulis ejus*, in capitulis columnarum destructorum templorum palatiorumque ejus in terra jacentibus *habitabunt; vox* avium deserticolarum *cantabit in fenestra*, *vastatio* erit *in limine; nam tabulatum cedrinum denudarunt*, nudatum est. Verba difficiliora כָּל־חַיְתוֹ גוֹי plerique, in his Gesenius, Rosenmüllerus, de Wette: *omnes bestiae populi*, omnis generis bestiae, quae populum, gentem solent facere, id est, bestiae gregales. Verum ex eo, quod aliis locis sermo est de populo locustarum aliorumque animalium (vid. ad Joel. 1, 6.) non sequi videtur, ut animal gregarium recte dicatur *animal populi* s. *gentis*. Hitzigius כָּל־חַיְתֵי גוֹי breviter dictum esse suspicatur pro כָּל־חַיְתוֹ כָּל־גוֹי, *quaevis bestiae omnis gentis*, generis. Quod probari nequit. Vide, an גוֹי hic exprimere per nexum possit universam *gentem* ferarum. In poetico dicendi genere certe non obstat omissio articuli. Quum Nineve sita fuerit ad aquas, haud incommode etiam memoratur *pelecanus*, avis palustris. Quod attinet ad verba קוֹל יְשׁוֹרֵר בַּחַלּוֹן חֹרֶב בַּסַּף, Hitzigius, quum pro קול et חרב in Jes. 34, 11. legamus יַנְשׁוּף et עֹרֵב; quum קוֹל

a LXX et Syro reddantur *θηρία*, חרב vero a LXX et Vulg. *corvos;* quum praecedant animalium nomina; quum probabile sit, יְשׁוֹרֵר ad חרב quoque pertinere: etiam קול et חרב pro nominibus habenda judicat *bestiarum deserticolarum*. Posse suspicari aliquem, קול idem esse quod غُولٌ, *daemonem deserti;* sed non *cantare* hunc daemonem; praestare nomen animalis. Maxime probabile esse, קול *ululam* esse, de qua eadem interpretes aramaici etiam intelligant ישנוף Jes. 34, 11. Amare ululam muros dirutos eorumque loca editiora (cf. בחלון), et quum interdiu se abscondat ulula, ejus potissimum nosci vocem, ululatum, a quo habeat nomen. חרב et ipsam *volucrem* esse debere (cf. ישורר), eamque non e genere corvorum, sed talem, quae non alte volans plerumque maneat in solo (cf. בסף); fortasse חָרָב, خَرَبٌ, *otidem tardam*, avem deserticolam, etiam Mesopotamiae (Xenoph. Expedit. Cyr. 1, 5, 2.). Quae omnia maxime sunt incerta, et, nisi fallor egregie, praeter necessitatem excogitata. Quod in loco simili Jes. 34, 11. post וִירֵשׁוּהָ קָאַת וְקִפּוֹד dicitur וְיַנְשׁוֹף וְעֹרֵב יִשְׁכְּנוּ בָהּ, eo plane non efficitur, animalium nomina putanda et ea esse, quae subjiciuntur hoc loco, קול et חרב. Quos Hitzigius laudavit veteres interpretes nomina illa de animalibus non videntur nisi capta ex praecedente mentione aliorum animalium conjectura intellexisse. Ex ea tamen mentione non potest colligi quidquam certi. Parallelismus, ut יְשׁוֹרֵר etiam ad חרב בסף trahas, non postulat. Etiam nostra ratione intellecta membra sibi invicem respondent. *Fenestra* aedium partes *superiores* designat, *limen* earundem *inferiores*. Utrarumque describitur *vastitas;* inferiorum verbo proprio, superiorum imagine: nam *vasta* debet esse fenestra, in qua cantent bestiae volucres. Adquiescendum igitur in lectione recepta חֹרֶב vocis, ejusdemque et קול nominis significationibus usitatis in eam sententiam, quam fecimus supra. כִּי אַרְזָה עֵרָה *nam tabulatum cedrinum* (propr. *cedrina*, cf. G. gr. ampl. p. 477.) *denudavit* nudans, nudatum est, formula impersonaliter loquendi frequens. Non recte Gesenius in ערה, de Wette et alii *tabulatum cedrinum denudarunt* dictum volunt pro tabulato cedrino abrupto parietes nudarunt, abruperunt tabulatum cedrinum. Hoc enim esset עֵרָה קִיר, *nudare parietes*. Graviter vero errat Hitzigius, quod, quia illum sensum verba ferre nequeunt, vera cum falsis rejiciens, אַרְזָה esse jubet Pers. 3.

Praet. Hi. rad. רָזָה (vs. 11.), pro הִרְזָה scriptam cum Patach ante ר literam, coll. אַרְבַּע et (Jes. 19, 5.) אָגְאוֹל, in hunc sensum: *nam perdit*, *denudat*. Aptissimam sententiam praebent *tabulata nudata*, sic intellecta, ut ipsissima verba ferunt. Nudata enim tabulata sunt, cum ablato tecto, perruptis fenestrarum clathris, diffractis januis, exposita sunt injuriae aëris, ventorum et imbrium; id quod, praemissa particula causali, ad proxime prae-
15. gressa tam bene convenit, ut non possit melius. — *Haec est urbs illa insolenter exsultans*, *quae habitat secure*, *quae dicit in corde suo: ego sum neque ulla praeterea! Quomodo redigitur in vastitatem*, *cubile bestiis*, pro bestiis, bestiarum! *Omnis qui praeteribit eam*, *sibilabit*, *agitabit manum suam*. Haec est urbs, id est, haec accident urbi, haec sors manet urbem cet. Fortasse tamen praestat sententia Hieronymi, qui: „post eversionem (quae facta fingitur) quasi insultans ruinae ejus sermo propheticus loquitur cet." Tum sic convertenda sunt verba: *haec est urbs illa insolenter exsultans*, *quae habitabat secure*, *quae dicebat* cet. *Quomodo redacta est* cet. *Omnis qui praeterit eam*, *sibilat*, *agitat manum suam*. אֲנִי וְאַפְסִי עוֹד propr. *ego sum et nihil amplius* (אַפְסִי) *praeterea* (עוֹד). Sitne הֵנִיעַ יָד irridentis (cf. ad 2 Reg. 19, 21.), an detestantis, definire non ausim.

CAP. III. Vs. 1—8. denuo perstringit Hierosolymitanos, nullo aliorum populorum supplicio emendatos, eisque et cunctis orbis terrarum populis malefactorum denuntiat poenas. 9—13. quo facto fore dicit, ut Jovae cultus vigeat cum per totum orbem terrarum, tum maxime inter Judaeos, sublatis impiis, reliquis agentibus recte, summa fruentibus securitate. 14—20. quam felicissimam aetatem, qua duce et auspice Jova, deletis hostibus et restitutis in patriam exsulibus Judaeorum populum omnium
1. clarissimum evasurum dicit, popularibus vates gratulatur. — *Vae contumaci et pollutae, urbi violentae!* מוֹרְאָה *rebellis*, *contumax* (cf. vs. 2. 5 seqq.), Part. fem. formae לא pro מוֹרָה rad. מָרָה. Scriptum vero מוֹרְאָה videtur, ut distinguatur vox a מוֹרָה novacula. נִגְאָלָה *polluta*, sceleribus puta. יוֹנָה *opprimens* peregri-
2. nos, viduas, orphanos; cf. Jer. 22, 3. — *Non est audiens dicto*, *non admittit disciplinam*; *in Jova fiduciam non collocat* (cf. 1, 12.),
3. *ad deum suum non accedit*. — *Principes ejus in ea sunt leones rugientes*; *judices ejus lupi vespertini*, *non resecant*, reponunt,

asservant quidquam *in diem crastinum.* אֲרָיוֹת שֹׁאֲגִים, id est, ut leo in praedam, cf. Prov. 28, 15. coll. not. ad Am. 3, 4., sic ruunt in subditos suos, eos voraturi, i. e. deturbaturi de fortunis omnibus, cf. Mich. 2, 2. al. זְאֵבֵי עֶרֶב, maxime rapaces; vid. ad Hab. 1, 8. *Non reponunt* quidquam *in diem crastinum*, id est, sunt inexplebilis cupiditatis. De גָּרַם verbo, cujus vim jam ex-
pressserunt LXX et Vulg., vid. Gesen. — *Prophetae ejus sunt* 4.
protervi, temerarii, non verentes proferre falsa, *homines perfidi*, vates Jovae se profitentes, quum non sint, cf. Jer. 23, 32.; *sacerdotes ejus profanant sanctuarium*, pravis quae faciunt facinoribus, *violant legem.* Verba חִלְּלוּ קֹדֶשׁ. Rosenmüllerus et Hitzigius: *profanant sacrum*, omnes omnino res sacras קֹדֶשׁ nomine comprehendi existimantes, ut sensus sit, non discernere sacerdotes sacra inter et profana, sacra miscere profanis, coll. Ezech. 22, 26., ubi verbis כֹּהֲנֶיהָ חָמְסוּ תוֹרָתִי וַיְחַלְּלוּ קָדָשַׁי subjiciuntur haec:
בֵּין קֹדֶשׁ לְחֹל לֹא הִבְדִּילוּ. — Non curant Judaei quam Jova se- 5.
quitur agendi rationem, non exempla ab illo edita severitatis, vs. 5—7. *Jova justus* est *in ea*, *non facit inique*, injuste, quae verba nequaquam eum sensum habent, quem subjecit Rosenmüllerus hunc: „non committet, ut haec scelera vestra abeant impunita, nam hoc iniquum esset, et a natura ipsius alienum," sed, ut recte viderunt Hesselbergus et Hitzigius, hoc sibi volunt: imago ad imitandum iis proposita est Jova juste agens in medio ipsorum, ut sancti sint, quemadmodum ipse Jova est sanctus; *quovis mane*, quotidie *jus suum*, id est, jus quo ipse utitur, i. e. justam suam agendi rationem *profert in lucem*, poenis afficiens improbos, *non deest*, nunquam omittit sic agere; *nec scit*, sed nescit *improbus pudorem*, justam quam sequitur agendi rationem Jova iis nunquam non proponit ad imitandum, sed frustra; non pudet eos suae rationis. Rosenmüllerus: „מִשְׁפַּט יְהוָה hoc loco indicat *leges Jovanas*, praecepta et statuta, quae Jova ab hominibus vult observari, et secundum quae ipsi judicantur, absolvuntur vel damnantur." Sic etiam Hesselbergus, qui: „lex Jovae in templo quovis mane praelegitur (inde a tempore Josiae, 2 Reg. 23, 2.)." Postulat tamen nostram interpretationem nexus et
vs. 6. — *Exstirpavi populos; vastatae sunt turres* (munimenta) 6.
eorum, *desolavi plateas eorum*, *ita ut nemo transeat*; *deletae sunt urbes eorum*, *ita ut nemo supersit*, *ita ut nemo habitet.* Male Hesselbergus: *exstirpabo* cet. Praeterita postulat verborum

ratio grammatica, postulat nexus; cf. vs. 5. et 7. Sensus: semel atque iterum poenas sumsi a populis exteris, sperans fore, ut alieno periculo prudentior factus disciplinam admitteret populus meus. פִּנָּה *angulus*, hinc *turris muralis*, ut supra 1, 16. Hitzigius propter sequens חוּצוֹת intelligendos ducit *angulos platearum*, ubi cives convenire soleant (Prov. 1, 21.). Non male. Attamen ut ita statuas, חוּצוֹת non postulat. Haud incommode enim *plateis* in *interiore* parte urbis opponuntur *turres* (muri, munimenta) in parte exteriore. נִצְדָּה hic significare *vastari*, *desolari* ex usu aramaico, ostendit nexus, docentque veteres. Quae significatio, quum צָדָה alias sit *insidiari*, quaeritur unde orta sit. Gesenius Ni. fortasse propr. *insidiis captum esse* significare suspicatur. Sed neutra significatio genuina videtur. Fortasse radix quaerenda in חָץ (transpositis literis) subjecta significatione *proscindendi*, ita ut צָדָה proprie sit *proscindere terram* (cf. נָתַס idem Job. 30, 13.), hinc *foveam facere*, *insidias parare*; item *proscindere*, *diruere*, *destruere*, *vastare* domus al. (cf. נָתַץ, נָתַשׁ al.), nec non *proscindere* aliquem, hinc *irridere* alqm (chald.).
7. — *Dixi: modo timeas me, admittas disciplinam, neque exstirpabitur domicilium ejus* (tuum), *prorsus ut mandavi de ea* (te); *verumtamen summo studio perdite egerunt.* מְעוֹנָהּ *domicilium ejus*, mutata persona, pro מְעוֹנֵךְ, *domicilium tuum*, i. e. domus tuae, o urbs! Verba כֹּל אֲשֶׁר פָּקַדְתִּי עָלֶיהָ Hitzigius: *omnia, quae mandavi contra eam*, existimans, verba haec appositione cohaerere cum יִכָּרֵת מְעוֹנָהּ hoc sensu: non accidet illi vastatio (at יִכָּרֵת est: *vastabitur*) sedis suae, omnia illa mala, quae cet. Magis ferri posset interpretatio Hesselbergi haec: *nec fiet quidquam eorum, quae* cet., repetito ex antecedentibus לֹא cum verbo substantivo, quasi scriptum esset לֹא יִהְיֶה כֹּל אֲשֶׁר. Sed rejicienda haec quoque ratio, pariter atque alia proposita ab Rosenmüllero et aliis. כֹּל אֲשֶׁר nihil aliud significat quam *prorsus ut*; פָּקַד עַל vero non est *mandare contra* aliquem, sed *mandare de* aliquo, qua ratione acceptis verbis his respiciuntur quae praecedunt omnia inde ab אַךְ usque ad מְעוֹנָהּ in hunc sensum: dixi ad vos: timete me, admittite disciplinam, tum non delebitur sedes vestra, prorsus convenienter ad ea, quae jam olim a me de vobis sunt decreta, Deut. 28, 1—14., et in contrariam partem ibid.
8. vs. 15—68., item 27, 15 — 26. — Quare quum moniti mores non emendaveritis, ego vos una cum reliquis populis afficiam

poenis. *Propterea, exspectate me*, exspectate me modo, *dictum Jovae*, inquit Jova, *diem* exspectate *quo exsurgam ad* faciendam *praedam; nam sententia mea* est, *colligere populos*, *congregare regna*, *ut effundam in ea furorem meum*, *omnem ardorem irae meae; nam igne indignationis meae consumetur universa terra.* חַכּוּ לִי *exspectate me*, me exspectate modo! non morabor equidem, non frustra exspectabor! Hic est sensus loci non recte intellecti ab aliis; cf. Hab. 2, 3. לְיוֹם pariter atque לִי pendet ex חַכּוּ: exspectate *me*, exspectate *diem*. Verba קוּמִי לְעַד. Hitzigius: quo die *exsurgam testis*. Hieronymum sic interpretatum esse: *in die resurrectionis meae in futurum*; legisse igitur לָעַד (Jes. 30, 8.). Sed de resurrectione Jesu hic agi non posse (de quo nemo sanus unquam dubitabit), et si aliorsum referatur לָעַד, sensum fundi non aptum. Nostros libros, et scriptos et editos exhibere לָעַד, *ad praedam*. Sed longe alia spectare Jovam, quam ut faciat praedam; et quum עַד *praeda* significet rem, non, velut מִלְחָמֹת, actionem, contrariam sententiam nasci, cf. Gen. 23, 17. 20. Cum LXX (*εἰς μαρτύριον*) legisse Syrum et fortasse etiam Chaldaeum לְעֵד. קוּם de teste dici Ps. 27, 12. 35, 11. Deut. 19, 15.; קוּם לְעֵד dici ut הָיָה לְעֵד Job. 16, 8. cf. 1 Sam. 22, 13. 8. *Testem* esse Jovam, cum *puniat*; conjunctos in Jova esse testem, accusatorem, judicem. Quae verba nos nullo modo possunt movere, ut a recepta Masoretharum scriptura recedamus. Cum inter medias minas Jova *se surrecturum esse ad praedam* dicit, ridicule agit interpres, qui damnat vocem significantem *praedam* propterea, quod verendum sit, ne Jova *se praedae futurum esse* dicere putetur ab aliquo. Quid multa? *Praedam* (figura satis trita) pro *praedatione* positam esse indicat nexus. Nec firmius est alterum argumentum, non id agere Jovam, ut *faciat praedam*. Quasi vero surgere *ad faciendam praedam* non sit dictum pro surgere *ad inferendum bellum*. Bene jam, quanquam paullo scrupulosius, a Coelln: „herois imagine ad bellum properantis passim adumbratur Jova a vatibus. Populi vero orientis, cum, ut fieri solet gentibus rudibus, praecipuus bellorum finis in capienda praeda conspiceretur, et optima spoliorum pars Jovae, ut agminum Israeliticorum duci, rite consecraretur, quidni deceret vatem de deo bellatore *egredi ad praedam* eodem sensu quo *egredi ad pugnam* dicere, vel unam harum loquutionum cum altera permutare?“ Differunt illae locutiones in eo tantum, quod qui surgere

ad praedam dicitur, dicitur surgere *ad bellum* cum spe vel certitudine *victoriae*, quod ipsum egregie convenit in hunc locum. מִשְׁפָּטִי Hitzigius: *voluntas mea.* Neque enim *consuetudinem* hic posse significari, nec *judicis sententiam; decretum* (חֹק) vero מִשְׁפָּט esse nunquam. Significari *modum* potius, quo delectetur aliquis, hinc *voluntatem.* Quod longius petitum. Quae *sententiam judicis* significat vox, potest etiam significare *decretum.* Ubi enim *judicatum* est, ibi est *decretum.* לִשְׁפֹּךְ pendet ex לְקַבְּצִי
9. et לֶאֱסֹף. — *Nam tum mutabo populis labium purum*, id est, mutato eorum labio impuro dabo iis labium purum, *ut invocent omnes nomen Jovae, ut serviant ei*, colant eum *animo uno.* Praemissae particulae *causalis* ratio est, quod, quae hoc ipso et sequenti versu Jova se facturum esse dicit, efficiuntur sumenda a populis poena (vs. 8.); cf. vs. 19. Verba אֶהְפֹּךְ אֶל־עַמִּים שָׂפָה בְרוּרָה praegnanter dicta sunt, ut וַיַּהֲפָךְ יְהוָֹה לוֹ לֵב אַחֵר *et mutavit Jova ei animum alium*, mutato ejus animo pristino dedit ei animum alium 1 Sam. 10, 9. *Impura* sunt labia barbarorum *invocantium*, colentium deos *falsos;* cf. Ps. 16, 4. Hos. 2, 19. „Plures Judaei interpretes שָׂפָה בְרוּרָה de *lingua hebraica* intelligunt, qua usuri sint mortales in posterum, quemadmodum praedicit Jesaias 19, 18: *die illo erunt quinque urbes in Aegypto, loquentes lingua Cananaea.* Eo autem hoc videtur indicari, fore, ut urbium illarum incolae recipiant mores, instituta et religionem eorum, quorum lingua sint usuri. Quodsi igitur h. l. *linguam puram*, qua populi alii sint usuri, cum Hebraeis sermonem hebraicum habemus, sensus verborum hic erit, omnes populos sequuturos esse leges, instituta et religionem Hebraeorum, id est, Jovam culturos. Atque hoc modo Judaeos Hieronymi tempore verba intellexisse, ipse refert in Commentario.“ Ros. Quanquam vero idem fere nexus est hujus loci, qui Jes. l. l., tamen, quum verba ipsa nihil habeant quod suadeat, ut intelligantur de lingua sancta, praestat sine dubio interpretatio superior. שְׁכֶם אֶחָד propr. *dorso*
10. *uno*, imagine petita ab iis, qui ferunt jugum. — *E regione trans flumina Aethiopiae odores meos, dispersi mei afferent sacrificium meum.* Rosenmüllerus, Hitzigius et Hesselbergus: *e regione trans flumina Aethiopiae cultores mei, dispersi mei* (Hesselberg. male: *posteri dispersorum meorum*) *afferunt sacrificium* (Hitz. *donum*) *meum.* Sic verba עֲתָרַי בַּת פוּצַי jam Vulg. *supplices mei, filii dispersorum meorum.* Quales intelligat dispersos

Jovae, Rosenmüllerus non dicit. Hitzigius vero intelligendos esse barbaros monet (jam ad Jovam conversos vs. 9.), e clade, de qua vs. 8., fuga elapsos in diversas regiones. Aptior de Wettii et aliorum interpretatio haec: *e regione trans flumina Aethiopiae cultores meos*, *dispersos meos*, Judaeos exterres, *offerent* populi, de quibus vs. 9., tanquam *sacrificium meum*. Qua ratione locum accepit jam Chaldaeus; cf. idem promissum Jes. 66, 20. Hitzigius quidem postulare nexum dicit, ut de populis exteris agatur hoc versu. Quasi vero de populis exteris non agatur, ubi illi dicuntur adducturi esse Judaeos dispersos! Fateor tamen, utraque hac interpretatione meliorem mihi videri propositam supra, duabus de causis. Una est, quod עָתָר vox, cui *cultoris* dei significatum h. l. tribuunt interpretes omnes, etiam Gesenius et Winerus, loco quo praeter hunc legitur Ezech. 8, 11. significat *odorem*, *suffitum*. Probabile est igitur, et hoc loco quem prae manibus habemus, עֲתָרַי esse *odores meos*, *suffimenta mea;* cf. נִיחֹחַ et alia. Altera causa cernitur in parallelismo. Sic enim optime inter se concinunt עֲתָרַי et מִנְחָתִי, quemadmodum ex eadem mea interpretatione concinunt מֵעֵבֶר לְנַהֲרֵי כוּשׁ et בַּת פּוּצַי, siquidem in eadem ratione haec sunt, in qua sunt continens et contentum. *Dispersi Jovae* autem habendi videntur populi exteri, dispersi per diversissimas remotissimasque a sede Jovae terras (quarum una exempli loco nominata est Aethiopia extrema), colentes Jovam, coll. vs. 9. De exsulibus Judaeorum, de exsilio reducendis ab ipso Jova agitur infra vs. 18 et seqq. יוֹבִלוּן pertinet ad utrumque membrum. Ad מֵעֵבֶר לְנַהֲרֵי כוּשׁ cf. Jes. 18, 1. *Suffimenta mea*, *sacrificium meum*, i. e. quae mihi debentur. — *Die illo* 11.
non erit quod pudeat te omnium facinorum tuorum, *quibus deliquisti in me; nam tum removebo ex te* homines *tuos exsultantes fastuose*, *nec deinceps amplius insolenter ages in monte meo sancto*. לֹא תֵבוֹשִׁי וגו' *non erit*, non habebis, *quod pudeat te* cet., id est, qualia facinora fecisti hactenus (vs. 7.), talia eo tempore non facies. Hunc sensum esse docet pars altera versus. Ad עַלִּיזֵי גַּאֲוָתֵךְ cf. Jes. 13, 3. Intelligendi principes, judices, prophetae vani, sacerdotes descripti supra vs. 1. et seqq. גָּבְהָה Infin.
— *Et reliquum faciam in te populum afflictum et tenuem*, *et* 12.
confident nomini Jovae. Quae verba interpretes ita intelligunt, quasi dicat Jova, superstites futuros esse eos, qui sint maneantque afflicti et tenues, sc. ne denuo secundis rebus animos tollant dei

immemores. Quemadmodum vero versu superiore Jova se deletu-
rum dixerat nobiliores insolenter agentes, impios, sic hoc versu
necesse est dicat, se relicturum esse solos afflictos et tenues, i. e.
tenuioris sortis homines submisse se gerentes, pios, quippe solos
dignos, qui sint superstites. Quem ante עַם וגו' desiderare possis
articulum constat saepissime omitti. Fore, ut nova civitas con-
stet ex civibus afflictis et miseris, nec potuit nec voluit vates
13. dicere. Contraria vide infra vs. 14 — 20. — *Reliquiae*, super-
stites *Israelis non facient inique*, injuste, *nec loquentur menda-
cium*, falsa, *nec reperietur in ore eorum lingua fraudis*, fraudu-
lenta; *sed pascentur* (non, ut alii volunt, *pascent*) *et recuba-
bunt*, *neque erit qui terreat*, nullo interpellante, vel principe vel
judice iniquo, bonorum diripiendorum avido (vs. 3.), vel propheta
fraudulento vel sacerdote perfido (vs. 4.). Sic, non de hoste ex-
terno, intelligi postrema verba et possunt facillime commodissi-
meque coll. vss. 3. 4. et 11., et debent intelligi, alioquin idoneo
14. versus careret sensu. — Quae vs. 14—20. leguntur Hitzigius
aliquanto post scripta esse docet. Gaudium suum exprimere vatem
vs. 14—17., quod minae per ipsum a Jova jactae non habuerint
eventum. Jamjam enim depelli a Jova hostes Judaeorum vs. 15.
Quae prorsus falsa est opinio, excogitata conjecturae de Scytha-
rum irruptione factae (vid. prooem.) in gratiam. *Praesentem*
utique vates diem videt liberationis ab hostibus vs. 14. et 15.,
sed videt oculis *mentis*, non *corporis*; *tanquam praesentia*, in-
quam, vati ob mentis oculos obversantur *futura olim*, id quod
ex illo בַּיּוֹם הַהוּא vs. 16. tam clare perlucet, ut non possit cla-
rius. Pro eo enim, si tempus praesens aut proxime instans re-
spexisset vs. 14. 15., vs. 16. debuisset dicere הַיּוֹם הַזֶּה vel הַיּוֹם.
בַּיּוֹם הַהוּא cum dicit, idem illud tempus respicit, quod, בָּעֵת הַהִיא
dicens, respicit infra vs. 19. 20., ubi quae dicuntur manifeste
valent in tempus *olim futurum*, judice ipso etiam Hitzigio! Res
haec est. Tempus descriptum vs. 9 — 13. vates vs. 14 — 20. po-
pulo suo gratulatur ita, ut de eodem exponat uberius, eo modo,
quem descripsimus in Argum. *Jubila*, *filia Sionis! laetos clamo-
res tollite*, *Israel*, Israelitae! *laetare et exsulta toto corde*, *filia*
15. *Hierosolymorum!* — Causa laetitiae. *Removet Jova judicia tua*,
facta de te, poenas quibus te affecit, mala a populis exteris ipso
jubente tibi inflicta, *tollit e medio hostem tuum; rex Israelis est
Jova in te*, qui videbatur deseruisse te rex tuus Jova, nunc

iterum sua tutela et auxilio tibi adest, cf. vs. 17., *non amplius videbis*, experieris *malum*. Quibus verbis minas hoc et primo capite denuntiatas jam eventum habuisse deumque nunc iterum populi sui causam agere propulsandis hostibus fingit vates. רְאֹת *videre*, experiri, ut Jer. 5, 12. 44, 17. et multis aliis in locis. Pro תִּרְאִי *videbis* permulti et scripti et editi libri: תִּירְאִי (nonnulli defective תִּרְאִי) *timebis*, expressum etiam a Vulg. et Chald., quae lectio orta est, si quid video, ex תיראי vs. 16. Ceterum cf. ad vs. 14. — *Die*, tempore *illo dicetur*, acclamabitur *Hiero-* 16.
solymis: ne timeas! Sion, ne remissae sint manus tuae, i. e. animum ne abjicias! Ad verba בַּיּוֹם הַהוּא, de quibus vid. ad vs. 14., Hitzigius „videri inquit nondum decessisse de terra hostes, sed tantum in eo esse (!) ut decedant.“ Ex quibus intelligis, difficultatem, qua sua opinio premeretur, ipsum sensisse, sed conjecturae suae laqueis ita fuisse involutum, ut mallet verbis vim facere, quam istos rumpere laqueos. — *Jova, deus tuus*, est, 17.
erit *in te, heros* qui *servabit; gaudebit de te cum laetitia, silebit in amore suo, exsultabit de te cum jubilo.* Ad גִּבּוֹר יוֹשִׁיעַ cf. Jer. 14, 9. ad Jovam dicta: לָמָּה תִהְיֶה כְּגִבּוֹר לֹא־יוּכַל לְהוֹשִׁיעַ. *Gaudebit, exsultabit de te*, de statu tuo felici; *cum laetitia, cum jubilo*, magnopere. *Silebit* ad delicta tua, ea condonans, *in amore suo*, pro sua in te benevolentia. — *Moestos* remotos *a conventu* 18.
sacro, exsules, *colligo*, reducam in patriam; *ex te sunt*, orti ex te, tua gente sunt, tuorum e numero sunt, tibi itaque restituendi; *onus est in te* (propr. *ea*), i. e. premit te *opprobrium*, servitutis intellige. De נוּגֵי vid. ad Thren. 1, 4. Fortasse rectius cum Kimchio voc. pro Adjectivo habes facto ex Ni. Dicitur נוּגֵי in Statu constr., quemadmodum etiam alias Participia cum Nominibus intercedente Particula arctius juncta strui solent. מִמּוֹעֵד remoti *a* conventu sacro, quo significatu constat מִן saepius dici; vidd. Lexx. Alii, ut Rosenmüllerus, Hesselbergus: moesti *ob* conventum sacrum, quod iis non licet illi interesse. Ita tamen manca est dictio, quanquam facili negotio complenda. Ad rem expressam his verbis cf. elegantissima illa elegia quae continetur Ps. 42. et 43. Verba מִמֵּךְ הָיוּ de Wette: *remoti a te erant.* Sed adhuc sunt. Debebat certe: *remoti a te sunt.* Sed otiosum hoc esset post verba נוּגֵי מִמּוֹעֵד. Praestat itaque ea ratio, quam nos secuti sumus. Alii, in his Rosenmüllerus, optative: *ex te sint!* invita grammatica et praeter necessitatem. Nam cum di-

citur *ex te sunt*, simul dicitur: *sint ergo!* Ad verba מַשְׂאֵת עָלֶיהָ חֶרְפָּה cf. Mich. 6, 16: חֶרְפַּת עַמִּי תִּשָּׂאוּ. Intelligendum esse *opprobrium* servitutis, ostendit nexus. Sub Suffixo in עָלֶיהָ Hitzigius subesse vult notionem גּוֹלָה, *exsulum turbae*. Quae sententia firmari potest eo, quod eadem subest sub הַצֹּלֵעָה וְהַנִּדָּחָה vs. 19., item eo, quod ibidem Suffixum in בָּשְׁתָּם voce, quae cum חֶרְפָּה significatu concinit, et ipsum referendum est ad *exsules*. Nihilo secius malo referre עָלֶיהָ ad *urbem Sioniam*, quia ad hanc referenda sunt quae hisce versibus leguntur Suffixa fem. ad unum omnia, ita ut durius esset, unum עָלֶיהָ referre ad nomen aliud, idque ne expressum quidem. Accedit, quod vs. 19. illam הַצֹּלֵעָה וְהַנִּדָּחָה respiciens vates non utitur Suffixo fem. sing., sed plur. masc. (בָּשְׁתָּם, וְשַׂמְתִּים). Nullius momenti est, quod pro עָלַיִךְ dictum est עָלֶיהָ. Eandem personae mutationem in eadem re vidimus supra vs. 7. Sensus aeque aptus. Nam quod exsules premit opprobrium, idem premit urbem Sioniam; cf. vs. 20. Quid? quod huic sensui mirifice favet nexus. Nam quum dixisset vates, *e gente Sionia* exsules *esse* (מִמֵּךְ הָיוּ), quid potuit subjicere aptius, quam *premi illam opprobrio?* Observa etiam, posse quod in pluribus libris habetur עָלַיִךְ, expressum etiam a Chaldaeo et
19. Syro, pro interpretamento haberi. — *Ecce, agam ego cum omnibus oppressoribus tuis tempore illo, et servabo quidquid claudicat*, quicunque male se habent, *et quidquid expulsum est*, omnem profugorum turbam *congregabo*, *et faciam eos laudem ac nomen*, laudatos ac celebratos *in omni terra*, in omnibus terris *ignominiae eorum*, ubicunque ignominia fuerint affecti. עֹשֶׂה verbo nonnulli Hebraeorum, אֵת pro nota Accusativi habentes, *comprimendi*, *subigendi* notionem hic tribuunt. Ea tamen vis nusquam alias reperitur in hoc verbo, ne Ezech. 23, 21. quidem, licet primaria fuisse videri possit, quemadmodum monuimus alio loco, coll. עָסַס. עֹשֶׂה אֵת hic sine dubio significat *agere cum* aliquo, tractare aliquem eo modo, quo tractari meretur, germ. es machen mit einem; cf. עֹשֶׂה אֵת־פ׳ בְּחֵמָה Ezech. 23, 25. (ubi אוֹתָךְ est pro אִתָּךְ) al. De verbis וְהוֹשַׁעְתִּי אֶת־הַצֹּלֵעָה וְהַנִּדָּחָה אֲקַבֵּץ vid. not. ad Mich. 4, 6. Postrema verba בְּכָל־הָאָרֶץ בָּשְׁתָּם Lud. de Dieu ob praemissum אֶרֶץ voci articulum haec jubet significare: *quorum in tota terra est ignominia*. Eadem haud dubie de causa Hesselbergus, verbis aliter distinctis: et faciam eos laudem, *et nomen in tota terra ignominiam eorum*, et ignominiam eorum

convertam in gloriam per totam terram. Sed vix dubium, quin verba struenda sint ad rationem verborum quae habentur vs. 20. אֶתֵּן אֶתְכֶם לְשֵׁם וְלִתְהִלָּה בְּכֹל עַמֵּי הָאָרֶץ, hoc est, eo modo, quem supra inivimus. Quod quominus facias, הָאָרֶץ forma non obstat. Praemissum articulum habet *constructum* אֶרֶץ nomen, quia idem est Genitivus pendens ex כָּל־. Sfo כָּל־הֶחָמוֹן יִשְׂרָאֵל 2 Reg. 7, 13., כָּל־הַמַּמְלְכוֹת הָאָרֶץ Jer. 25, 26. Munitum articulo vero אֶרֶץ constat non posse non sonare הָאָרֶץ. Eadem de causa in eadem structura הָעָם scriptum in verbis כָּל־הָעָם הַמִּלְחָמָה Jos. 8, 11. בְּכָל־הָאָרֶץ proprie *in omni terra*, pro *in omnibus terris*, ut כָּל־הַדָּבָר 1 Sam. 3, 17., כָּל־הַדֶּרֶךְ Jer. 7, 23. al. Quo eodem modo constat etiam Latinios loqui. Ad rem cf. Jer.
33, 9. — *Tempore illo adducam vos, eoque tempore congregabo* 20
vos; nam reddam vos nomen et laudem, celebratos et laudatos *apud s. inter omnes populos terrae, reducens captivos vestros ante oculos vestros*, vobis spectantibus, *inquit Jova.* וּבָעֵת קַבְּצִי אֶתְכֶם propr. *et eo tempore* est, erit *congregare meum vos*; cf. אִם אָמְרִי *si dicere meum* est, si dico Job. 9, 27. Dictione לְעֵינֵיכֶם ut alias rei certitudo exprimitur.

HAGGAI.

Anno imperii primo (ante Chr. 538.) Cyrus Judaeis libertatem redeundi in patriam templique Hierosolymis instaurandi concessit, Esr. 1, 1 seqq. Qua facta potestate multi Judaeorum ducibus Serubabele, praefecto regio, et Josua, sacerdote summo, in patriam reversi, fundamenta templi jecerunt mense secundo secundi post reditum anni, Esr. 3, 8 sqq. Sed Samaritanorum, qui, oblata Judaeis in restituendo templo opera communi, ab his admissi non fuerant, factum est invidia et malis artibus, ut coeptum opus interpellaretur usque ad annum secundum regnantis Darii Hystaspis (ante Chr. 520.), Esr. 4, 1 seqq. Quo anno *Haggai* vates, paucis post mensibus officii socium nactus Zachariam vatem, suos hortari coepit, ut diu intermissum opus denuo aggrederentur, effecitque, ut opus resumerent, Esr. 5, 1 sq. 6, 14. Hagg. 1, 1 sqq. 2, 1. 10. Zach. 1, 1. Adversarii rem ad Darium quidem referunt; Darius vero confirmato decreto Cyri jubet templi structuram omni modo juvari, Esr. 5, 3 sqq. 6, 1 sqq. Absolvitur templum anno regnantis Darii sexto (ante Chr. 515.), Esr. 6, 14.

CAP. I. Vs. 1. indicatur tempus dictarum gestarumque quae hoc capite continentur rerum. Vs. 2—6. vates perstringit Judaeos, quod, quum suas ipsorum domos curent, templi instaurationem negligant, hanc unam calamitatis fructuum aliorumque quibus coloniae conflictandum sit malorum dicens originem. Hinc 7—11. eos ut coepto operi iterum admoveant manum adhortatur, causam publicae calamitatis denuo dicens neglectam hactenus Jovae domum. 12—15. narrat dicto audientes exstitisse et Serubabelem, praefectum regium, et Josuam, sacerdotem summum, et
1. universam coloniam. — *Anno secundo Darii regis*, *mense sexto*,
die primo mensis factum, delatum *est verbum*, effatum *Jovae per*
Haggaeum prophetam ad Serubabelem, *filium Sealtielis*, *praefectum Judae*, *atque ad Josuam*, *filium Jozadaci*, *sacerdotem*

summum, hoc; cf. Esr. 4, 24. Vere Hitzigius *mensem* intelligendum esse monet anni hebraici, non regnantis regis Persarum, coll. Zach. 1, 7. 7, 1. 3. 8, 19. Duobus mensibus post in publicum prodiit Zacharia vates, Zach. 1, 1. A זְרֻבָּבֶל praefecto non diversum esse illum qui Esr. 1, 8. 5, 14. vocatur שֵׁשְׁבַּצַּר, sed eundem utroque nomine significari, intelligitur ex eo, quod Esr. 5, 16. de Scheschbazare eadem narrantur, quae ibid. 3, 8 seqq. de Serubabele. Erat שֵׁשְׁבַּצַּר haud dubie Serubabelis nomen *chaldaicum;* cf. Dan. 1, 7. ibique not. בֶּן־שְׁאַלְתִּיאֵל Serubabel vocatur et Esr. 3, 2. al. Sed 1 Chron. 3, 18 sq. Schealtiel Serubabelis dicitur avus, non pater. Huic igitur si fides loco, בֶּן necesse est ut dictum sit pro *nepote,* ut Esr. 5, 1. al. Pro שְׁאַלְתִּיאֵל, quemadmodum nomen etiam 2, 23. scribitur, infra vs. 12. 14. et 2, 2. scriptum vides contracte שַׁלְתִּיאֵל. Qui hic et Zach. 3, 1. memoratur יְהוֹשֻׁעַ, Esr. 3, 2. al. nominatur יֵשׁוּעַ, plane ut Josua, Nuni filius, Neh. 8, 17. De Josadaco cf. 1 Chron. 5, 41. Ad praefectos Judaeorum igitur, et civilem et sacrum, se convertit
vates. — *Sic dicit Jova exercituum: populus hic dicit: nondum* 2.
est *tempus ventionis,* tempus quo veniat res agenda, quo aggredi debeamus opus, *tempus domus Jovae, ut aedificetur,* tempus, inquam, quo aedificetur domus Jovae, tempus aedificandi templi. Ad verba עֶת־בֹּא alii tacent, satis habentes sensum totius commatis utcunque expressisse, inter quos est Rosenmüllerus, alius verba corrupta dicit, qui est Hitzigius. Is, „quid sibi velint qui loquentes inducuntur clarum est, inquit; sed suspicionem movent puncta. Nemo unquam dicet: *non est tempus ventionis temporis domus* cet. בֹּא punctatores Infinitivum esse volunt. Infinitivus vero, non amplificatus addito Suffixo aliove modo, scribitur בּוֹא. Quare quum בֹּא Imperativus esse nequeat, pro בֹּא legendum est בָּא. Sic legens posses verba sic struenda putare: *non venit tempus, tempus domus* cet. Ita tamen scriptum esse deberet לֹא בָּא הָעֵת וגו'. Lege potius לֹא עַתָּ בָּא עֵת־וגו', *nondum nunc* quidem *venit tempus* cet. עַתָּ ut Ps. 74, 6. Ezech. 23, 43.“ In qua arguta disputatione iterum accidit Hitzigio, ut verba corrigeret non intellecta, haud ita difficilia ad intelligendum. בֹּא est Infinitivus, separandus ab עֶת־ quod subjicitur, non obstante בֹּא forma; intelligitur enim, Infinitivum esse בֹּא, ex עֶת־ quocum construitur priore. Subjectum vero cogitatione supplendum בֹּא Infinitivi est *res agenda,* ut is prodeat sensus, quem supra expressimus. לֹא

nondum, ut in eadem re Job. 22, 16: וְלֹא עֵת *et nondum* adsit
3. *tempus*, Gen. 2, 5. al. — *Et factum est*, itaque delatum est *ver-*
4. *bum*, effatum *Jovae per Haggaeum prophetam hoc.* — *Numquid*
tempus est *vobismet ipsis*, *habitandi in domibus vestris tabulatis*,
quum domus haec, Jovae, *sit desolata*, quum Jovae domus interea
jaceat desolata? לָכֶם אַתֶּם *vobis*, *vobis*, inquam, ut בִּי אֲנִי *in*
me, *me* 1 Sam. 25, 24. al. G. gr. min. §. 119, 4. בְּבָתֵּיכֶם סְפוּנִים
omisso ante Adjectivum (Particip.) articulo, ut in רוּחֲךָ טוֹבָה Ps.
143, 10. ubi cf. not. וְהַבַּיִת הַזֶּה חָרֵב propr. *et domus haec est*
desolata, pro eo quod nos dicimus, *quum*, *quum tamen sit* cet.
Exemplum statim dabit vs. 9. extr. Alia vid. ad Ps. 2, 6. Ad
5. rem cf. 2 Sam. 7, 2. — *Et jam sic dicit Jova exercituum: ad-*
vertite animum vestrum ad vias vestras, id est, „ad consilia et
actiones vestras, earumque eventus.“ J. H. Michaelis. Potest sane,
quum vates utatur Plurali, דַּרְכֵיכֶם dicens, דֶּרֶךְ et *active* de ra-
tione qua *agant* Judaei, et *passive* de ratione qua cum illis *aga-*
tur accipi. Jam Hieronymus: „considerate, quae feceritis, et
6. quae passi sitis.“ — *Seminatis multum, et infertis*, colligitis in
horrea *paulum; editis, neque ad saturitatem; bibitis, neque ad*
satietatem; vestitis vos, neque ad tepescendum, concipiendum
calorem, quod non satis vestium habetis, quum nihil fructuum
possitis vendere; *et qui mercede operam suam locat*, *locat in*
crumenam perforatam, et si quis necessitate coactus mercede
locat operam suam, perinde est, ac si lucretur in crumenam per-
foratam, quum in summa inopia frugum, quicquid opera partum
est, statim abeat in impendia. הָבֵא et qui sequuntur Infinitivi
absoluti verbum finitum continuant, G. gr. min. §. 128, 4, a. לוֹ
7. vestienti se. — *Sic dicit Jova exercituum: advertite animum*
8. *vestrum ad vias vestras!* vid. ad vs. 5. — *Adscendite montes*,
et afferte ligna, *et aedificate domum*, *ut delecter ea*, *et hono-*
ratus sim, meum habeam honorem, qui hactenus a vobis sum
neglectus, *inquit Jova.* Ad עֲלוּ הָהָר Rosenmüllerus: „*monte*
plerique interpretes Libanum intelligunt, ex quo cedros ad aedi-
ficandum templum a Tyriis et Sidoniis advectas legimus 1 Reg.
5, 20. Esr. 3, 7., atque ad וַהֲבֵאתֶם cogitatione supplent מִשָּׁם *inde.*
Alii cum Chaldaeo, qui טוּרַיָּא *montes* vertit, הָהָר collective in-
telligunt de *montanis* vicinis, quae illis temporibus sylvis consita
erant, unde ligna ad aedificandum petenda essent, Neh. 8, 15.
Sed vix dubium, quin הָהָר, praemisso articulo, significet hoc loco

montem illum, in quo aedificandum erat templum, cujus statim fit mentio, in quem jubentur lignum ad aedificationem necessarium afferre." Quam interpretationem non satis mirari possum, quum e nexu perluceat clarissime, intelligendos esse montes, de quibus ligna advehenda essent. Facillime caremus illo quod Rosenmüllerus desiderat מִשָּׁם. *Articulus* vero nil nisi montem vel montes, montana, *definite cogitata* postulat. Quaeritur jam, sintne Libani montes, an montes intelligendi in universum. De Libano quominus cogites, Hitzigius obstare existimat, quod materiam cedrinam ad aedificandum necessariam Judaei non ex ipso loco advexerint, sed advehendam de Libano ad mare Joppense curaverint, Esr. 3, 7. Sed perperam agit interpres, qui quae fieri jubentur judicat ex iis quae dicuntur facta esse. Quid? quod ne premi quidem verba fas est. Quidni enim facere jubeatur aliquis id, quod ille solet facere per alios? Nihil igitur impedit, ne vatem cogitasse statuas de montibus Libani. Necesse tamen ut ita judices non est. Commode enim vates generatim *montes* nominare putatur, quia montana solent silvosa esse; cf. Neh. 8, 15. Quod *lignorum* tantum mentio facta est, ratio Hitzigio videtur ea esse, quae est allata ab Hieronymo, qui: „ajunt Hebraei, sola tantum ad contignandum ligna fuisse necessaria, stantibus muris templi post incendium." Sed qui scrupulosior voluerit interpres esse, rectius hic in mentem revocabit lectoribus, fuisse, quo tempore Haggai vates exstiterit, dudum ex parte restitutum templum, muros fortasse absolutos; cf. Prooem. Verum hic quoque cavendum est, ne premantur verba. Necessarii haud dubie etiamnunc praeter ligna lapides erant. Vates vero satis habet commemorasse rem praecipue necessariam. בוֹ i. e. הַבַּיִת, templo. וְאֶכָּבֵד Hitzigius: (ut delecter ea) *et honoratum me sentiam*, putans, convenienter ad אֶרְצֶה subjective accipiendum esse et אֶכָּבֵד, coll. 2 Reg. 14, 10. Ibi tamen הִכָּבֵד est *honorator, habeto honorem!* Pro אֶכָּבֵד K'ri אֶכָּבְדָה, quod rejecit Hitzigius ea de causa, quod in sententiis, qualis haec sit, He paragogici locus sit verbum *prius* (Ps. 4, 9. 1 Reg. 20, 31.), id vero h. l. ה ferre nequeat. Saepe tamen utrumque verbum adjectum הָ habet, ut Ps. 90, 14. Jam si prius per naturam suam He ferre non potest, posterius vero potest
ferre, quidni ferat? — Ad hunc et duos qui sequuntur versus 9.
conf. vs. 6. *Exspectatis multum, et ecce, fit paulum; cumque infertis in domum, afflo illud*, dispergo. *Propter quid? dictum*

Jovae, inquit Jova *exercituum. Propter domum meam, quae est, jacet desolata, quum vos curratis ad suam quisque domum*, unice curetis suas quisque aedes. פָּנָה אֶל propr. *spectare*, oculos conjicere *in* aliquid. Ad Infinitivum absolutum cf. Hos. 4, 2. ibique not. וְהִנֵּה לִמְעָט propr. *et ecce*, est, abit *in paulum*. וַהֲבֵאתֶם הַבַּיִת וְנָפַחְתִּי בוֹ propr. *et infertis in domum et afflo illud*, id est, cumque infertis, intulistis in domum (horrea), cet. Verborum וְאַתֶּם וגו' eadem grammatica ratio quae verborum וְהַבַּיִת הַזֶּה חָרֵב vs. 4. *Currere* de studio et industria in re aliqua perficienda;
10. cf. Prov. 1, 16. — *Propterea super vos claudit se coelum, ne sit ros*, ne cadat in terram ros (cf. etiam infra), *et terra cohibet proventum suum*. עֲלֵיכֶם Hitzigius Dativum incommodi esse vult, coll. Gen. 34, 12. 2Sam. 19, 39. Jes. 1, 14., molestum et injucundum Judaeis esse monens, quod Jova faciat. Sed valde incommodus est iste Dativus incommodi, vel propterea, quod sic sumtum in aëre pendet עֲלֵיכֶם. Toto coelo distant ab hoc loco laudati ab Hitzigio loci. Cum Chaldaeo alii: *propter vos*. Quod otiosius post עַל־כֵּן. Similia quidem habentur Mich. 3, 12. in verbis לָכֵן בִּגְלַלְכֶם. Ea vero neminem, opinor, impedient, quominus sensum eligat, si sese offerat, meliorem. Talem vero habebis interpretatus cum Vulg. *super vos*. Hitzigius quidem *super*, superne, esse מֵעַל dicit, praeterea obstare locum, quem teneat vox, ut quae ponenda fuisset in fine sententiae, coll. Gen. 49, 25. cum Deut. 33, 13. Dolendum vero est graviter, quod עֲלֵיהֶם Zeph. 2, 11. *super vos* reddidit ipse Hitzigius. Sed perdo verba. Plane absonum, abjudicari particulae significatum maxime proprium. Praeponitur עֲלֵיכֶם, quia pertinet ad כָּלְאוּ שָׁמַיִם, non ad מִטָּל. כָּלָא prius Gesenius et alii intransitive *clausum esse* significare jubent. Potest sane ita accipi. Proprie esset *claudere* omisso Accusativo nubium vel receptaculorum, ex quibus secundum opinionem Hebraeorum coelum demittit rorem, pluviam, grandinem (cf. G. gr. ampl. p. 851.), hinc *claudere se*. Ita si statuis, מִטָּל est pro מִהְיוֹת טַל, qua ratione constat מִן saepe dici. Potest vero etiam eodem significatu sumi כָּלָא prius, quo sumitur posterius, *cohibendi*, inquam. Tum sic verba sonabunt: *cohibet se*, propr. *cohibet* nubes, omisso Accusativo, ut supra, *coelum a rore*
11. (cf. Ps. 119, 101. al.), i. e. cohibet, retinet rorem. — *Et voco*, advoco, immitto (cf. 2Reg. 8, 1.) *siccitatem super terram, et super montes, et super frumentum, et super mustum, et super*

oleum, et super ea omnia *quae profert humus, et super homines et super pecudes, et super omnem laborem manuum*, omnia labore parta, agrorum, hortorum vinearumque fructus. „Observant interpretes elegantem paronomasiam inter culpam et poenam. Templum Jovae erat Judaeorum inertia חָרֵב *desolatum* (vs. 4. 9.), ideo cuncta premit חֹרֶב *siccitas*, devastans. Quasi dicat: quia aedem meam vastam relinquitis, ego quoque in omnia vestra vastitatem immittam.“ Ros. „Pro *siccitate* (חֹרֶב) LXX *μάχαιραν*, id est, *gladium* (חֶרֶב), transtulerunt . . . Quoniam sermo de terra est, et de agrorum sterilitate, magis mihi videtur *siccitas* in praesenti loco intelligi debere, quam *gladius*.“ Hieron. Conveniret חֶרֶב in *homines* quidem et *pecudes*; in hos vero convenit etiam חֹרֶב, nam siccitate si pereunt res ad vitam necessariae, pereunt homines quoque et pecudes. — *Et auscultarunt Seru-* 12.
babel, filius Saltielis, et Josua, filius Jozadaci, sacerdos summus, et omnes superstites populi voci Jovae, dei ipsorum, et verbis Haggaei, prophetae, quod miserat eum Jova, deus ipsorum; et timuit populus Jovam. כֹּל שְׁאֵרִית הָעָם non *reliquus* praeter Serubabelem et Josuam *populus omnis*, sed, ut vere Hitzigius, *omnes superstites populi*, universus numerus eorum qui redierant exsilio, universa colonia; cf. Zach. 8, 6. כַּאֲשֶׁר שְׁלָחוֹ יְהוָה nonnulli: *quemadmodum eum miserat Jova*, id est, secundum ea, quae Jova ei dicenda mandaverat. Quum vero שָׁמַע seq. בְּ, עַל hic non *obedire, morem gerere*, de quo vs. 14. demum est sermo, sed *auscultare, attendere ad* videatur significare, praestat verba sic capere ut cepimus. כַּאֲשֶׁר *quia, quod*, ut Mich. 3, 4. al. —
Et dixit Haggaeus, legatus, nuntius *Jovae in legatione Jovae*, 13.
Jovae jussu et auctoritate *ad populum: ego vobiscum* sum, *dictum Jovae*, nolite pavidi esse, ego vobis adsum, inquit Jova. Verebantur Judaei machinationes adversariorum; cf. Prooemium. —
Et excitavit Jova animum Serubabelis, filii Saltielis, praefecti 14.
Judae, et animum Josuae, filii Jozadaci, sacerdotis summi, et animum omnium superstitum populi, et venerunt et fecerunt opus in domo Jovae exercituum, dei ipsorum. הֵעִיר אֶת־רוּחַ פ׳, ut Esr. 1, 1. 5. al. *excitare*, inclinatum ad aliquid agendum reddere *animum alicujus*. וַיָּבֹאוּ, undique; nisi mavis, esse בּוֹא pleonastice praemissum aggrediendi verbo, ut alias קוּם. — *Die vicesimo quarto mensis sexti, anno secundo Darii* 15.
regis. Perperam nonnulli libri editi hunc versum ad cap. 2.

trahunt; docet enim diversus a 2, 1. numerus, pertinere versum ad cap. 1.

CAP. II, 1—9. Conferentes novi templi exilitatem cum magnificentia templi Salomonici consolatur vates spe, fore, ut templi posterioris splendor major fiat, quam fuerit prioris, donis
1. a populis exteris undique allatis. — *Septimo* mense, die *vicesimo*
primo mensis (anni secundi regnantis Darii, 1, 1. 15.) *factum*,
delatum *est verbum*, effatum *Jovae per Haggaeum prophetam hoc*.
2. — *Age, dic ad Serubabelem, filium Saltielis, praefectum Judae,*
atque ad Josuam, filium Jozadaci, sacerdotem summum, atque
3. *ad superstites populi* (vid. ad 1, 12.) *hoc*. — *Quis inter vos*
est *ille superstes, qui vidit domum hanc in splendore suo priore*, pristino? *Et qualem videtis eam nunc? Nonne talis* domus *ut nihil* est *in oculis vestris*, vobis videtur esse nihil? מִי בָכֶם הַנִּשְׁאָר quis inter vos est *ille superstes*, prorsus ut Gen. 27, 33: מִי אֵפוֹא הוּא הַצָּד צַיִד quis tandem fuit ille, ὁ θηρεύσας θήραν. Ad rem Rosenmüllerus: „poterant utique adhucdum superesse grandaevi, qui Salomonis templum viderant, sicut octodecim annos antea, Cyri anno secundo, tales multi adhuc fuerunt, teste Esra 3, 12. (cf. vs. 8.). Nam a templi destructione usque ad Darii Hystaspidis annum secundum, quo Haggaeus hoc oraculum edidit, septuaginta erant anni, Zach. 1, 12., et ad annum primum Cyri, sive ad exsilii finem, quinquaginta et duo.“ וּמָה *et qualem*, ut Num. 13, 18. 1 Reg. 9, 13. al. כָּמֹהוּ, quod Subjectum efficit, est propr. aliquid *instar illius*, i. e. *talis* domus, domus *illi similis*. Sic saepe כָּזֶה, כָּזֹאת, כָּאֵלֶּה *talis, tale quid,*
4. *talia*, ut Jud. 13, 23. Jes. 66, 8. — *Jam vero forti sis animo,*
Serubabel, dictum Jovae, inquit Jova, *et forti sis animo, Josua, fili Jozadaci, sacerdos summe, et forti sis animo, omnis popule terrae, inquit Jova, et facite opus! nam ego vobiscum sum,*
5. *inquit Jova exercituum.* עֲשׂוּ, intellige מְלָאכָה 1, 14. — *Se-*
cundum verbum, foedus, *quod feci vobiscum, quum exiretis ex Aegypto, et spiritus meus manet inter vos; ne timeatis!* אֶת־הַדָּבָר Rosenmüllerus: *verbum* facite, cogitatione repetens ex superiore versu עֲשׂוּ. Quod quum illius עֲשׂוּ Objectum sit מְלָאכָה, non videtur ferri posse. Removet difficultatem Hesselbergus ita, ut ejus verbi Objectum non faciat *opus*, sed hoc ipsum quod prae manibus habemus אֶת־הַדָּבָר, interpositis in parenthesi verbis כִּי אֲנִי אִתְּכֶם נְאֻם יְהוָה צְבָאוֹת. Verum ita comparatus est nexus

commatis superioris, ut עָשָׂה non videatur nisi ad aedificationem templi posse referri. Accedit, quod durior est talis parenthesis. De Wette: *hoc est verbum, quod*, eam vim tribuens אֶת voculae, quam ei vindicare studuit Gesenius in Lexicis et in Gr. min. §. 37. Modo certiora essent quae proferunt exempla Ezech. 43, 7. 47, 17. 18. 19. in quibus אֶת seorsum positum *αὐτὸς* significare volunt, et Jos. 7, 15. 22, 17. 1 Sam. 17, 34. 2 Reg. 6, 5. Neh. 9, 19. Jer. 38, 16. Dan. 9, 13. Hos. 10, 6. Hagg. 2, 17. in quibus eundem significatum tribuunt voculae junctae Nomini vel Pronomini. De quatuor primis exemplis vid. quae observavimus, probata a Redslobo *Beurth.* p. 123., ad Ezech. 43, 7. Ad reliquos locos quod attinet, ii, quod pace dixerim clarissimorum virorum, plane nullius ponderis sunt. Jos. 7, 15: eum *comburant igne, eum, et omnia quae sunt ei.* Latine quidem hic *ipsum* dices. In hebraico vero cf. Jos. 1, 2: *surge, trajice hunc Jordanem, tu, et omnis* cet., Deut. 2, 32. 3, 1. 5, 14. 6, 2. 12, 7. al. Locum Jos. 22, 17. Gesenius: *num non sufficit nobis ipsum scelus cum Peoro commissum?* At *ipsum* sensus non postulat. Sufficit dici: *num non sufficit nobis peccatum Peori?* 1 Sam. 17, 34. illud וְאֶת non caret sua vi. Sed redde *et cum:* et habebis vim idoneam. Eodem enim redit, utrum dicas: *venit leo, et cum urso*, an cum Gesenio: *venit leo, et ipse ursus.* 2 Reg. 6, 5. *ferri* vocabulum eum emphasi pronuntiandum dicit Gesenius. Praeter necessitatem. Quod idem valet in Neh. 9, 19. Loco Jer. 38, 16. Gesenius אֶת אֲשֶׁר: *idem ille qui.* Non video equidem, cur non recte dicatur sic: *per Jovam, per eum, qui* cet. Dan. 9, 13. Gesenius: *hoc ipsum malum omne.* Quidni: *hoc omne malum?* Hos. 10, 6. Gesenius: „*ipse* (vitulus) *in Assyriam deportabitur.* Praecesserat populus cum sacerdotibus." Vere. Sed praepositum אותו voci est גַּם, ita ut habeas quod adquiescas in ו Suffixi significatu. Verba אֵין אֶתְכֶם אֵלַי Hagg. 2, 17. Gesenius: *neque vos ipsi convertimini ad me.* Sed alienum est illud *ipsi.* Neque enim opponuntur Judaei aliis, sed non converti ad deum dicuntur licet variis afflicti malis. Plura de his locis vid. infra. Nec majoris momenti sunt loci, ubi אותו reflexive ponitur, ut Jer. 7, 19. Ezech. 10, 22. 34, 2. 8. 10. Nihil enim hoc est nisi *eum* pro *se* dictum ex more loquendi populari; cf. ad Ezech. 34, 2. Hitzigius, אֶת־הַדָּבָר appositione cohaerere putans cum אֲנִי vs. 4: *verbum* vobiscum est, *quod.* Fateor tamen, in dies magis dubia

mihi videri, quae docentur de אֵת voculâ praemissa Nominativo. Eorum enim locorum, in quibus אֵת Nominativo praemissum videtur, longe plerique eam particulam constructam quidem cum verbo passivo exhibent, sed tali, quod facillime possit tanquam verbum impersonale activum structum putari, eo modo, quo lat. interdum dicitur *canes paucos habendum* est Varr. R. R. 1, 21., *non permittendum spem ullam censuit* Liv. 42, 43. Ad quam rationem nonnulla exempla ipse revocavit Gesenius in Lexx. et Gr. min. §. 140, 1. Quidni igitur ad unum omnia? Sunt illa haec. Gen. 4, 18: וַיִּוָּלֵד לַחֲנוֹךְ אֶת־עִירָד, 17, 5: לֹא יִקָּרֵא עוֹד אֶת־שִׁמְךָ אַבְרָם, 21, 5: בְּהִוָּלֶד לוֹ אֵת יִצְחָק בְּנוֹ, ibid. vs. 8: יוֹם הִגָּמֵל אֶת־יִצְחָק, 27, 42: וַיֻּגַּד לְרִבְקָה אֶת־דִּבְרֵי עֵשָׂו, 40, 20: יוֹם הֻלֶּדֶת אֶת־פַּרְעֹה, 46, 20: וַיִּוָּלֵד לְיוֹסֵף אֶת־מְנַשֶּׁה וְאֶת־אֶפְרָיִם; Exod. 10, 8: וַיּוּשַׁב אֶת־מֹשֶׁה וְאֶת־אַהֲרֹן אֶל־פַּרְעֹה, 21, 28: לֹא יֵאָכֵל אֶת־בְּשָׂרוֹ, 25, 28: וְנִשָּׂא בָם אֶת־הַשֻּׁלְחָן, 27, 7: וְהוּבָא אֶת־בַּדָּיו בַּטַּבָּעֹת; Levit. 10, 18: לֹא הוּבָא אֶת־דָּמָהּ אֶל־הַקֹּדֶשׁ פְּנִימָה; Num. 7, 10: בְּיוֹם הִמָּשַׁח אֹתוֹ, 11, 22: אִם אֶת־כָּל־דְּגֵי הַיָּם יֵאָסֵף לָהֶם, ibid. 14, 21. et Ps. 72, 19: יִמָּלֵא כְבוֹד יְהוָה אֶת־כָּל־הָאָרֶץ (cf. ad Ps. 72, 19.), 26, 55: בְּגוֹרָל יֵחָלֵק אֶת־הָאָרֶץ, 26, 60: וַיִּוָּלֵד לְאַהֲרֹן אֶת־נָדָב וְאֶת־אֲבִיהוּא אֶת־אֶלְעָזָר וְאֶת־אִיתָמָר, 32, 5: יֻתַּן אֶת־הָאָרֶץ הַזֹּאת לַעֲבָדֶיךָ לַאֲחֻזָּה; Deut. 12, 22: כַּאֲשֶׁר יֵאָכֵל אֶת־הַצְּבִי וְאֶת־הָאַיָּל כֵּן תֹּאכְלֶנּוּ, 20, 8: לֹא יִמַּס אֶת־לְבַב אֶחָיו; Jos. 7, 15: יִשָּׂרֵף בָּאֵשׁ אֹתוֹ וְאֶת־כָּל־אֲשֶׁר לוֹ; Jud. 6, 28: וְאֵת הַפָּר הַשֵּׁנִי הֹעֲלָה עַל הַמִּזְבֵּחַ; 2 Sam. 21, 11: וַיֻּגַּד לְדָוִד אֵת אֲשֶׁר עָשְׂתָה רִצְפָּה; 1 Reg. 2, 21: יֻתַּן אֶת־אֲבִישַׁג לַאֲדֹנִיָּהוּ לְאִשָּׁה; 1 Chron. 2, 9: בְּנֵי חֶצְרוֹן אֲשֶׁר נוֹלַד לוֹ אֶת־יְרַחְמְאֵל וְאֶת־רָם וְאֶת־כְּלוּבָי; Esth. 2, 13: אֵת כָּל־אֲשֶׁר תֹּאמַר יִנָּתֵן לָהּ; Jer. 35, 14: הוּקַם אֶת־דִּבְרֵי יְהוֹנָדָב, 38, 4: יוּמַת נָא אֶת־הָאִישׁ הַזֶּה; Ezech. 16, 4. 5: יוֹם הֻלֶּדֶת אוֹתָךְ; Hos. 10, 6: גַּם אוֹתוֹ לְאַשּׁוּר יוּבָל; Prov. 16, 33: בַּחֵיק יוּטַל אֶת־הַגּוֹרָל. In quibus exemplis probe observanda verbi *pers.* 3. *masc. sing.*, etiamsi nomen sit numeri pluralis, Gen. 27, 42. Exod. 27, 7. Num. 11, 22. Jer. 35, 14., aut generis feminini, Num. 26, 55. 32, 5. 1 Reg. 2, 21. Verum ut magis luceant exempla hactenus descripta, conferenda sunt illa, in quibus et ipsis Passivum impersonaliter positum construitur cum Accusativo, omisso אֵת, velut Jes. 21, 2: חָזוּת קָשָׁה הֻגַּד לִי *visionem diram nuntiatum est*, nuntiarunt *mihi*; Dan. 9, 24: שָׁבֻעִים שִׁבְעִים נֶחְתַּךְ *hebdomadas septuaginta decretum est*, decreverunt. Tanto-

pere constructionem activam amant Hebraei et Aramaei, ut haud raro utantur ea, ubi natura sententiae omnino requirere videtur passivam, ut Job. 7, 3: לֵילוֹת עָמָל מִנּוּ לִי *noctes aerumnosas assignarunt mihi*, pro noctes aerumnosae assignatae sunt mihi (a deo), al., Dan. 2, 30: דִּי פִשְׁרָא לְמַלְכָּא יְהוֹדְעוּן *ut interpretationem regi notam facerent*, ut interpretatio regi nota fieret. Hinc non dubitandum, quin vis activa ab Hebraeis cogitando subjecta sit etiam in his exemplis: Jos. 22, 17: הַמְעַט־לָנוּ אֶת־עֲוֺן פְּעוֹר (cf. etiam Redsl. l. l.); 1 Sam. 20, 13: יִיטַב אֶל־אָבִי אֶת־הָרָעָה עָלֶיךָ; 2 Sam. 11, 25: אַל־יֵרַע בְּעֵינֶיךָ אֶת־הַדָּבָר הַזֶּה; Neh. 9, 32: אַל־יִמְעַט לְפָנֶיךָ אֵת כָּל־הַתְּלָאָה. Qui reliqui sunt loci si forte non omnes fuerint feliciter explicati a nobis aliisve, ea de causa non protinus את Nominativi notam habebis. Quae nunc non videmus, ea fortasse videbimus olim. Sic את in verbis אֶת־כָּל־אֵלֶּה אַנְשֵׁי חָיִל Jud. 20, 44. 46. ante hos septem annos judicavimus pendere ex *occidendi* verbo cogitatione repetendo ex superioribus, secuti Ewaldum Gr. ampl. p. 597. in eademque sententia adhuc est Roorda. Quod perperam haud dubie judicatum. Nihilo secius אֶת nota est Accusativi. Appositione illa verba cohaerent cum אִישׁ, אִישׁ vero post אֶלֶף est *Accusativus*. Loci 1 Sam. 17, 34. interpretatio *venit leo*, *et cum urso* nihil in se habet, quod reprehendi possit; cf. ad eum not. Haud contemnenda quidem conjectura Redslobi suspicantis (l. l.), את in hunc locum illatum esse ex vs. 36. lapsu librarii, ita ut pro הָאֲרִי וְאֶת־הַדּוֹב legendum sit הָאֲרִי וְהַדּוֹב, contra pro גַּם אֶת־הָאֲרִי גַּם־הַדּוֹב restituendum גַּם אֶת־הָאֲרִי גַּם אֶת־הַדּוֹב. Attamen non opus esse puto hac emendatione. Neque enim eam ἀκρίβειαν amant Hebraei, qualem illa emendatio ponit. In verbis אֶת־אַרְבַּעַת אֵלֶּה יֻלְּדוּ לְהָרָפָה 2 Sam. 21, 22. dubito an possit Accusativus referri ad וַיַּכֻּהוּ vs. 21., ut opinantur Ewaldus et Winerus. Est potius activae et passivae structurae commixtio, librarii incuriae tribuenda. Transit scriptor ab activa structura ad passivam impulsus verbo postposito. Verba אֶת־הַבַּרְזֶל נָפַל אֶל־הַמָּיִם 2 Reg. 6, 5. Redslobus haud profecto incommode (l. l.): *cum ferro* (securi) *decidit* (qui lignum caedebat) *in aquam*, id est, ferrum de manibus ejus cecidit in aquam, nisi malis אֶת transferre ab hoc loco ad הַבַּרְזֶל vs. 6. ubi desideretur (Jahn. Annal. philolog. 1838. 1. p. 11.). Quid vero, si ne Particula quidem sit את? si sit potius idem illud אֵת, quod legitur 1 Sam. 13, 20. 21. Jes. 2, 4.

Mich. 4, 3. Jo. 4, 10., in quo frustra ad hunc diem laborarunt interpretes, *ferrum*, inquam, dolabrae, ita ut אֶת exprimat id, quo caeditur, בַּרְזֶל vero dolabram totam, ferrum cum manubrio? Favet res ipsa: neque enim dolabra tota de manibus, sed ferrum de dolabra facile cadit; favet vs. 6., ubi: וַיִּקְצָב עֵץ וַיַּשְׁלֶךְ שָׁמָּה, baculum haud dubie immittens in foramen ferri; favet 1 Sam. 13, 20 sq., locis reliquis non repugnantibus. Quod vs. 6. scriptor solo בַּרְזֶל utitur, conjecturae non obstare vix est quod moneam. Verba הֲיֵשׁ אֶת־לְבָבְךָ יָשָׁר 2 Reg. 10, 15. sic videntur explicanda esse: *numquid est cum corde tuo rectum?* id est, num recte vereque sentis? Quod 2 Reg. 18, 30. est לֹא תִנָּתֵן אֶת־הָעִיר הַזֹּאת negligentius est scriptum. Ex commentariis quibus utebatur historicis transscripserat scriptor תִנָּתֵן, quasi subjecturus Nominativum, uti est in altero exemplari Jes. 37, 10., tum vero missa structura passiva transiit ad activam magis usitatam. Ceterum deest אֵת in libris multis iisque scriptis accurate. Verba וְהַנּוֹתָר אֶת־הֶהָמוֹן הַזֶּה 2 Chron. 31, 10. vix dubium esse potest quin explicanda sint ad rationem eorum exemplorum, quae expedivimus loco primo, sic, puta, ut אֶת הֶהָמוֹן הַזֶּה sit Accusativus verbi activi, propr. *et ex reliquum factum hanc copiam*. Eodem referri possit illud אֶת־עַמּוּד הֶעָנָן לֹא סָר מֵעֲלֵיהֶם Neh. 9, 19. Potest enim סָר *remotum est* valere. Praestat tamen סָר referri ad deum et אֶת reddi *cum* in hanc sententiam: et tu, pro magna tua misericordia, non deseruisti eos in deserto, *cum columna nubis non recedens ab iis interdiu . . . et* (nec) *cum columna ignis noctu*. Ibidem vs. 34. אֶת־מְלָכֵינוּ וגו׳ possit esse Accusativus absolutus. Quod Jer. 27, 8. legitur אֶת אֲשֶׁר vere explicuisse mihi videor ad verba ipsa loco altero. In verbis וְאֶת־הָאָח לְפָנָיו מְבֹעָרֶת ibidem 36, 22. iterum facile deprehendes Passivum structum tanquam impersonale Activum. מְבֹעָרֶת enim accipiendum pro Neutro *accensum erat*. In loco Jer. 38, 16. hoc חַי יְהוָה אֶת אֲשֶׁר עָשָׂה וגו׳ Redslobo (*Beurth.* p. 123.) אֵת *apud, ante*, jurandi particula esse videtur. Sed nihil est aliud quam nota Accusativi. Scripto חַי יְהוָה pergit vates in Accusativo, qualis est חֵי פַרְעֹה Gen. 42, 15 sq. al. Sic igitur interpretare locum: *per Jovam, per eum qui fecit* cet. Ezechielis verba אֶת־נַהֲרֹתֶיהָ הֹלֵךְ סְבִיבֹת מַטָּעָהּ 31, 4. firmissime persuasum habemus recte a nobis explicita esse ad locum ipsum. Quod idem valet in verba יַעַן אֲמָרְךָ אֶת־שְׁנֵי הַגּוֹיִם וגו׳ Ezech. 35, 10. Ab iis, quae suo loco

docuimus de verbis את כל־הרעה הזאת באה עלינו Dan. 9, 13.,
quaeque assensione sua probavit Redslobus (l. l.), nunc in eo
tantum discedimus, quod באת sine negotio construi posse puta-
mus cum praecedentibus. Neque enim Participium sed Praeteritum
est באת omisso אשר. In loco Hagg. 2, 17. miror interpretes
difficultatem videntes ubi nulla est. Non est אין אתכם positum
pro אינכם (Ew. Win. Hitz. Redsl.). Verba ואין אתכם אלי el-
liptice dicta sunt pro *nec convertitis vos* (Acc.) *ad me*; cf. Jes.
8, 20: לתורה ולתעודה *ad legem et ad praeceptum* revertamur!
Similis ratio est loci Zach. 7, 7. Ibi enim interrogantibus Judaeis,
quae ab ipsis fieri velit Jova, hic הלא את־הדברים וגו׳, *nonne*,
inquit, facietis *illa verba* cet. cf. vs. 9 sqq. Male Ewaldus, Hes-
selbergus et alii: *nonne* audistis, coll. vs. 12. Ex antecedentibus,
non ex sequentibus complenda est sententia. Zach. 8, 17. verba
כי את־כל־אלה אשר שנאתי cum Ewaldo Winerus: „*nam ea*
omnia, *quae odi*, sc. facitis, quod verbum repetendum est ex
praeced. תאהבו et תחשבו." Quod quaesitum neque aptum ad
nexum. Sed de his verbis pluribus dicendum ad locum ipsum.
Restat Eccl. 4, 3., ubi את אשר pendet ex שבח אני vs. 2. Itaque,
ut redeamus ad scriptorem, rejicienda etiam Hitzigii sententia.
Ex nostra vero את־הדבר nihil est aliud quam Accusativus modi
s. normae, ut hic sit sensus: ego vobiscum sum (vs. 4.) *illud*
verbum i. e. secundum illud verbum, *quod* cet. רוחי *spiritus*
meus i. e. ipse ego, qui res vestras rego; cf. Zach. 4, 6. — *Ad-* 6
huc paulum est, adhuc breve tempus superest, *et commovebo coe-*
lum et terram, *et mare et siccum*, terram siccam. Verba עוד
אחת מעט היא Rosenmüllerus, de Wette et alii: *adhuc semel*,
paulum est. אחת elliptice pro פעם אחת, ut 2 Reg. 6, 10. al.
dictum putant, existimantque respici legis promulgationem Sinai-
ticam. „*Adhuc semel*, sicut olim, quando lex de monte Sinai
cum horrendis tonitrubus et fulguribus promulgata, et tota veluti
natura concussa fuit." Ros. Sed quid hic sibi volunt tonitrua
Sinaitica, ubi commotionis coeli et terrae imagine, ut saepe alias,
exprimitur regnorum hostilium perturbatio? cf. vs. 7. 21. 22.
Itaque Hitzigius אחת voce *unum* i. e. parvum, breve *tempus*, אחת
(עת), indicari vult, coll. Dan. 7, 25. 12, 7. Quod durius. Miror,
non vidisse interpretes, construendum esse אחת cum מעט, ita ut
quatuor haec verba unam sententiam efficiant. מעט, dictum de
tempore, vim habet Substantivi, אחת, praepositum ut Dan. 8, 13.,

vim articuli indefiniti. Femininum pro Neutro est, ut in הִיא.
7. — *Et commovebo omnes populos, et venient,* afferentur *deliciae,*
res pretiosissimae *omnium populorum, et implebo domum hanc
splendore, inquit Jova exercituum.* Fore dicit, ut post maximas
a Jova factas rerum publicarum commutationes reverentia percussi
populi deumque agnoscentes Jovam dona pretiosissima afferant,
quibus Jovae templum exornetur. Ad וּבָאוּ חֶמְדַּת כָּל־הַגּוֹיִם cf.
Jes. 60, 5. 61, 6. Nulla idonea de causa Hitzigius חֶמְדַּת idem
esse vult quod מִבְחַר־ Jes. 22, 7. Exod. 15, 4., ut hic sit sensus:
et venient nobilissimi omnium populorum. בָּאוּ construendum est
8. cum חֶמְדַּת־ collective capiendo. — *Meum est argentum, et meum
aurum, inquit Jova exercituum,* mei juris sunt, mihi debentur
haec omnia (cf. Job. 41, 3. Ps. 50, 12.), ut non habeatis, quod
9. solliciti sitis de ornando templo nunc exstruendo. — *Major erit
splendor domus hujus posterior, quam* fuit *prior, inquit Jova
exercituum; et in hoc loco,* Hierosolymis, *faciam pacem,* tranquillitatem, securitatem, *inquit Jova exercituum.* Verba priora
multi interpretes: *major erit splendor domus hujus posterioris,
quam prioris.* Sic Rosenmüllerus, Hesselbergus. Si verum quaeris, eodem redit, utrum ad כְּבוֹד an ad הַבַּיִת הַזֶּה referas הָאַחֲרוֹן
eet. Vatem tamen ad כָּבוֹד illud retulisse, intelligimus ex vs. 3.
Recte jam LXX: *διότι μεγάλη ἔσται ἡ δόξα τοῦ οἴκου τούτου
ἡ ἐσχάτη ὑπὲρ τὴν πρώτην.* Ceterum Rosenmüllerus: „templi
posterioris gloriam a vate hic praenunciatam Christiani interpretes
in eo positam esse volunt, quod Jesus Christus sua praesentia
illud illustraverit. Jesum tamen non in illo, de quo Haggaeus
loquitur, Serubbabele incitante, exstructo templo, sed in eo, quod
haud diu ante ipsum natum ab Herode totum a fundamentis aedificatum erat, adeoque in tertio templo docuisse constat. Quem
nodum ita expedire studuerunt, ut observarent, in consuetudine
loquendi historica omninoque populari templum ab Herode per
partes destructum restitutumque a priori post reditum Judaeorum
e Chaldaea exstructo non distingui, sed nomine atque appellatione
eum eo confundi. Neque tamen hac observatione ad nostrum
oraculum expediendum opus videtur, nisi ei inferas, de quibus
vates ne cogitavit quidem.“ Verissime hoc quidem. De aureis,
argenteis aliisque pretiosis ornamentis cogitasse vatem, docent
vs. 7. et 8. Ad postrema verba cf. Mich. 5, 4.

CAP. II, 10 — 19. Ingrata deo esse opera et sacrificia non

aedificantium aedem sacram. Intermittentibus opus omnia fuisse
adversa. Denuo aggredientibus promittuntur laeta. — *Vicesimo* 10.
quarto noni mensis, anno secundo Darii factum, delatum *est*
verbum, effatum *Jovae per Haggaeum prophetam hoc*. „Nonus
est mensis, quem nos Novembrem vel Decembrem dicimus. Nisan
enim apud Hebraeos mensis est primus, qui appellatur mensis
novorum, eo tempore, quo Pascha faciunt, id est, incipiente veris
exordio, qui secundum lunae cursum saepe quandam partem mensis
Martii possidet, interdum incipit in Aprili. Ergo si Nisan
Aprilem intelligimus, nonus mensis secundum supputationem Hebraeorum
December erit.“ Hieron. „Fuit igitur inter hoc oraculum
et id, quod proxime praecedit, majus interstitium, quam inter
duo priora, nec tamen admodum magnum, duorum videlicet mensium
et paucorum dierum. Videntur eo tempore Judaei post congestas
materias operi manus denuo admovisse et notabilem in eo
progressum fecisse.“ Ros. cf. vs. 15 sqq. — *Sic dicit Jova exer-* 11.
cituum: age, interroga sacerdotes de lege hoc, propone eis quaestionem
super lege hanc. „Sacerdotis est, scire legem, et ad
interrogationem respondere de lege.“ Hieron. Quod vs. 12. vates
de certa quadam lege interrogat, eo non efficitur, quod effici putant
nonnulli, esse תּוֹרָה hic de certa quadam lege accipiendum,
quamvis per se possit accipi, coll. Neh. 13, 3. al. — *Si tulerit* 12.
*aliquis carnem sacram in lacinia vestis suae, et tetigerit lacinia
sua panem, aut pulmentum, aut vinum, aut oleum, aut quemvis
cibum: an id sacrum erit*, rei sacrae contactu? *Et responderunt
sacerdotes et dixerunt: non* erit! Ad הֵן cf. Jer. 3, 1. ibique
not. בְּשַׂר קֹדֶשׁ *caro sacra*, de victima deo oblata, ut Jer. 11, 15.
Sacerdotes „recte responderunt לֹא, nam licet ipsa vestis carnis
sacrae tactu sancta reddita est (Lev. 6, 20.), tamen vim suam non
ulterius extendebat, nec quod tali veste tactum erat, sanctum
reddebatur.“ Ros. — Alia quaestio, opposita priori. *Et dixit* 13.
Haggaeus: si tetigerit pollutus aliquo mortuo, qui pollutus est
tactu cadaveris, *ullum istorum*, quidquam ex supra memoratis,
cibum aut potum: *an id polluetur? Et responderunt sacerdotes,
et dixerunt: polluetur!* טְמֵא נֶפֶשׁ, ut Lev. 22, 4. i. q. טָמֵא
לָנֶפֶשׁ *pollutus aliquo* Num. 5, 2. 9, 10., plenius טָמֵא לְנֶפֶשׁ אָדָם
pollutus aliquo homine Num. 9, 6. 7., breviter dictum pro טָמֵא
נֶפֶשׁ מֵת, טָמֵא לְנֶפֶשׁ מֵת (Lev. 21, 11. Num. 6, 6.) *pollutus aliquo
mortuo*, ejus contactu Num. 19, 13. Potuit מֵת salvo sensu omitti.

De *adspiratione* mortui, de qua cogitat Hitzigius, in נֶפֶשׁ cogitandum non est. Ad responsum sacerdotum cf. Num. 19, 22. —
14. Jam quo tendant quaestiones dicitur. *Et respondit Haggaeus, et dixit: sic est populus hic, et sic gens haec coram me*, me judice, *inquit Jova*, *et sic omne opus manuum eorum*, quidquid agunt; *et quidquid offerunt illic*, in ara ista, *pollutum est*, mihi neutiquam gratum et acceptum. Ad וַיַּעַן Rosenmüllerus: „nemo interrogavit quicquam; sed ex usu linguae verbum עָנָה de omni continuatione sermonis dici constat.“ Quasi hoc sit proprium verbi hebraici! Qui colloquens cum aliquo, postquam ille est locutus, loqui pergit, is refert, *respondet*, etiamsi non interrogatus. גּוֹי voce Judaeorum tangi *immunditiem* haud improbabilis sententia est Hitzigii. שָׁם „*illic* designat altare, quod aedificatum erat statim a reditu, videlicet anno primo Cyri regis, mense ejus anni septimo, ut habetur Esr. 3, 3.“ Ros. Ad rem ipsam quod attinet, Hieronymus: „dicit Aggaeus, de superioribus tacens, quod sanctificata caro ceteros cibos sanctificare non possit, et de secunda tantummodo quaestione sermonis sui texens occasionem: *sic populus iste est*.“ Recte. Potissimum vates quaestionem respicit secundo loco propositam. Id vero suo solvere officio interpretem non potest. Quid sibi vult Jova utraque ista quaestione? Quemadmodum, inquit, si quis tulerit carnem sacram in lacinia vestis, tetigeritque ea lacinia panem aut pulmentum aut vinum aut oleum aut quemvis cibum, hic cibus, hic potus rei sacrae contactu sacer non reddetur; quemadmodum e contrario, quidquid ex his tetigerit pollutus tactu cadaveris, pollutum erit: sic vestra agendi ratio, recta in reliquis, neglectam templi aedificationem compensare non potest; e contrario, quidquid agitis ceteroquin gratum, ingratum mihi reddit ista incuria. Minus accurate Hieronymus: „quod dicit hujuscemodi est: o popule, qui altari tantum exstructo, et diruta domo mea, hostias mihi offers in altari et victimis ejus et carnibus te sanctificari putas, scito, non tam sanctificari te ex hostiis, quae, templo diruto, tibi prodesse non poterunt, quam contaminari omnia opera tua et cuncta quae agis, ex eo quod negligis, et tuam magis domum, quam meam exstruere conatus es. Sanctum quidem est, quod offertur in altari; sed non tam sanctificaris ex hostiis, quam ex eo, quod in convallibus habitas, et interea mortuis operibus, pollueris.“ Item Hieronymum secutus Rosenmüllerus: „sacrificia,

quae in ara post reditum exstructa fiebant non minus erant munda
et pura quam in alio loco, donec tempus advenisset templi in-
staurandi; tum enim negligentiae et socordiae crimine obstricti
Judaei et aram polluebant, et victimas in ea oblatas. Sanctum
quidem est, quod offertur in altari, sed non tam sanctus redditur
homo ex hostiis, quam ex neglectu divini cultus polluitur." —
Et nunc, agite, advertite animum vestrum, animadvertite *ab hoc* 15.
die et sursum, id est, et retro ad tempus superius, *priusquam*
poneretis lapidem ad lapidem in templo Jovae, priusquam opus
templi continuaretis. Sensus: comparate diligenter hoc tempus,
quo opus iterum estis aggressi, cum tempore interjecto inter hoc
et illud tempus, quo aedificatio nondum erat continuata; cf.
vs. 18. ibique not. Recte in rei summa Hieronymus: „nunc te
hortor, o popule, ut sensu ad praeterita revertaris, considerésque
quae facta sint, hoc est, ab hac die vicesima quarta noni mensis
anno secundo Darii, quicquid retro gestum est, mente com-
plectere" cet. Ad שִׂימוּ לְבַבְכֶם Rosenmüllerus, de Wette et alii
cogitando supplendum putant עַל־דַּרְכֵיכֶם coll. 1, 5. 7. nulla ur-
gente necessitate. Objectum est ipsum tempus, praeterlapsum inter
tempus praesens et superius. מִהְיוֹתָם וגו' pertinet ad מַעְלָה. —
Ex quo illi fuerunt, dies intellige, ad quos supra vates Judaeos 16.
jussit attendere, dies quibus templum neglectum jacuit, *veniebant*,
accedebant *ad acervum* mergitum *viginti* modiorum (Vulg.), qui
debebat esse, sperabatur fore viginti modiorum, *eratque decem*
modiorum acervus; *veniebant*, accedebant *ad lacum torcularem*,
ut haurirent quinquaginta Puras, *erantque viginti*, ne dimidia
quidem pars ejus, quod speraverant. בָּא impers. פּוּרָה, Jes. 63, 3.
idem fere quod בַּת, hic videtur esse certa *mensura* vini, eaque
major. LXX μετρητής, בַּת. Rosenmüllerus, de Wette et alii:
e torculari. Quod durius. Ad rem hoc et proximo commate
descriptam cf. 1, 6. 9. 10 sq. — *Percussi vos uredine* frumenti, 17.
et flavedine, marcore, *et grandine omne opus manuum vestrarum*,
segetes opera vestra satas, vites plantatas cultasque, *nec conver-*
tistis vos ad me, *inquit Jova*. Initium commatis iisdem verbis
legitur Am. 4, 9. אֵת כָּל־מַעֲשֵׂה יְדֵיכֶם vere monuit Hitzigius
non appositione cohaerere cum אֶתְכֶם, sed Accusativum esse per-
cussae partis. De verbis אֵין אֶתְכֶם אֵלַי vid. quae observavimus
ad vs. 5., quibus adde quod in loco, qui vati ante oculos obver-
sabatur, parallelo Am. 4, 9. legitur לֹא שַׁבְתֶּם עָדַי. Vulg. *et non*

fuit in vobis qui reverteretur, legens אֶתְכֶם, quod ferri et ipsum
18. potest. — *Agite*, *advertite animum vestrum*, animadvertite *ab
hoc die et sursum*, ad tempus superius; *a die*, inquam, *vicesimo
quarto* mensis *noni ad* tempus quod effluxit *a die*, *quo fundatum
est templum Jovae*, *animadvertite*, i. e. considerate modo tempus
elapsum inter hunc diem, vicesimum quartum mensis noni, et
tempus superius, diem primae fundationis templi; cf. vs. 15. Ad
לְמִן cf. אֶל־מִחוּץ et similia. „Verbis יוֹם אֲשֶׁר יֻסַּד הֵיכַל יְיָ
significatur tempus illud, quo prima templi fundamenta sunt jacta,
anno altero ab reditu, post exstructum altare, Esr. 3, 10 sq.
Mox tamen interruptum fuit opus jacuitque usque ad annum Darii
regis secundum.“ Ros. Quo anno moniti Judaei intermissum opus
iterum aggressi sunt quidem (1, 1—2, 9.), sed negligentius vi-
dentur continuasse usque ad illud tempus, quo haec dixit vates.
Hitzigius וָמָעְלָה hic idem esse jubet, quod וְהָלְאָה, coll. Vulg.
quae vs. 15. *et supra*, hic vero *et in futurum* habeat. Idem
יוֹם הַיּוֹם אֲשֶׁר יֻסַּד הֵיכַל יְהוָֹה eundem diem esse judicat, qui sit
עֶשְׂרִים וְאַרְבָּעָה לַתְּשִׁיעִי, putans, לְמִן non differre a מִן. Sed
dubito vehementer, an possit quod hic habetur ומעלה significatu
accipi *contrario* illi, quo gaudet vs. 15. Si vero *superius* tempus
exprimit hic quoque, sequitur, ut לְמִן הַיּוֹם אֲשֶׁר יֻסַּד הֵיכַל יְהוָֹה
eodem referatur. Quemadmodum enim concinunt inter se מִיּוֹם
לְמִן et מִן הַיּוֹם הַזֶּה עֶשְׂרִים וְאַרְבָּעָה לַתְּשִׁיעִי, sic videntur verba
הַיּוֹם אֲשֶׁר יֻסַּד הֵיכַל יְהוָֹה debere respondere וָמָעְלָה voci. Quod
idem perlucet e verbis אֲשֶׁר יֻסַּד הֵיכַל יְיָ. Nam die vicesimo
quarto mensis noni, anno Darii secundo Judaei non tantum fun-
damenta templi dudum jecerant, sed etiam aliquam aedificii par-
tem illis superstruxerant (1, 1—2, 9.). Quod nihilo secius eos
hac oratione perstringit vates, ejus rei ratio est, quod opus usque
ad diem vicesimum quartum mensis noni non ea qua debebant
diligentia promoverant. Ceterum non sine idonea causa quae
vs. 15. dixerat vates hic repetit. Repetit enim, ut quae vs. 19.
extremo dicturus est contraria illis quae dixerat vs. 16. et 17.,
19. magis illucescant. — *Num adhuc semen est in granario?* id est,
nullum jam restat frumentum in granariis vestris, *et adhuc vitis
et ficus et malus punica et arbor olivarum non tulit* fructus.
Verum *ab hoc die*, quo templi opus serio estis aggressi, *prospe-
rabo*, annos vestros frugibus felices esse jubebo. Qui voluerit
verba premere, poterit sub verbis *num adhuc semen est in gra-*

nario? hunc sensum subjicere: ita consumta est omnis frumenti copia, ut ne quod spargatis semen quidem reliquum sit. Sed dicitur זֶרַע etiam de iis, quae ex semine oriuntur, de segetibus, satis, agrorum proventu 1 Sam. 8, 15. Jes. 23, 3. Job. 39, 12. (15.), eoque hoc modo accipiendam vocem putamus hic quoque, tum ob membrum parallelum, tum quod alter ille sensus rem nimis auget. *Articulus* praemissus semen (frumentum) ad victum necessarium indicat, vel, quod praefero, in lingua nostra germanica vi caret, G. gr. min. §. 107, adn. 1, b. עַד praeter hunc locum etiam Job. 1, 18. videtur *adhuc* significare. Fortasse tamen utroque hoc loco efferendum est עֹד. Sed commodum sensum etiam usitata significatio praebet, simulatque נָשָׂא ceperis impersonaliter, hunc dico: *et usque ad vitem et ficum et malum punicam et arborem olivarum non tulit* quidquam fructus, nihil eorum quae plantata et culta erant tulit fructum, etiam vitis, ficus, malus punica, arbor olivarum fructum non tulerunt. Parallelismus tamen summopere commendat rationem priorem. Longe aliter difficilioris interpretationis locum explicandum putarunt alii. In his Hesselbergus, הַעוֹד cum לֹא נָשָׂא construens: *an adhuc*, quod esse jubet: *nonne adhuc, semen in horreo, atque adeo vitis et ficus et malus punica et arbor olivarum non tulit* fructus? Sed *ab hoc die* cet. Hitzigius: *an adhuc semen est in granario?* qua interrogatione Judaeos ad spargendum semen excitari monet, q. d. sementem facite bono animo, intrepidi! *et usque ad vitem et ficum et malum punicam et arborem olivarum*, quae *non tulit* fructum, *ab hoc die prosperabo.* Perperam verba distinxisse Masorethas. Nam si לֹא נָשָׂא Praedicatum efficiat sententiae primariae, ita ut memoratae arbores efficiant Subjectum, וְעַד non habere quo referatur, אֲבָרֵךְ vero carere Objecto. Hoc potius dicere vatem: אֲבָרֵךְ *prosperabo*, et quidem cuncta מִן הַזֶּרַע וְעַד הַגֶּפֶן וגו׳ *a semine et usque ad vitem* cet. cf. Gen. 6, 7. Sed suppressum esse מִן הַזֶּרַע, quippe jam positum in praecedente הַעוֹד הַזֶּרַע בַּמְּגוּרָה; לֹא נָשָׂא vero esse sententiam relativam. Impeditior utraque interpretatio. De עַד vide quae diximus supra; אֲבָרֵךְ vero ex nostra explicatione Objecto caret quidem, sed caret facillime profecto hoc nexu. Antehac verba nobis hunc sensum ferre posse videbantur: *num adhuc semen est in granario?* num adhuc sementem facere non potuistis, sinistro coelo, *et usque*, continenter, sine intermissione, *vitis et ficus et malus punica et*

arbor olivarum non fert fructus? id est, jamjam denuo sementem fecistis, nec sine intermissione vitis est. non fert fructus, jam satis est sterilitatis: *ab hoc die*, quo templi structurae fidas admovistis manus, *prospero*, frugibus uberes reddo annos vestros. Videbatur עַד, quod constat proprie esse *tempus perpetuum*, hic adverbialiter sumtum significare posse *continuo*, *sine intermissione*, ut latinorum *usque*; de נָשָׂא vero vid. G. gr. min. §. 124, 3. Sed nusquam alias *continenter* significat עַד, et pro נָשָׂא aptius hoc sensu יִשָּׂא esset. Accedit quod hic sensus et ipse est impeditior. Alias conjecturas praetermitto. Ad נָשָׂא *ferre* fructus cf. Joel. 2, 22. Ezech. 17, 8.

CAP. II, 20—23. Praeterea fore promittit, ut inter media quae proxime instent regnorum hostilium bella et eversiones res
20. publica Judaeorum erigatur, servetur, floreat. — *Et factum*, delatum *est verbum*, effatum *Jovae iterum ad Haggaeum die vicesimo quarto mensis* (noni, anno secundo Darii, vs. 10.) *hoc:* —
21. *Dic ad Serubabelem, praefectum Judae, hoc: Commovebo coelum*
22. *et terram.* Cf. vs. 22. et supra vs. 6. ibique not. — *Et evertam solium regnorum, et delebo potentiam regnorum populorum; et evertam currum et qui vehuntur eo, et concident* occisi *equi et qui vehuntur iis, quisque gladio alterius*, promiscuis caedibus, aliis in aliorum gladios irruentibus. יָרַד ut Jes. 34, 7. 32, 19.
23. — *Die*, tempore *illo*, *inquit Jova exercituum*, *sumam te, Serubabel*, *fili Sealtielis*, *mi serve*, *inquit Jova*, *et faciam te annuli signatorii instar*, id est, curam tui habebo singularem, eris mihi in summo pretio, carissimum te habebo; *nam te elegi*, *inquit Jova exercituum.* אֶקָּחֲךָ J. H. Michaelis: in meam fidem et protectionem assumam te, et sic etiam Rosenmüllerus: assumam, recipiam te in meam curam et patrocinium. Sed recte Hitzigius לָקַח nonnisi introducere actionem sequentem monuit; cf. 2 Reg. 14, 21. 23, 30. Alia exempla dabunt Lexx. Ad verba וְשַׂמְתִּיךָ כַּחוֹתָם cf. Jer. 22, 24. Cant. 8, 6. Respexit hunc locum Siracides 49, 11: πῶς μεγαλύνωμεν τὸν Ζοροβάβελ; καὶ αὐτὸς ὡς σφραγὶς ἐπὶ δεξιᾶς χειρός.

ZACHARIA.

Vates exstitit Zacharia eodem quo Haggaeus anno, paucis mensibus post; cf. 1, 1. cum Hagg. 1, 1. coll. in Haggaeum Prooemio. Sintne quae habentur capp. 9—14. Zachariae abjudicanda nec ne, videbimus ad illa ipsa.

CAP. I—VIII. Quae his capp. continentur omnia spectant restitutionem civitatis et templi.

CAP. I, 1—6. Vs. 1. indicium temporis. 2—6. Judaei
ut Jovae praeceptis audientes sint admonentur. — *Mense octavo,* 1.
anno secundo Darii, factum, delatum *est verbum,* effatum *Jovae*
ad Zachariam, filium Berechiae, filii Iddonis, prophetam, hoc.
Ad verba priora cf. Hagg. 1, 1. Ex בֶּן־בֶּרֶכְיָה בֶּן־עִדּוֹ perlucet,
Esr. 5, 1. 6, 14. בֵּן de nepote dictum esse; cf. בֶּן־שְׁאַלְתִּיאֵל
Hagg. 1, 1. Intelligendus haud dubie idem Zacharia, de quo
Neh. 12, 16. הַנָּבִיא pertinet ad זְכַרְיָה. — *Iratus est Jova* 2.
patribus vestris iram. Apposito קֶצֶף nomine (Ges. gr. min.
§. 135, 1. adn. 1. utimur ab hoc loco editione 12.) vis Verbi
augetur ita, ut si nos cum accentu efferentes irascendi verbum
dicimus: *patribus vestris Jova est i r a t u s.* Nequaquam, quae
Rosenmülleri est sententia, idem est קֶצֶף קָצַף quod קֶצֶף קָצַף
גָּדוֹל vs. 15. 7, 12. — *Et dic ad eos: sic dicit Jova exercituum:* 3.
redite ad me, inquit Jova exercituum, et redibo ad vos, dicit
Jova exercituum. Quodsi vultis, ut, qui a majoribus vestris re-
cesseram (iis iratus eram vs. 2.), ad vos revertar: facite, quod
illi omiserant (vs. 4.), revertimini vos ad me! — *Ne sitis ut* 4.
patres vestri, ad quos clamarunt prophetae priores hoc: sic
dicit Jova exercituum: agite, redite a viis, agendi rationibus,
vestris malis, et facinoribus vestris malis, et, sed qui *non au-*
scultarunt, neque attenderunt ad me, inquit Jova. Pro מעליליהם
recte Masorethae legi jubent מַעַלְלֵיהֶם. Ortum Jod prius oculo-
rum errore ex altero, ut in זקיניכו Jos. 9, 11. pro זְקֵנֵינוּ. —

5. *Patres vestri ubinam sunt? et prophetae num perpetuo vivunt,*
possunt vivere? Lucem suam hic versus accipit a sequenti. Sensus utriusque: communem patres vestri et prophetae superiores vitae exitum habuerunt. Sed verbum meum manet perpetuo. Eventum habuerunt verba mea in majoribus, habebuntque etiam
6. in vobis! — *Sed verba mea et decreta mea, quae mandaveram*
referenda ad majores vestros *servis meis, prophetis, nonne assequuta sunt patres vestros,* nonne exitum habuerunt in majoribus vestris? *Et conversi sunt,* agnoverunt dedisse se poenas denuntiatas easque meritas, *et dixerunt: quemadmodum proposuit sibi Jova exercituum facere nobis, secundum vias nostras et secundum facinora nostra, sic fecit nobiscum.*

CAP. I, 7—17. Vs. 7. Indicium temporis. 8—12 visum noctu objectum, quo significatur, nunc quidem placata quiete frui terras hostiles. Sed 13—17. Jova iratum in hostes animum, benignum vero in populum suum testatur, eumque laetiora tandem in praeteritae calamitatis vicem experturum esse promittit. —
7. *Die vicesimo quarto mensis undecimi, hoc est, mensis Schebat,*
anno secundo Darii, factum, delatum *est verbum,* affatum *Jovae ad Zachariam, filium Berechiae, filii Iddonis, prophetam, hoc,* haec ei divinitus patefacta sunt hoc objecto viso. Schebat „est in acerrimo tempore hyemis, qui ab Aegyptiis Mechir, a Macedonibus περίτιος, a Romanis Februarius appellatur.“ Hieron. —
8. *Vidi noctu, et ecce virum qui vehebatur equo rubro, et stabat*
ille inter myrtos quae in loco umbroso, et post illum, virum insidentem equo rubro, erant *equi rubri, sturnini et albi.* בַּמְּצֻלָה Acc. Quum apud Judaeos dies incipiat a sole occidente, intelligenda est nox, quae praecessit diem vicesimum quartum Februarii; cf. vs. 7. Qui vocatur אִישׁ est *angelus* quidam Jovae, cf. Dan. 9, 21. al., et quidem quidquid dicit Hitzigius, idem ille qui memoratur infra. Non possunt quae vs. 9. leguntur *quid sibi volunt isti, mi domine?* dicta putari ad alium, quam ad *virum,* qui memoratus est ante. Interrogatur enim unus tantum, nec quisquam praeter illum nominatus est seorsum. Est igitur qui vs. 9. *dominus* appellatur a vate, idem ille, qui vs. 8. vocatur *vir.* Porro ad interrogationem *quid sibi volunt isti, mi domine?* quis tandem respondet? Respondet *angelus.* Itaque *angelus* qui dicitur non differt ab eo, qui ante vocatur *dominus.* Jam si *angelus* vs. 9. idem est, qui *dominus* ibidem, *dominus* idem qui *vir* vs. 8.,

quis tandem est iste *vir?* Non differre *virum* vs. 8. 10. ab *angelo* vs. 9. 11 sqq., perlucet etiam ex eo, quod idem de *viro* dicitur vs. 8. 10., quod de *angelo* vs. 11. Uterque stat *inter myrtos.* Quod de *viro* vs. 8. vates indefinite loquitur, causa nulla est alia, quam quod eo loco illum *introducit.* Alium *virum* esse, de quo vs. 8. 10., alium *angelum*, de quo vs. 9. 11 rel., Hitzigius ex eo potissimum intelligi existimat, quod, quae equites *angelo* nunţient vs. 11., *viro* debuissent esse nota, quum terram ille una cum equitibus peragrasse putandus sit. Sed nihil est quod cogat ut ita statuas. Vir (angelus) a Jova jussus est producere equites ad vatem et quid sibi velint explicare. Hoc est ejus officium. Quod equo vehitur et ipse nihil habet miri. Inter equites enim equitandum est. Verba בֵּין הַהֲדַסִּים אֲשֶׁר בַּמְּצֻלָה Hitzigius: *inter myrtos quas ad*, apud *tentorium* (dei). Quum articulo utatur vates nec locum describat accuratius, videri locum indicari lectoribus notum. Jam quum qui hic subsistant equites vs. 10. a Jova missi esse dicantur, vs. 11. vero rem quomodo gesta sit referant ad angelum Jovae, eos, cum post peragratam terram rediissent, iterum accessisse ad Jovam videri, ideoque מצלה putandam esse *Jovae sedem.* Perperam Masorethas legere מְצֻלָה. Rectius LXX et Syrum cogitasse de צֵל *umbra.* Legendum esse בַּמְּצִלָּה, cui respondeat arab. مِظَلَّة *umbraculum*, *tentorium*, intelligendumque tentorium dei. *Myrtos* vero positas esse loco arborum olivarum in atriis templi. Noli credere! Otiosa sunt verba, si nihil iis indicatur, nisi locus, unde erant egressi equites. Et debent et possunt facillime referri ad id, quod viso significatur; de quo dicetur infra. מְצֻלָה idem est quod מְצוּלָה, *profundum* fluvii 10, 11.; בַּמְּצֻלָה *ad profundum*, ad aquas, in litore fluvii. Litora amant *myrti;* Virg. Georg. 2, 112: *litora myrtetis laetissima;* 4, 124: *amantes litora myrti.* Alia vid. in Win. Realw. II. p. 150. Vel, quod praeferendum videtur, מְצֻלָה est *locus umbrosus* (צָלַל), cf. LXX et Syr., בַּמְּצֻלָה *in loco umbroso.* Definite loquitur vates, ut si nostrates dicunt *am Ufer*, *im Schatten;* cf. G. gr. min. §. 107, 3. adn. 1. Jam quid significatur eo, quod vir iste cum reliquis equitibus stare dicitur *inter myrtos ad aquas*, vel, si mavis, *in loco umbroso?* Tacent interpretes aut proferunt inania. Res futura significari nequit, nam vs. 11. isti nuncii se terram peragrasse dicunt, et quae in ea gerantur referunt.

Indicatur sine dubio status, quo illi terrarum res invenerant, id est, *placata* terrarum *quies*, vs. 11. 15. *Tali* enim fruuntur, qui *inter myrtos ad aquas*, vel *in loco umbroso* versantur. וְאַחֲרָיו *et post eum*, virum de quo in antecedentibus. סוּסִים *equi*, dicti pro *equitibus*, quemadmodum in *Plurali* loquuntur latini quoque et nostrates. Displicent artificia Hitzigii, qui *eques*, non equites memoratos vult, quod equus prae equite cadat in oculos. שְׂרֻקִּים LXX ψαροί (Gloss. ποικίλοι) i. e. *sturnini*, equi qui sunt colore sturni, i. e. equi subcani iidemque varii; convenienter ad etymon, quod implicandi, implectendi significatum habet. Quaeritur iterum, quid significetur *equis* eorumque *variis coloribus*. Rosenmüllerus ad verba אִישׁ רֹכֵב עַל סוּס אָדֹם: „cur equus, cui insidebat vir ille sive angelus, *rufus* fuerit, id Aben-Esra quidem opinatur non magis exquirendum, quam cur panis Jud. 7, 13. hordaceus fuerit, non triticeus. Alii tamen haud dubium esse putant, quin ultionis et irae divinae symbolum ille color sit coll. vs. 15., sanguinem et caedes hostibus Judaeorum portendens. Sic 2 Reg. 3, 22. *aqua rubra ut sanguis* Moabitis exitium portendebat. Jes. 63, 1. 2. heros ex Idumaea victoriosus veniens rubicundis ab hostium strage indutus est vestibus. Et Apoc. 6, 4. prodiit *equus rufus*, quem insidenti commissum est, ut ex terra auferret pacem, ita ut alii alios necarent, eique datus erat magnus gladius. Sic quoque Jarchi ad h. l. indicari ait equo rufo poenam sumendam de Chaldaeis, de Medis et Persis.“ Idem ad verba postrema: „quid equis illis indicetur Hieronymus ex mente Hebraeorum ita exponit: „„virum qui ascenderit super equum rufum, et equos rufos, varios et albos quatuor regna interpretantur. Primum et secundum sanguinarium, Assyrios et Chaldaeos, quorum primi decem tribus sub Salmanasar duxere captivas, secundi Judam et Benjamin, incensa Jerusalem civitate, temploque subverso; tertios et quartos, varios et albos, Medos significare putant et Persas, quorum alii clementes fuerunt, ut Cyrus et Darius, filius Hystaspis, alii crudeles.““ Sane etsi vates in ea, quam mox dabit, hujus visionis interpretatione quid *equis*, quid variis illorum *coloribus* significetur, non dicat, illum tamen non sine causa et angelos equis insidentes finxisse, et istis equis certos colores tribuisse, concludi inde potest, quod 6, 2. 3. quatuor curribus, quibus quatuor coeli venti per terram ruentes adumbrantur, itidem equos certis coloribus distinctos vates jungit. Dubium autem vix esse potest, quin

angeli, divinorum consiliorum ministri et exsequutores, *equis* insidentes ideo fingantur, ut eo declaretur, esse illos ad munera sua celeriter, prompte et acriter peragenda necessaria facultate instructos. *Color* autem equorum . . . significat genus qualitatemque divinorum consiliorum, quae minister divinus equo insidens exsequitur, cum respectu ad populum Judaicum. Angelus, rector populi Judaici, ostenditur insidere equo rufo, et alii angeli, qui ipsi aderant, equis *rufis*, *puniceis* et *albis*; quod manifeste spectat ad rerum Judaicarum variam variis temporibus conditionem et statum. Si deus populo suo decreverit immittere *bella*, angeli exhibentur insidere equis *rufis*; si *pacem* et *laeta* tempora, equis *albis*; si tempora mixti generis statumque *varium*, *puniceis* vel *spadiceis*." Haec Rosenmüllerus. In quibus recte dictum est de *equis*. Equi enim tribuuntur illis viris, quia *nuncii* sunt et ministri dei missi per amplissimas terras (cf. Herodot. 8, 98.). Sed quae de equorum variis coloribus prolatae sunt variae sententiae rejiciendae ad unam omnes videntur. Absona est postremo loco posita. Non potest Jova eodem tempore populo suo denuntiare *bella*, *statum varium*, *tempora laeta*. Repugnat etiam ipsa oratio. Nam quae denuntiantur populo *laeta* sunt, vs. 13. 14. 16 sq. Idem valet in eos, qui rubro colore indicari putant poenam sumendam de Chaldaeis cet. Si poenam significat iste color, quid sibi vult *sturninus* et *albus*? Mixti generis tempora et laeta? Quae esset contradictio in adjecto. Ad hoc cf. vs. 15., ubi nonnisi *tristia* imminent barbaris. Sed peccatur in utraque hac interpretatione etiam in eo, quod ad res *futuras* referuntur colores; vid. quae monuimus supra ad בֵּין הַהֲדַסִּים וגו'. Rectius ad *praeterita* et *praesentia* colores retulit Hieronymus, sed interpretationem ab angelo et ipsis nunciis datam neglexit et ipse. Et tamen suam lucem res non potest accipere nisi ex ista ipsa interpretatione. Legenda sunt quae dicit angelus vs. 10., referuntque ipsi nuncii vs. 11. Quae si contuleris, si observaveris, inquam, dici nuncios *universam terram* peragrasse, intelliges, opinor, in singulos colores investigandum non esse, colorum *varietate* vero in universum significari *varias* ab nunciis peragratas terras; cf. 6, 2 seqq. Quod etiam illi qui primo loco memoratur angelo tribuitur certi coloris equus, ejus rei causa est, quod is quoque certae terrae vices obit, Judaicae, puta; cf. vs. 12 seqq. Ceterum negligentior vates est in distinguendis coloribus, et sic

etiam infra 6, 2 seqq., ex quo iterum intelligimus, *singuli colores*
9. quid sibi velint quaerendum non esse. — *Et dixi: quid sunt*
isti, quid sibi volunt, *mi domine? Et dixit ad me angelus, qui*
loquebatur ad me, mecum: *ego ostendam tibi*, *quid sint*, sibi
velint *isti*. וָאֹמַר ad virum equo rubro insidentem vs. 8. ubi vid.
not. Hitzigius, si ad eum virum verba conversa essent, vatem
quis tu es? cet. interrogare debuisse putat. Non debuit. Probe
intellexerat, angelum esse illum virum. אֵלֶּה, equites isti, de
quibus vs. 8. extremo. הַמַּלְאָךְ, modo interrogatus. הַדֹּבֵר בִּי,
10. ut vs. 13. 14. 2, 2. 7. 4, 1. 4 sq. Vid. not. ad Hos. 1, 2. — *Et*
respondit vir, qui stabat inter myrtos, et dixit: hi sunt isti,
quos misit Jova ad peragrandam terram. Ad וַיַּעַן וגו׳ vere
Rosenmüllerus: „is, de quo vs. 8., idemque qui vs. 9. *angelus*
dicitur. Nam is, qui promisit vati, se ostensurum esse ei, quid
equites illi portendant, idem est procul dubio, qui hic actu respondisse dicitur.“ Cf. vs. 11. coll. not. ad vs. 8. Qui alium
virum stantem inter myrtos vs. 8. 10., alium *angelum* vs. 9. 11
seqq. esse opinatur Hitzigius necessitate coactus angelum in respondendo ab illo viro interpellatum esse statuit. אֵלֶּה אֲשֶׁר
שָׁלַח וגו׳, nuncii Jovae, missi ad obeundam terram, ut quae in ea
11. gererentur referrent. — *Et responderunt* equites, nuncii isti *angelo Jovae, qui stabat inter myrtos, et dixerunt: peragravimus*
terram, et ecce, universa terra secura et quieta, barbarorum
regnis omnibus otium est ab hostibus, pacata et tranquilla omnia
sunt, res eorum florentes. Contra atque finito tempore exsilii
futurum esse spem fecerat Jova; cf. etiam Hagg. 2, 21. 22. nuper
dicta, quae ansa fortasse hujus visionis fuere. Sic vero florentibus rebus barbarorum, nulla spes erat, fore, ut in pristinum
statum restitueretur nova Judaeorum civitas. Hinc illas preces
fundit angelus vs. 12. Hic est sensus ac nexus loci non recte
explicati a superioribus. Ad יֹשֶׁבֶת וְשֹׁקָטֶת cf. 7, 7. al. יָשַׁב ut
12. saepe alias *habitare secure*. — *Et respondit angelus Jovae et*
dixit: Jova exercituum! quousque non misereberis Hierosolymorum et urbium Judae, *quibus iratus es hos septuaginta annos*,
per totum illud, quod pertulimus, exsilii tempus (cf. Jer. 25, 11
sq. coll. Esr. 1, 1.), quo expleto res nostras tu te instauraturum
13. promiseras, quodque dudum est expletum! — *Et respondit Jova*
angelo, qui loquebatur mecum, verba benigna, verba consolatoria.
Quae quaenam fuerint cognoscimus ex vs. 14. et seqq. דְּבָרִים

נִחֻמִים propr. *verba*, *consolationes*. Appositione cum דְּבָרִים cohaeret נִחֻמִים. Hoc vero est verbale Pi., idem quod נִחוּמִים Jes. 57, 18. Hos. 11, 8. — *Et dixit ad me angelus*, *qui loquebatur* 14.
mecum: declama hoc: sic dicit Jova exercituum: prosequor Hierosolyma et Sionem studio magno. קְרָא ut Jon. 1, 2. Jes. 40, 6. 58, 1. — *Et ira magna*, vehementer *irascor populis* 15.
tranquille viventibus; *quum ego meo populo irascerer paulum*, *illi juverunt malum*, id est, quum populum meum leviter castigaturus castigandi instrumentum esse jussissem populos exteros, illi gravius eum puniverunt, quam ferebat sententia mea; cf. similia Jes. 47, 6 sq. הַשַּׁאֲנַנִּים vs. 11. אֲשֶׁר propr. *rectum*, hinc adv. *gerade*, *eben*, hinc conj. ὡς, *ut*, *wie* pro *quum*, *quando*. עָזְרוּ לְרָעָה adjumentum afferebant *ad malum*, suo illud adjumento augebant. — *Propterea sic dicit Jova: revertor*, qui iratus reces- 16.
seram, *ad Hierosolyma cum misericordia; domus mea aedificabitur in ea*, urbe, *inquit Jova exercituum*, *et funis mensorius extendetur super Hierosolyma.* לָכֵן pro hoc meo in populum meum animo benevolo vs. 14. בֵּיתִי יִבָּנֶה בָּהּ, coepta quidem hoc tempore erat aedificatio templi, sed nondum longius progressa; cf. Hagg. 2, 10 sqq. קָוֶה יִנָּטֶה וגו׳ ad metienda aedificia aedificanda (Job. 38, 5.), id est, aedificabitur urbs. קְוֵה scripturam tuentur loci 1 Reg. 7, 23. Jer. 31, 39. — *Praeterea declama hoc: sic* 17.
dicit Jova exercituum: adhuc, licet ad hunc usque diem jaceant oppressae et miserae, *redundabunt*, affluent *urbes meae bonis*, *et consolabitur Jova adhuc Sionem, et eliget adhuc Hierosolyma.*

CAP. II, 1—4. Aliud visum, quo significatur, potentiam populorum infestorum Judaeis fractum iri; cf. 1, 15. — *Et su-* 1.
stuli oculos meos, et vidi, et ecce, quatuor cornua. Quid significent *cornua*, intelligimus ex vs. 2. 4. Significantur *regna* Judaeis infesta. *Quatuor* cornua vero regna sunt ad *quatuor coeli plagas* sita, cf. vs. 10., id est, quae circumjacent omnia. Hieronymus: „eo tempore, quo haec visio cernebatur, jam Babyloniorum regnum praeterierat, instabat Persarum atque Medorum, futurum erat Graecorum atque Macedonum et Romanorum.“ Quae interpretatio vel ea de causa rejicienda est, quod de regnis loquitur vates, quae Judaeos *infestaverint* et adhuc infestent, vs. 2. 4., non quae infestatura sint; cf. etiam ad vs. 3. — *Et dixi* 2.
ad angelum, qui loquebatur mecum: quid sunt, sibi volunt *ista*

cornua? *Et dixit ad me: haec sunt cornua, quae disperserunt*
Judam, Israelem et Hierosolyma. Cf. ad rem Jer. 51, 2. Ezech.
5, 10. 12. „Sermoni figurato immiscetur proprius, hoc sensu:
his cornubus significantur populi, qui disperserunt“ cet. Ros.
Convenit tamen *dispergendi* verbum etiam in *cornua;* his enim
irati boves obvia solent dispergere. Quum *Israel* medium lo-
cum teneat inter *Judam* et *Hierosolyma,* eo negat Hitzi-
gius significari posse regnum decem tribuum. Existimat igitur
significari *populum Judae* nomine *Israelis.* Quod prorsus arbi-
trarium. Commode vates primum memorat *Judam,* regni partem
dignitate potiorem, deinde *Israelem,* decem tribus, ejusdem regni
partem alteram, denique totius regni urbem primariam, *Hieroso-*
3. *lymitanam.* — *Et ostendit mihi Jova quatuor fabros.* Rosen-
müllerus: „hic *Jova* appellatur, qui antea modo *angelus Jovae*
(1, 11. 12.), modo *angelus qui cum vate loquitur,* dicebatur
(1, 9. 13. 14. 2, 2.).“ In eodem errore est Hesselbergus, qui
eo usque progreditur, ut non dubitet *Jovae angelum* habere *se-*
cundam divini numinis *personam* (!). Neutiquam qui hic *Jova*
appellatur idem est qui supra dicebatur *angelus.* A *Jova* profi-
ciscitur visum; *angelus* vero est is, qui Jovae jussu visum vati
objicit atque interpretatur. Jam si hoc loco *Jova* vati ostendit
fabros, et mox quid sibi velint exponit, quid, obsecro, mihi hoc
habet? Vice angeli fungitur Jova; misso angelo docenda docere
fingitur ipse Jova. Ad rem quod attinet, Hitzigius regna vs. 2.
memorata tempore Zachariae magna ex parte expugnata fuisse
monet. Itaque ad dejicienda cornua non opus fuisse *quatuor*
fabris; si tamen appareant quatuor, id studio tribuendum esse
aequalitatis. Quod perperam judicatum est. Eversum illo tempore
erat imperium Assyriae, eversum imperium Chaldaeae; sed cogitat
vates de eo imperio, quod illorum in locum cesserat, cui etiam-
num subjecti erant Judaei, aliisque illius aetatis imperiis hostili-
4. bus; cf. etiam ad 1, 11. — *Et dixi: quid isti veniunt factum,*
quid factum veniunt isti fabri, quo veniunt fine? *Et dixit hoc:*
ista sunt cornua, quae disperserunt Judam ita ut nemo efferret
caput suum, veniuntque illi fabri *ad terrendum ea,* cornua, *ad*
dejiciendum cornua populorum, qui extulerunt cornu adversus
terram Judae, ad dispergendam eam. Ad structuram verborum
מַה אֵלֶּה בָאִים לַעֲשׂוֹת cf. Gen. 42, 12: עֶרְוַת הָאָרֶץ בָּאתֶם לִרְאוֹת,
Jud. 9, 48: מָה רְאִיתֶם עָשִׂיתִי, al. Verba אֵלֶּה הַקְּרָנוֹת Rosen-

müllerus Nominativum absolutum habet in hanc impeditiorem sententiam: *quod attinet ad ista cornua, quae disperserunt Judam, ita ut nemo efferret caput suum: veniunt illi* fabri cet. Strue verba ut struximus nos. Scriptor, priusquam quid sibi velint fabri dicat, repetit אֵלֶּה הַקְּרָנוֹת וגו' e versu superiore, ut nexus, qui fabris cum cornibus est, eo magis conspicuus fiat. Verba כְּפִי אִישׁ וגו' bene Hieronymus: ut nemo eorum gravi malorum pondere depressus levaret caput; cf. Job. 10, 15. al. In לְהַחֲרִיד אֹתָם vates excidit imagine, ad quam tamen mox redit scribens לְיַדּוֹת, sed ita redit, ut quae supra *ipsos populos* significare jusserat *cornua* nunc jubeat significare populorum *arma viresque*, bovibus jam comparans populos. Sensum loci Rosenmüllerus exposuit sic: „quemadmodum quatuor cornua hostes indicare vidimus, undique et ab omnibus coeli plagis populo Judaeo ingruentes, sic per quatuor fabros significantur totidem heroes, a Jova mittendi, qui hostes eorumque nefarios ausus sint repressuri.“ Sed sic verba premi nolunt. Fractum iri potentiam populorum Judaeos undique infestantium, hoc est quod imagine exprimitur.

CAP. II, 5—17. Vs. 5—9. promittitur plenissima urbis instauratio et amplificatio ingens. 10—17. qui de exsilio nondum redierant ut redeant admonentur; promittitur fore, ut qui hactenus Judaeos oppressos tenuerint populi, ab Judaeis oppressi teneantur ipsi; futurum promittitur, ut plurimi populi deum agnoscant Jovam, Jova vero ut populi sui deum se exhibeat potentissimum gloriosissimumque; cf. 1, 16. — *Et sustuli oculos* 5.
meos, et vidi, et ecce virum, et in manu ejus, cujus in manu erat *funiculus mensorius*. „*Virum* Jarchi observat eundem esse, qui vs. 7. angelus cum vate colloquutus dicatur, et recte quidem, nam quem vates vs. 6. *abeuntem* compellavit, eum vs. 7. *exeuntem* describit atque id ita, ut angelum colloquutorem illum fuisse diserte ponat.“ Ros. „At, inquit Hitzigius, de angelo collocutore, qui ipsi notus erat, vs. 5. vates non potuit indefinite loqui; ad hoc *vir* iste vs. 6. *abit*, angelus collocutor vero vs. 7. *prodit*.“ Verum quod vs. 5. de viro vates indefinite loquitur, non obstat, quominus intelligatur angelus collocutor. Commode vates in ipso initio visionis angelum notum sibi introducit tanquam ignotum; cf. 1, 8. Nec majoris momenti esse videtur, quod vir vs. 6. *abire*, angelus vs. 7. *prodire* dicitur. Haec enim facile sic possunt

inter se conciliari, ut vir (angelus), cum in eo esset ut abiret,
mutato cursu in mediam scenam prodiisse dici putetur. Nihilo
secius rejicienda est opinio Rosenmülleri. Debet enim qui hic
apparet *vir* idem esse, qui vs. 8. appellatur *juvenis*, id quod
ostendetur ad illum ipsum; iste *juvenis* vero nullo modo potest
6. esse *angelus qui cum vate loquitur*, cf. vs. 7. — *Et dixi: quo
vadis? Et dixit ad me: ad metiendum Hierosolyma, ad viden-
dum, quanta debeat esse latitudo ejus* urbis, *et quanta longitudo*
7. *ejus.* — *Et ecce, angelus, qui loquebatur mecum, prodibat, et
angelus alius prodibat obviam ei.* Prior ille angelus est de prin-
cipibus aliquis, posterior inferioris ordinis angelus. Versu enim
proximo huic ab illo datur negotium. יֹצֵא *prodibat*, uterque
e loco suo. לִקְרָאתוֹ ad excipiendum exsequendumque mandatum
8. ejus. — *Et dixit* prior ille angelus, qui mecum loqui solebat,
ad eum, alterum istum qui illi obviam iverat: *curre, loquere ad
istum juvenem hoc: aperta sedebit urbs Hierosolymitana, prae
multitudine hominum et pecudum in ea.* אֶל־הַנַּעַר הַלָּז Rosen-
müllerus: „*ad juvenem hunc*, Zachariam, quem juvenili adhuc tum
aetate fuisse appellatio haec probabile facit.“ Sed vere Hitzigius
duo esse monet, quae huic interpretationi obstent; unum, quod
is, qui vatem edoceat, semper sit angelus colloquutor, non alius;
alterum, quod verba פְּרָזוֹת וגו׳ visum oblatum vati non explicent,
sed contraria contineant illis, quae viso significentur. Esse igitur
הַנַּעַר illum virum, qui vs. 5 sq. in eo esse dicatur ut abeat ad
urbem metiendam, eumque jam moneri juberi, ut ab incepto de-
sistat, quum tantae amplitudinis futura sit nova urbs, ut structu-
ram ejus metiri nequeat. Non obstare, quod, qui hic נַעַר di-
catur, supra appellatus sit אִישׁ. Constat sane, נַעַר etiam de
adolescente dici. Habeatne hic, ex ejusdem Hitzigii sententia,
נַעַר adjunctam notionem insipientiae, id nos relinquimus in medio.
פְּרָזוֹת תֵּשֵׁב יְרוּשָׁלַםִ *aperta*, absque muro *sedebit*, sita erit, vel
si mavis, *habitabit* i. e. habitabitur *H.* פְּרָזוֹת propr. *loca aperta,
regio aperta*, appositio Praedicati. Sensum recte expresserunt
Jarchi: מאין חומה, Hieronymus: *absque muro* habitabitur Jeru-
salem. Dicitur itaque nullos habitura muros esse urbs nova,
quippe cujus tanta futura sit incolarum multitudo, מֵרֹב אָדָם וגו׳,
ut spatium muris circumdatum eos capere non possit. Ceterum
haud improbabiliter huic promisso ansam dedisse suspiceris illud,
quod eo tempore muri Hierosolymorum nondum erant restituti;

cf. Neh. 1, 3. al. — Attamen quum praesidio urbs carere non 9.
possit, muri instar semet ipsum eam defensurum esse promittit
Jova. *Et ego ero ei, inquit Jova, murus igneus*, ad quem nemo
possit accedere, *undique*, *et gloriae ero in ea*, illi, eam nobi-
lissimam reddam meis facinoribus; cf. vs. 14 sqq. — Nexum Ro- 10.
senmüllerus hunc facit: „quandoquidem tam praeclara vobis Jova
promittit, vestrum est, quotquot vos patriae amor tenet, missa
Babylone ad patriam tergum vos protinus referre, ut bonorum
ipsius cum ea participes fiatis." Sic Hitzigius quoque. Apte
quidem per se. Sed cur *fugere* (vs. 10.), cur *eripere se* (vs. 11.)
debeant qui adhuc in Babylonia sint exsules, vs. 12. 13. causa
redditur *alia*. *Heus! heus! et fugite e terra septentrionis*,
septentrionali! *inquit Jova; quippe secundum quatuor ventos
coeli dispersi vos*, *inquit Jova.* הוֹי *heus!* acclamantis. Com-
modum tamen etiam *heu!* cf. vs. 12. 13. Positae ante נָסוּ co-
pulae causa est, quod in הוֹי latet *audite dum! agite!* vel simile
quid. *Terra septentrionalis* est Babylonia. Jer. 6, 22. 16, 15.
cf. ad 1, 14. ibid. Perperam Hitzigius scriptoris res metiri putat
ex rationibus illius temporis, quod fuerit sub finem exsilii. Quod
si statuis, otiosa et supervacanea loquitur vates. Respiciuntur
illi, qui Babylone manserant needum reversi erant in patriam.
כְּאַרְבַּע רוּחוֹת הַשָּׁמַיִם *secundum*, ad, *quatuor ventos* i. e. plagas
coeli. Quod nos cum Vulg. et interpretibus aramaicis *dispersi*
interpretati sumus פֵּרַשְׂתִּי, Grotius, Seb. Schmidius et Hitzigius
significare jubent *expandam*, *diffundam*, quasi promittat Jova, re-
versos se amplificaturum esse et mirum in modum aucturum; cf.
vs. 8. Causas vero quae interpretationis afferunt has duas, quod,
si dispergendi significatum sub פֵּרַשׂ subjecisset vates, pro כְּאַרְבַּע
debuisset dicere לְאַרְבַּע, coll. Ezech. 5, 10. 12. 17, 21., et quod
non apte jubeantur redire e regione septentrionali illi, qui sint
dispersi ad quatuor coeli plagas. Sed eodem profecto redit כְּאַרְבַּע
quo לְאַרְבַּע, si spectas sensum. Nec firmius est alterum argu-
mentum. Postquam vates dixerat *fugite e terra septentrionali*,
pergit *generatim* dicere: quippe dispersi per omnes orbis plagas!
Nihil igitur obstat nostrae interpretationi. Favet e contrario et
obstat alteri illi, quae vs. 12. 13. *cur* fugiendum sit affertur causa.
— *Heus, Sion, eripe te*, evade, *quae habitas filiam Babylonis*, 11.
habitas apud f. B., inter Babylonios! בַּת Acc. pendens ex יוֹשֶׁבֶת.
— Jam cur debeant fugere exsules Judaeorum dicitur, sc. ne in 12.

perniciem, quam terrae hostili angelus allaturus sit, abripiantur
et ipsi, vs. 12. 13. *Nam sic dicit Jova exercituum: post glo-
riam*, ad assequendam gloriam *misit* Jova *me*, angelum, *ad po-
pulos, qui spoliarunt vos; nam qui tangit*, laedit vos, *tangit
pupillam oculi ejus.* Verba כֹּה אָמַר וגו' latius patent, q. d. haec
mens, hoc consilium Jovae est. אַחַר כָּבוֹד וגו' *post gloriam*, ad
assequendam gloriam, sumendo supplicio a populis (vs. 13.), *misit*
13. *me* est. Loquitur angelus. — *Nam ecce, agitabo manum meam
super eos*, plagam eis illaturus, *eruntque praedae iis, qui servie-
bant ipsis*, Judaeis quos tenebant oppressos; *et cognoscetis, Jo-*
14. *vam exercituum misisse me.* — *Jubila et laetare, filia Sionis!*
15. *nam ecce, veniam, et habitabo in medio tui, inquit Jova.* — *Et
adjungent se populi multi Jovae die illo, eruntque mihi populus*,
meus populus, meo imperio subjectus; *et habitabo in medio tui*,
o Sion, *et cognosces, Jovam exercituum misisse me ad te.* Verba
16. postrema iterum suo nomine loquitur angelus. — *Et possidebit
Jova Judam partem suam in terra sancta, et eliget adhuc* (vid.
17. ad 1, 17.) *Hierosolyma.* — *Obmutescat omnis caro coram Jova*
(Hab. 2, 20.)! *nam surgit*, surget *e domicilio suo sancto.*

CAP. III. Vs. 1—5. objecto viso vati, conspiciendus prae-
betur Josua, pontifex maximus, a Satana positus in culpa, sed
absolutus a Jova. 6. 7. pontifici, si servanda religiose servaverit,
promittitur fore, ut munus suum juvante deo feliciter administret.
8—10. promittitur adventus Messiae, divina templi custodia, ex-
1. piatio totius populi, pax et tranquillitas. — *Et ostendit mihi
Josuam, sacerdotem summum, stantem coram angelo Jovae*, Jovae
nomine judicium exercente, *et adversarius*, Satanas, *stabat ad
dextram ejus*, Josuae, *ut adversaretur ei*, eum poneret in culpa.
Qui reum aliquem agit, ei stat a dextra; cf. Ps. 109, 6. Ad
לְשִׂטְנוֹ Jarchi: „quoniam illius filii uxores alienigenas duxerant,
ut scriptum est in libro Esrae (10, 18.): reperti sunt ex filiis
sacerdotum, qui duxerant uxores peregrinas, ex filiis Josuae, filii
Jozadaci.“ Quam eandem sententiam expressit Chaldaeus vs. 3.,
et suam fecerunt Rosenmüllerus et alii. At, inquit Hitzigius,
„pontificem in hac causa *populi* vices obire, Josuae culpam (vs. 4.)
populi culpam repraesentare perlucet ex vs. 9. nec non e verbis
הַבֹּחֵר בִּירוּשָׁלָםִ vs. 2.“ Neutrum tamen recte est observatum.
Falsa haud dubie Chaldaei et Jarchii interpretatio. Est enim in-

apta nec conveniens ad temporum rationes. Sed rejicienda etiam opinio Hitzigii. Nam quum quae vs. 7. dicuntur, manifesto valeant in *ipsum pontificem*, non in vicarium populi: nec quae vs. 1—5. habentur possunt aliter accipi atque ita, ut dicta putentur in ipsum *Josuam*. Quae vs. 9. legimus de expiatione *totius* populi, ex iis nequaquam sequitur, ut de universo populo agatur hic quoque. Nec magis Josuam *totius* populi vices obire efficitur eo, quod vs. 2. Satanam cohibere jubetur Jova הַבֹּחֵר בִּירוּשָׁלָםִ. Nam pontificis maximi in potestate magna ex parte sita erat salus omnium. Sed quaenam tandem culpa sit Josuae, quaeris. Eadem, quae totius erat populi, qui adhuc conflictabatur malis, culpae poenis. Josua vero cur expiatur primus omnium? Quia pontificis maximi est, expiare populum, expiare alios vero non potest nisi qui sit expiatus ipse. Hinc etiam die *festo expiationis* primus omnium expiatur pontifex maximus ejusque domus Lev. 16, 6. 11., deinde ab expiato pontifice sacrarium et ara ibid. vs. 16. 19., ac tum demum universus populus ibid. vs. 20 seqq. — *Et dixit Jova* i. e. angelus qui Jovae nomine judicium exer- 2.
cebat, *ad adversarium: increpet Jova te, adversarie, et increpet Jova te*, cohibeat, coerceat te Jova, *qui elegit*, in gratiam recepit *Hierosolyma! Nonne hic est torris ereptus ex igne?* Repetitio verborum יִגְעַר וגו' auget eorum vim. Verba *nonne hic* cet., sumta ab Am. 4, 11., hunc habent sensum: nonne iste Josua vix et male mulcatus ex ruina est elapsus? Propulsat igitur adversarium judex, non quod culpam Josuae non agnoscat (vs. 3 seqq. 9.), sed quod vix servatum e gravissimis periculis, exsilii malis, in gratiam recipere decreverit Jova; cf. 1, 17. 2, 16. — *Et Josua* 3.
erat indutus vestibus sordidis, et stabat coram angelo. Sordidas vestes habitum accusati esse putant, coll. Liv. 2, 54: rei ad populum Furius et Manlius circumeunt sordidati, 6, 20: primo commota plebs est, utique postquam sordidatum reum viderunt. Sed *culpae* imaginem esse vestes sordidas (cf. Jes. 4, 4. Prov. 30, 12.), docet vs. 4. De qua culpa vid. ad vs. 1. — *Et respondit et* 4.
dixit angelus, coram quo stabat Josua (vs. 1. 3.), *ad eos qui stabant coram ipso*, ad suos ministros, *hoc: removete vestes sordidas ab eo! et dixit ad eum*, Josuam: *en, aufero a te culpam tuam, et induo te vestibus splendidis.* אֶל־הָעֹמְדִים לְפָנָיו id est, ad suos ministros 1 Reg. 10, 8. Esth. 4, 5. Dan. 1, 5. al., inferioris ordinis angelos. Ewaldum Suffixum in לְפָנָיו referentem

ad Josuam (cf. vs. 8.) jam confutavit Hitzigius. Vestes *splendidas* recte Chaldaeus signum innocentiae habet. Nam si *sordidis* exprimitur *culpa* (vid. sup.), *splendidis* non potest non significari
5. *contrarium*. De Infin. absol. vid. ad Hagg. 1, 6. — *Et dixit: imponant tiaram mundam capiti ejus! Et imposuerunt tiaram mundam capiti ejus, et induerunt eum vestibus; et angelus Jovae stabat*, adstabat. Ad וָאֹמַר Rosenmüllerus: „LXX signum dicti omittunt, dictum ipsum vero cum antecedente sermone connectunt: *καὶ ἐπίθετε κίδαριν*. Vulgatus et Syrus: *et dixit*. Utrumque tamen contra Grammaticam et codicum Hebraeorum consensum. Recte Jarchi haec prophetae verba esse observat, ita capienda: *et dixi* ego Zacharias, petens misericordiam pro ipso. Nam orantis et desiderantis verba potius esse, quae sequuntur, quam pro auctoritate imperantis, vel inde apparet, quod non imperative dicit: שִׂימוּ *ponite*, sed indirecte et optative: יָשִׂימוּ *ponant*. Ita et Kimchi: quasi dicat, dixi ad angelum: postquam praecepisti, ut, sordidis vestibus remotis, splendidis ipsum induant, praecipe item, ut cidarim puram capiti ejus imponant." In eadem sententia Hesselbergus et Hitzigius et alii. Sed nequaquam apte haec loquitur vates. Vix dubium, quin efferendum sit וְאָמַר expressum a Vulg. et Syro. Nihil habet insoliti וְאָמַר positum pro וַיֹּאמֶר, praesertim in recentiore scriptore; cf. 1 Sam. 17, 48. 2 Sam. 6, 16. 15, 5. 2 Reg. 3, 15. Jer. 37, 11. 38, 28. et plurima alia. Quid? quod intrepide rescribi liceat וַיֹּאמֶר. Facillime excidere potuit י ante א (יא), quemadmodum infra 4, 2. vice versa ortum est י ex א. Ibi enim pro וַיֹּאמֶר, quod secundo loco est, manifeste legendum וָאֹמַר. Eo probabilius vero est, loqui angelum, quod, si verum quaeris, hoc versu pluribus verbis nihil aliud fieri jubetur et mox factum esse dicitur, quam quod versu superiore extremo expressum est tribus verbis וְהַלְבֵּשׁ אֹתְךָ מַחֲלָצוֹת. Nam istae בְּגָדִים *vestes* quaenam tandem sunt, si non sint מַחֲלָצוֹת? Ad vestimenta vero etiam pertinet *tiara*. Ex *Jussivo* יָשִׂימוּ non posse colligi, loqui alium quam angelum, non est quod pluribus moneam. עֹמֵד relicta sede, in qua sederat inter judicandum,
6. *stabat* jam, curans, ut jussum perageretur. — Cf. Argum. *Et*
7. *sancte affirmavit angelus Jovae Josuae hoc. — Sic dicit Jova exercituum: si viis meis iveris*, eam quae mihi probatur agendi rationem sequutus fueris, *et si quae servanda tradidi* (Jos. 1, 7 seqq. 1 Reg. 2, 3. al.) *servaveris: etiam tu judicabis*, reges de-

mum meam, familiam meam, populum meum, *atque custodies atria mea, et dabo tibi ambulacra inter adstantes istos*, inter hos qui hic adstant angelos, vs. 4. Non recte Masorethae apodosin incipiunt a וְנָתַתִּי. Distinguenda verba esse ut fecimus, docet res ipsa et גַּם particula. Pertinet גַּם non tam ad אַתָּה quam ad תָּדִין. Ex תָּדִין intelligitur, *domum* Jovae ejus esse *familiam, populum*, ut Hos. 6, 1. al. In verbis וְנָתַתִּי לְךָ מַהְלְכִים בֵּין הָעֹמְדִים הָאֵלֶּה Hitzigius מהלכים a Münstero, Vatabl., Rosenm., Ewaldo recte haberi Pluralem מַהֲלָךְ nominis monet; legendum vero esse מַהְלְכִים. Masorethas de Participio Hi. videri cogitasse; cf. מַחְלְמִים Jer. 29, 8., מַעְזְרִים 2 Chron. 28, 23. Sed nusquam reperiri ההליך formam. Hoc potius dicere vatem: *et dabo tibi vias inter adstantes istos*, id esse: dabo tibi exitum et introitum (1 Sam. 18, 16. 1 Reg. 3, 7. 15, 17.) inter adstantes istos, ita ut per eos, qui stant coram Jova (ut 1 Reg. 22, 19.), accedas ad Jovam munere fungens pontificis maximi. Nobis quod ההליך alias non legitur deterrere interpretem non posse videtur, quominus מַהְלְכִים habeat Pluralem Participii Hi. formae מַחְלְמִים, מַעְזְרִים Jer. et Chron. ll. ll. Potest enim מה' more aramaico effictum esse, cf. מַהְלְכִין Plur. Part. Aph. Dan. 3, 25. 4, 34., qualis forma nihil profecto miri habet in scriptore illius aetatis, qua vixit Zacharia. Possint igitur *duces* significari ea voce. Sed minus convenienter dicitur *dabo tibi duces inter adstantes istos;* exspectas *d. t. d. de* (מִבֵּין) *adstantibus istis.* Igitur nos quoque malumus מַהְלְכִים (מַהֲלְכִים) referre ad מַהֲלָךְ. Sensum tamen non eum facimus quem cum superioribus fecit Hitzigius impeditiorem (sic enim quod praecipuum esset expressum non esset); sed alium faciliorem. Quater legitur מַהֲלָךְ: Neh. 2, 6. Jon. 3, 3. 4., ubi significat *iter*, et Ezech. 42, 4., quo loco est *ambulacrum* ante cellas sacerdotales templo proximas. Quod ipsum *ambulacrum* vatem putamus respicere in hanc sententiam: *et dabo tibi ambulacra inter adstantes hos*, angelos, q. d. non jam inter sacerdotes tui similes, sed inter ipsos angelos obambulabis in sacrario, angelos habebis socios comitesque. Attamen, si quis maluerit מַהְלְכִים interpretari *duces*, non vehementer repugnabo. Neque enim tam impeditum est בֵּין, ubi exspectabas מִבֵּין, ut ferri omnino non possit. Saepe ubi composita praepositio exprimenda erat, satis habent posuisse simplicem. — *Audi modo, Josua, sacerdos summe, tu et socii tui, sedentes coram te! quippe ho-* 8

mines signi, rei futurae imaginem referentes *illi* sunt, *nam ecce, facio ut veniat servus meus*, *Germen*, soboles Davidis, Messias. Verba 'כִּי הִנְנִי מֵבִיא וגו rem audiendam continent; כִּי אַנְשֵׁי מוֹפֵת הֵמָּה eandem praesignificant. Negat Hitzigius verba אַנְשֵׁי מוֹפֵת explicanda esse ad rationem locorum Jes. 8, 18. Ezech. 12, 6. 24, 24. Recte Ewaldum testes intelligere, quorum praesentia pro signo sit, promisso non defuturum esse eventum. At hoc est videri aliquid interpretari, et si verum quaeras, interpretari nihil. Dicere debebant, quomodo potuerint *tales* testes esse, fidem facere rei promissae, documentum esse venturi Messiae, isti socii pontificis maximi. Imo quo sensu מוֹפֵת esse dicuntur Jesaia ejusque liberi Jes. 8, 18. 20, 3., Ezechiel vates Ez. 12, 6. 11. 24, 24. 27., eodem hic מוֹפֵת sunt socii pontificis maximi, hoc est, *signum* sunt, imaginem referunt rei futurae, id est, adventus *servi* Jovae, qui dicitur צֶמַח *germen*, *soboles*. Quomodo autem sacerdotes, Josuae socii, Messiam praesignificent quaerenti Rosenmüllerus *tacere* scriptorem respondet, facile profecto contentus et ipse. Hesselbergus vero sacerdotes Messiam eo adumbrare putat, quod sint intercessores deum inter et homines. Quod quam falsum sit vel ex eo intelligitur, quod מוֹפֵת vates non nisi *socios* Josuae, non ipsum Josuam dicit. Debet igitur id, quo adumbratur venturus Messias qui dicitur *germen* s. *soboles*, positum esse in tali re, quae ad solos socios Josuae pertineat. Ea vero, si quid video, cernitur in eo, quod qui pontificem circumdat sacerdotum juniorum chorus et ipse est *soboles* sacerdotii et *incrementum*. Ceterum Messiam vatem exspectasse *propediem* venturum, intelliges ex 6, 9 seqq. Ad צֶמַח cf. 6, 12. coll. Jer. 23, 5. 33, 15. — Cf.
9 Prooem. *Nam ecce*, *lapis*, *quem pono coram Josua*, *in lapide uno septem* sunt *oculi*, lapis ille unus septem exhibet insculptos oculos; *ecce*, *aperiam sculpturam ejus*, lapidis, i. e. id quod illi est insculptum, septem oculos, *inquit Jova exercituum*; *et removebo*, auferam *culpam terrae istius die uno*. כִּי, ut quod proxime praecesserat, pendet ex שְׁמַע. Gesenius, Win., de Wette, Rosenmüllerus, Hesselbergus et alii: *nam ecce*, *lapis*, *quem pono coram Josua*, *in lapidem* illum *unum* conjecti, directi, intenti sunt *septem oculi*, ipsius Jovae, puta, cf. 4, 10., id est, istius lapidis singularem curam gero; *ecce*, *sculpam sculpturam ejus*, eum lapidem ornabo ad aedificandum cet. Quam interpretationem Hitzigius fatetur ferri posse, collato ad verba עַל אֶבֶן אַחַת שִׁבְעָה עֵינַיִם loco עָלֶיךָ

עֵינִי Ps. 32, 8.; sed sic si intelligantur verba, numerum septenarium oppositum singulari aliquid frigidi habere; ad hoc 4, 10. Jovae oculos in perpendiculum, non in lapidem conjectos dici. Verum si septem oculi conjecti esse in unum lapidem dicuntur, significatur, hujus unius rei deum summam curam gerere, in quo nihil equidem video frigidi; et quod infra Jovae oculi intenti dicuntur in perpendiculum, id nullo modo impedit, quominus hic dicantur intenti in lapidem. Habet vero hoc incommodi ista interpretatio, quod, quum lapis ante Jesuam positus jam videatur sculptus esse, minus commode subjicitur *ecce, sculpam sculpturam ejus*, caelabo, ornabo eum lapidem. Quem ultimorum verborum sensum fecit Rosenmüllerus: „faciam ut aedes super fundamento ille excitata quam ornatissima evadat“ ferre verba nullo modo possunt. Vide igitur, an non eo modo expediendus locus sit, quem inivimus supra, hoc inquam, ut verba עַל אֶבֶן אַחַת שִׁבְעָה עֵינַיִם significare dicas *in lapide uno septem oculi* sunt, id est, insculpti sunt, פִּתֻּחָהּ *sculpturam ejus*, lapidis, exprimere putes illud ipsum quod in lapide est insculptum, septem oculos, פַּתַּח vero non sculpendi sed *aperiendi* significatu capias, in hunc sensum: ecce, quos lapis positus coram Josua insculptos exhibet septem oculos, ego aperiam, id est, quam singularem curam insculptum lapidi septem oculorum signum indicat me habiturum esse: habebo! Nam *oculi* providentiae signum; *septem oculi* signum providentiae singularis; *aperire, apertos habere oculos* est vigilem esse, providere, prospicere, Prov. 20, 13. Zach. 12, 4. 1 Reg. 8, 29., ubi in eadem re, in consecratione templi Salomonici: לִהְיוֹת עֵינֶיךָ פְתֻחוֹת אֶל־הַבַּיִת הַזֶּה. Sic praeter aptum sensum elegans nascitur lusus verborum. Possint verba עַל אֶבֶן אַחַת שִׁבְעָה עֵינַיִם etiam appositione juncta videri praecedentibus, ita ut quod absolute praemissum est הָאֶבֶן et Suffixum in פִּתֻּחָהּ arctius cohaereant in hanc continuam sententiam: *ecce, lapis, quem pono coram Josua — in lapide uno septem oculi — ecce, aperiam sculpturam ejus*, eodem sensu. Sed prior ratio simplicior est et propterea etiam praeferenda, quod res postulare videtur, ut separatis verbis quodnam signum insculptum sit dicatur. Eodem quo nos modo verba עַל אֶבֶן אַחַת שִׁבְעָה עֵינַיִם transtulit Hitzigius; idem pariter atque nos פִּתֻּחָהּ idem valere judicavit quod שִׁבְעָה עֵינַיִם; פַּתַּח vero cum superioribus interpretatus est *sculpere*. Quo modo autem conspiciendos praebere se possint oculi

nendum sculpti, sed sculpendi, fateor me non intelligere. Deberet
itaque ad tempus praeteritum referri הִנְנִי מְפַתֵּחַ. Id vero quo-
minus fiat obstat nexus. Ceterum *lapis* est lapis supremus anguli,
ut 4, 7., non lapis angularis in fundamento positus. Is enim eo
tempore dudum erat positus. Hitzigius quidem retractare vatem
praeterita judicat. Sic vero otiosa ille loqueretur. Futura pro-
spicit vates, tempus, quo lapis anguli supremus, priusquam immit-
tatur, a pontifice sit consecrandus. Hoc enim vult illud אֲשֶׁר
נָתַתִּי לִפְנֵי יְהוֹשֻׁעַ. Dualis עֵינָיִם pro Plurali, ut Jes. 6, 2. al.
Ad verba 'וּמַשְׁתִּי וגו Rosenmüllerus: „עָוֹן *culpa* h. l. est pro
poena, ut alias saepe. Quas hactenus, inquit, mei calamitates ut
peccatorum poenas sustinuerunt, eas non amplius sustinebunt;
posthac non perferent mala et incommoda, quae hucusque pertu-
lerunt." Modo idem dixisset, quomodo verba cohaererent cum
proxime praecedentibus, in quibus templum sibi curae futurum
esse dixerat Jova! Praeterea quid sibi vult istud *die uno*? Non
satisfacit Hitzigius respici dicens tempus Messianum vs. 8. Re-
spicitur, opinor, primus post templum absolutum celebrandus dies
festus *expiationis*, יוֹם הַכִּפֻּרִים. Sic bene cohaerebunt verba, et
10. *dies iste unus* suum habebit sensum. — Effectus remissorum pec-
catorum. Eo tempore quae nunc variis calamitatibus conflictatur
colonia pace fruetur et tranquillitate. *Die illo, inquit Jova exer-
cituum, vocabitis*, invitabitis *unus alterum sub vitem et sub
ficum*. Ad quae verba cf. Mich. 4, 4.

CAP. IV. Visum, quo significatur templi opus prospiciente
Jova a Serubabele perfectum iri, juvantibus Messia et pontifice
maximo. Vs. 1—3. continetur visum, vs. 4—14. visi explicatio.
1. — *Et rursus angelus, qui loquebatur ad me*, mecum, *excitavit
me, viri instar, qui excitatur e somno suo*, perinde ac si quis
e somno excitetur. „Significat vates, se stupore et admiratione
visionis praeteritae veluti ecstatico sopore oppressum jacuisse."
2. Ros. — *Et dixit ad me: quid vides? Et dixi: video, et ecce,
candelabrum aureum totum, et lecythus ejus in capite*, summitate
ejus est, *et septem lucernae ejus in eo* sunt, *septena infundibula
singulis lucernis, quae in capite ejus.* וַיֹּאמֶר posterius error
est librarii. Lege וָאֹמַר K'ri, expressum in libris innumeris, coll.
3, 5. Sensum esse וַיֹּאמֶר putarunt Lud. de Dieu et Gussetius.
Prior „in וַיֹּאמֶר, inquit, si quis necessario mendum agnoscendum

esse autumet, me dissentientem habet. Sicut enim infra 5, 5. 6. quum jussus esset propheta videre, quid exiret, ipse angelus respondit, quid esset, quod exiret: ita et hoc loco intelligi potest, ignorasse prophetam, quid esset, quod conspiciendum exhiberetur, quocirca angelum ipsummet respondisse, quod ipse videret, cujus deinde interpretationem petit propheta vs. 4." Posterior: „responsio prophetae potest incipere demum vs. 4. וָאַעַן וָאֹמַר, ubi formula respondendi planior est. Ita ut angelus hic vs. 2. pergat enarrando rem, quam ipse, ut et propheta, videbat. Eo magis, quod in vs. 4. non sit וָאַעַן שֵׁנִית וָאֹמַר, ut vs. 12., quae vox שֵׁנִית aeque certe vs. 4. requireretur, si jam vs. 2. unum responsum edidisset propheta." Sed frustra. Alia ratio est loci 5, 5 sq. Ibi quid esset quod exiret ipse angelus tum demum respondit, quum quid exiret videre se disertis verbis negasset vates. Praeterea in his visis nusquam angelus רָאִיתִי dicit; sed hoc semper tribuitur vati, 1, 8. 2, 1. 3. 5. 3, 1. al. cf. inprimis 5, 2: וַיֹּאמֶר אֵלַי מָה אַתָּה רֹאֶה וָאֹמַר. Nec firmius est argumentum Gussetii. Nam vs. 12. vates repetit interrogationem ab ipso propositam vs. 11.; vs. 4. vero nondum interrogaverat aliquid, sed responderat tantum ad interrogationem angeli, ita ut שֵׁנִית voce eo loco facile careas. In גֻּלָּהּ ה recte impositum habet Mappik, ut sit Suffixum; cf. quod statim subjicitur נֵרֹתֶיהָ. Igitur pro feminino גֻּלַּת, quod legitur vs. 3., subest forma masculina גֹּל, ut in פֶּחָם Neh. 5, 14., מֵעַתָּה Hos. 2, 9., כִּתְבוּנָם ibid. 13, 2., צִירָם, צוּרָם Ps. 49, 15., בִּמְגוּרָם Ps. 55, 16., פִּנָּהּ Prov. 7, 8. (cf. פִּנִּים Zach. 14, 10.), בְּעָרְמָם Job. 5, 13. al. גֹּל, גֻּלַּת *lecythus s. lenticula*, qua continebatur oleum, deferendum per infundibula in lucernas. In verbis שִׁבְעָה וְשִׁבְעָה מוּצָקוֹת „repetitum שִׁבְעָה indicat distributionem. Erant ergo non *septem* tubuli pro universo candelabro, sed *septeni* pro singulis lucernis fuerunt tubuli." Ros. At, inquit Hitzigius, quominus distributive capias שִׁבְעָה וְשִׁבְעָה, obstat interposita copula, cf. Gen. 7, 2. 3. 9. 32, 17. 1 Reg. 18, 13. Zach. 12, 12. Monet accedere, quod undequinquaginta infundibula abhorreant a candelabro Mosaico, ad cujus imaginem hoc Zachariae candelabrum effictum sit. Itaque prius שִׁבְעָה referri jubet ad praecedens עָלֶיהָ, deleto illo quod נֵרֹתֶיהָ voci praemissum est שִׁבְעָה, posterius vero ad מוּצָקוֹת in hunc sensum: *et lampadum ejus in eo sunt septem, et septem infundibula* sunt ect. Quemadmodum enim in שִׁבְעָה וְשִׁבְעָה molestum sit שִׁבְעָה prius, sic etiam

molestum esse שִׁבְעָה positum ante נֵרֹתֶיהָ, siquidem scribere vates debuerit *et lampadum ejus in eo sunt septem* (cf. Exod. 25, 37. 37, 23. Prov. 9, 1.), non *et septem lampades ejus sunt in eo*, quum numerus septenarius lampadum in candelabro non, ut lecythus, ita sit necessarius, ut poni possit tanquam res, quae non possit comparata esse aliter. Haec Hitzigius, festinantius, ut saepissime. Sanissimus est locus. Ac primum quidem, ut ordine rem expediamus, non שִׁבְעָה עָלֶיהָ נֵרֹתֶיהָ *lucernarum ejus in eo sunt* septem, ut legi vult Hitzigius, sed וְשִׁבְעָה נֵרֹתֶיהָ עָלֶיהָ *et septem lucernae ejus* sunt *in eo*, i. e. habet candelabrum septem suas lucernas, nulla alia de causa dicit vates, quam quod respicit candelabrum Mosaicum, quod septem instructum fuerat lucernis, Exod. 25, 37. 37, 23. His locis rectissime dicebatur וְעָשִׂיתָ אֶת־נֵרֹתֶיהָ שִׁבְעָה *et facias lucernarum ejus septem*, et וַיַּעַשׂ אֶת־נֵרֹתֶיהָ שִׁבְעָה *et fecit lucernarum ejus septem*, ea de causa, quod candelabrum illud tum *primum* fingebatur; hoc autem quem tractamus loco ut eodem modo loqueretur vates nequaquam opus fuit, sed potuit, ut fecit, loqui, respiciens exemplar Mosaicum, hoc est, lampadum numerum septenarium pro tali habens, qui pertineret ad rem. Deinde ad ipsum שִׁבְעָה וְשִׁבְעָה quod attinet, falsum est, impedire copulam, ne distributive verba intelligas. Solet omitti copula; interdum tamen ponitur, ut in שֵׁשׁ וָשֵׁשׁ 2 Sam. 21, 20. 1 Chron. 20, 6. Nec magis obstat res ipsa. Quamquam enim ad similitudinem candelabri Mosaici suum vates fingit candelabrum, tamen neutiquam necesse est, ut illius per omnia sequatur exemplum (cf. eadem ratio in templo Ezechielis!): alioquin ne *septem* quidem, quot vult Hitzigius, facere licuisset infundibula, quum Mosaicum candelabrum non habuerit nisi *sex*, Exod. 25, 32 seqq. 37, 18 seqq. Itaque quod *septena* singulis lucernis infundibula tribuuntur, nullo modo poterit offensioni esse, simulatque, cur vates tot fecerit infundibula, idonea possit cogitari causa. Potest vero. Quanto plura infundibula sunt, per quae in lucernas defluat oleum, tanto clarior atque illustrior lucernarum lux erit. Habebat autem vates, quod lucem lucere vellet quam clarissime. Quid est enim, quod significatur *lucernis?* Imago septem lucernae sunt *oculorum Jovae Judaeis invigilantium atque ad propulsanda ab iis quaevis pericula discurrentium per universam terram*, vs. 10. Haec de his. Itaque hoc versu vati conspiciendum praebetur candelabrum aureum, cui imposita lecythus,

ex qua per infundibula septena in singulas lucernas, quarum septem sunt, defertur oleum. In quo viso quid significetur lucernis, modo diximus. Reliqua faciunt ad imaginem exornandam et amplificandam. Sed praeter haec vati objiciuntur alia vs. 3. —
Et duae oleae sunt *juxta illud*, candelabrum, *una a dextra le-* 3.
cythi, *et altera ad sinistram ejus.* עָלֶיהָ ita ut super illud aliquantum eminerent; cf. vs. 12. „Omittuntur, inquit Rosenmüllerus, in hujus visionis descriptione nonnulla, quorum infra vs. 12. explanatior atque distinctior mentior fit, videlicet *duo* olearum *rami* seu *termites* olivis pleni, nec non *duo tubi majores*, per quos oleum de utriusvis rami olivis expressum in lenticulam defluebat. Objectae igitur vati fuerunt *duae oleae*, per *geminos tubos*, in quos duo earum majores rami inflexi erant, recens oleum, in ipsis illis tubis, tanquam prelis, exprimendum, magna copia subministrantes *candelabro septem lampadum aureo*, quod ipsi in viso exhibebatur inter duas oleas medium. Tubi nimirum bini, in quos, veluti in prela, majores illi bini rami olivas excutiebant, deferebantur in vas aliquod, summo candelabro impositum, *lecythus* sive *lenticula* supra vs. 2. appellatum, oleum in tubis expressum recipiens, ex quo oleum per septem (imo septenos) tubulos recta deferebatur in singulas candelabri lampades.“ Haec ille. Quasi non satis difficultatum sit in Zacharia, ut creandae sint novae! Sed sic fit, ubi scriptoris verba non intelliguntur. Nihil est omissum. Nititur tota ista disputatio, quam a quonam interprete Rosenmüllerus sumserit nescio, falsa interpretatione commatis 12. Possint quidem oleae istae videri juxta candelabrum positae esse ad suppeditandum illi oleum. Sed videntur tantum. Repugnat grammatica ratio vs. 12., repugnat data ab ipso vate interpretatio lampadum vs. 10. olearumque vs. 14., de
quibus omnibus dicendum est infra. — Sequitur interpretatio, ac 4.
primum quidem candelabri (vs. 2.) 4 — 10. *Et respondi et dixi ad angelum, qui loquebatur mecum, hoc: quid* sunt, sibi volunt
ista, mi domine? — Et respondit angelus, qui loquebatur mecum, 5.
et dixit ad me: an non scis, nescis, *quid* sint, sibi velint *ista?*
Et dixi: non, nescio, *mi domine! — Et respondit et dixit ad* 6.
me hoc: hoc est verbum Jovae ad Serubabelem: non potentia, nec viribus, sed spiritu meo, inquit Jova exercituum, id est, non humanis viribus, sed sola mea providentia templi opus perficiet Serubabel. Hoc modo complendam esse sententiam, docent

quae subjiciuntur vs. 7. 9. 10. *Spiritus divinus*, qualis in mundo
sese exserit, providentia divina, quae prospicit atque regit uni-
versa; cf. vs. 10., ubi septem lucernae vocantur *oculi Jovae, qui*
7. *discurrant per universam terram.* — *Quis tu, mons magne, co-
ram Serubabele? Planities esto* s. *eris*, deprimeris! id est, quid
sibi possunt ista quae Serubabeli se objiciunt impedimenta? Tol-
lentur! *Et proferet*, feret foras Serubabel ex officina tradendum
aedificantibus *lapidem supremum; clamor* erit, clamabunt: *favor,
favor ei*, lapidi! faveat ei deus! faveant homines! Aliis verbis:
superabuntur quotquot Serubabeli aedificanti templum objicientur
impedimenta! Perficiet opus ovante et bene precante multitudine!
Recte Rosenmüllerus: „*monte alto* significantur hic impedimenta,
quae a Judaeorum hostibus templi aedificationi objiciebantur, Se-
rubabeli sociisque superanda. Nam sicut *plana* dicuntur, quae
sunt facilia, sic *praealta*, quae ardua sunt et difficilia.“ Cf. Jes.
40, 4. 49, 11. Hitzigius mavult quae impedimenta parabat in-
festam potentiam intelligere populorum exterorum, coll. Jer. 51, 25.
Mihi prior ratio facilior videtur hoc nexu et simplicior. Ad הַר
הַגָּדוֹל cf. 14, 10. al. coll. Ges. gr. min. §. 109, 2, a. לְמִישׁוֹר
breviter dictum pro תְּהִיֶה לְמִישׁוֹר. Quam ipsam ob causam verba
לִפְנֵי זְרֻבָּבֶל rectius construes cum praecedentibus. הָאֶבֶן הָרֹאשָׁה,
ut הָאֶבֶן הַבְּדִיל vs. 10. G. gr. min. §. 108, 2, c. „Is autem est
lapis in imo angulo, quem Graeci ἀκρογωνιαῖον vocant, qui totius
aedificii molem sustinet.“ Haec Ros. Hitzigius et alii: lapis in
fundamento positus. Verum enimvero quot tandem jacta inter-
pretes fundamenta volunt?! Dudum illo tempore positum funda-
mentum fuisse, jam ad nauseam usque monuimus. Intelligendus
est *lapis summus*, ita ut templi opus difficultatibus non obstan-
tibus *perfectum iri* dicatur; cf. vs. 9., ubi: manus Serubabelis
8. fundarunt domum hanc, *et manus ejus absolvent.* — *Et factum,*
9. delatum *est verbum Jovae ad me hoc.* — *Manus Serubabelis
fundarunt domum hanc, et manus ejus absolvent*, quod fundavit
Serubabel perficiet opus templi; *et cognosces*, cum haec omnia,
quae de perficiendo templo dixi, evenerint, *Jovam exercituum
misisse me ad vos.* Male Rosenmüllerus haec vatem loqui putat.
Qui loquitur est angelus; cf. 2, 13. Verba priora *Jovae* jussu
loquitur, hinc vs. 8. vates verbum *Jovae* ad se delatum esse
10. dixit, cf. 3, 2., reliqua loquitur suo nomine. — *Nam quis con-
temnat diem rerum parvarum*, tempus quo non multum profe-

vistis in opere templi, at profecistis tamen? *Et laetantur et vident pondus stanneum*, perpendiculum *in manu Serubabelis*, et cum voluptate et cura adspiciunt Serubabelis in aedificando templo operam et studium *septem illae* lucernae, *oculi Jovae; discurrunt per universam terram*, oculi Jovae, qui perspiciunt omnia, quos nihil latet, ut quodvis periculum, undecunque immineat, Jova possit ab opere templi propulsare. Itaque, quum diu intermissam aedificationem iterum strenue quidem aggressi essent, sed exiguam adhuc fundamento superstruxissent aedificii partem, ut occurreret querimoniis de tenuibus templi restituendi initiis, vates, quis, dixit, spernat parva illa initia, quasi exoptatum finem exspectare non sinant, quum ipse Jova vestrae in aedificando operae faveat, atque prospiciat vobis, ad depellenda quaevis pericula paratus? בַּז 3. praet. pro בָּז, ad formam בּוֹז. קְטַנּוֹת *parva*, res parvae, ut קְטַנָּה *parvum* quidquam, feminino neutraliter posito, Num. 22, 18. Ad rem cf. Hagg. 2, 3: *quis inter vos est ille superstes, qui vidit domum hanc in splendore suo priore? Et qualem videtis eam nunc? Nonne talis* domus *ut nihil* est *in oculis vestris?* et Esr. 3, 12., ubi multi seniores, qui prius templum vidissent, quum novi templi initia spectarent, acerbe dicuntur plorasse. De הָאֶבֶן הַבְּדִיל cf. supra ad vs. 7. Verba שִׁבְעָה אֵלֶּה Subjectum faciunt praecedentium. Sunt autem *septem ista* septem lucernae vs. 2., lucernae vero statim dicuntur esse *Jovae oculi*. Nam quod subjicitur עֵינֵי יְהוָה videtur cum שִׁבְעָה אֵלֶּה appositione cohaerere. הֵמָּה מְשׁוֹטְטִים וגו׳ *sunt discurrentes*, discurrunt cet. Hitzigius, exspectabas, inquit, אֲשֶׁר ante הֵמָּה, vel הַמְשׁוֹטְטִים munitum articulo. Rectius igitur legi existimat עֵינֵי יְהוָה הֵם הַמְשׁוֹטְטִים וגו׳. Exspectabas sane sententiam relativam. Saepe tamen pro relativa utuntur absoluta. Nihil itaque muto. Masorethae עֵינֵי יְהוָה ad sequentia trahunt in hanc sententiam: *oculi Jovae sunt discurrentes*, discurrunt cet. Quae constructio et ipsa ferri potest, quum *septem illis* significari *oculos Jovae* doceat vel solum Praedicatum, רָאוּ. Alii, in his de Wette: *hoc est*, *oculi Jovae*, *qui discurrunt* cet. Sic vero in מְשׁוֹטְטִים aegrius desideratur articulus. Ceterum cf. ad ultima verba 2 Chron. 16, 9. Prov. 15, 3. Ut rem paucis comprehendamus, vates vs. 4—10. fore dicit, ut singulari providentia Jovae, qui suis optima prospiciat, quique templi structurae faveat, opus coeptum superatis omnibus impedimentis neque obstantibus exiguis

11. initiis a Serubabele absolvatur. — Sequitur interpretatio olearum
vs. 11—14. De toto viso ipsi objecto vs. 2. 3. vates quidem
interrogaverat jam supra vs. 4., generatim interrogans: *quid sunt
ista?* Angelus vero illum ab eo veran usque ad vs. 10. non
edocuerat nisi de significatione candelabri vel potius lucernarum
(vs. 2.). Restabat igitur interpretatio olearum (vs. 3.), quam
nunc poscit vates. *Et respondi et dixi ad eum*, angelum: *quid
sunt*, significant *duas istas oleas ad dextram candelabri atque*
12. *ad sinistram ejus?* — Sed vix facta interrogatione, oculis denuo
conjectis in oleas, observat antea minus accurate observatas duas
olearum frondes lecythi cantharos attingentes utrinque, iisque
praecipuum quod spectetur in oleis contineri suspicans, iterata
quaestione quid speciatim duabus istis frondibus exprimatur jam
interrogat. Recte quidem Hitzigius „differunt inter se, inquit,
oleae et frondes (de quo nemo sanus dubitabit), alioquin repetitae
interrogationis nulla idonea ratio esset.“ Egregie autem fallitur
in eo, quod ex ea repetitione colligit, aliud significari oleis, aliud
earundem frondibus. Quod quam falsum sit, vel ex eo cognosci-
tur, quod nonnisi ad posteriorem interrogationem respondetur ab
angelo. Aut nonnisi ramorum causa adsunt oleae (quemadmodum
lecythus et infundibula adsunt lucernarum causa), aut, quod prae-
stat, idem utrisque exprimitur, ita tamen, ut *frondes* rem de-
scribant accuratius. De qua re vid. ad vs. 14. *Et respondi
iterum, et dixi ad eum: quid* sunt, sibi volunt *duas spicas olea-
rum, quae* sunt *juxta duos cantharos aureos, qui effundunt ex
se aurum* i. e. oleum? *Spicas* apte vocantur *frondes* olearum
extremae ob magnam spicarum similitudinem. Kimchi olearum
frondes cum spicis comparari putat, quod, sicut hae granis, sic
illae olivis plenae sint. Non male. Ad שִׁבֳּלֵי formam cf. chald.
צִפֲּרֵי Eccl. 9, 12. et צִפֲּרֵי Dan. 4, 9. 18. צַנְתְּרוֹת *cantheri* (LXX
μυξωτῆρες, Vulg. Syr. Ar. *nares*, cf. arab. صِنَّارَةٌ *ansa*; nec non
hebr. צִנּוֹר), canales, per quos oleum lecythi (גֻּלָּה vs. 2. 3.) influit
in infundibula (מוּצָקוֹת vs. 2.); hinc statim subjicitur *qui effun-
dunt de se aurum*, id est, auri instar fulgentem olei liquorem
(cf. יִצְהָר). Rosenmüllerus cum J. H. Michaele הַמְרִיקִים con-
struendum putat cum שִׁבֳּלֵי, „quod non modo accentus commen-
dent, verum et Grammatices praecepta, quia cum feminino צַנְתְּרוֹת
Participium masculinum aegre construatur.“ Hinc illi interpretes

existiment, fingi olearum frondes effundere ex se oleum in lecy-
thum. Vid. supra ad vs. 3. E contrario tamen שבלי est femini-
num (cf. שְׁתֵּי), צנתרות vero masculinum (שְׁנֵי). Quamquam vero
הַמְרִיקִים probabile est referendum esse ad צַנְתְּרוֹת, tamen existi-
mare aliquis possit, fingi oleum in lecythum inferri e frondibus
olearum, ita ut e frondibus oleum defluat in lecythum, e lecytho
per cantharos et infundibula in lucernas. Qui fit enim, ut duae
istae oleae dicantur esse *juxta* lecythum (vs. 3.), et ita quidem,
ut duae earum frondes extremae duos fere attingant lecythi can-
tharos? Nonne haec ideo videntur efficta esse, ut intelligeretur,
duas oleas candelabro inter ipsas medio subministrare oleum?
Verum enimvero incommode lucernae, quibus exprimuntur oculi
Jovae s. divina providentia, suum oleum accipere putantur e fron-
dibus olearum, quae imago sunt summi pontificis ac regis (vs. 14.).
Gravius vero est, quod, qui frondibus olearum significantur, ex
ipsius angeli interpretatione olearum frondibus comparantur, non
quod oleum candelabro subministrent, sed quod uncti oleo sint.
Igitur quod duae istae oleae stant juxta candelabrum, earumque
frondes prope ab illo sunt, ejus rei alia ratio erit, de qua statim
videbimus ad vs. 14. — *Et dixit ad me hoc: an non scis*, ne- 13.
scis, *quid* sint, sibi velint *istae*, duae spicae, frondes olearum?
Et dixi: non, nescio, *mi domine!* — *Et dixit: istae*, isti sunt 14.
duo filii olei, uncti oleo, *qui stant juxta dominum totius terrae.*
בְנֵי הַיִּצְהָר *filii olei*, oleo delibuti, uncti; cf. Jes. 5, 1. Intelligit
duos Judaeorum praefectos, et civilem et sacrum, id est, regem,
eumque Messiam (nam futura praesignificat visum) et pontificem
maximum; cf. 6, 11—13. coll. 3, 7. 8. Consentit in rei summa
Rosenmüllerus, qui: „duobus unctis illis, plerique intelligunt Jo-
suam et Serubabelem, quorum ille ut pontifex maximus unctus
esset, hic vero unctus vocetur, quod esset ex stirpe regum Judae.
Nos tamen cum Jarchio significari existimamus duplex unctorum
genus, qui templo denuo exstruendo numquam sint defuturi, prin-
cipes et summos sacerdotes.“ Quod una olearum sita est ad
dextram, altera ad sinistram lecythi (vs. 3.), eo quid significetur
exprimunt verba *qui stant juxta dominum*, id est, qui ministri
sunt (cf. 1 Reg. 22, 19. al.) domini cet. Propter ipsos lecythi
cantharos vero esse dicuntur utriusque oleae frondes (vs. 12.), ut
exprimatur, memoratos ministros Jovae *proximos* esse. Quae ad
dextram et sinistram candelabri de tecto dependentis (sic enim

cogitanda res est) in solo stant oleae, prope quidem ab eo sunt; proxime candelabrum vero earundem frondes sunt, ut quae sursum pertineant, contingantque ipsum candelabrum. Hitzigius (cf. supra ad vs. 12.) oleas *populum Judaeorum* esse putat, qui stet עַל־פְּנֵי יְהוָֹה 2 Reg. 17, 23. Non *unam* (Jer. 11, 16.) sed *duas* oleas fingi, quia populus ex *sacerdotibus* constet et *populo terrae* 7, 5. Qua quaesita explicatione imago turbatur; accedit, quod pugnat illa cum interpretatione angeli.

CAP. V, 1—4. Visum voluminis volantis per aëra, diras adversus fures eosque, qui Jovae nomine jurantes abutantur, praesignificantis. Exprimitur hoc viso, improbos terrae Judaicae exstirpandos esse. Hitzigius iterum plus quam inest in verba infert, dicens, simul exprimere vatem, quemadmodum volumen, quum volaverit super terram, avolet super fines ejus, ita etiam evanescere improbos, coll. Jes. 1, 31. De qua comparatione cogitasse vatem
1. ne verbulo quidem proditur. — *Et iterum sustuli oculos meos,*
et vidi, et ecce, volumen volans per aëra. Rosenmüllerus: „Hebraeorum nonnulli volatu simul indicari putant, fuisse illud volumen non complicatum, sed expansum et evolutum, ut a vento motum volitaret.“ Sed evolutum cogitandum esse volumen, quanquam probabiliter, tamen non certo colligitur e volatu. Certum evoluti voluminis indicium habes vs. 2., ubi voluminis longitudinem et latitudinem conspicit vates. E vs. 3. intelligitur, perscripta in volumine fuisse verba exsecrandi; cf. Deut. 27, 15—26.
2. 28, 15—68. — *Et dixit* angelus, qui mecum loquebatur, *ad me:*
quid vides? et dixi: video volumen volans; longitudo ejus viginti cubitorum est, *et latitudo ejus decem cubitorum.* „Ex amplitudine libri licet conjecturam facere de diris et exsecrationibus, quae in eo continebantur, vs. 3.“ Ros. cf. supra ll. ll. Deut. Quod idem Hebraeos observare monet, longitudinem et latitudinem voluminis eandem esse, quae fuerit porticus s. vestibuli templi, ut constet libro major auctoritas, nec dubium sit, quin a deo sit
3. emissus, nugae sunt. — *Et dixit ad me: haec* est *exsecratio,*
quae exit super universam terram; nam omnis qui furatur, hinc, ex hoc loco, *secundum illam* exsecrationem *exstirpatur*, *et omnis qui jurat, hinc secundum illam exstirpatur.* Loco omnium (cf. visum quod sequitur vs. 5—11.) duo genera improborum ponuntur, unum eorum, qui delinquunt in proximum, alterum

delinquentium in deum. מִזֶּה *hinc*, ex hoc loco, hac terra (ut Gen. 37, 17. 42, 15. Exod. 11, 1.) construendum cum נִקָּה. Hitzigius: *hinc*, i. e. *hic*, construens cum הַגֹּנֵב. Sed sic otiosum est מִזֶּה. Causam cur ita construat affert locum quem occupet vocula. At non potuit poni rectius construenda cum נִקָּה, eademque respiciens illud quod proxime praecedit הָאָרֶץ. Accedit, quod נִקָּה verbi significatus aegre careret complemento, quod dicunt. Rosenmüllerus: „cum illa particula repetitur, *adversa latera* significare solet, Exod. 17, 12. Num. 22, 24. Ezech. 47, 7. Apposite Aben-Esra ad locum monet, ambo illius voluminis latera fuisse scripta, unum contra fures, alterum contra pejerantes, aut, quod mavult, ambo contra utrosque. Si prius sequimur, analogia quaedam subnascitur, quae inter exsecrationem et legem est. Quemadmodum enim tabulae legis scriptae erant *ab utroque latere*, מִזֶּה וּמִזֶּה, Exod. 32, 15., sic exsecratio, utriusque tabulae transgressionem feriens, pariter scripta est מִזֶּה וּמִזֶּה, ut unicuique peccato sua respondeat poena. Si posterius arridet, exsecrationis magnitudo et amplitudo significatur. Sic volumen Ezechieli oblatum, paris fere argumenti ac Zachariae ostensum volumen, scriptum dicitur פָּנִים וְאָחוֹר *a fronte et a tergo*, Ezech. 2, 10.“ Quae mihi maxime impedita videtur interpretatio esse. Quis, quaeso, intelligat hoc: qui furatur, ab uno latere secundum illam (exsecrationem) exstirpatur, et qui jurat, ab altera latere cet.? praesertim quum ne verbulo quidem monitum sit, fuisse volumen *utrinque* literis impletum. Fraudi interpretibus fuit מִזֶּה dupliciter positum, ad quod cf. repetitum אֶל־בֵּית vs. 4. נִקָּה, cui frustra vim intulerunt Rosenmüllerus et alii, propr. nihil est aliud quam *purgatur*, id vero est tollitur, deletur, exstirpatur. Eodem modo Latini suo utuntur purgandi verbo. Recte igitur Kimchi נִקָּה idem esse ait quod נִכְרְתָה. Ad הַנִּשְׁבָּע vere Hitzigius negat suppleri posse בִּשְׁמִי לַשָּׁקֶר e versu sequente. Sed etiam absolute positum נִשְׁבַּע poterit significare *jurare* temere, animo levi. Sic fert communis usus loquendi. Dubito an recte statuat Hitzigius, voluisse vatem Judaeos omnino non jurare, coll. Matth. 5, 34 seqq. Hoc si voluisset, non fuisset, quod versu parallelo
exsecrationi daret *pejerantes*. — *Et exire facio eam*, exsecra- 4
tionem, *inquit Jova exercituum, et veniet in domum furis, et in domum ejus qui jurat per nomen meum falso*, qui pejerat per nomen meum, *et commorabitur in medio domus ejus*, eam totam

occupabit, *et consumet eam*, *et ligna ejus et lapides ejus*, totam, ut ne vestigium quidem superesit. וְלָנֶת 3. fem. Praet. pro וְלָנָה; cf. וְזוּרֶת Jes. 59, 5. De כִּלַּתּוּ vid. G. gr. min. §. 58, 2. adn. 2. Ad verba postrema cf. 1 Reg. 18, 38.

CAP. V, 5—11. Viso superiore improbos terrae Judaicae opprimendos esse indicatum erat. Quod nunc sequitur opprimendam ipsam improbitatem significat, ita quidem, ut non efferat se amplius; cf. etiam ad vs. 8. Etenim conspiciendam vati se praebet epha, in qua sedet mulier, improbitatis titulo notata, quae epha cum muliere superinjecto operculo plumbeo probe occlusa a duabus feminis in Babyloniam avehitur ibique firmo in loco figitur. In quo viso quid sit primarium, quid secundarium, faciens ad imaginem expingendam, tam facile est ad intelligendum, ut mireris, quod fuerint, qui omnia singula quid significent investigandum putarent, inepti interpretes et distinguere nescii. —
5. *Et exiit*, prodiit *angelus*, *qui loquebatur ad me*, mecum, *et dixit ad me*: *tolle modo oculos tuos*, *et vide*, *quid* sit *exiens hoc*, hoc quod exit, apparet, tibi se conspiciendum praebet! וַיֵּצֵא e loco suo in scenam, ubi res agebatur, visum objiciebatur, ut 2, 7. —
6. *Et dixi*: *quid est istud*? *et dixit*: *haec* est *epha quae exit*; *et dixit*: *haec* est *species*, imago *eorum*, Judaeorum, *in tota terra*. Dicitur *hoc est* הָאֵיפָה הַיּוֹצֵאת praeposito articulo, quia, ut recte monuit Hitzigius, haec epha in suo genere est singularis, definita, et angelo, qui interpretem agit, nota. Cum dicit angelus, *haec est epha quae exit*, nonnisi, *quid sit* dicit, non, quid significet. Itaque statim sed generatim tantum subjicit: *haec est species*, imago *eorum* ect., in qua re cernatur similitudo colligendum vati relinquens ex iis quae subjiciuntur. Vult autem hoc dicere: quemadmodum hanc epham cum inclusa muliere, quae est improbitas, statim videbis per aërem ablatam in terram longinquam, ibique fixam in loco firmo: sic quae per totam terram est improbitas removebitur et opprimetur ita, ut denuo se tollere nequeat. עֵינָם *species*, imago, ut in visis objectis Ezechieli et Danieli. Suffixum respicit terrae incolas eosque improbos; cf. visum superius vs. 3. 4. Rosenmüllerus, Ewaldus et alii indicari volunt, improbitatem captam tandem omnium oculis spectandam exponi, tum terra ejici. Similiter jam Chaldaeus et Hieronymus. Hic: „*haec* amphora sive mensura *oculus eorum* est *in universa terra*, hoc est, ostensio peccatorum, ut, quorum vitia dispersa latitabant,

in unum concervata oculis omnium panderentur, ut egrederetur de loco suo Israel, et cunctis gentibus qualis in terra sua fuerit, monstraretur." Verum quae subjiciuntur praeter vs. 7. omnia manifesto eo redeunt, ut epha cum injecta muliere, repraesentante improbitatem, superimposito operculo ponderosissimo bene clausa, in terram longe remotam dicatur ferri. Quod vs. 7. epha retegitur, fit in breve temporis spatium et eo tantum consilio, ut vati quid sit in epha ostendatur; simulatque enim ostensa est mulier, vas denuo clauditur. Falsissimum etiam, quod cum Hieronymo Rosenmüllerus agi de rebus praeteritis judicat, „sensus, inquiens, hic est: 'id quod vides figuram gerit eorum, quae fecere Hebraei, quaeque passi sunt. Ostenditur res non futura, sed gesta, ut Judaei in posterum caveant, similes poenas in se accersere." Tale enim consilium ne leviter quidem indicatur. Repugnat etiam visum superius vs. 1—4. arcte cohaerens cum hoc quod tractamus. Pro עֵינָם LXX (αὕτη ἡ ἀδικία αὐτῶν) et Syrus exprimunt עֲוֹנָם; cf. Hieronymus: „... *oculus eorum*, quod hebraice dicitur *enam*, et scribitur per Ain, Jod, Nun, Mem; sive *iniquitatem eorum*, quae si per Vav literam scripta esset, recte legeretur *onam*, ut LXX putaverunt; et hic error in Editione Vulg. (Vers. Graec. Alex.) frequenter inolevit, ut, quia Vav et Jod literae eadem forma, sed mensura diversae sunt, altera legatur pro altera." Quam Graeci et Syri lectionem praeter necessitatem recipiendam putavit Hitzigius. Necessaria ista mutatio tunc tantum esset, si, quid sibi velit mulier residens in epha, non esset indicatum. Tunc enim quid spectet similitudo, id est, quid illud sit, quod dicatur auferendum, non haberes unde cognosceres. Sed apertis verbis vs. 8. angelus *haec*, inquit, *improbitas est*. Ceterum cum epha mensura aridorum esset maxima, Rosenmüllerus et alii significari existimant, mensuram peccatorum ad summum venisse. Vereor ut recte. Quod epham elegit vates, nulla alia causa est, quam quod minoris quantitatis mensura non potuisset
capere mulierem. — Quo tendat imago, vates intelligere non 7.
potest, nisi ostendatur, quid contineatur epha. Itaque retecto operculo conspicienda vati praebetur sedens in epha mulier, et quaenam illa sit dicitur vs. 7. 8. *Et ecce, operculum plumbeum tollitur de epha, et en, apparet mulier quaedam sedens in media epha.* כִּכַּר עֹפֶרֶת interpretantur *talentum*, pondus *plumbeum*. Non magnopere repugno; cf. vs. 8. אֶבֶן הָעוֹפֶרֶת. Attamen non video,

cur, quod proprie *orbem*, hinc, addito לֶחֶם, *placentam* significa
כִּכָּר, hic non possit ipsius *operculi* (rotundi) ferre significatum
Etiam אֶבֶן vs. 8. nequaquam necessario intelligitur de pondere
Potest enim sine negotio cogitari lapis planus, figuram habens
orbis. נִשֵּׂאת Part. fem. Ni. Rosenmüllerus: „*adportabatur* hoc
fine, ut in os improbae mulieris, quae statim commemoratur, conjiceretur.“ Sed facile intelligitur, vatem antequam factum esset,
quod verbis וְהִנֵּה כִּכַּר עֹפֶרֶת נִשֵּׂאת exprimitur, mulierem non
conspexisse. Itaque clausa erat epha, et נָשָׂא est *extollere*. *Et hic*, ut alias זֶה, idem fere quod הִנֵּה. Absone Hieronymus et
alii „*pondere plumbeo*“ significari putant „pondus gravissimum
peccatorum.“ Si improbitatis imago ipsa est mulier (vs. 8.), qua,
quaeso, ratione eadem illa improbitas indicari potest operculo?
Plumbeum est operculum, ne tolli possit a muliere quae capta
tenetur in epha. Longissime etiam a vero abest A. Schultens ad
אַחַת, „consignanter, inquiens, ea vocatur mulier *una*, *unica*, *solitaria*, res sibi suas habere jussa, matrimonio veteris mariti
exacta, et longae viduitati ac sterilitati damnata, secura multis
diebus, juxta Hoseae consimile vaticinium (3, 3 sq.), nulli juncta
viro, nullis etiam scortationibus illigata, sed tristi mancipata
solitudini cet.“ Purus putus articulus indefinitus est אַחַת. Indefinite vero de muliere loquitur vates, quia nondum scit, quae-
8. nam illa sit, quid sibi velit. — *Et dixit* angelus: *haec*, quam
ephae insidentem vides, est *Improbitas*. *Et conjecit eam*, arreptam quae retecto operculo liberius se moverat vi depressit *in
mediam epham*, *et conjecit lapidem*, i. e. orbem (qui lapis non-
nisi a similitudine dicitur) *plumbeum in os ejus*, ephae, ne quo
modo posset erumpere mulier. Incommode Rosenmüllerus Suffixum
in פִּיהָ cum Jarchio refert ad mulierem. De epha vs. 7. opercu-
9. lum erat sublatum, ephae nunc idem denuo imponitur. — Haec
epha cum muliere jam avehitur in Babyloniam ibique figitur loco
firmo vs. 9. et seqq. *Et sustuli oculos meos*, *et vidi*, *et ecce*,
duae mulieres exibant, prodibant in medium, *et ventus erat in
alis earum*, erantque *iis alae similes alis ciconiae*, *et auferebant
epham terram inter et coelum*. Ad ויוֹצְאוֹת cf. 5, 2. 7. In הַשְּׂנָה
recte Masorethae monent חסר א'. *Inter terram* cet., hoc est,
per aërem. „*Mulieribus duabus* significari Assyrios et Babylonios,
qui impium populum Hebraeum in terras exteras deportarunt,
quae proxime sequuntur, satis ostendunt.“ Ros. Minime vero.

Nihil subest. Pertinent haec ad colorem imaginis. *Mulierem mulieres auferunt.* Duae sunt mulieres, ab utraque latere prehendentes omas, quia una ferendo tam gravi oneri impar est. *Alae* iis tribuuntur, quia festinandum est; *ciconiae* alae amplae et latae et *ventus* in alis, ad volandum celeriter. — *Et dixi ad* 10.
angelum, qui loquebatur mecum: quo illae auferunt epham? —
Et dixit ad me: ad aedificandam ei domum in terra Sinear, in 11.
Babylonia; *et stabilietur* ea domus, *et collocabitur* epha *ibi in loco suo.* Ad aedificandam ei domum, i. e. ad assignandam ephae, i. e. mulieri, improbitati, sedem stabilem (cf. Jer. 29, 5.), in qua firma et immota maneat, quam non relinquat, quod ipsum verbis quae subjiciuntur exprimitur accuratius. Ea verba plerique: *ut deponatur et collocetur ibi* epha, mulier *in loco suo.* Sic Hitzigius quoque, qui, quum וְהוּכַן verbi הָאֵיפָה Subjectum esse nequeat, et וְהוּכַן et וְהֻנִּיחָה, ut quod non הֻנִּיחָה sed הֻנִּיחוּ sit efferendum, impersonaliter capiendum esse monet: *ut deponant et collocent eam* est. Posse tamen etiam וְהֻנִּיחוּהָ legi. Sed non video, quid obstet, quominus וְהוּכַן referas ad בַּיִת, הֻנִּיחָה ad הָאֵיפָה. In qua eadem sententia esse video Rosenmüllerum, qui: „וְהוּכַן et *parabitur*, sc. בַּיִת. Ad hoc nomen enim, quod in hemistichio priore praecessit, referendum esse hoc verbum, inde apparet, quod in masculino ponitur." Ad formam passivam הֻנִּיחָה cf. chald. הֳקִים Dan. 7, 4. Quod in *Babyloniam* aufertur *improbitas*, id Babyloniorum in contumeliam ac poenam videtur fictum esse, q. d. ejecta ex Juda improbitas in posterum versabitur inter eos, qui ipsam studiose colunt ejusque mercedem ut accipiant maxime digni sunt, Babylonios; cf. visum quod sequitur.

CAP. VI, 1 — 8. Deleta Judaeorum culpa (5, 1 — 11.) poenas Jova ab exteris populis sumturus dicitur (cf. 1, 15.), maxime a Babyloniis (cf. 2, 10.), quod viso exprimitur quatuor curruum digredientium in varias terras, potissimum in Babyloniam. —
Vs. 1 — 3. continetur visum. *Et iterum sustuli oculos meos, et* 1.
vidi, et ecce, quatuor currus exibant, prodibant *e medio duorum montium, et montes* erant *montes aenei.* מִבֵּין *e medio*, e loco, valle, planitie, quae est inter. De curribus vid. infra. *Duo montes* videntur esse Sion et Moria; cf. vs. 5. Observa etiam articulum, quanquam ex hoc nihil certi potest colligi; cf. 5, 6. *Aenei* dicuntur, id est, insuperabiles atque terribiles illis, in quos

irruunt qui e medio ipsorum prorumpunt currus; cf. ad imaginem
2. Jer. 1, 13. — *In curru primo* erant, id est, currui primo juncti
3. erant *equi rubri, et in curru secundo equi nigri;* — *Et in*
curru tertio equi albi, et in curru quarto equi maculosi, alacres.
אֲמֻצִּים ex sing. אָמֹץ ab אָמַץ *alacrem, fortem esse*, hic de equo, ut vicinum arab. أَبِضَ *agilis, alacer est equus*, أَبِض, أَبُوص *alacer, velox equus*. Sic jam Aqu. et Vulg. *κραταιοί, fortes*. „Non audiendi sunt, qui e nexu conjecturam facientes verbum de colore interpretantur. LXX: *ψαροί* i. e. sturnei coloris, sturni more variegati, ita ut cinereus color punctis nigrescentibus distinctus sit. Chaldaeus קְטְמָנִין cinerei coloris, et quidam apud Kimchium מראה ושישן. Satis bene haec congruerent praecedenti בְּרֻדִּים, nisi obstaret etymon; sed omnino inconcinnum est, quod praebent Abulwalides, Kimchius et Bochartus *rubri*, אֲמֻצִּים pro חֲמֻצִּים." Ges. Thes. in אמץ. Rejectam a Gesenio Bocharti sententiam a recentioribus suam fecerunt Rosenmüllerus et Hitzigius; cf. Jes. 63, 1. Sane inconcinne non dixerim equos *maculosos, rubros*. Nam *maculosi, rubri* qui sunt, sunt *sparsi maculis rubris*, atque ita diversi ab equis *rubris*, junctis currui primo. Quid? quod *coloris*, ejusque *rubri* significatum in אָמֹץ postulare videtur vs. 7., ubi אֲמֻצִּים manifeste positum pro אֲדֻמִּים vs. 2. Fortasse tamen eo loco scribendum אֲדֻמִּים. Certe parum sibi constitisset vates, si, quos vs. 2. dixerat אֲדֻמִּים equos currus primi, vs. 7. nominasset אֲמֻצִּים, nominasset, inquam, eodem nomine, quo hoc tertio versu describit equos junctos currui quarto. Gravius vero est, quod אָמֹץ nusquam alias relatum reperitur ad visum. Itaque nos quoque malumus adquiescere in significatu usitato, et quod vs. 7. habetur אֲמֻצִּים pro אֲדֻמִּים, incuriae tribuere vel ipsius scriptoris vel librarii. Causam erroris facile deprehendes in omisso אֲמֻצִּים vs. 6. Apte *alacres* dicuntur equi, quorum est percurrere terram vs. 7. Observa etiam, ultimo loco positam esse hanc equorum virtutem, quippe diversam a praecedentibus. Quaerentibus jam, quid significetur singulis equorum coloribus, interpretes, *rubri*, inquiunt, sanguines et strages significant, *nigri* famem, *albi* victoriam, *maculosi* vero quid indicent, non dicunt, nec mirum, indicant enim nihil. Ex quo ipso sequitur, nec sub reliquis coloribus subjiciendos esse significatus certos. Statuendum ut supra 1, 8. in eadem re, hoc est, colorum *varietate* in

universum indicari *varias* pervadendas terras. — Sequitur inter- 4.
pretatio curruum. *Et respondi et dixi ad angelum, qui loque-
batur mecum: quid sunt,* sibi volunt *isti* currus cum junctis ipsis
equis, *mi domine?* — *Et respondit angelus, et dixit ad me:* 5.
isti sunt *quatuor venti coeli, qui exeunt,* prodeunt, *postquam
stiterunt se coram domino totius terrae,* mandata acceperunt
a deo; cf. Job. 1, 6. Rem ita explicat angelus, ut explicatione
indigeat ipsa explicatio, imaginem, inquam, explicat imagine,
currus dicens ventos esse. Venti igitur quid sunt? Intelligendi
turbines, turbines vero Jovae ministri mittendi ad exsequendas
decretas ab illo in populos poenas; cf. vs. 8. Quatuor sunt, quia
per omnes terrae partes, ab omnibus populis sumenda est poena.
— *In quo curru equi nigri sunt,* cui currui juncti sunt equi 6.
nigri, ii *exeunt,* migrant *in terram septentrionalem, et albi ex-
eunt post illos,* nigros, eos sequuntur, *et maculosi exeunt in
terram meridionalem.* Rosenmüllerus: „Haec verba, uti videtur,
non sunt amplius angeli, visum explicantis, sed prophetae, rem
visam ulterius referentis usque ad finem versus 7.“ Non intelligo,
cur. Ex וַיֹּאמֶר vs. 7. nequaquam sequitur, praegressa angelum
non locutum esse. Ponitur ibi, quanquam qui ante locutus erat
loqui pergit angelus, וַיֹּאמֶר ea de causa, quod praecedentia an-
gelus dixerat ad vatem, quae subjiciuntur vero dicit ad equos;
cf. eadem ratio 3, 4 sq. al. Quod, quum dixisset *in quo curru
equi nigri* sunt, pergit dicere: ii (equi) *exeunt* cet., id nullam
habet difficultatem, quum equi juncti currui pertineant ad currum,
ita ut aeque recte nunc currus nunc equi possint nominari; cf.
vs. 7. וַיִּתְהַלַּכְנָה. Terra *septentrionalis* Babylonia est, cf. 2, 10.
ibique not.; *meridionalis* Aegyptus, cf. Dan. 11, 5. Quod in
Babyloniam praeter nigros equos abeunt albi, id est, currus *duo,*
in Aegyptum vero maculosi tantum equi, id est, currus *unus,* eo
significatur, Babyloniam (ut quae maxima mala olim fecisset po-
pulo Jovae) poena afficiendam esse duplo majori, quam Aegyptum.
Ad בְּרֻדִּים omisit scriptor אֲמֻצִּים (vs. 3.) potuitque omittere salvo
sensu, quia equi illi jam in eo diversi erant a reliquis, quod
erant *maculosi.* In ipsos colores inquirendum non esse, jam supra
monuimus. Ceterum Rosenmüllerus, quae per ventos istos sive
spiritus coelestes exsequenda sint, ad universum terrarum orbem
seu quatuor mundi partes spectare, quaternarium quadrigarum
numerum haud obscure significare recte quidem monuit. Sed quod,

cur orientis et occidentis nulla hic facta mentio sit, causam hanc
videri dicit, quod terram omnem in duas partes generales dis-
sectam vates cogitaret, boream et austrum synecdochice poneret
pro universis mundi plagis, coll. Jes. 43, 6. Ps. 89, 13., in eo
errat. Nec probant, quod vult probare, loci laudati, nec si pro-
barent, ad eorum rationem hic locus esset revocandus. Res sim-
plicissima haec est. *Duos* currus vates in terram *septentrionalem*
abire jusserat, *unum* in *meridionalem*. Restabat igitur *unus* tantum
currus pro *duabus* coeli plagis, *oriente* et *occidente*. Incommode
vero *unum* in *duas inter se oppositas* regiones misisset vates.
Itaque reliquum currum maluit in universum mittere בָּאָרֶץ *per*
7. *terram* vs. 7. — *Et rubri exeunt et quaerunt ire, pervadere*
terram. Et dixit angelus conversus ad currus: *ite, pervadite*
terram! Et pervaserunt terram. Rosenmüllerus: „וְהָאֲמֻצִּים
videlicet rufi. Iidem sunt, quos modo *grandinatos* dixerat vs. 6.,
nam vs. 3. currui quarto juncti dicuntur equi בְּרֻדִּים אֲמֻצִּים.
Repetit ergo vates, quod sub finem versus superioris de equorum
istorum exitu dixerat, idque hoc fine, ut specialius declaret.“
Quasi vero quae continentur hujus versus verbis prioribus non
pateant latius illis, quae leguntur vs. 6. extremo! Quasi ו ante
וְהָאֲמֻצִּים intrepide reddi liceat *videlicet!* Quasi res non postulet
omnino, ut de equis rubris junctis currui primo, quos hactenus
ne verbulo tetigit vates, hic dicatur! Aut אֲדֻמִּים legendum pro
אֲמֻצִּים, aut, si אֲמֻצִּים sint *rubri* equi, sinistre vates אֲמֻצִּים
posuit pro אֲדֻמִּים. De qua re disputavimus ad vs. 3. Nec rectius
idem interpres mox „וַיֹּאמֶר, inquit, in Plusquamperfecto est ver-
tendum, *dixerat*; prius enim quam ad exeundum se compararunt,
exeundi mandatum acceperunt equi.“ Verba וְהָאֲמֻצִּים יָצְאוּ וַיְבַקְשׁוּ
לָלֶכֶת לְהִתְהַלֵּךְ בָּאָרֶץ nequaquam rem gestam describunt, sed ad
quid destinati sint isti equi tantum exprimunt, plane ut vs. 6.
Quemadmodum ibi dixerat vates: in quo curru equi nigri sunt,
ii *exeunt*, id est, ad id destinati sunt, ut exeant cet., sic hoc
loco *et rubri*, inquit, *exeunt*, id est, horum est exire cet., ac
tum demum *ite*, inquit, cet., quo facto illi abeunt. Ceterum ne
per Grammaticam quidem Futuro converso licet vim Plusquam-
perfecti tribui, non praegresso Plusquamperfecto. In וַתִּתְהַלַּכְנָה
8. vates respicit מַרְכָּבוֹת; cf. supra vs. 6. — *Et invocavit me, et*
locutus est ad me hoc: en, qui exeunt in terram septentriona-
lem, sedant, satiant, explent *iram meam in terra septentrionali,*

statuenda in illam poena. הֵנִיחוּ רוּחִי ב i. q. הֲנִחֹתִי חֲמָתִי ב Ezech. 5, 13. 16, 42. 24, 13.

CAP. VI, 9—15. Duplici corona unius Josuae capiti imposita significatur duplex dignitas, regia et sacerdotalis, in unum Messiam mox venturum divinitus conferenda. Hanc summam esse sanissimorum simplicissimorumque verborum, jam viderunt superioris aetatis interpretes meliores; sed recte explicitum locum denuo turbarunt recentiorum ii, qui quidquid ab aliis observatum est falsum, verissima sua tantum somnia esse jurant, nil aequale est illis hominibus! acclamante plebecula. — *Et factum*, delatum 9.
est verbum Jovae ad me hoc. — *Accipe ab exsulibus, ab Cheldai,* 10.
a Tobia et ab Jedaja, et ingredere die illo, et ingredere domum
Josiae, filii Zephaniae, qui venerunt e Babylonia. Ad מֵאֵת הַגּוֹלָה Rosenmüllerus: „id est, a Judaeis Babylone etiamnum exsulantibus. Neque enim omnes cum Serubabele statim in patriam remigraverant, quamvis rex Cyrus potestatem remigrandi omnibus fecisset; plurimi posthac demum cum Esra reverterunt, Esr. 7, 6. 7. Sed et tunc magna pars in Babylonia restitit. Hi Babylonici Judaei (sic enim commode appellari possunt) cum de restaurata templi aedificatione audivissent, aurum argentumque a se collectum per legatos mox nominandos, muneris loco, ad exornandum templum miserunt. Jubetur ergo Zacharias *ab exsulibus*, i. e. exsulum Judaeorum legatis, aliquam ejus auri atque argenti partem accipere.“ In quibus quae dicta sunt de exsulibus eorumque legatis, inter se pugnant. Res haec est. Qui mox memorantur tres homines aurum et argentum *attulisse*, haud obscure indicat hic ipse noster. Sed infra vs. 14. eorundem virorum in memoriam coronae *factae* ex allato auro et argento, donec promissus Messias compareat, deponi in templo jubentur. Tales vero honores non iis qui attulerant, sed qui *dederunt* dona, tribui solent. Videntur igitur illi viri donorum *datores* iidem fuisse *et attulisse* dona, ita ut verbis prioribus vates non jubeatur accipere ab Cheldai etc. dona missa ab exsulibus, verum ut מֵחֶלְדַּי וגו׳ cum הַגּוֹלָה appositione cohaereant hoc sensu: *accipe ab exsulibus*, *ab Cheldai*, inquam, etc. לָקוֹחַ Hitzigius impersonaliter acceptum vult. Nam si secundam Personam Subjectum facias, otiosum esse repetitum וְלָקַחְתָּ vs. 11.; inversum sententiarum ordinem, cum dici debuisset: *ingredere domum* ... *et accipe illo die*; accedere, quod, cur וּבָאתָ prius appositum habeat מֵאֵת, non intelligatur, si in לָקוֹחַ

cogitanda res est) in solo stant oleae, prope quidem ab eo sunt; proxime candelabrum vero earundem frondes sunt, ut quae sursum pertineant, contingantque ipsum candelabrum. Hitzigius (cf. supra ad vs. 12.) oleas *populum Judaeorum* esse putat, qui stet עַל־פְּנֵי יְהוָה 2 Reg. 17, 23. Non *unam* (Jer. 11, 16.) sed *duas* oleas fingi, quia populus ex *sacerdotibus* constat et *populo terrae* 7, 5. Qua quaesita explicatione imago turbatur; accedit, quod pugnat illa cum interpretatione angeli.

CAP. V, 1—4. Visum voluminis volantis per aëra, diras adversus fures eosque, qui Jovae nomine jurantes abutantur, praesignificantis. Exprimitur hoc viso, improbos terrae Judaicae exstirpandos esse. Hitzigius iterum plus quam inest in verba infert, dicens, simul exprimere vatem, quemadmodum volumen, quum volaverit super terram, avolet super fines ejus, ita etiam evanescere improbos, coll. Jes. 1, 31. De qua comparatione cogitasse vatem
1. ne verbulo quidem proditur. — *Et iterum sustuli oculos meos, et vidi, et ecce, volumen volans* per aëra. Rosenmüllerus: „Hebraeorum nonnulli volatu simul indicari putant, fuisse illud volumen non complicatum, sed expansum et evolutum, ut a vento motum volitaret." Sed evolutum cogitandum esse volumen, quanquam probabiliter, tamen non certo colligitur e volatu. Certum evoluti voluminis indicium habes vs. 2., ubi voluminis longitudinem et latitudinem conspicit vates. E vs. 3. intelligitur, perscripta in volumine fuisse verba exsecrandi; cf. Deut. 27, 15—26.
2. 28, 15—68. — *Et dixit* angelus, qui mecum loquebatur, *ad me: quid vides? et dixi: video volumen volans; longitudo ejus viginti cubitorum* est, *et latitudo ejus decem cubitorum.* „Ex amplitudine libri licet conjecturam facere de diris et exsecrationibus, quae in eo continebantur, vs. 3." Ros. cf. supra ll. ll. Deut. Quod idem Hebraeos observare monet, longitudinem et latitudinem voluminis eandem esse, quae fuerit porticus s. vestibuli templi, ut constet libro major auctoritas, nec dubium sit, quin a deo sit
3. emissus, nugae sunt. — *Et dixit ad me: haec* est *exsecratio, quae exit super universam terram; nam omnis qui furatur, hinc*, ex hoc loco, *secundum illam* exsecrationem *exstirpatur*, *et omnis qui jurat, hinc secundum illam exstirpatur.* Loco omnium (cf. visum quod sequitur vs. 5—11.) duo genera improborum ponuntur, unum eorum, qui delinquunt in proximum, alterum

delinquentium in deum. מִזֶּה *hinc*, ex hoc loco, hac terra (ut Gen. 37, 17. 42, 15. Exod. 11, 1.) construendum cum נִקָּה. Hitzigius: *hinc*, i. e. *hic*, construens cum הַגֹּנֵב. Sed sic otiosum est מִזֶּה. Causam cur ita construat affert locum quem occupet vocula. At non potuit poni rectius construenda cum נִקָּה, eademque respiciens illud quod proxime praecedit הָאָרֶץ. Accedit, quod נִקָּה verbi significatus aegre careret complemento, quod dicunt. Rosenmüllerus: „cum illa particula repetitur, *adversa latera* significare solet, Exod. 17, 12. Num. 22, 24. Ezech. 47, 7. Apposite Aben-Esra ad locum monet, ambo illius voluminis latera fuisse scripta, unum contra fures, alterum contra pejerantes, aut, quod mavult, ambo contra utrosque. Si prius sequimur, analogia quaedam subnascitur, quae inter exsecrationem et legem est. Quemadmodum enim tabulae legis scriptae erant *ab utroque latere*, מִזֶּה וּמִזֶּה, Exod. 32, 15., sic exsecratio, utriusque tabulae transgressionem feriens, pariter scripta est מִזֶּה וּמִזֶּה, ut unicuique peccato sua respondeat poena. Si posterius arridet, exsecrationis magnitudo et amplitudo significatur. Sic volumen Ezechieli oblatum, paris fere argumenti ac Zachariae ostensum volumen, scriptum dicitur פָּנִים וְאָחוֹר *a fronte et a tergo*, Ezech. 2, 10." Quae mihi maxime impedita videtur interpretatio esse. Quis, quaeso, intelligat hoc: qui furatur, ab uno latere secundum illam (exsecrationem) exstirpatur, et qui jurat, ab altera latere cet.? praesertim quum ne verbulo quidem monitum sit, fuisse volumen *utrinque* literis impletum. Fraudi interpretibus fuit מִזֶּה dupliciter positum, ad quod cf. repetitum אֶל־בֵּית vs. 4. נִקָּה, cui frustra vim intulerunt Rosenmüllerus et alii, propr. nihil est aliud quam *purgatur*, id vero est tollitur, deletur, exstirpatur. Eodem modo Latini suo utuntur purgandi verbo. Recte igitur Kimchi נִקָּה idem esse ait quod נִכְרַת. Ad הַנִּשְׁבָּע vere Hitzigius negat suppleri posse בִּשְׁמִי לַשָּׁקֶר e versu sequente. Sed etiam absolute positum נִשְׁבַּע poterit significare *jurare* temere, animo levi. Sic fert communis usus loquendi. Dubito an recte statuat Hitzigius, voluisse vatem Judaeos omnino non jurare, coll. Matth. 5, 34 seqq. Hoc si voluisset, non fuisset, quod versu parallelo exsecrationi daret *pejerantes*. — *Et exire facio eam*, exsecra- 4.
tionem, *inquit Jova exercituum, et veniet in domum furis, et in domum ejus qui jurat per nomen meum falso*, qui pejerat per nomen meum, *et commorabitur in medio domus ejus*, eam totam

occupabit, *et consumet eam, et ligna ejus et lapides ejus*, totam, ut ne vestigium quidem superait. וְכִלַּתּוּ 3. fem. Praet. pro וְכִלָּתְהוּ; cf. וְהַזּוּרֶה Jes. 59, 5. De כִּלַּתּוּ vid. G. gr. min. §. 58, 2. adn. 2. Ad verba postrema cf. 1 Reg. 18, 38.

CAP. V, 5—11. Viso superiore improbos terrae Judaicae opprimendos esse indicatum erat. Quod nunc sequitur opprimendam ipsam improbitatem significat, ita quidem, ut non efferat se amplius; cf. etiam ad vs. 8. Etenim conspiciendam vati se praebet epha, in qua sedet mulier, improbitatis titulo notata, quae epha cum muliere superinjecto operculo plumbeo probe occlusa a duabus feminis in Babyloniam avehitur ibique firmo in loco figitur. In quo viso quid sit primarium, quid secundarium, faciens ad imaginem expingendam, tam facile est ad intelligendum, ut mireris, quod fuerint, qui omnia singula quid significent investi-
5. gandum putarent, inepti interpretes et distinguere nescii. — *Et exiit*, prodiit *angelus, qui loquebatur ad me*, mecum, *et dixit ad me: tolle modo oculos tuos, et vide, quid* sit *exiens hoc*, hoc quod exit, apparet, tibi se conspiciendum praebet! וַיֵּצֵא e loco suo in scenam, ubi res agebatur, visum objiciebatur, ut 2, 7. —
6. *Et dixi: quid est istud? et dixit: haec est epha quae exit; et dixit: haec est species*, imago *eorum*, Judaeorum, *in tota terra*. Dicitur *hoc est* הָאֵיפָה הַיּוֹצֵאת praeposito articulo, quia, ut recte monuit Hitzigius, haec epha in suo genere est singularis, definita, et angelo, qui interpretem agit, nota. Cum dicit angelus, *haec est epha quae exit*, nonnisi, *quid sit* dicit, non, quid significet. Itaque statim sed generatim tantum subjicit: *haec est species*, imago *eorum* cet., in qua re cernatur similitudo colligendum vati relinquens ex iis quae subjiciuntur. Vult autem hoc dicere: quemadmodum hanc epham cum inclusa muliere, quae est Improbitas, statim videbis per aërem ablatam in terram longinquam, ibique fixam in loco firmo: sic quae per totam terram est improbitas removebitur et opprimetur ita, ut denuo se tollere nequeat. עֵינָם *species*, imago, ut in visis objectis Ezechieli et Danieli. Suffixum respicit terrae incolas eosque improbos; cf. visum superius vs. 3. 4. Rosenmüllerus, Ewaldus et alii indicari volunt, improbitatem captam tandem omnium oculis spectandam exponi, tum terra ejici. Similiter jam Chaldaeus et Hieronymus. Hic: „*haec* amphora sive mensura *oculus eorum* est *in universa terra*, hoc est, ostensio peccatorum, ut, quorum vitia dispersa latitabant,

in unum coacervata oculis omnium ponderentur, ut egrederetur de loco suo Israel, et cunctis gentibus qualis in terra sua fuerit, monstraretur." Verum quae subjiciuntur praeter vs. 7. omnia manifeste eo redeunt, ut epha cum injecta muliere, repraesentante improbitatem, superimposito operculo ponderosissimo bene clausa, in terram longe remotam dicatur ferri. Quod vs. 7. epha retegitur, fit in brevi temporis spatium et eo tantum consilio, ut vati quid sit in epha ostendatur; simulatque enim ostensa est mulier, vas denuo clauditur. Falsissimum etiam, quod cum Hieronymo Rosenmüllerus agi de rebus praeteritis judicat, „sensus, inquiens, hic est: id quod vides figuram gerit eorum, quae fecere Hebraei, quaeque passi sunt. Ostenditur res non futura, sed gesta, ut Judaei in posterum caveant, similes poenas in se accersere." Tale enim consilium ne leviter quidem indicatur. Repugnat etiam visum superius vs. 1—4. arcte cohaerens cum hoc quod tractamus. Pro עֵינָם LXX (*αὕτη ἡ ἀδικία αὐτῶν*) et Syrus exprimunt עֲוֹנָם; cf. Hieronymus: „... *oculum eorum*, quod hebraice dicitur *enam*, et scribitur per Ain, Jod, Nun, Mem; sive *iniquitatem eorum*, quae si per Vav literam scripta esset, recte legeretur *onam*, ut LXX putaverunt; et hic error in Editione Vulg. (Vers. Graec. Alex.) frequenter inolevit, ut, quia Vav et Jod literae eadem forma, sed mensura diversae sunt, altera legatur pro altera." Quam Graeci et Syri lectionem praeter necessitatem recipiendam putavit Hitzigius. Necessaria ista mutatio tunc tantum esset, si, quid sibi velit mulier residens in epha, non esset indicatum. Tunc enim quid spectet similitudo, id est, quid illud sit, quod dicatur auferendum, non haberes unde cognosceres. Sed apertis verbis vs. 8. angelus *haec*, inquit, *improbitas est*. Ceterum cum epha mensura aridorum esset maxima, Rosenmüllerus et alii significari existimant, mensuram peccatorum ad summum venisse. Vereor ut recte. Quod epham elegit vates, nulla alia causa est, quam quod minoris quantitatis mensura non potuisset capere mulierem. — Quo tendat imago, vates intelligere non 7
potest, nisi ostendatur, quid contineatur epha. Itaque retecto operculo conspicienda vati praebetur sedens in epha mulier, et quaenam illa sit dicitur vs. 7. 8. *Et ecce, operculum plumbeum tollitur de epha, et en, apparet mulier quaedam sedens in media epha.* כִּכַּר עֹפֶרֶת interpretantur *talentum*, pondus *plumbeum*. Non magnopere repugno; cf. vs. 8. אֶבֶן הָעוֹפֶרֶת. Attamen non video,

cur, quod proprie *orbem*, hinc, addito לֶחֶם, *placentam* significat
כִּכָּר, hic non possit ipsius *operculi* (rotundi) ferre significatum.
Etiam אֶבֶן vs. 8. nequaquam necessario intelligitur de *pondere*.
Potest enim sine negotio cogitari lapis planus, figuram habens
orbis. נְשֵׂאת Part. fem. Ni. Rosenmüllerus: „*adportabatur* hoc
fine, ut in os improbae mulieris, quae statim commemoratur, con-
jiceretur." Sed facile intelligitur, vatem antequam factum esset,
quod verbis וְהִנֵּה כִּכַּר עֹפֶרֶת נִשֵּׂאת exprimitur, mulierem non
conspexisse. Itaque clausa erat epha, et נָשָׂא est *extollere*. זאת
hic, ut alias זֶה, idem fere quod הִנֵּה. Absone Hieronymus et
alii „*pondere plumbeo*" significari putant „pondus gravissimum
peccatorum." Si improbitatis imago ipsa est mulier (vs. 8.), qua,
quaeso, ratione eadem illa improbitas indicari potest operculo?
Plumbeum est operculum, ne tolli possit a muliere quae capta
tenetur in epha. Longissime etiam a vero abest A. Schultens ad
אַחַת, „consignanter, inquiens, ea vocatur mulier *una*, *unica*, *so-
litaria*, res sibi suas habere jussa, matrimonio veteris mariti
exacta, et longae viduitati ac sterilitati damnata, secura multis
diebus, juxta Hoseae consimile vaticinium (3, 3 sq.), nulli juncta
viro, nullis etiam scortationibus illigata, sed tristi mancipata
solitudini cet." Purus putus articulus indefinitus est אַחַת. In-
definite vero de muliere loquitur vates, quia nondum scit, quae-
8. nam illa sit, quid sibi velit. — *Et dixit* angelus: *haec*, quam
ephae insidentem vides, est *Improbitas*. *Et conjecit eam*, ar-
reptam quae retecto operculo liberius se moverat vi depressit *in
mediam epham*, *et conjecit lapidem*, i. e. orbem (qui lapis non-
nisi a similitudine dicitur) *plumbeum in os ejus*, ephae, ne quo
modo posset erumpere mulier. Incommode Rosenmüllerus Suffixum
in פִּיהָ cum Jarchio refert ad mulierem. De epha vs. 7. opercu-
9. lum erat sublatum, ephae nunc idem denuo imponitur. — Haec
epha cum muliere jam avehitur in Babyloniam ibique figitur loco
firmo vs. 9. et seqq. *Et sustuli oculos meos*, *et vidi*, *et ecce*,
duae mulieres exibant, prodibant in medium, *et ventus* erat *in
alis earum*, erant*que iis alae similes alis ciconiae*, *et auferebant
epham terram inter et coelum*. Ad יוֹצְאוֹת cf. 5, 2. 7. In וַתִּשֶּׂנָה
recte Masorethae monent חסר א׳. *Inter terram* cet., hoc est,
per aërem. „*Mulieribus duabus* significari Assyrios et Babylonios,
qui impium populum Hebraeum in terras exteras deportarunt,
quae proxime sequuntur, satis ostendunt." Ros. Minime vero.

Nihil subest. Pertinent haec ad colorem imaginis. *Mulieres*
mulieres auferunt. *Duae* sunt mulieres, ab utroque latere pre-
hendentes onus, quia una ferendo tam gravi oneri impar est.
Alae iis tribuuntur, quia festinandum est; *ciconiae* alae amplae
et latae et *ventus* in alis, ad volandum celeriter. — *Et dixi ad* 10.
angelum, qui loquebatur mecum: quo illae auferunt epham? —
Et dixit ad me: ad aedificandam ei domum in terra Sinear, in 11.
Babylonia; *et stabilietur* ea domus, *et collocabitur* epha *ibi in*
loco suo. Ad aedificandam ei domum, i. e. ad assignandam ephae,
i. e. mulieri, improbitati, sedem stabilem (cf. Jer. 29, 5.), in qua
firma et immota maneat, quam non relinquat; quod ipsum verbis
quae subjiciuntur exprimitur accuratius. Ea verba plerique: *ut*
deponatur et collocetur ibi epha, mulier *in loco suo.* Sic Hitzi-
gius quoque, qui, quum verbi והוכן הָאֵיפָה Subjectum esse ne-
queat, et והוכן et והניחה, ut quod non הֻנִּיחָה sed הִנִּיחָה sit
efferendum, impersonaliter capiendum esse monet: *ut deponant et*
collocent eam etc. Posse tamen etiam וְהוּנִּיחָה legi. Sed non
video, quid obstet, quominus והוכן referas ad בַּיִת, הֻנִּיחָה ad
הָאֵיפָה. In qua eadem sententia esse video Rosenmüllerum, qui:
„הוּכַן *et parabitur*, sc. בַּיִת. Ad hoc nomen enim, quod in he-
mistichio priore praecessit, referendum esse hoc verbum, inde
apparet, quod in masculino ponitur.“ Ad formam passivam הֻנִּיחָה
cf. chald. הֳקִים Dan. 7, 4. Quod in *Babyloniam* aufertur *impro-*
bitas, id Babyloniorum in contumeliam ac poenam videtur fictum
esse, q. d. ejecta ex Juda improbitas in posterum versabitur inter
eos, qui ipsam studiose colunt ejusque mercedem ut accipiant
maxime digni sunt, Babylonios; cf. visum quod sequitur.

CAP. VI, 1 — 8. Deleta Judaeorum culpa (5, 1 — 11.) poe-
nas Jova ab exteris populis sumturus dicitur (cf. 1, 15.), maxime
a Babyloniis (cf. 2, 10.), quod viso exprimitur quatuor curruum
digredientium in varias terras, potissimum in Babyloniam. —
Vs. 1 — 3. continetur visum. *Et iterum sustuli oculos meos, et* 1.
vidi, et ecce, quatuor currus exibant, prodibant *e medio duorum*
montium, et montes erant *montes aenei.* מִבֵּין *e medio*, e loco,
valle, planitie, quae est inter. De curribus vid. infra. *Duo*
montes videntur esse Sion et Moria; cf. vs. 5. Observa etiam
articulum, quanquam ex hoc nihil certi potest colligi; cf. 5, 6.
Aenei dicuntur, id est, insuperabiles atque terribiles illis, in quos

irruunt qui e medio ipsorum prorumpunt currus; cf. ad imaginem
2. Jer. 1, 18. — *In curru primo erant*, id est, currui primo juncti
3. erant *equi rubri*, *et in curru secundo equi nigri*; — *Et in*
curru tertio equi albi, *et in curru quarto equi maculosi*, *alacres*. אֲמֻצִּים ex sing. אָמֹץ ab אָמַץ *alacrem*, *fortem esse*, hic de equo, ut vicinum arab. أبض *agilis*, *alacer est* equus, أبض, أبوض *alacer*, *velox* equus. Sic jam Aqu. et Vulg. *καρτεροί*, *fortes*. „Non audiendi sunt, qui e nexu conjecturam facientes verbum de colore interpretantur. LXX: *ψαροί* i. e. sturnei coloris, sturni more variegati, ita ut cinereus color punctis nigrescentibus distinctus sit. Chaldaeus קְטֻמְנִין cinerei coloris, et quidem apud Kimchium מראה הרשן. Satis bene haec congruerent praecedenti בְּרֻדִּים, nisi obstaret etymon; sed omnino inconcinnum est, quod praebent Abulwalides, Kimchius et Bochartus *rubri*, אֲמֻצִּים pro חֲמֻצִּים." Ges. Thes. in אמץ. Rejectam a Gesenio Bocharti sententiam a recentioribus suam fecerunt Rosenmüllerus et Hitzigius; cf. Jes. 61, 1. Sane inconcinne non dixerim equos *maculosos*, *rubros*. Nam *maculosi*, *rubri* qui sunt, sunt *sparsi maculis rubris*, atque ita diversi ab equis *rubris*, junctis currui primo. Quid? quod *coloris*, ejusque *rubri* significatum in אָמֹץ postulare videtur vs. 7., ubi אֲמֻצִּים manifesto positum pro אֲדֻמִּים vs. 2. Fortasse tamen eo loco scribendum אֲדֻמִּים. Certe parum sibi constitisset vates, si, quos vs. 2. dixerat אֲדֻמִּים equos currus primi, vs. 7. nominasset אֲמֻצִּים, nominasset, inquam, eodem nomine, quo hoc tertio versu describit equos junctos currui quarto. Gravius vero est, quod אָמֹץ nusquam alias relatum reperitur ad visum. Itaque nos quoque malumus adquiescere in significatu usitato, et quod vs. 7. habetur אֲמֻצִּים pro אֲדֻמִּים, incuriae tribuere vel ipsius scriptoris vel librarii. Causam erroris facile deprehendes in omisso אֲמֻצִּים vs. 6. Apte *alacres* dicuntur equi, quorum est percurrere terram vs. 7. Observa etiam, ultimo loco positam esse hanc equorum virtutem, quippe diversam a praecedentibus. Quaerentibus jam, quid significetur singulis equorum coloribus, interpretes, *rubri*, inquiunt, sanguines et strages significant, *nigri* famem, *albi* victoriam, *maculosi* vero quid indicent, non dicunt, nec mirum, indicant enim nihil. Ex quo ipso sequitur, nec sub reliquis coloribus subjiciendos esse significatus certos. Statuendum ut supra 1, 8. in eadem re, hoc est, colorum *varietate* in

universum indicari *varias* pervadendas terras. — Sequitur inter- 4.
pretatio curruum. *Et respondi et dixi ad angelum, qui loque-*
batur mecum: quid sunt, sibi volunt *isti* currus cum junctis ipsis
equis, *mi domine?* — *Et respondit angelus, et dixit ad me:* 5.
isti sunt *quatuor venti coeli, qui exeunt*, prodeunt, *postquam*
stiterunt se coram domino totius terrae, mandata acceperunt
a deo; cf. Job. 1, 6. Rem ita explicat angelus, ut explicatione indigeat ipsa explicatio, imaginem, inquam, explicat imagine, currus dicens ventos esse. Venti igitur quid sunt? Intelligendi turbines, turbines vero Jovae ministri mittendi ad exsequendas decretas ab illo in populos poenas; cf. vs. 8. Quatuor sunt, quia per omnes terrae partes, ab omnibus populis sumenda est poena.
— *In quo curru equi nigri* sunt, cui currui juncti sunt equi 6.
nigri, ii *exeunt*, migrant *in terram septentrionalem, et albi exeunt post illos*, nigros, eos sequuntur, *et maculosi exeunt in terram meridionalem.* Rosenmüllerus: „Haec verba, uti videtur, non sunt amplius angeli, visum explicantis, sed prophetae, rem visam ulterius referentis usque ad finem versus 7.“ Non intelligo, cur. Ex וַיֹּאמֶר vs. 7. nequaquam sequitur, praegressa angelum non locutum esse. Ponitur ibi, quanquam qui ante locutus erat loqui pergit angelus, וַיֹּאמֶר ea de causa, quod praecedentia angelus dixerat ad vatem, quae subjiciuntur vero dicit ad equos; cf. eandem ratio 3, 4 sq. al. Quod, quum dixisset *in quo curru equi nigri* sunt, pergit dicere: ii (equi) *exeunt* cet., id nullam habet difficultatem, quum equi juncti currui pertineant ad currum, ita ut aeque recte nunc currus nunc equi possint nominari; cf. vs. 7. וַתִּתְהַלַּכְנָה. Terra *septentrionalis* Babylonia est, cf. 2, 10. ibique not.; *meridionalis* Aegyptus, cf. Dan. 11, 5. Quod in Babyloniam praeter nigros equos abeunt albi, id est, currus *duo*, in Aegyptum vero maculosi tantum equi, id est, currus *unus*, eo significatur, Babyloniam (ut quae maxima mala olim fecisset populo Jovae) poena afficiendam esse duplo majori, quam Aegyptum. Ad בְּרֻדִּים omisit scriptor אֲמֻצִּים (vs. 3.) potuitque omittere salvo sensu, quia equi illi jam in eo diversi erant a reliquis, quod erant *maculosi*. In ipsos colores inquirendum non esse, jam supra monuimus. Ceterum Rosenmüllerus, quae per ventos istos sive spiritus coelestes exsequenda sint, ad universum terrarum orbem seu quatuor mundi partes spectare, quaternarium quadrigarum numerum haud obscure significare recte quidem monuit. Sed quod,

cur orientis et occidentis nulla hic facta mentio sit, causam hanc videri dicit, quod terram omnem in duas partes generales dissectam vates cogitaret, boream et austrum synecdochice poneret pro universis mundi plagis, coll. Jes. 43, 6. Ps. 89, 13., in eo errat. Nec probant, quod vult probare, loci laudati, nec si probarent, ad eorum rationem hic locus esset revocandus. Res simplicissima haec est. *Duos* currus vates in terram *septentrionalem* abire jusserat, *unum* in *meridionalem*. Restabat igitur *unus* tantum currus pro *duabus* coeli plagis, *oriente et occidente*. Incommode vero *unum* in *duas inter se oppositas* regiones misisset vates. Itaque reliquum currum maluit in universum mittere בָּאָרֶץ *per*
7. *terram* vs. 7. — *Et rubri exeunt et quaerunt ire, pervadere terram. Et dixit* angelus conversus ad currus: *ite, pervadite terram! Et pervaserunt terram.* Rosenmüllerus: „וְהָאֲמֻצִּים *videlicet rufi*. Iidem sunt, quos modo *grandinatos* dixerat vs. 6., nam vs. 3. currui quarto juncti dicuntur equi בְּרֻדִּים אֲמֻצִּים. Repetit ergo vates, quod sub finem versus superioris de equorum istorum exitu dixerat, idque hoc fine, ut specialius declaret.“ Quasi vero quae continentur hujus versus verbis prioribus non pateant latius illis, quae leguntur vs. 6. extremo! Quasi וְ ante וְהָאֲמֻצִּים intrepide reddi liceat *videlicet!* Quasi res non postulet omnino, ut de equis rubris junctis currui primo, quos hactenus ne verbulo tetigit vates, hic dicatur! Aut אֲדֻמִּים legendum pro אֲמֻצִּים, aut, si אֲמֻצִּים sint *rubri* equi, sinistre vates אֲמֻצִּים posuit pro אֲדֻמִּים. De qua re disputavimus ad vs. 3. Nec rectius idem interpres mox „וַיֹּאמֶר, inquit, in Plusquamperfecto est vertendum, *dixerat;* prius enim quam ad exeundum se compararunt, exeundi mandatum acceperunt equi.“ Verba וְהָאֲמֻצִּים יָצְאוּ וַיְבַקְשׁוּ לָלֶכֶת לְהִתְהַלֵּךְ בָּאָרֶץ nequaquam rem gestam describunt, sed ad quid destinati sint isti equi tantum exprimunt, plane ut vs. 6. Quemadmodum ibi dixerat vates: in quo curru equi nigri sunt, ii *exeunt*, id est, ad id destinati sunt, ut exeant cet., sic hoc loco *et rubri*, inquit, *exeunt*, id est, horum est exire cet., ac tum demum *ite*, inquit, cet., quo facto illi abeunt. Ceterum ne per Grammaticam quidem Futuro converso licet vim Plusquamperfecti tribui, non praegresso Plusquamperfecto. In וַתִּתְהַלַּכְנָה
8. vates respicit מַרְכָּבוֹת; cf. supra vs. 6. — *Et invocavit me, et locutus est ad me hoc: en, qui exeunt in terram septentrionalem, sedant,* satiant, explent *iram meam in terra septentrionali,*

statuenda in illam poena. הֵנִיחוּ רוּחִי ב l. q. הֲנִיחֹתִי חֲמָתִי ב Ezech. 5, 13. 16, 42. 24, 13.

CAP. VI, 9—15. Duplici corona unius Jesuae capiti imposita significatur duplex dignitas, regia et sacerdotalis, in unum Messiam mox venturum divinitus conferenda. Hanc summam esse sanissimorum simplicissimorumque verborum, jam viderunt superioris aetatis interpretes meliores; sed recte explicitum locum denuo turbarunt recentiorum ii, qui quidquid ab aliis observatum est falsum, verissima sua tantum somnia esse jurant, nil aequale est illis hominibus! succlamante plebecula. — *Et factum*, delatum 9.
est *verbum Jovae ad me hoc*. — *Accipe ab exsulibus*, *ab Cheldai*, 10
a Tobia et ab Jedaia, *et ingredere die illo*, *et ingredere domum Josiae*, *filii Zephaniae*, *qui venerunt e Babylonia*. Ad מֵאֵת הַגּוֹלָה Rosenmüllerus: „id est, a Judaeis Babylone etiamnum exsulantibus. Neque enim omnes cum Serubabele statim in patriam remigraverant, quamvis rex Cyrus potestatem remigrandi omnibus fecisset; plurimi posthac demum cum Esra reverterunt, Esr. 7, 6. 7. Sed et tunc magna pars in Babylonia restitit. Hi Babylonici Judaei (sic enim commode appellari possunt) cum de reparata templi aedificatione audivissent, aurum argentumque a se collectum per legatos mox nominandos, munerjs loco, ad exornandum templum miserunt. Jubetur ergo Zacharias *ab exsulibus*, i. e. exsulum Judaeorum legatis, aliquam ejus auri, atque argenti partem accipere.“ In quibus quae dicta sunt de exsulibus eorumque legatis, inter se pugnant. Res haec est. Qui mox memorantur tres homines aurum et argentum *attulisse*, haud obscure indicat hic ipse vates. Sed infra vs. 14. eorundem virorum in memoriam coronae factae ex allato auro et argento, donec promissus Messias compareat, deponi in templo jubentur. Tales vero honores non iis qui attulerunt, sed qui *dederunt* dona, tribui solent. Videntur igitur illi viri donorum *datores* iidem fuisse et *attulisse* dona, ita ut verbis prioribus vates non jubeatur accipere ab Cheldai cet. dona missa ab exsulibus, verum ut מֵחֶלְדַּי וגו' cum הַגּוֹלָה appositione cohaereant hoc sensu: *accipe ab exsulibus*, *ab Cheldai*, inquam, cet. לָקוֹחַ Hitzigius impersonaliter acceptum vult. Nam si secundam Personam Subjectum facias, otiosum esse repetitum וְלָקַחְתָּ vs. 11.; inversum sententiarum ordinem, cum dici debuisset: *ingredere domum* ... *et accipe illo die*; accedere, quod, cur וּבָאתָ prius appositum habeat אַתָּה, non intelligatur, si in לָקוֹחַ

lateat eadem Persona. Ortam quaestionem esse, liceatne accipere dona allata e terra impura, oblata ab exulibus, qui a deo revocati parere noluissent. Eum tamen scrupulum Jovam jussis eximisse, et *accipiatur!* respondisse. Sed dubitasse colonos de accipiendo auro et argento neque indicatur ulquo verbulo, nec probabile per se est in magna illa qua laborabant rerum multarum, argenti maxime et auri penuria. Nihilo secius non repugnabo, si quis לָקוֹחַ maluerit accipere impersonaliter; modo ne credat, id omnino necessarium esse ob allatas ab Hitzigio causas, quae nullius ponderis sunt. Est verbosior et impeditior scribendi ratio, a scriptore recentioris aetatis minime aliena. Simillima vidimus in Haggaeo. Repetitur jussum vs. 11. tum ob addendum novum complementum quod dicitur, Accusativum Objecti inquam, cf. quod praecedit *et ingredere illo die, et ingredere domum est*, in quo repetiti verbi eadem ratio est, tum ob interjectam hanc ipsam sententiam, quae ipsa interjicitur propterea, quod, quum nominati essent tres viri, statim ubi illos convenire posset vates dicendum videbatur; ab *accipe* vero quod incipitur, causa est, quod praecipuum hoc est. Primum igitur generatim accipere aliquid a certis quibusdam exulibus vates jubetur; deinde, ubi illos convenire debeat edocetur; denique quid accipiendum sit est. dicitur repetito jussu. Ad אַתָּה quod attinet, constat, pronomen separatum verbo finito saepe addi a recentioribus absque ulla vi. Hic vero eo minus est argutandum, quum in לָקוֹחַ Persona expressa non sit. בַּיּוֹם הַהוּא *die illo*, quo accepta velo dona. אֲשֶׁר בָּאוּ מִבָּבֶל *quo* (ut 1 Reg. 12, 2. al.) *venerunt* est. i. e. ad quam diverterunt, in quam hospites recepti sunt venientes e Ba-
11. bylonia Cheldai ceterique ante memorati viri. — *Et accipe argentum et aurum, et fac coronas, et impone eas capiti Josuae, filii Josadaci, sacerdotis summi.* In וְלָקַחְתָּ וגו׳ resumitur et absolvitur jussum. Cum desit articulus in כֶּסֶף וְזָהָב, vides, juberi prophetam partem accipere argenti et auri, allati, puta, ab hominibus versu superiore nominatis e Babylonia. וְעָשִׂיתָ *et fac*, fieri cura ex illo argento et auro. עֲטָרוֹת *coronas*. *Duas* intelligendas esse docet vs. 13. Unam auream, argenteam alteram fingunt interpretes. Malo utramque conflatam ex auro et argento esse. Utraque enim uni Messiae est destinata, vs. 13. cf. praeterea quae dicentur statim. וְשַׂמְתָּ וגו׳ *et impone eas capiti Josuae* est. Qua ratione vates imponendas capiti unius pontificis

cogitaverit coronas duas, quaerere non attinet, nam nullius mo-
menti res est. Fortasse ea de re ne cogitavit quidem. Si tamen,
intellige duas coronas separatas, quarum una imponi jubeatur post
alteram; si mavis, coronam finge unam, sed *duplici* instructam
apice, collata triplici illa corona, id est, corona triplici apice
instructa, quam, duplici, qua Messias gaudet, non contentus sibi
arrogavit papa. Jam quid sibi vult corona duplex unius imposita
capiti Josuae? Indicatur duplex dignitas, regia et sacerdotalis,
in unum Messiam divinitus conferenda; cf. vs. 12. 13. coll. Gen.
14, 18. Ps. 110, 4. Tam clara et perspicua sunt verba et haec
et quae sequuntur, tamque apertus est is quem expressimus sen-
sus, ut taedeat recentiorum nugas confutare fusius. Quod Hitzigius
posse duas coronas unius capiti imponi juberi negat, ad id re-
sponsum est jam supra. Temere idem negat, typum Messiae recte
et apte fieri Josuam, ut quod conveniat in Serubabelem potius,
coll. 4, 9. Nullius ponderis esse etiam locum, intelligis e versu 15.
hujus ipsius capitis. Quid? quod e contrario aptior typus erat
Josua quam Serubabel. Josua enim certe sacerdos isque summus
erat, Serubabel nec rex nec sacerdos. Falsissimum est, quod
vs. 13. distingui sacerdotem a Messia clamat idem. Non a Messia,
sed a *rege* ibi distinguitur sacerdos, et qui eo loco dicitur futurus
esse *rex* et *sacerdos*, *Messias* est vs. 12. Ipse Hitzigius, qui
unam coronam pontifici maximo, alteram Messiae destinatam vult,
non dubitat post וְשַׂמְתָּ cogitando supplere *unam scilicet earum*.
Qualem interpretationem si quis proposuerit alius alio loco, quam
superbe illam protinus est dimissurus Hitzigius, idque jure optimo!
Violentior etiam Ewaldi ratio eademque alienissima. Is enim
post בְּרֹאשׁ addi jubet זְרֻבָּבֶל וּבְרֹאשׁ. Quod quam alienum sit,
vel solum docet אֵלָיו vs. 12., ut quod ostendat, vs. 11. unius
tantum capiti impositas coronas esse. — *Et dic ad eum*, Josuam 12.
hoc: sic dicit Jova exercituum: ecce virum, id est, existet,
prodibit vir aliquis, *Germen est nomen ejus, et sub eo germinabit*
res, laete omnia crescent, feliciter procedent, *et aedificabit tem-
plum Jovae*, ipso auspice templum Jovae absolvetur, amplificabitur,
exornabitur. Vir, cujus nomen צֶמַח, *Messias*; cf. 3, 8. Verba
וּמִתַּחְתָּיו יִצְמָח, quae alludunt צֶמַח nomini, plerique (coll. Exod.
10, 23.): *et e loco suo germinabit*, laete crescet ille צֶמַח e loco,
in quo quasi satus est. Quod paulo languidius. Nescio an rectius
cum Hitzigio מִתַּחַת esse putem *sub*, ut alias, יִצְמַח vero imper-

sensaliter capiam in eum sensum, quem supra expressi; cf. Pers.
Sat. 2, 38: quidquid calcaverit hic, rosa fiat. Optime sic conci-
13. nunt haec et quae subjiciuntur וּבָנָה est. — *Et aedificabit tem-
plum Jovae, et gestabit majestatem, et sedebit et imperabit in
solio suo, et existet sacerdos in solio suo, et consilium pacis
erit inter utrumque.* Verba priora non sine vi repetuntur e versu
superiore. הוֹד de *majestate regia*, 1 Chron. 29, 25. Jer. 22, 18.
Verba וְהָיָה כֹהֵן עַל כִּסְאוֹ Hitzigius: *et erit* aliquis (alius) *sa-
cerdos in solio suo.* Quod falsissimum nec nisi necessitate ob-
trusum viro docto (vid. ad vs. 11.). Quum mutati Subjecti
nullum indicium sit, idem Subjectum statui debet, quod est in
membro parallelo, i. e. Messiae. Frigeret עַל כִּסְאוֹ, si hoc solium
non diversum putetur ab illo quod ante memoratum, non dixisset
Hitzigius, si verba intellexisset. Nam *et imperabit in solio suo,
et sacerdos erit in solio suo* nihil aliud est, quam quod latine
dicimus *rex in eodem solio et sacerdos erit, rex idem
atque sacerdos erit.* וַעֲצַת שָׁלוֹם תִּהְיֶה בֵּין שְׁנֵיהֶם *et consilium
pacis erit inter utrumque,* regem inter et sacerdotem, vel, quod
eodem redit: inter utrumque solium, regium et sacerdotale (haud-
quaquam opus est ut cum Rosenmüllero neutraliter capias Suffixum
in שְׁנֵיהֶם), sc. quia, ut ante dictum, rex idem et sacerdos erit,
regium idem et sacerdotale solium erit. Inter has itaque digni-
tates, regiam et sacerdotalem, quae separatae et diversae semper
fuerant, in unum Messiam collatas optime, inquit, conveniet,
summus utriusque consensus erit. Bene jam Hieronymus: „sedebit
tam in regali, quam in sacerdotali throno, et consilium pacificum
erit inter utrumque, ut nec regale fastigium sacerdotalem depri-
mat dignitatem, nec sacerdotii dignitas regale fastigium.“ —
14. *Et coronae erunt Cheldae et Tobiae et Jedaiae et benevolentiae
filii Zephaniae in memoriam in templo Jovae,* interim vero, donec
promissus Messias compareat, coronae in templo deponantur in
memoriam datorum auri et argenti, Cheldae, Tobiae, Jedaiae, item
in memoriam benevolentiae Josiae, Zephaniae filii, a quo illi
hospites recepti sunt. Ad עֲטָרוֹת תִּהְיֶה vid. G. gr. min. §. 143, 3.
Pro חלם (חֵלֶם) cum Syro legendum חלדי (חֶלְדַּי vs. 10.), in quo
די, Jod longius deducto, abire potuit in ם. Plerique virum duo
nomina habuisse putant. Tum vero non nunc hoc nunc illo sed
eodem utroque loco vates videtur usurus fuisse. Observa etiam,
חֶלְדַּי nomen praeter h. l. legi 1 Chron. 27, 15., חֵלֶם nusquam alias.

וּלְחֵן בֶּן־צְפַנְיָה *et benevolentiae filii Zephaniae*, id est, bene-
volentiae Josiae, vs. 10., qui Babylonienses receperat hospites.
Male alii חֵן nomen proprium esse putant. — *Et remoti*, e regio- 15.
nibus longe remotis *venient et aedificabunt in templo Jovae*, in
absolvendo templo vobis se adjungent, *et cognoscetis*, *Jovam
exercituum misisse me ad vos*; *et fiet*, idque fiet, obtingent vobis
quae dixi, *si obediveritis voci Jovae, dei vestri*. Ad verba priora
cf. Hagg. 2, 7., nec non infra 8, 20. וְהָיָה sc. אֲשֶׁר דִּבַּרְתִּי.

CAP. VII. VIII. Ad propositam 7, 1—3. a Judaeis quae-
stionem, num continuanda sint jejunia, Jova 4—7. non ut cibo
abstineant, verum 8—14. ut servent praecepta sua, a majoribus
cum maximo suo ipsorum detrimento neglecta, postulare se re-
spondet. Tum 8, 1—17. optima quaeque promittit, hac condi-
tione, ut observent praecepta sua; promittit 18—23. recte agen-
tibus mutanda in dies festos jejunia, item fore, ut plurimi populi
Judaeis se adjungant et eundem quem ipsi colant deum. — *Et* 1.
factum est anno quarto Darii, *regis*, eo anno *factum*, delatum
est verbum Jovae ad Zachariam, die *quarto mensis noni*, mense
Chisleu. Scripta igitur haec sunt biennio post illa quae supra
legimus, 1, 1. 7., totidemque annis ante absolutum templum, Esr.
6, 15. Quo tempore probabile est templum jam magna ex parte
fuisse restitutum. — *Et misit domus*, familia *dei*, populus Ju- 2.
daeorum, *Sarezerum et Regem Melechum et socios ejus*, *ut
quaererent gratiam Jovae*. Verba וַיִּשְׁלַח בֵּית־אֵל שַׂרְאֶצֶר וגו׳
J. H. Michaelis et alii: *et miserunt ad domum dei*, i. e. templum
Sarezerum cet., יִשְׁלַח impersonaliter positum judicantes, בֵּית־אֵל
vero intelligentes de templo, tum temporis jam eo usque perducto,
ut sacra in eo fieri potuerint. At, inquit Rosenmüllerus, „quum
templum Hierosolymitanum nusquam בֵּית־אֵל appelletur, verum
semper oppidum satis notum designet, et hoc loco cum veteribus,
praeter Hieronymum, omnibus ita capiendum arbitror. Hinc ver-
timus locum sic: *misit Bethel*, i. e. miserunt Bethelenses, *Scha-
rezerum et Regem Melechum ejusque socios*. בֵּית־אֵל, etsi ut
nomen urbis, proprie sit femininum, hoc tamen loco, ubi illius
incolae spectantur, masculine sumitur.“ Michaelis interpretationem
rejecit Hitzigius quoque. Primum enim non convenire Subjectum
indefinitum, quod mittat homines definitos; deinde Accusativis
Objecti definitis post Accusativum motus praemitti debuisse אֶת;

tum Accusativum motus Accusativis Objecti postponendum fuisse;
denique templum domum dei quidem esse, dici vero בֵּית יְהוָה
vel בֵּית הָאֱלֹהִים, nusquam בֵּית אֵל. Is igitur וַיִּשְׁלַח בֵּית אֵל
eodem modo intellectum vult, quo intellexit Rosenmüllerus, sed
quae subjiciuntur nomina cum בֵּית אֵל appositione cohaerere judicat,
quum quominus habeantur Accusativi, haec duo obstant,
quod non praemissum habeant אֶת, et quod non sit probabile,
missos esse duos nuntios, unum cum comitibus. Sic igitur Hitzigius:
et misit Bethel, miserunt Bethelenses, *Sarezer et Regem
Melech et socii ejus.* Sed leve est quod de nuntiis protulit, potuitque,
si בֵּית אֵל est Subjectum, non Acc. motus, אֶת ante
Objectum nullo negotio omitti. Damus itaque lectoribus optionem,
eligendi alterutram harum interpretationum. Fatetur tamen, neutram
nobis prorsus satisfacere. Nonne ad quos vs. 5. dirigitur
responsum eosdem probabile est proposuisse interrogationem? Jam
vero אֶל־כָּל־עַם הָאָרֶץ vs. 5. dicere dicenda jubetur vates.
Maxime igitur probabile mihi videtur, בֵּית אֵל *domum dei* hic
significare familiam dei, i. e. *populum Judaeorum;* cf. 3, 7. et
Hos. 8, 1. Quod Hoseae loco Judaeorum populus appellatur בֵּית
יְהוָה, hic vero בֵּית אֵל, nullius momenti discrimen est. Fortasse
consilio בֵּית אֵל de *populo* dixit vates, quoniam בֵּית יְהוָה versu
proximo dicit de *templo*. Non vereor, ne dicat aliquis, quominus
בֵּית אֵל diceretur Jovae populus, impedivisse, quod mali ominis
nomen fuerit *Bethel*. Nam quo Zacharia vixit tempore, urbs illa
dudum desierat sedes esse cultus deorum fictorum. Ad verba
לְחַלּוֹת אֶת־פְּנֵי יְהוָה cf. 8, 21. 22. coll. iis quae disputavimus
ad Dan. 9, 13. Quo consilio gratiam quaesiverint Jovae, osten-
3. dunt quae sequuntur. — *Dicentes ad sacerdotes domus Jovae
exercituum,* templi, *atque ad prophetas hoc: num fleam,* lugeam
mense quinto, abstinens cibo potuque, *quemadmodum feci hoc
quot annos!?* Ad אֶל־הַכֹּהֲנִים וגו' cf. Hagg. 2, 11. וְאֶל־הַנְּבִיאִים,
Haggaeum inprimis et Zachariam. הַאֶבְכֶּה ego, Jovae populus.
Hitzigius et alii: ego, urbs Bethelensis, coll. 8, 21. cf. ibi not.
Sed vide ad vs. 2. בַּחֹדֶשׁ הַחֲמִשִׁי *mense quinto*, die decimo,
puta, in memoriam deletae urbis cum templo Jer. 52, 12—14.
הִנָּזֵר Infin. adverb., *abstinens me cibo et potu;* cf. vs. 5. זֶה
4. כַּמֶּה שָׁנִים est exclamantis, *hos quot annos!* — *Et factum,* delatum
est verbum Jovae exercituum ad me hoc, quod sequitur
vs. 5. et seqq. Quod idem respiciens jam supra vs. 1. dixerat

factum est verbum Jovae ad Zachariam. Nam vs. 2. et 3. non-
nisi occasionem continent effati divini. — *Dic ad universum* 5.
*populum terrae, et ad sacerdotes hoc: cum jejunastis et plan-
xistis quinto et septimo* mense, *et* quidem *hos septuaginta annos:
an jejunastis mihi?* De בַּחֲמִישִׁי vid. ad vs. 3. וּבַשְּׁבִיעִי *et
septimo* mense, in memoriam caesi Gedaliae 2 Reg. 25, 25. Jer.
41, 1 seqq. וְזֶה שִׁבְעִים שָׁנָה cf. 1, 12. צַמְתֻּנִי *jejunastis mihi,*
ut גִּדְּלַנִי *adolevit mihi* Job. 31, 18. G. gr. min. § 119, 3. Ad
אָנִי —נִי cf. Hagg. 1, 4. ibique not. Sensus: si cibo potuque
abstinuistis in memoriam civitatis deletae, num meum in commo-
dum, mea causa id fecistis? Vos ipsi instituistis haec vestra
jejunia, non praecepi ego. — *Et cum editis et cum bibitis:* 6.
nonne vos estis, qui editis, et vos, qui bibitis? „Ratio ab op-
posito petita, quasi dicat: sicut ex epulis vestris nihil ad me
accedit, ita nec ex jejunio.“ Ros. — *Nonne facietis,* sunt facienda 7.
vobis *illa verba, quae proclamavit Jova per prophetas priores,
quum esset Jerusalem habitata et secura, et urbes ejus circum
eam, et regio australis et depressior esset habitata?* Sensus:
(jejunia non postulat Jova, 5. 6.; verum) ut servetis praecepta
sua, data vobis, quo tempore integrae erant res vestrae, hoc est
quod postulat Jova. Verba *quum esset Jerusalem habitata* cet.
nequaquam otiosa sunt. Quo tendant, ostendunt quae dicuntur
vs. 9—14. Significatur enim, si Jovae dicto audientes fuissent
Judaei, res eorum integras mansuras fuisse ad hunc usque diem,
neque illos necesse habituros fuisse, instituere jejunia deletae ci-
vitatis in memoriam. Ad verba הֲלֹא אֶת־הַדְּבָרִים vid. quae ob-
servavimus ad Hagg. 2, 5. — Quod versu superiore dixerat nunc 8.
pluribus exponit ostenditque, neglexisse Jovae praecepta majores
cum maximo suo damno. *Et factum,* delatum *est verbum Jovae
ad Zachariam hoc. — Sic dicit Jova exercituum: judicium* 9.
verum, justum *judicate,* exercete, *et benigne et misericorditer
agite unus cum altero!* Quum praecepta, quae hoc et proximo
versu recensentur, vs. 11. et seq. majores dicantur non observasse,
interpretes אָמַר *dixit* (ad majores) reddi jubent. Praeter neces-
sitatem. Nam cum dicitur כֹּה אָמַר יְהוָה וגו׳, generatim quid
omni tempore a populo suo postulet Jova dicitur. — *Et viduam* 10.
*et orphanum, peregrinum et pauperem ne opprimatis, et malum
alter alterius ne meditemini in corde vestro!* רָעַת אִישׁ אָחִיו
recte jam LXX: *κακίαν ἕκαστος τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ.* רָעַת enim

construendum est cum אָחִיו, non obstante interposito אִישׁ; cf.
G. gr. min. §. 113, 3. adn. 1. Ceterum non sine elegantia sic
dictum est; proprie enim dici debebat וְאִישׁ אֶת־רָעַת אָחִיו אַל
תַּחְשְׁבוּ וגו׳, quemadmodum habes infra 8, 17: וְאִישׁ אֶת־רָעַת
11. רֵעֵהוּ אַל תַּחְשְׁבוּ וגו׳. — *Et noluerunt attendere, et dederunt,*
obverterunt *humerum refractarium*, contumaces fuerunt, morem
gerere noluerunt, *et aures suas hebetarunt*, surdas reddiderunt,
ne audirent. וַיִּתְּנוּ כָתֵף סֹרֶרֶת ut Neh. 9, 29., locutione petita
a jumentis jugum ferre recusantibus. Ad postrema verba cf. Jes.
12. 6, 10. — *Et cor suum reddiderunt adamantem*, adamantinum,
durissimum, *ne audirent legem et verba, quae miserat* i. e. indi-
caverat, significaverat *Jova exercituum spiritu suo per prophetas
priores* i. e. per prophetas priores inflatos spiritu suo; *et*, hinc
13. *orta est ira magna a Jova exercituum.* — *Et, quemadmodum
clamavit, neque audiverunt, sic clamabant, neque audiebam*,
quemadmodum illi non audiverunt me clamantem per prophetas,
sic ego non audivi illos clamantes quum versarentur in angustiis,
14. *inquit Jova exercituum.* Cf. Jes. 5, 4. ibique not. — *Et exagi-
tavi*, exturbavi *eos in omnes populos, quos non noverant*, i. e.
barbaros, *et terra vasta fuit*, jacuit *post illos*, ejectos in terras
exteras, *ut nemo transiret aut rediret, et facta est terra pul-
cherrima vasta.* וְאֵסָעֲרֵם ex אֶסְעָרֵם pro אֲסָעֲרֵם; cf. G. gr. min.
§. 23, 2. adn. 2. עַל post *exagitandi, jactandi* verbum non est
ad (Ros. al.), sed *super, in*; cf. Jer. 22, 28: הֻשְׁלְכוּ עַל הָאָרֶץ
אֲשֶׁר לֹא יָדָעוּ. *Ignoti* populi, *barbari* populi; cf. modo laudatus
locus et ibid. 16, 13. וַיָּשִׂימוּ impersonaliter accipiendum. Alii,
in his Hitzigius, Subjectum faciunt Judaeos, quasi vastam illi
terram reddidisse dicantur suis delictis. — CAP. VIII. Jam laeta
quidem promittit Jova, sed hac adjuncta conditione, ut recte agant,
vs. 16. 17. 19., convenienter ad superiora, quibus non observantes
praecepta sua dixerat se affecisse malis. Ceterum singulis quibus
promissa continentur sententiis praemissa est formula כֹּה אָמַר
1. יְהוָה צְבָאוֹת. — *Et factum*, delatum *est verbum Jovae exerci-
2. tuum hoc.* — Jova curae sibi populum habet. *Sic dicit Jova
exercituum: prosequor Sionem studio magno, et ira magna* in
3. hostes illius *prosequor eam.* Cf. 1, 14. 15. — Urbs Hierosolymi-
tana denuo urbs sancta. *Sic dicit Jova: revertar in Sionem, et
habitabo Hierosolymis, et vocabitur*, erit *urbs fida*, mihi dedita,
et mons Jovae exercituum mons sanctus. Ad עִיר הָאֱמֶת cf. Jes.

1, 21. — Cives grandaevi, puerorum in plateis ludentium chori 4.
summae tranquillitatis et securitatis imagines, vs. 4. 5. *Sic dicit*
Jova exercituum: adhuc sedebunt senes et anus in plateis Hiero-
solymorum, et cujusque in manu suus scipio, suum quisque sci-
pionem habens in manu, *prae multitudine dierum*, ob senium
ingens. „Tanta erit rerum omnium prosperitas, et bellorum
quies atque tranquillitas, ut usque ad ultimam aetatem in utroque
sexu perveniant" cet. Hieron. — *Et plateae urbis repletae erunt* 5.
pueris et puellis, ludentibus in plateis ejus. „Hoc fieri solet,
quando securitas et profunda pax urbium est." Idem. — Talia 6.
impossibilia videntur vobis, deo non sunt. *Sic dicit Jova exer-*
cituum: si arduum fuerit in oculis reliquiarum populi hujus
diebus illis, si, quod me facturum promisi, quo tempore sum
facturus, factu difficile videbitur reliquo huic populo: num *etiam*
in meis oculis arduum erit, etiamne mihi difficile factu videbitur?
inquit Jova exercituum. Cum בַּיָּמִים הָהֵם non sit *diebus his*,
sed *diebus illis*, Hitzigius missa interrogatione hunc sensum sub-
jectum vult: si, quo tempore perfecta videritis, impossibilia vobis
videbuntur, etiam mihi videbuntur impossibilia. Quod quaesitum.
Utique *iis*, *illis*, non *his diebus* significat illud בַּיָּמִים הָהֵם, sed
sensus is videtur esse, quem supra fecimus. Hieronymus: „hoc
(expressum supra) reliquiis populi, quae de captivitate venerant,
videbatur incredibile, cernentibus urbem penitus destitutam, muro-
rum ruinas, combustos parietes cet. Idcirco, si vobis, inquit,
vel difficile, vel impossibile videtur esse quod spondeo, ut diebus
illis, quibus aedificanda est Jerusalem, tanta felicitas sit, numquid
cet. — Revocandi ex omnibus terrae partibus exsules, vs. 7. 8. 7.
Sic dicit Jova exercituum: en liberabo populum meum e terra
orientis et e terra occidentis. — *Et adducam eos, et habitabunt* 8.
Hierosolymis, et erunt mihi populus, et ego ero iis deus (ut
Jer. 30, 22. al.), *fide et juste*. — Templi opus negligentibus 9.
omnia fuisse adversa. Nunc vero omnia bene et feliciter eventura
esse, vs. 9—13. *Sic dicit Jova exercituum: fortes sint manus*
vestrae, qui audivistis diebus his verba haec ex ore propheta-
rum, qui fuerunt *tempore quo fundata est domus Jovae exer-*
cituum, templum, ut aedificaretur. הֶחֱזַקְנָה יְדֵיכֶם *fortes sint*
manus vestrae, id est, estote animo forti, animum ne abjicite!
cf. Jud. 7, 11. 2 Sam. 16, 21. Rosenmüllerus: „pergite vos modo,
uti coepistis, alacriter et strenue, perficite structuram templi!"

Sed latius patere videtur hortatio; cf. vs. 13. et seqq. Qui mox
memorantur הַיָּמִים הָאֵלֶּה *hi dies* tempus sunt elapsum inter
tempus, quo haec loquebatur vates, et illud, הַיָּמִים הָהֵם vs. 10.,
quo coeperant instaurando templo fidas adhibere manus. Sic vero
intelligenda esse verba יוֹם יֻסַּד בֵּית יְהוָה וגו׳, docet vs. 10.
coll. cum Hagg. 2, 15—19. Itaque vates, estote, inquit, bono
animo, memores verborum, quae ad vos dixerunt prophetae inde
ab eo tempore, quo neglectum templi opus denuo aggressi eratis.
Haggaei intelligit et sua ipsius verba bona et consolationis plena.
10. — *Nam ante dies illos merces hominis non fuit*, homo nullam
mercedem percepit, *et merces pecudis nulla*, caruitque jumentum
mercede; *et egredienti et ingredienti nulla pax fuit ab hoste,
et misi omnes homines, unum in alterum*, concitavi alium in alios.
Ante illos dies, id est, ante tempus, quo structuram templi iterum
aggressi estis, i. e. tempore quo neglectum jacuit templum; cf.
ad vs. 9. *Merces* laboris, qua caruisse dicuntur homines et pe-
cudes, inprimis est agrorum proventus; cf. vs. 12. coll. Hagg. 1,
6. 9 seqq. 2, 15 seqq. *Egredienti et ingredienti* cet., id est,
nemo potuit obire tuto sua negotia, turbantibus res vestras ho-
stibus vicinis, Esr. 4, 1. Quod ipsum etiam membro extremo
videtur exprimi. Alii tamen illud malunt referre ad discordias
intestinas. Sic Rosenmüllerus, qui: „praecedens comma de ho-
stibus extraneis, hoc de civilibus bellis loquitur.“ Item Hierony-
mus, qui integrum locum sic exposuit: „antequam aedificaretur
templum domini, omnis labor vester irritus fuit. Et tam homines
quam jumenta in agricultura, in mercimoniis, operibusque diversis,
cassis conatibus frustrabantur; foris adversarii, domi seditio tur-
babat pacem, et erat ubique justitium, ob bellorum frequentiam
et insidias domesticas, dum nec frater fratri exhibet fidem, et
omnis est inimica propinquitas.“ Quae interpretatio, si discesseris
ab eo, quod rem nimis auget, et ipsa defendi potest; cf. Esr.
11. 4, 4 sq. — *Et nunc*, jam vero *non ut diebus prioribus* fui, *ero
reliquiis*, agam cum reliquiis *populi hujus*, *inquit Jova exerci-
tuum*. „Nunc autem, quia templum aedificatum est, nequaquam
faciam, ut prius feceram his, qui de captivitate Babylonia sunt
reversi.“ Hieron. כַּיָּמִים הָרִאשֹׁנִים propr. *ut dies priores*, Acc.,
12. Ges. gr. min. §. 116, 3. adn. — *Quippe semen integritatis* erit,
i. e. sata erunt integra, salva, nihil damni patientur siccitate,
uredine, marcore, grandine, locustis, *vitis dabit fructum suum*,

et terra dabit proventum suum, et coelum dabit rorem suum, et possidenda dabo reliquiis populi hujus haec omnia. Ad זֶרַע הַשָּׁלוֹם Hitzigius: „plerique: *semen tutum erit.* Id vere esset הַזֶּרַע שָׁלוֹם. Verba, licet praemissa, appositione cohaerent cum הַגֶּפֶן *vite*, quae, quoniam in uva est בְּרָכָה (= שָׁלוֹם Jes. 36, 16.), cf. ibid. 65, 8., vocatur *planta salutis.*“ Quae nugae sunt. Non „*die Saat wird sicher sein*,“ quod utique non possunt significare verba, sed „*eine Saat der Sicherheit wird sein*,“ hoc illa significant proprie. Recte jam Chaldaeus: *semen erit salvum.* Ceterum cf. ad hoc comma Hagg. 1, 6. 9—11. 2, 16 seqq. —
Et, quemadmodum fuistis maledictio inter populos, o domus 13.
Judae et domus Israelis, sic servabo vos, et eritis benedictio.
Ne timeatis, fortes sint manus vestrae! קְלָלָה, בְּרָכָה hic esse
male, bene precandi formulas, indicare videtur appositum בַּגּוֹיִם.
Hoc igitur dicit vates: quemadmodum populi a vobis sumserunt
male precandi formulam, vestram illi miseram sortem optantes,
cui infausta ominari volebant, sic servati a me futuri estis exem-
plum bene precandi, ut dicant homines: tam bene tibi sit, quam
est Judaeis! cf. Gen. 48, 20. al. Ad בֵּית יְהוּדָה וּבֵית יִשְׂרָאֵל cf.
vs. 7., ubi promissus est reditus Judaeorum omnium ex omnibus
terrae partibus. — Tam prospera Judaeis Jeva, qui benevolentiam 14.
erga illos habere se dicit, promittit hac conditione, ut servent
praecepta sua vs. 14—17. *Nam sic dicit Jova exercituum:*
quemadmodum cogitavi, statui, *male facere vobis*, vos in exsilium
agere rel., *quum ad iram concitarent patres*, majores, *vestri me*,
suis delictis, *inquit Jova exercituum, nec poenituit me*, nec mu-
tavi sententiam: — *Sic rursum*, vicissim *cogito*, mihi propositum 15.
est *diebus hisce, bene facere Hierosolymis et domui Judae. Ne*
timeatis! אֶת־יְרוּשָׁלַםִ וְאֶת־בֵּית יְהוּדָה *Hierosolymis et* reliquae,
universae *domui Judae*, ut Jes. 3, 1. al. — *Haec sunt, quae fa-* 16.
cietis: loquimini veritatem, verum, *unus cum altero, veritatem*
et judicium pacis judicate, judicium justum et quod discordes
animos conciliet exercete *in portis*, foris *vestris!* — *Et unus* 17.
malum alterius, alter alterius malum *ne meditemini in corde ve-*
stro, et jusjurandum falsum, perjurium *ne ametis; nam haec*
omnia odi, inquit Jova. Quod ante שָׂנֵאתִי est אֲשֶׁר casu sinistro
huc illatum videtur e verbis parallelis אֵלֶּה הַדְּבָרִים אֲשֶׁר תַּעֲשׂוּ
vs. 16. Deest in pluribus libris. — Repetit promissa laeta, eaque 18.
amplificat, repetit etiam conditionem vs. 18 seqq. *Et factum,*

19. delatum *est verbum Jovae exercituum ad me hoc.* — *Sic dicit*
Jova exercituum: jejunium mensis *quarti*, *et jejunium quinti*,
et jejunium septimi, *et jejunium decimi erit*, convertetur *domui*
Judae in gaudium et in laetitiam et in solemnia laeta; *et*, modo
veritatem et pacem amate! Mense *quarto* anni undecimi regnantis
Zedekiae, die nono mensis, urbs Hierosolymitana est expugnata,
Jer. 39, 2. 52, 6. 7. Mense *decimo* anni Zedekiae noni,
decimo die mensis, urbs coepta erat obsideri, Jer. 39, 1. 52, 4.
De jejuniis mensis *quinti* et *septimi* vid. ad 7, 3. 5. Ad וְהָאֱמֶת
20. וגו' cf. 7, 9. 10. 8, 16. 17. — *Sic dicit Jova exercituum: adhuc*
futurum est, *ut veniant populi et incolae urbium multarum.*
Hitzigius אֲשֶׁר introducere existimat orationem rectam, collato,
quoad praemissum עוֹד, Mich. 6, 10. Ceternm cf. ad haec et
21. quae subjiciuntur Mich. 4, 1 seqq. — *Et ibunt incolae unius urbis*
ad alteram, *dicentes: eamus ad implorandam gratiam Jovae et*
ad quaerendum Jovam exercituum! Eam etiam ego! Ad אֵלְכָה
גַּם אָנִי Rosenmüllerus secutus Chaldaeum: „sc. alius alii dicet.“
Malo Subjectum facere יוֹשְׁבֵת עִיר אַחַת multitudinem incolarum
unius urbis, coll. initio commatis; cf. 1 Sam. 5, 10. 2 Sam. 20, 19.
Ceterum de diebus festis in urbe Hierosolymitana agendis (14,
16 sqq.) cogitare vatem haud improbabilis est sententia Hitzigii;
22. cf. vs. 23. — *Et venient populi multi et nationes numerosae ad*
quaerendum Jovam exercituum Hierosolymis, *et ad implorandam*
23. *gratiam Jovae.* — *Sic dicit Jova exercituum: diebus illis* futurum
est, *ut prehendant deni viri ex omnibus linguis populorum*,
ex omnibus populis, *prehendant*, *inquam*, *laciniam viri*
Judaei, *dicentes: eamus vobiscum*, *nam audivimus*, *deum esse*
vobiscum (propr. *deus est vobiscum*); cf. in universum Jes. 4, 1.
אֲשֶׁר ut supra vs. 20. Hitzigius הֶחֱזִיק prius jubet fere significare
capessere rem, causam, cur nequeat significare *prehendere*, afferens
hanc, quod posterius, quum praemissam habeat copulam (!),
non possit esse iteratio prioris. Nolite credere! cf. 6, 10. 11:
לָקוֹחַ — וְלָקַחְתָּ וגו', item ibidem: וּבָאתָ — וּבָאתָ וגו', ibique
not. Ad numerum *denarium* cf. Gen. 31, 7. Lev. 26, 26. Num.
14, 22.

CAP. IX — XIV. Quae hisce capitibus continentur Zachariae non esse dudum intellexerunt sanioris judicii interpretes.

Vere Rosenmüllerus: „dicendi genus ab eo, quod in octo prioribus libri capitibus regnat, adeo, inquit, diversum est, ut neque ab iis negetur, qui totum librum ab uno eodemque auctore profectum asserunt. Quantum enim a capitum octo priorum stylo prosaico, languido, humili, discrepat sex reliquorum dicendi genus poeticum, grave, concisum, fervidum!“ In cap. 12. et seqq. genus orationis deprehenditur paulo fusius quidem illo, quo conscripta sunt cap. 9. 10. 11., et cum lenitate quadam aequabiliore profluens; sed hoc quoque diversum est ab illo dicendi genere, quo usus est scriptor partis prioris. Inprimis vero in certis quibusdam locutionibus partem posteriorem discrepare a priore vere monuit Hitzigius. Non legi in posteriore parte quod in priore tam saepe legatur illud *et factum est verbum Jovae ad* rel. (1, 7. 4, 8. 6, 9. 7, 1. 4. 8. 8, 1. 18.); non reperiri quam prior pars iterum iterumque exhibeat formulam *sic dicit Jova exercituum* (1, 4. 16. 17. 2, 12. 8, 2. 4. 6. 7. 9. 14. 18. 20. 23.), quemadmodum vicissim quod inde a cap. 9. saepe recurrat *illo die* in praecedentibus capp. desit. Ipsas inscriptiones diversas esse. Abesse a priore parte quales habeantur 9, 1. 12, 1. Contra Zachariam semel atque iterum tempus significare editi oraculi, 1, 1. 7. 7, 1., indicare suum nomen ibidem et 7, 8., item nomina aequalium 3, 1. 4, 6. 6, 10. 7, 2.; id quod hujus partis scriptor faciat nusquam. Idem Hitzigius recte observavit, ignotum huic libro esse Satanam, ignotos septem oculos Jovae; nullum reperiri visum, et quae cap. 11. contineantur allegoriam esse, non actionem symbolicam; nihil hic aenigmatis esse, quod indigeat explicatione, nullum angelum, qui vatis agat interpretem. Nullius momenti videntur allata ab aliis in contrariam sententiam argumenta, velut a de Wette (*Einl.* p. 310.), Köster (*Proph.* p. 296.). Laudant הֶעֱבִיר 13, 2. coll. 3, 4., sed idem legitur apud alios scriptores recentioris aetatis, ad quam referenda esse capp. 12. et seqq. videbimus infra; laudant מֵעֹבֵר וּמִשָּׁב 9, 8. coll. 7, 14., sed cf. etiam Exod. 32, 27: עִבְרוּ וָשׁוּבוּ, Ezech. 35, 7: עֹבֵר וָשָׁב; item verbositatem 12, 10 sqq. 14, 15., quatuor membrorum parallelismum 9, 5. 7. 9 sq. 13. 15. 12, 4. al., sed quae potest vis esse disjectorum quorundam locorum, ubi res judicanda est ex toto? At si sex quae sequuntur capita a Zacharia conscripta non sunt, possint tamen a vate profecta esse Zachariae aequali. Sed ne hoc quidem concedendum est. Antiquiorem aetatem produnt quae continentur hac

libri parte. Vere in rei summa jam Rosenmüllerus: „quum octo priora libri capita exhibeant talia, qualia illorum temporum ratio et necessitas postulabat, inde a capitis noni initio non tantum horum nihil tibi recurrit, verum et in tempora plane alia te subito translatum sentis. Prophetarum aliquem eorum, qui ante abductum in Assyriam et Chaldaeam populum vaticinati sunt, audire te credis, cum 9, 7. 10. 13. 10, 6. 7. 11, 14. tam Judaicum, quam Ephraimiticum regnum ita commemorata legis, quasi nondum eversa essent; aut cum 10, 2. 13, 2. 4. dii fictitii atque vani prophetae exterminandi dicuntur, quorum neutri inter populum e Babylonico exsilio reversum exstiterunt. Assyrias et Aegyptias vires eo quo haec capita scripta sunt tempore nondum debilitatas fuisse, inde elucet, quod vates 10, 11. fore denunciat, ut Assyriae gloria dejiciatur, et Aegypti sceptrum aboleatur. Oraculorum primum Damasco, Chamathae, Tyro, Sidoni atque Philisthaeorum civitatibus excidium minatur. Quid vero causae cogitari potest, cur Zachariae aevo propheta Hebraeus in illas civitates detonaret, quae, aeque ac Hebraei, Persis tum parebant? Nihil amplius Hebraeis a finitimis illis populis tum metuendum erat, nec, ut olim, cum singuli liberi et sui juris essent, nunc sese invicem bellis infestabant." Errant igitur de Wette (*l. l.* p. 311.) et Koesterus (l. l.), quod de Assyria et Aegypto, de Phoenicia et Philisthaea loquatur vates, existimantes nil nisi *archaismum* esse. Potuerunt post exsilium in hostium numero utique haberi *Assyrii*, i. e. *Persae*, qui illorum in locum cesserant post Chaldaeos; cf. Esr. 6, 22. Sed quinam tandem hostes Hebraeorum post exsilium cesserant in locum Aegyptiorum, Phoenicum, Philistaeorum? Hi non poterunt non intelligi proprie; proprie igitur intelligendi et Assyrii. Falsum est, quod iidem tam Judaeorum quam Ephraimitarum regnum dicunt eversum sisti. Nondum eversum fuisse regnum Judae, quo tempore conscripta haec sunt, docent quae habentur 14, 2. Ephraimitae vero ex parte tantum tum fuisse videntur abducti in exsilium, 10, 6 sqq. Nec firmiora sunt reliqua quae afferuntur argumenta. Post exsilium editas esse orationes minime efficitur locis 12, 11. 14, 5. Cf. Jer. 26, 18 sq. Genealogias (12, 12 seqq.) jam ante exsilium res magni pretii fuisse, ipsi docent loci Esr. 2, 62. Neh. 7, 64. Nec mirum. Sic enim ferebat ipsa reipublicae ratio et disciplina; cf. Win. Realw. II. p. 600 seq. Qui ab iisdem laudantur loci

paralleli prophetarum tum recentiorum tum antiquiorum, ad unum omnes aeque incerti sunt atque illi, quos in contrariam sententiam laudavit Hitzigius, nec quidquam ex iis duci potest argumenti. Jam si ante exsilii aetatem scripta sunt de quibus agitur, quaeritur, quo scripta videantur tempore. Rosenmüllerus: „qua scriptor vixerit aetate accurate quidem vix definiri poterit; inde tamen, quod quo tempore ille scripsit Assyrii potissimum et Aegyptii Hebraeos affligebant (10, 10. 11.), colligitur, Chaldaeos Asia occidentali tunc nondum petitos esse. Quod vero praeter illos iidem, qui ab Amoso (1, 7 seqq.) et Joele (4, 4. al. 3, 9.) populi Hebraeis infesti et ab hoc (9, 2 seqq.) commemorantur, suadet eum utrique illi prophetae aequalem fuisse. Jam quum illi Usiae tempore vixerint, eidem aevo si et hunc vatem assignemus, a vero haud longe aberraverimus.“ Sed ita ne statuas, impediunt loci 14, 5. et 12, 11. Nos sic statuimus hac de re. Nondum eversum fuisse regnum Ephraimitarum, quo tempore conscripta sunt cap. 9. 10. loci docent 9, 10. 13. 10, 6. Attamen jam multos Israelitarum tum fuisse in Assyria et Aegypto exsules, intelligis ex 9, 11 sq. 10, 6. 8. 10 seqq. Videntur itaque quae cap. 9. et 10. continentur scripta esse tempore elapso inter Assyriorum in terram Ephraimitarum invasionem priorem (2 Reg. 15, 29.) et posteriorem (2 Reg. 17, 4 — 6.). Jam vero 9, 1. 2. vates Syris minatur interitum, 10, 2. vero populus Israelitarum nullum habere regem dicitur. Ex quo colligimus, cap. 9. scriptum esse tempore medio inter abductos a Tiglathpilesere Naphtalitas et expugnatam ab eodem anno Damascum (2 Reg. 16, 9. cf. not. ad Jes. 8, 4. coll. not. ad 2 Reg. 15, 29.), cap. 10. vero editum esse durante septem annorum interregno orto post interfectum ab Hosea Peeachum (cf. supra p. 204.). Quod idem tempus indicatur iis, quae leguntur 11, 2, 3. 8., ut quae ostendant, tempore proxime praeterlapso plures simul regnum appetivisse, et nova semper conflata seditione alterum ab altero regno expulsum esse. Sed eodem illo capite iterum rex aliquis in cives saevit, vs. 16. Videtur itaque cap. 11. regnante editum esse Hosea. Quae sequuntur cap. 12. 13. 14. ab alio multis annis post scripta videntur, tempore, inquam, elapso inter mortem Josiae, 12, 11., et Hierosolymitanae urbis expugnationem, 14, 2. Favet etiam genus orationis diversum ab illo, quo scripta sunt cap. 9. 10. 11. Non negamus, esse, quae postremis capp. cum praecedentibus intercedant; cf. gregis

et pastoris imago 13, 7. cum 9, 16. 10, 2 sq. 11, 3. 4 sq. 7 seqq. 11. 15. 17., אַלְפִים 12, 5 sq. cum 9, 7., item aequalitas inscriptionum 12, 1. et 9, 1. Totum vero si perlegeris, non poteris non fateri, cap. 12 sqq. non superiorum capitum oratione pressa, gravi, aspera et difficili intellectu, sed fusiore, facilius currente, magis expedita et promta ad intelligendum conscripta esse. Ad inscriptionem vero מַשָּׂא דְבַר יְהוָֹה quod attinet, ea legitur etiam Mal. 1, 1. Accuratius quo tempore tria haec capita edita sint definiri vix poterit. Possint tamen cap. 12. et 13, 1—6. scripta videri anno regnantis Jojakimi quarto, cap. 13, 7—14, 21. anno sequente; illis enim occasionem dedisse videri possit pugna pugnata apud Cercusium (Jer. 46, 2.), cf. 12, 2 seqq., his Chaldaeorum anno proximo suscepta expeditio in Asiam anteriorem (2 Reg. 24, 2.), cf. 13, 7 seqq. 14, 2. Quae 13, 7. leguntur bene conveniunt in Jojakimum. In alia omnia abit Hitzigius. Is cap. 9. et 10. edita judicat tempore interregni prioris, orti post obitum Jerobeami II. (10, 2. 9.), cap. 11. initio regnantis Menachemi, quum Sacharia caesus esset a Sallumo, Sallumus a Menachemo 2 Reg. 15, 8 sqq. (11, 2. 3. 6. 8. 16.), cap. 12. 13. 14. vero haud diu post mortem Usiae (14, 5.). Negat enim, quo tempore cap. 9. 10. scripta sint, Israelitarum jam abductos fuisse exsules, coll. 10, 9. Negat, 12, 11. mortem respici Josiae. Quae 14, 1 seqq. leguntur existimat ante oculos fuisse Ezechielis 38, 17 seqq., ex quo sequatur, ad Jesaiae, non ad Ezechielis et Jeremiae aetatem referenda esse cap. 12. 13. 14. Verum enimvero, si quis exsules promittit patriae restituendos, quis credat, restituendos exsules promitti non jam ejectos patria, sed futuro tempore ejiciendos, nisi is, qui promittit, hunc sensum apertis verbis significaverit? Sic si intelligi voluisset scriptor, debuisset, antequam de reducendis exsulibus diceret 9, 11 sq. 10, 6. 8., dicere de expellendis. Quod Hitzigius sensit ipse. Fatetur enim, intelligi verba non posse, nisi vates respicere putetur Amosum (9, 9 seqq.), nisi promittere putetur reducendos exsules eos, quos Amosus dixerit abducendos. At prorsus arbitraria opinio haec est. Sed quid tandem est, cur exsules Hitzigius non jam actos in exsilium sed aliquando agendos jubeat intelligi? Locus est 10, 9., ubi vates וְאֶזְרָעֵם cet. At hoc non est *et dispergam*, sed *dispergo*; loquitur Jova de re nuper gesta tanquam de praesenti. Debebat autem eam quam nos defendimus sententiam eo minus spernere Hitzigius,

quod egregie illa confirmatur eo, quod 10, 10. exsules Jova reducendos dicit *in terram Gileaditidis et Libani*; nam ex his ipsis terris, e regionibus trans Jordanem sitis et superioris Cananaeae partibus incolas Cirenem abduxit Tiglatpileser 2 Reg. 15, 29. Deinde quod attinet ad 12, 11., ejus loci interpretatio ea, quam dedit Hieronymus, multis modis praeferenda est tam aliis quam nuper excogitatae ab Hitzigio. Hieronymi enim in definiendis locis haud exigua est auctoritas; favent quam maxime ejus interpretationi quae leguntur 2 Chron. 35, 25.; aptissima eadem ad rem. Contra prolata ab Hitzigio in aëre pendet et aliena est; vid. ad locum ipsum. Denique quae 14, 1 sqq. leguntur ante oculos habuisse Ezechielem 38, 17 sqq. idoneis argumentis probari nequit.

CAP. IX. De temporis rationibus vid. prooemium, coll. Jes. 8, 1—9, 6., nec non 17, 1—11., quae fere eodem tempore edita sunt. Facta in terram Ephraimitarum irruptione Naphtalitas in exsilium abduxerat Tiglatpileser, rex Assyriae (2 Reg. 15, 29.). Id vero fecerat ab Achaso in auxilium vocatus, quum Pecachus, rex Ephraimitarum, et Rezinus, rex Syriae, junctis viribus invasionem fecissent in Judam (2 Reg. 16, 5 seqq.). Quare quum Ephraimitas Assyrius castigasset, pro certo exspectari potuit, quae mox secuta est (ibid. vs. 9.), ejusdem irruptio in Syriam quoque. Caesis Syris haud improbabile videbatur Assyrium invasurum esse Phoenices et Philistaeos. Itaque vs. 1—7. vates Syriae, Phoenices, Philistaeae regna evertenda, eosque populos in posterum Jovae subjiciendos dicit. Tum, altius assurgens, 8—12. nullae, inquit, posthac irruptiones in terram populi Israelitici fient amplius; veniet rex optimus maximus, Messias, pacem daturus orbi terrarum, dominaturus longe lateque; restituentur in patriam captivi; 13—17. delebunt hostes suos Israelitae duce et auspice Jova. —
Effatum verbi Jovae est *in*, contra *terram Chadrach*, *et Da-* 1.
mascus est *locus demissionis ejus*, verbi divini, locus est, ubi demittit se verbum divinum; *nam est Jovae oculus in homines et omnes tribus Israelis*. Membrum prius hemistichii prioris inscriptionem facit ita, ut simul efficiat exordium orationis; id quod intelligitur ex iis quae subjiciuntur. מַשָּׂא דְּבַר יְהוָֹה ut 12, 1. Mal. 1, 1. Perperam Hitzigius דְּבַר cum מַשָּׂא appositione cohaerere putat. מַשָּׂא status constr. est pendens ex דְּבַר, et *effatum verbi Jovae* dictum pro: hoc fatur verbum Jovae. Dicitur מ' ד'

'ה בְּאֶרֶץ ' cum ב Objecti, prorsus ut מַשָּׂא בַּעְרָב *effatum in Arabiam* Jes. 21, 13. Ridicula est nonnullorum Judaeorum חַדְרָךְ nominis interpretatio haec, prolata etiam ab Hieronymo: מהו הדרך זהו מלך המשיח שהוא חד לאומות ורך לישראל. *quid est* חדרך? *hic est rex Messias, qui est acutus* (חַד) *populis et mollis* (רַךְ) *Israeli*. Rosenmüllerus non esse existimat, cur non fidem habeamus veteri illi Hebraeorum magistro, R. Jose, de quo apud Jarchium: *dixit illi R. Jose, filius mulieris Damascenae, in disputatione: coelum et terram super me invoco, natus sum Damasci, estque locus aliquis, cujus nomen est Chadrach*. Confirmari haec testimonio nobilis cujusdam Arabis transjordanensis, Josephi Abassi, qui, quum anno 1768. Gottingam adiisset, interrogatus a J. D. Michaele, nossetne urbem aliquam حدرك (sic enim literis Arabicis M. scripsisse nomen, nec ore protulisse, ne forte in appellatione vocalium errans obscurius redderet), responderit, esse ejus nominis urbem, sed nunquam ibi se fuisse; parvam nunc esse, sed majorem olim fuisse Damasco referri; dici metropolin fuisse magnae regionis *Hadrach* dictae; nobiles ex hac terra familias ortas dici, multaque de ejus regibus et principibus narrare Arabes; meminisse se audire, decimo forte a Damasco milliari desertum versus sitam fuisse. Quibuscum cf. Cyrillus: γῆ δὲ Ἀδρὰχ χώρα που πάντως ἐστὶ κατὰ τὴν ἑῴαν κειμένη, ἧς γείτων ἥτε Ἡμὰθ (ἥτις ἐστὶν Ἐπιφάνεια, τῶν Ἀντιοχέων προσωτέρα βραχὺ) καὶ ἡ Δαμασκός, et Theodoretus: Ἀδρὰχ πόλις ἐστὶ τῆς Ἀραβίας. At, inquit Gesenius (Thes. in h. v.), „hos omnes, et nominatim quidem R. Josen atque Josephum Abassi, ante oculos habuisse urbem *Adraa*, *Adraga*, arab. أذرعات, أدرعات (hebr. אֶדְרֶעִי) monstravit Hengstenberg: cujus disputationi in eo etiam assentior, quod חַדְרָךְ vel urbis vel provinciae Syriacae nomen fuisse omnino negat. Namque persuasum mihi est, urbis nedum provinciae nomen vix et ne vix quidem prorsus interire potuisse: nominis autem حدرك nec vola est nec vestigium apud Arabum Geographos, quotquot evolvi, evolvi autem impressos omnes, manuscriptos non paucos . . . Ut dicam quod sentio, prae ceteris placet conjectura Bleekii nuper coram mecum communicata, qua חַדְרָךְ nomen regis cujusdam Damasceni censetur, a quo ipsa Damascus poet. *terra Hadrachi* appellata sit. Unius enim regis nomen facile interire poterat: totius regionis non ita. Quid vero si ejus regis vestigium superesse statuamus

in his Justini, 36, 2: *post Damascum Azelus* (חֲזָאֵל) *mox Adores ... reges* (Damasci) *fuere?* Unum objici possit, *Adorem* probabilius Hadadesarem vel Hadaresarem (הֲדַדְעֶזֶר ,הֲדַרְעֶזֶר) esse; sed facilius tamen Adores oriatur ex חַדְרָךְ, quam ex הֲדַרְעֶזֶר." Sed regionis potius quam regis nomen hoc nexu exspectas. Dubito an recte neget vir summus potuisse totius regionis nomen interire ita, ut nullum ejus vestigium superesset. Potuit enim interire nomen, si regio, quae eo appellabatur, praeter illud habebat aliud magis usitatum. Vide jam, possitne חַדְרָךְ eandem regionem indicare, quae Am. 1, 5. eodem nexu indicari videtur בִּקְעָה nomine, quamque et Arabes vocant terram *convallium* (بِقَاع), Coelesyriam Strabonis. Favet etymon. Potest enim חַדְרָךְ cum ךְ servili propr. significare *penetralia* (terrae, regionis, cf. similia אֲרַם מַעֲכָה ,תּוֹבַת al.), quo nomine aptissime appellabatur Syriae occidentalis pars interior circumdata montibus. Hitzigius posse regis ait, posse dei, posse regionis nomen esse. Regionem aligentibus conferendum offert حَذْرٌ *solum depressum et declive.* Quae significatio magis conveniret in nomen regionis sitae in Syria orientali. Suffixum in מְנֻחָתוֹ referendum est ad דְּבַר, non ad יְהוָה; cf. Jes. 9, 7. In verbis quae sequuntur אָדָם Genitivum Objecti esse docet res ipsa. Ad rem cf. Jer. 32, 19. — *Atque* 2.
etiam Chamath, quae *adjacet illi*, Damasco, *Tyrus et Sidon, nam sapit valde*, quippe quae multum sapit, sibi sapere videtur. Ad חֲמָת et reliqua nomina e versu superiore cogitando repetendum מְנֻחָתוֹ. Quod subjicitur תִּגְבָּל־בָּהּ est sententia relativa. De agro Chamathensi Damasceno adjacente vid. Ezech. 47, 16. חָכְמָה referendum ad Tyrum, cf. vs. 3., ex quo eodem intelligis, quibus in rebus tam valde sapere sibi videri dicatur Tyrus, videlicet in munimentis exstruendis cumulandisque divitiis; cf. locus simillimus Ezech. 28, 2 sqq. — *Aedificavit Tyrus munimenta sibi*, 3.
et coacervavit argentum pulveris instar, et aurum luti instar platearum. Similiter Diod. Sic. 17, 40. „plurimum fiduciae, inquit, Tyro munitionibus insulae et praeparatis rerum copiis." — *Ecce, dominus occupat eam, et dejicit in mare munitiones ejus*, 4.
et ipsa igne consumitur. Nonnulli, in his Hitzigius, יוֹרִשֶׁנָּה *pauperem reddit eam* significare volunt, quasi sit a רִישׁ, coll. הוֹבִישׁ a בּוֹשׁ. Quae interpretatio ex nimio conformandi studio orta est, cf. vs. 3. — *Videt* id *Ascalon, et timet, et Gaza, et* 5.

tremit valde, *et Ecron*, *quod ad irritum redacta est spes ejus*, *et perit rex Gazae*, servitutem patitur Gaza, *et Ascalon non habitabitur.* תֵּרֶא forma brevior cum vi Indicativi; cf. ad Jer. 17, 8. Non repugnabo tamen, si quis maluerit inhaerere Jussivo. Apte enim dicet vates *videat* id *Ascalon*, *et timeat*, *et Gaza*, *et tremat.* Ab וְאָבַד vero tum redeundum est ad Indicativum, cum Jussivum non ament tenere diutius. Ceterum observa paronomasiam תֵּרֶא inter et תִּירָא. הוֹבִישׁ Hitzigius et alii: *fallit*; cf. 2 Sam. 19, 6. Sed tutior quia usitatior vis intransitiva. מֶבָּטָהּ *spes ejus*, quam repositam habebat in Tyro, sperans fore, ut in
6. oppugnanda urbe munitissima vires hostium frangerentur. — *Et habitat Mamzer Asdodi*, *et deleo fastum Philistaeorum.* מַמְזֵר, quod nonnisi hic et Deut. 23, 3. legitur, certum mihi videtur, non esse cum Kimchio, Rosenmüllero, Hitzigio et aliis referendum ad זור, verum ad מָזַר, ita ut sit nomen participiale Hi., prorsus ut מַמְרֵא a מָרָא. Possint etiam quae Deut. 23, 2. habentur postulare videri, ut vs. 3. ibidem intelligatur aliquid, quod pertineat ad *γεννητικά*. Jam apud Arabes أَمْدَرُ est *non circumcisus* (pr. *contaminatus*). Qui significatus conveniret in Deut., conveniret etiam in hunc locum. Sic enim Philistaeorum in sedes traducendi dicerentur quicunque inter Israelitas viverent *non circumcisi* Canaanaeorum posteri (cf. vs. 7. coll. 2 Sam. 21, 2.), ab Israelitarum coetu exclusi (Deut. l. l.). Eo autem aptius hoc esset, quo saepius cum opprobrio *praeputiati* appellantur Philistaei; cf. 1 Sam. 14, 6. 17, 26. 36. 31, 4. Secundum veteres tamen מַמְזֵר Deut. est *de scorto natus*, hic vero *ἀλλογενής* (LXX); vid. Ges. Lex. Quem significatum post alios tuentur Rosenmüllerus et Hitzigius, a quibus voc. ad זור referri jam supra monuimus; iisque nuper se adjunxit Delitzschius (*Jesurun* p. 105.), qui voc. derivat a מָזַר, quod neohebr. significet *miscere et mixtura corrumpere* (coll. בֵּצִים מְזֻרוֹת ova corrupta, hebr. מְזָרִים, מַזָּרוֹת quae sint mixtae siderum borealium catervae), ita ut מַמְזֵר proprie sit homo *ex mixto concubitu ortus.* Redslobus vero (*De Hebraeis obstetricantibus* Lips. 1835. p. 5. et seq.) „Quum, inquit, lex Mosaica polygamiam non vetet, virginum vitiationem leviter puniat, coitum cum prostibulis certa poena non afficiat, liberos concubitu natos tantummodo in haereditate velit liberis legitimis posthaberi, simplicis inter caelibes coitus et liberorum extra matrimonium geni-

torum nullam mentionem faciat; מַמְזֵר, cujus receptione coetus sacer non contaminandus sit, simpliciter pro unoquoque notho haberi non potest. Videtur potius traditioni Judaicae (Mischna Jebumoth 4, 13.), ex qua hoc voc. tantummodo eum denotet, qui ex incestu natus fuerit, omnis fides habenda esse. Judaei omnino liberos coitu poena capitali sancito genitos intelligunt; vid. Aben Esra, Salom. b. M. et Jarchi ad locum laudatum; et hodierni Judaei, qui homines extra matrimonium genitos nullo modo minoris quam legitime natos habent eosque ad ipsum munus sacerdotale admittunt, tamen adulterio et incestu genitos eadem qua veteres severitate secludunt, quin ne matrimonium quidem iis permittunt. Ex incestu natos sic vocatos esse suadet id, quod illi ממזר statim subjunguntur Ammonitae et Moabitae ex incestu Lothi cum filiabus oriundi et eadem severitate a coetu Israelitico coercendi. Nihil (?) contra hanc sententiam facere mihi videtur conjectura scriptoris Deuteronomii, qui causam excludendorum Ammonitarum et Moabitarum hanc fuisse dicit, quod Hebraeis ex Aegypto immigrantibus infesti fuerint. Itaque locus Zach. 8, 6. sic intelligendus videtur: Philistaea habitabitur a populo tam immani et incesta nefandissima quaeque ita frequentante, ut ad unum omnes ex incestu orti esse videantur, a populo tam abominabili, ut ejus ne unus quidem homo dignus sit, qui in coetum Israeliticum recipiatur. Sine dubio propheta significare vult populum religionis vel Persicae vel Aegyptiacae. Nam incestus, cujus etiam Cananaei ipsi ab Hebraeis incusantur, maxime apud Aegyptios et Persas floruisse videtur. De his scribit Catullus epigr. 89: Nam Magus ex matre et gnato gignatur oportet, Si vera est Persarum impia relligio. De Aegyptiis vero Ptolemaeorum exempla adsunt, praeterea Diod. Sic. 1, 27. scribit: *νομοθετῆσαι δέ φασι τοὺς Αἰγυπτίους παρὰ τὸ κοινὸν ἔθος τῶν ἀνθρώπων γαμεῖν ἀδελφάς, διὰ τὸ γεγονὸς ἐν τούτοις τῆς Ἴσιδος ἐπίτευγμα.* At ipse Moses incestum vocat מַעֲשֵׂה מִצְרַיִם Lev. 18, 3. Quae inter proxime cognatos matrimonia apud Magos et Aegyptios quo frequentiora fierent, effecit sine dubio aliquod imprimis sacerdotum studium affinitates cum aliis imprimis profanis familiis evitandi. Itaque licet conjicere, terminum מַמְזֵר factum esse ex מַמְצֵר et proprie significare aliquem *crimine Aegyptiaco* i. e. *connubio fratris cum sorore* v. omnino *incestu genitum*, quasi a verbo מצר, מזר *aegyptiari.* Nam mos aliquem agendi viven-

dique modum ab iis appellandi, qui ejus potissima exempla dederunt (cf. hebr. *Arabs* pro pastore, *Cananaeus* pro mercatore, *Chaldaeus* pro astrologo), maxime ex vitiis aliarum gentium materiam cepit (cf. fidem *Punicam* Romanorum, eorundem *Graecari*, Graecorum αἰγυπτιάζειν et utrorumque *barbaros* al.). Eodem modo Hebraeos quoque alias gentes vitiorum exempla adlegare amasse, monstrat locus Lev. laud., item Jes. 1, 10. 2, 6. al. Iis temporibus, quibus vocem מַמְזֵר effictam esse necesse est, Hebraei hujus criminis exempla tantummodo inter Aegyptios viderant. Ad derivationem verbi מצר cf. הִתְיַהֵד, Arabum هاد et alia. Vox מַמְזֵר ipsa sequitur analogiam nominis מוֹלֶדֶת, et uti hoc est *proles* unaquaeque, sic nostrum est *proles ex incestu*. Vocabulum nostrum in cognatis linguis non inveniri, post hanc expositionem non potest mirum videri.“ Verum ad Delitzschii sententiam quod attinet, *miscendi* significatus in מזר valde est incertus. In مَذَرَ, مَضَرَ, cf. etiam صَمَأَ, corrumpendi et computrescendi significatum habes, miscendi significationis ne vestigium quidem comparet. Quod in Talm. מָזַר significat fila ducere, referendum est ad vim distendendi, expandendi in مَذَرَ, مَذَرَ, مَزَرَ, مَشَرَ, مَصَرَ, صَمِئَ, صَمَأَ, صَمِأَ al., ad quam ipsam etiam referri posse videtur corrumpendi et putrescendi significatio. Redslobi vero conjectura ingeniosa quidem est; obstare tamen videntur quae leguntur Deut. 23, 8. 9: לֹא תְתַעֵב מִצְרִי כִּי גֵר הָיִיתָ בְאַרְצוֹ : בָּנִים אֲשֶׁר יִוָּלְדוּ לָהֶם דּוֹר שְׁלִישִׁי יָבֹא לָהֶם בִּקְהַל יְהוָה. Nam vera si esset Redslobi sententia, in Aegyptios, opinor, multo severius statutum fuisset, quam ea lege factum est. Possis igitur ad eam conjecturam, quam jam supra expressimus, confugere, מַמְזֵר *praeputiatum* significare existimans, collato vel أَمْذَرُ idem, propr. non, ut supra conjeci, *sordidus*, sed, nisi egregie fallor, *distentus* (cf. quae modo contra Delitzschium observavimus, coll. de mira *longitudine* praeputii apud Arabes Win. *Realw.* I, p. 187. adn. 3.) vel أَنْصَرُ *praeputiatus*, propr. fort. *munitus* praeputio (cf. أَغْلَفُ *praeputiatus*, propr. manifeste *tegumento instructus*, item غُمْلَةٌ *praeputium* a rad. غَمَّ *tegere*, *obstruere*), nisi fortasse haec vox recentioris aetatis sit, propr. significans *Nazareum* i. e. Christianum praeputiatum, oppositum Muhammedano circumciso; quod si

est, nihil probat. Aptum esse *praeputiati* significatum ad utrumque locum, jam supra vidimus. Observa etiam, Deut. 23, 3. illi מַמְזֵר receptionem in coetum Israeliticum recusari ita, ut ne decima quidem illius generatio excipienda dicatur, hoc vero nihil aliud esse, quam talem hominem in civitatem populi Hebraici transscribendum esse nunquam; cf. ibidem vs. 4. Verum enimvero in voce tam dubiae originis ambabus manibus tenenda est significatio expressa a veteribus. Est vero illa *alienigenae* significatio, quidquid statuis de etymo vocis, eo firmius tenenda, quod, ut nunc quidem magno cum gaudio intelligo, confirmatur loco Jes. 56, 3 seqq. Ibi enim manifeste respicitur lex proposita Deut. 23, 2. 3. Quemadmodum ea lege excludendi a civitate Jovae dicuntur פְּצוּעַ דַּכָּה וּכְרוּת שָׁפְכָה et מַמְזֵר, sic Jes. l. l. e contrario vates, nolite, inquit, credere, *alienigenas*, בְּנֵי הַנֵּכָר, et *eunuchos*, הַסָּרִיסִים, exclusos esse a civitate Jovae. Quicunque Jovae legibus pia mente obsequium praestiterit, ejus sacrificia illi erunt grata eique ad templum patebit aditus. Jam si ille פְּצוּעַ דַּכָּה וּכְרוּת שָׁפְכָה Deut. aperte est סָרִיס Jes., quis tibi videbitur esse מַמְזֵר Deut.? Nullus profecto alius, quam בֶּן־הַנֵּכָר *alienigena* Jes.! Idem ille Jesaiae locus etiam lucem praebet commati quod sequitur. — *Et removeo sanguines ejus ex ore ejus, et abominanda ejus ex dentibus ejus, et relinquitur etiam is deo nostro, estque ut praefectus civitatis in Juda, et Ecron ut Jebusaeus.* 7.
דָּמָיו וגו׳: cujus? Quod Singularia sunt Suffixa, indicare videtur, referenda esse ad מַמְזֵר; verum quod proxime ante memorati sunt *Philistaei*, et quod in fine commatis legitur וְעֶקְרוֹן כִּיבוּסִי, indicio esse videtur, respici Philistaeum. Nihil definio. Verbis *et removebo ... deo nostro*, in quibus explicandis argutatur Hitzigius, fore dicitur, ut isti alienigenae, vel si mavis, Philistaei relictis diis commenticiis Jovae se addicant; cf. Jes. 56, 3 seqq. *Frui sanguine* vetitum erat Hebraeis, Gen. 9, 4. Lev. 7, 26 sq. 17, 10. 12. 19, 26. 1 Sam. 14, 33. *Abominanda* removenda *e dentibus* sunt carnes ex idolorum victimis residuae Num. 25, 2. Act. 15, 29. גַּם הוּא „*etiam ipse* Philistaeus, perinde ac terra Chadrach, Damascus, Hamath, Tyrus et Sidon, vs. 1. 2. Est enim גַּם relativa particula, quae Philistaeos cum pluribus ejusdem qualitatis et sortis nationibus tacite conjungit. Cum igitur Philistaeos *etiam* ad Jovae cultum convertendos dicit, non obscure significat, id esse de omnibus intelligendum, quod dicit de uno."

Ros. Potest ita capi גַּם. Sed potest etiam referri ad ipsos Hebraeos, ut praeter Hebraeos, una cum Hebraeis *etiam* ii, de quibus agitur, Jovae nomen daturi dicantur; cf. Jes. 56, 8., ubi Hebraeis in patriam reductis etiam alienigenas, Jovae addictos, dicit adjungendos vates. וְהָיָה כְּאַלֻּף בִּיהוּדָה „*eritque* Philistaeus *sicut chiliarchus in Juda*. Erat populus Judaicus in suas distributus chiliadas, quibus qui praeerant dicebantur אַלֻּפִים *chiliarchi* (vid. ad Mich. 5, 1.). Eorundem et infra 12, 5. fit mentio. Intelligitur autem hic chiliarchus non solus, sed cum chiliade sua, cui praeest, adeoque sensus est, fore, ut gens Philistaea aeque ad populum Jovae pertineat, ac si de chiliadibus Judae esset. Sic cum J. H. Michaele Rosenmüllerus et Hitzigius. Quod falsum. Non potest praefecto comparari civitas. Praefecto comparatur praefectus. Necesse est, ut de Philistaeorum *principibus* cogitaverit vates. Fore dicit, ut principes Philistaeorum cum sua quisque civitate aeque pertineant ad communionem Judaeorum, ac si de praefectis civitatum Judae essent. De singulis Philistaeis si cogitasset vates, respexisse putandus esset illud, quod transscripti in civitatem populi Hebraici alienigenae, quamvis hanc civitatem consequuti, tamen non eorundem, quibus nati Hebraei gaudebant, jurium participes erant, sed arcebantur a magistratibus et praefecturis tam civilibus quam castrensibus omnibus. Quod si respici putaris, fore dicet vates, ut alienigenae, recepti in civitatem Jovae, non amplius posthabeantur Judaeis natis, sed iisdem quibus illi juribus gaudeant, ad eosdem honores aditum habeant. Sed praestare videtur prior ratio. וְעֶקְרוֹן כִּיבוּסִי verborum Rosenmüllerus nonnullos dicit hunc sensum facere: Philistaeos habitaturos esse inter Judaeos, sicut olim Jebusitae inter Hebraeos. Vehementer tamen dubitare se, an hoc vates voluerit, quum illo tempore Jebusitae cum Judaeis una habitarent contra Jovae voluntatem, qui eos exstirpari jussisset, et in detrimentum tribus Judae, cujus sorti decresceret, quod teneretur a Jebusitis. Quae quum ita sint, nomine יְבוּסִי recentiores potius Hierosolymitanos, qui vati aequales essent, indicari existimare se, ut sensus sit, parem futuram esse Ecronitarum et Hierosolymitanorum, civium principis urbis Judaicae, conditionem, inter utrosque communionem fore legis et civitatis. Haec ille. Sed rejicienda est utraque sententia. Prisci Jebusaei vel propterea intelligi nequeunt, quod ut *praesens* illorum conditio respiciatur res postulat. Pro Hiero-

solymitanis vero no dictos putes Jebusaeos obstat usus loquendi, quum nullo possit exemplo probari, *recentiores Hierosolymitanos dictos Jebusaeos esse*. Intelligendi Jebusaei proprie dicti iique tum temporis viventes inter Hebraeos: eorumque sub imperium redacti (cf. 2 Sam. 24, 16 seqq. 1 Reg. 9, 20 seq.). — Sequitur 8.
altera pars, de cujus argumento vid. Prooemium. *Et castra ponam pro domo mea contra exercitum, contra invadentem et redeuntem*, defendam populum meum ab exercitibus hostilibus, ab irruptionibus eorum, *nec invadet eos amplius oppressor; nunc enim video oculis meis*, jam enim prospicio, provideo. חָנָה ut Ps. 34, 8. לְבֵיתִי *pro domo mea*. *Domum Jovae* Hitzigius *templum* eam vult, quod nullus jam hostis spoliaturus dicatur, coll. Joel 4, 5. Sed nihil hic legitur, ex quo possis colligere, cogitandum esse de spoliato templo. Tutius igitur erit, *domum Jovae* dictum putare *ejus populum*, ut Hos. 8, 1. Zach. 3, 7. et fortasse etiam 7, 2. מִצָּבָה וגו׳ (i. e. מִצָּבָא K'ri, מִן־צָבָא) propr. *ab exercitu* est., nam in חָנָה ל׳ defendendi notio inest. Posuit tamen etiam pro מֵהְיוֹת צָבָה וגו׳ *ita ut non sit exercitus*, non amplius irrumpant exercitus hostiles rel. scriptum esse. Nonnulli מִצָּבָה idem esse putant quod מַצָּבָה 1 Sam. 14, 12., מַצָּב ibid. 13, 23. al., מֻצָּב Jes. 29, 3. *praesidium, statio militaris*, alii מַצֵּבָה scribi jubent, ut Böttcher (*Win. Zeitschr. für wiss. Theol.* II, 1. p. 82 sq.). Sic, quum חָנָה causative nusquam dicatur, מצבה aut appositione cohaereret cum Subjecto in חָנִיתִי, aut Accusativus adverbialis esset. Durius tamen utrumque. Vix dubium, quin מ sit Praepositio, ut in verbis quae statim subjiciuntur מֵעֹבֵר וּמִשָּׁב, ad quae cf. Zach. 7, 14. Ezech. 35, 7. Exod. 32, 27. Respicitur Pesachi et Rezini nuper facta in Judam irruptio; vid. Prooem. Verba postrema Rosenmüllerus: „*nam nunc vidi oculis meis*, sc. quomodo ab hostibus vexetur Hierosolyma." Hitzigius laudat 2 Sam. 16, 12., eumque (sanissimum) locum ex hoc loco dicit emendandum. Nihil aliud exprimere verba possunt, quam velle Jovam in populum suum ejusque hostes jamjam intentos habere oculos, ut illum servet, hos perdat; cf. vs. 1. — *Exsulta* 9.
valde, filia Sionis, laetos clamores tolle, filia Hierosolymorum! Ecce, rex tuus veniet tibi, justus et fortunatus, mansuetus et equitans in asino, in asello, filio asinarum, asinae. מַלְכֵּךְ, Messias; cf. vs. 10. צַדִּיק *justus*, jus et justitiam exercens. Respondet in membro parallelo עָנִי *mansuetus*, ita ut justus idem

et in animadvertendo lenis dicatur. נוֹשָׁע *adjutus* sc. a Jova, fortunatus. Inprimis cogitandum de armis victricibus; cf. Deut. 33, 29. de populo Israelitico: מִי כָמוֹךָ עַם נוֹשַׁע בַּיהוָה מָגֵן עֶזְרֶךָ וגו׳. Arma victricia sequitur honestae pacis dulce otium. Itaque illi נוֹשָׁע respondet quod proximo membro sequitur רֹכֵב עַל חֲמוֹר *equitans in asino*. Hoc enim pacis est signum, nam asinis pace vehuntur (Jud. 5, 10. al.), bello armantur equi, Virg. Aen. 3, 540. cf. vs. 10. coll. Win. *Realw.* I, p. 407 sq. Quae subjiciuntur וְעַל עַיִר בֶּן־אֲתֹנוֹת nil nisi poetica amplificatio sunt. וְ epexeget. עַיִר *asellus*, sed adultior, quo vehi possis, Jud. 10, 4. 12, 14, animal alacrius. Fortasse tamen *pullus* Messiae tribuitur, quia est animal *intactum*; cf. 1 Sam. 6, 7. nec non Deut. 21, 3. 2 Sam. 6, 3. Joh. 19, 41. Virg. Georg. 4, 540. Aen. 6, 38. al. Ad Pluralem אֲתֹנוֹת cf. Jud. 12, 7. ibique not. Ex sententia Hitzigii verborum צַדִּיק וְנוֹשָׁע הוּא עָנִי וְרֹכֵב וגו׳ alia est ratio parallelismi, quam quae nobis esse visa est. Concinere ille putat צַדִּיק et נוֹשָׁע, item עָנִי et רֹכֵב וגו׳. Non nego posse interno vinculo cohaerere videri עָנִי et quae sequuntur; sed quae ab Hitzigio proponitur praecedentium verborum explicatio quaesita est. Existimat ille, צַדִּיק esse eum *qui justam causam habeat*, talem vero declarari regem eo, quod e belli periculis a Jova sit *servatus*, נוֹשָׁע. Magis placeret Hesselbergus, putans dici regem *justum* adversus cives, *victorem* habita ratione hostium. In reliquis vero falsissimus est vir bonus. עָנִי jubet esse pauperem et humilem, oppressum et miserum (sic enim cumulat verba, ut quam maxime miserum faciat Messiam), ejusdemque humilitatis signum docet esse, quod Messias vehatur asino; augeri etiam humilitatis notionem eo, quod iste asinus sit pullus asinae. O pauperem et humilem, oppressum et miserum Messiam, qui dominatur quam late patet orbis terrarum (vs. 10.)! Imaginem humilitatis esse *vehi asino* non potest ullo exemplo probari. Utebantur asino (asina maxime) sine discrimine nobiles (ut Jud. 5, 10.) atque ignobiles;
10. cf. Win. l. l. De pullo vid. supra. — *Et exstirpabo currus*, bellicos puta, *ex Ephraimo, et equos ex Hierosolymis, et exstirpabitur arcus belli; et praecipiet* rex *pacem populis*, pacem colere jubebit populos, *et imperium ejus erit a mari ad mare*, ab uno mari ad alterum, *et a fluvio*, Euphrate, *usque ad fines terrae*. Cf. ad priora verba Mich. 5, 9. ibique not., Hos. 2, 20. דִּבֶּר *praecipere*, *jubere*, ut saepius: cf. אָמַר. De verbis וּמָשְׁלוֹ

מִנָּם וגו' vide quae disputavimus ad Ps. 72, 8., ubi eadem leguntur, et ad Mich. 7, 12. (ubi correximus minus recte dicta ad Am. 8, 12.). Quae 10, 11. leguntur huc non pertinent, quidquid dicit Hitzigius; vid. ibi not. — *Etiam captivos tuos propter sangui-* 11.
nem foederis tui dimittam ex fovea, in qua non est aqua, e carcere. Facilis ad intelligendum versus et tamen male intellectus ab interpretibus. De Wette גַּם praetermittit; reliqui, ut Rosenmüllerus, Hesselbergius, Hitzigius, ad אַתְּ referunt hoc modo; *etiam ad te quod attinet, etiam tibi* dimittam etc. Sed de quibusnam tandem aliis praeter Judaeos et Ephraimitas supra vatem dixisse vultis? Vides, absonum esse illud *etiam tibi*. Quam difficultatem ut removeat Hitzigius verba ad captivos, qui teneantur in Javan (vs. 13.), ad גָּלוּת Am. 1, 6., cujus אֲסִירִים sint בְּנֵי הַגּוֹלָה (Esr. 6, 16.), dicta vult. Quae maxime arbitraria est interpretatio. Non potest אַתְּ, ־ךְ, ־ךְ vs. 11. non referri ad בַּת צִיּוֹן, בַּת יְרוּשָׁלַםִ, quam una cum Ephraimo vates compellaverat vs. 9. 10. גַּם vero nequaquam pertinet ad אַתְּ et Suffixa in בְּרִיתֵךְ, אֲסִירַיִךְ, verum ad שִׁלַּחְתִּי אֲסִירִים (cf. vs. 12. et Hos. 6, 11. ibique not.), in hunc simplicissimum et aptissimum sensum ac nexum; (gaude, Sionia! veniet rex tuus tibi, justus est.; removebuntur instrumenta belli, alta pax erit; auctum erit imperium tuum mirum in modum;) *etiam captivos tuos*, qui in terris exteris detinentur, tibi restituam memor foederis facti cum majoribus. Causa absolute praepositi אַתְּ, quod vi caret, nulla alia est quam quod sequitur בְּדַם־בְּרִיתֵךְ. Quae verba recte explicuit Rosenmüllerus his: „propter foedus tecum initum et sanguine victimarum solenni modo sancitum ad montem Sinai, ubi (Exod. 24, 8.) praelecto libro foederis, et postquam populus dixisset, se omnia Jovae jussa facturum, Moses sanguinem sumsit, eoque populum adspersit, haec pronuncians verba: hic est sanguis foederis, quod Jova vobiscum in haec omnia verba ferit.“ Idem recte ad ultima verba: „id est, e carcere, qui antiquissimis temporibus saepe erat cisterna vacua, Gen. 37, 24. In talem foveam conjectus et Jeremias captivus dicitur Jer. 38, 6. Hinc Exod. 12, 29. Jer. 37, 16. בֵּית הַבּוֹר *domus foveae* est carcer.“ — *Redite ad* 12.
altitudinem, captivi spei! Etiam duplum, hodie id nuncio, reddam tibi, Sion! בִּצָּרוֹן, quod praeter hunc locum non legitur, *locum munitum*, *munimentum* significare docent. In his Rosenmüllerus, qui „terram patriam Hebraeorum designare videtur,

quam Jova supra vs. 8. castris circumpositis muniendam et ab
hostium incursionibus tuendam promisit." Videtur *altitudinem,*
loca inaccessa potius significare, cf. בָּצִיר 11, 2., et opp. בּוֹר
foveae vs. 11., imago esse libertatis et securitatis, cf. Ps. 18, 34.
al. *Captivi spei*, sperantes libertatem. גַּם pertinet ad מִשְׁנֶה;
13. cf. supra vs. 11. לָךְ, Sioni; cf. ibidem. — Tertia pars. *Nam*
arcum intendam mihi Judam, arcum implebo Ephraimo, sagittam
arcui imponam Ephraimum, *et excitabo filios tuos, Sion, contra*
filios tuos, Javan, et reddam te, Sion, *ut gladium herois.* Quod
cum membro secundo construendum est קֶשֶׁת, complendum est
etiam ad primum. Sic saepissime unum membrum completur ex
altero. מִלֵּאתִי קֶשֶׁת Hitzigius, amans fingere artificia, elliptice
dictum vult pro מִלֵּאתִי קֶשֶׁת בְּיָדִי quasi *infundo arcum in me-*
num meam, hoc vero idem esse putat quod מִלֵּאתִי יָדִי בַּקֶּשֶׁת
impleo manum meam arcu 2 Reg. 9, 24., coll. Exod. 28, 17.
cum Cant. 5, 14. Sed durior esset omissio בְּיָדִי vocis in hac
locutione. Accedit, quod Syri et Arabes מִלֵּא הַקֶּשֶׁת alio sensu
dicunt, de quo videbimus statim. Denique ne apta quidem illa
quam offert Hitzigius locutio esset. Nam מִלֵּא יָדוֹ בַּקֶּשֶׁת *implere*
manum suam arcu 2 Reg. l. l. est *prehendere arcum*, hic vero
quod exspectas aliquid aliud est, tale inquam, quod concinat cum
דָּרַךְ קֶשֶׁת. Plerique מִלֵּא קֶשֶׁת dictum putant pro מִלֵּא דְּרֹךְ קֶשֶׁת
plena vi, fortiter intendere arcum, coll. arab. أملأ فى القوس
id., pro quo etiam dicant *implere, attrahere arcum.* Quae ratio
ferri potest, quia מִלֵּא verbo Hebraei etiam alias utuntur adver-
bialiter et elliptice, cf. illud מִלֵּא אַחֲרֵי יְיָ, et quod membro
praecedente expressum est דָּרַךְ hoc membro facile potuit omitti.
Attamen Syris ܡܠܐ ܩܫܬܐ simpliciter est *intendere arcum*, i. q.
דָּרַךְ קֶשֶׁת, Jes. 21, 15. Ps. 11, 2. Persuasum mihi est, מִלֵּא קֶשֶׁת
proprie significare *implere arcum*, hoc vero esse *arcui imponere*
sagittam, deinde vero etiam *arcum intendere*, quia sagitta non
imponitur nisi arcui intenso. Itaque Jova hoc dicere videri possit:
arcum *tendam mihi Judam*, *arcum intendam Ephraimum.* Quid
vero, si מִלֵּא קֶשֶׁת hic vi propria et primaria gaudeat, et אֶפְרַיִם
sit Accusativus rei, qua impletur arcus, hoc est sagittae? Tum
Jova multo aptius et elegantius, quam si idem repetens dicat,
arcum sibi se intensurum esse Judam, arcum Ephraimum, hoc
dicet: arcum *intendam mihi Judam, arcum implebo Ephraimo,*

sagittam arcui impono Ephraimum, id est, arcus mihi erit Juda, sagitta Ephraim. Ceterum facile ad intelligendum est, sensum verborum esse, armis contra hostes certaturos esse Judaeos et Ephraimitas duce Jova. בְּנֵי צִיּוֹן non esse Sionios viventes Sione, sed qui vivant inter Javanitas Judaeos servos (cf. supra ad vs. 11.), est Hitzigii arbitraria sententia. Laudat locum Joel. 4, 7. cujus alia ratio est. Universos Judaeos Jovam excitaturum esse ad inferendum bellum hostibus et hic quidem speciatim Javanitis, hoc dicit vates; cf. vs. 14. Quod „Sionios contra *Graecos* h. l. excitandos dicit Jova eo videtur spectare, quod Graeci Hebraeos servos iis venditos (cf. Joel. 4, 6.) male habuerunt." Recte hoc quidem Rosenmüllerus. Sed quae tandem causa est, cur servos *Graecis* venditos potissimum hic spectet vates? Nulla est alia, quam quod isti captivi Graecis venditi erant a *Phoenicibus* et *Philistaeis* (cf. Joel. 4, 4. 6. Am. 1, 6. 9.), in *quos ipsos* vates
invectus est supra vs. 2 seqq. — *Et Jova super iis*, Judaeis, 14.
comparebit, *et exibit*, erumpet *ut fulmen sagitta ejus*, *et dominus Jova buccinam inflabit* (vid. ad Hos. 5, 8.), *et egredietur in procellis austri*, vehementissimis illis (cf. Jes. 21, 1.). Miscentur propria figuratis. Sensus: in proelium populum suum educet
Jova. — *Jova exercituum proteget eos*, *et vorabunt*, *et pedibus* 15.
conculcabunt lapides fundae, *et bibent*, *tumultuabuntur velut vino*, vinolenti, *eruntque pleni ut patera sacrifica*, *ut anguli arae*. אָכְלוּ, hostes, eorum carnem; שָׁתוּ, eorum sanguinem. Tribuitur hic ipsi victori, quod alias ejus gladio, ut Jer. 46, 10. Est vero *vorare carnem*, *bibere sanguinem* hostium, eos caedere. וְכָבְשׁוּ אַבְנֵי קֶלַע *et pedibus conculcabunt lapides fundae*, qui ab hostibus in ipsos contorsi fuerint, id est, cum contemtu excipient hostium tela nihil ipsis nocitura, cf. Job. 41, 20 sq. Quum verba medium locum teneant inter אָכְלוּ et שָׁתוּ, horum vero Objectum sint hostes, quumque versu proximo Hebraei comparentur *lapidibus diadematis*, *lapides fundae* ipsi hostes appellari videri possint, ita ut Hebraei hostes pedibus conculcaturi dicantur tanquam lapides fundae, quemadmodum calcari soleant lapides fundae. Rosenmüllerus: „quemadmodum vs. 16. Hebraei אַבְנֵי נֵזֶר *lapides coronae* vocantur, ita hic illorum hostes *lapides fundae* appellari non dubitamus, per contemtum; nam lapides, quibus utuntur funditores, viles sunt et nullius pretii. Sensus igitur hic erit: pedibus suis subjectos habebunt eos, sicut vilissimos lapides, qui

pedibus calcantur." In qua interpretatione immiscentur quae non pertinent ad rem. Comparatio ponenda in eo solo, quod torsi lapides in terram decidunt et calcantur pedibus. Arbitrarie Hitzigius quoque coll. 1 Sam. 25, 29. „quemadmodum lapides fundae abjiciuntur (imo abjecti conculcantur; teneatur imago!), contra gemmae (vs. 16.) in magno pretio habentur et reservantur, sic Jova populos repudiavit, Israelem elegit." Ad הָמוּ כְּמוֹ יָיִן cf. Prov. 20, 1. וּמָלְאוּ, sanguine, puta, id quod ostendit comparatio quae subjicitur, *ut patera sacrifica*, qua victimarum sanguis excipiebatur, *ut anguli arae*, ad quos idem sanguis e patera spargebatur, Exod. 29, 12. Lev. 4, 18. al. Madere sanguine victoris est, Jes. 63, 1 sq. — *Et servabit eos Jova, deus eorum, die illo; servabit ut gregem*, ut gregem pastor, *populum suum; nam lapides*, gemmae *diadematis* illi erunt, *eminentes*, emicantes, fulgentes *in terra ejus*. Verba כְּצֹאן עַמּוֹ accipienda sunt ut in illo *duxisti* כְּצֹאן עַמֶּךָ *ut gregem populum tuum* Ps. 77, 21. Possit tamen צֹאן Status constr. esse in hunc sensum: servabit eos Jova . . . *ut gregem populi sui*, ut decet servari gregem populi ejus. In verbis כִּי אַבְנֵי נֵזֶר omissum est Subjectum הֵמָּה; cf. Ps. 16, 8. Alii: *lapides diadematis tollent se*, quae structura minus convenit. הִתְנוֹסֵס ut Ps. 60, 6. *tollere, elevare se*, hic vero translate *emicare, splendere*. Quod eminet, emicat; cf. radices vicinae נָצַץ, נוּץ. Ceterum conferendi lapides diadematis cum lapidibus fundae
17, vs. 15. — Amplificat jam, quae dixerat vs. superiore. *Nam qui*, quantus erit *decor ejus*, populi (vs. 16.)! *et qui splendor ejus! Frumentum juvenes, et mustum germinare faciet virgines*, in summa rerum affluentia laete efflorescet proles.

CAP. X. In Procemio hanc orationem tempore septem annorum interregni orti post interfectum ab Hosea Pecachum editam videri diximus. Sed vs. 2. hujus cap. iterum considerato aliter nunc statuendum est nobis. Nam efficitur eo loco, quod supra statuimus, incautius secuti Hitzigium (p. 131.), tum nullum fuisse Israelitarum regem. Vid. ad locum ipsum. Videtur oratio haud diu et fortasse statim post superiorem orationem scripta esse; cf. 10, 1. et 9, 17.; 10, 3. extr. 4. 5. et 9, 13. extr. 15.; 10, 6 a. et 9, 13 a.; 10, 6 b. 8 seqq. et 9, 11 seqq. Vs. 1. 2. res Israelitarum propterea afflictas esse dicit, quod, quum Jovae confidere deberent, confidant diis commenticiis et prophetis falsis. 3—5.

Israelitarum pessimos duces Jovam remoturum esse, ex Juda electu-
rum duces devicturos populi sui hostes. 6—11. pariter atque
Judaeis Ephraimitis quoque auxilio suo Jovam adfuturum esse
eorumque exules e terris, in quibus oppressi teneantur, devictis
hostibus, in terram patriam esse restituturum. 12. conclusio. —
Supra vates auream aetatem promiserat. At quantopere ab illo 1.
tempore abhorrebant praesentis temporis res afflictae! Cujus rei
causam vates positam intelligit in eo esse, quod Jovam populus
non curet. Itaque in Jova ut fiduciam collocent suos admonet.
Quod, quum versu extremo capitis superioris eximiam foecundi-
tatem terrae promiserit, foecunditas terrae vero pendeat e pluvia
demittenda a Jova, sic exprimit: *Petite a Jova pluviam tempore
pluviae serotinae*, i. e. pluviam serotinam (vernam) tempore suo;
Jova facit fulgura, praenuntia pluviae, *et pluviam imbris*, i. e.
copiosam, *dabit eis, cuique herbas in agro.* Ad verba יְהוָֹה
עֹשֶׂה חֲזִיזִים cf. Jer. 10, 13., inprimis verba בְּרָקִים לַמָּטָר עָשָׂה.
Ad מְטַר גֶּשֶׁם cf. Job. 37, 6. גֶּשֶׁם מָטָר eodem sensu. Pro לָהֶם
nonnulli exspectabant לָכֶם. Aptum tamen etiam לָהֶם, *iis*, qui
petunt. — *Nam Teraphim loquuntur inania, et divinatores* 2.
*spectant mendacia, et somnia vana loquuntur, inane solatium
praebent; propterea migrant* qui his confidunt, ab his opem
quaerunt Israelitae (cf. vs. 1.), *ut oves, affliguntur, quia non
est pastor.* De תְּרָפִים vid. quae observavimus ad Hos. 3, 4.
Istae igitur fatidicae imagines *loquuntur vana*, inania responsa
reddunt consulentibus. קוֹסְמִים Hitzigius haud improbabiliter hic
eos ipsos esse judicat, qui consulant Teraphim, ita ut Teraphim
et divinatores opponantur Jovae ejusque prophetis; cf. Ezech. 13,
6. 7. 9. *Spectant mendacia*, falsa sunt quae divinitus sibi pate-
facta jactant. *Somnia vana loquuntur*, narrant, vana sunt quae
narrant visa somniorum. Subjectum esse הַקֹּסְמִים, חֲלֹמוֹת הַשָּׁוְא
Objectum, dubio caret. Secus Rosenmüllerus et Hesselbergus
Subjectum facientes חֲלֹמוֹת, Objectum הַשָּׁוְא: *somnia*, i. e. somnio-
rum jactatores, *vana loquuntur* (constructio ad sensum). Ad rem
cf. Jer. 23, 25. הֶבֶל יְנַחֵמוּן propr. *halitum*, i. e. vanitatem *con-
solantur* i. e. inane solatium praebent, prospera promittunt, quo-
rum eventus frustra exspectatur; cf. eadem locutio Job. 21, 34.
אֵיךְ תְּנַחֲמוּנִי הָבֶל. Ad rem cf. Jer. 6, 14. נָסַע *proficisci, disce-
dere, migrare* e loco suo, sede sua, etiam de pastore, hic de
populo comparato gregi. Rosenmüllerus et alii: *migrarunt*; Hitzi-

gius: *migrabunt*, coll. vs. 9. Neutrum probo. Praeteritum נָסְעוּ et quod huic subit Futurum יַעֲנוּ, *Praesens* exprimit actionis et conditionis coeptae tempore praeterito, durantis praesenti et per futurum quoque; cf. in praecedentibus Praeterita mixta Futuris דִּבְּרוּ, חָזוּ, יְדַבֵּרוּ, יְנַחֵמוּן, eadem vi, coll. G. gr. min. §. 124, 3. Nuperrimo tempore in exsilium abducti erant Naphtalitae, cf. vs. 8. 10 seqq. coll. prooemio in cap. 9., abducebantur ultimae catervae illo ipso tempore, quo haec scripta sunt, eademque sors manebat superstites omnes (abductos tempore Hoseae regis). Eodem modo expediendus est vs. 9. Verba extrema כִּי אֵין רֹעֶה non possunt exprimere causam novam et diversam ab illa, quae initio commatis expressa est, alioquin carerent sensu. Itaque hoc sibi vult vates: nam Jovam, optimum custodem, ejusque prophetas non curant, et quos curant deos ac prophetas, ii tueri eos nequeunt, quippe falsi et vani. Ceterum de Ephraimitis agi hoc et
3. superiore versu, intelligimus e versu qui sequitur. — Jam remotis Ephraimitarum ducibus malis, ex Juda prodituros esse qui hostes populi sui devinciant duces dicit Jova vs. 3—5. *In pastores exarsit ira mea, atque in hircos animadvertam; nam prospicit Jova exercituum gregi suo, domui Judae, et faciet eos*, cives Judae, *similes equo suo magnifico*, generoso, *in bello*. Verba priora Rosenmüllerus: „*contra pastores exarsit ira mea*, regibus
4. iratus sum, non Judaicis, sed aliis, qui Judaeis sunt inimici.“ Intelligendos putat reges exteros. Ita autem ne statuas impedit vs. 2., ubi manifeste agitur de pastoribus domesticis. *Judaeorum* igitur pastores intelligit Hitzigius, quanquam non dubitans superioris commatis verba extrema כִּי אֵין רֹעֶה dicta putare in Ephraimitas. Judaeorum pastores vero intelligendos esse dicit, quia grex statim expresso verbo dicatur esse בֵּית יְהוּדָה, *domus Judae*. At quum vs. 4. Jova cum vi dicit, *ex Juda* prodituros esse principes, duces, heroes, *Judaeos* manifeste *opponit aliis*, qui non possunt non esse *Ephraimitae*. Horum igitur hic (vs. 3) intelligendi pastores s. duces. Hos igitur se remoturum esse dicit Jova, et apte quidem. Erant enim qui post Jerobeamum II. Ephraimitarum rebus praeerant pessimi reges ad unum omnes, in patria non servanda sed delenda occupati. Hitzigius quidem quod vs. 4. legitur מִמֶּנּוּ non ad Judam, sed ad *Jovam* referri jubet. Sed falsam, certe maxime dubiam esse eam interpretationem, ostendetur suo loco. *Hirci* quomodo differant et *pastores*

otiosa Hitzigii quaestio est. Utrique significantur *principes,*
duces, cf. Jes. 14, 9. De praefectis civilibus et bellicis hic cogi-
tandum esse (vs. 2. sacros potissimum intelligit vates), docet he-
mistichium posterius et vs. 4 sq. Subjicit causam: *nam prospicit*
Jova cet. Nam quae Ephraimitis ipsorum principes contrahebant
mala redundabant in Judam quoque; quid? quod nuper Pecachus
facto foedere cum Rezino, Syrorum rege, bellum intulerat Judaeis.
פָּקַד *adire* curae gerendae causa, *prospicere*, ut Jer. 23, 2.
Faciet eos כְּסוּס הוֹדוֹ בַּמִּלְחָמָה *similes equo suo magnifico*, ge-
neroso, i. e. fortissimos, intrepide ruentes in proelium, cf. Job.
39, 19—25. Ceterum cum suo equo bellico Judaeos similes red-
diturus esse dicitur Jova, vides equum bellicum tribui Jovae:
cujus rei causa est, quod in proelium, quo hostes profligandi sunt,
Judaeos *ipse Jova* educere fingitur; cf. 9, 14. — *Ex eo angulus*, 4.
lapis angularis, i. e. is cui civitas superstruatur, princeps, cf.
Jes. 19, 13. ibique not., *ex eo clavus*, is ex quo totius reipublicae
negotia pendeant, idem, *ex eo arcus belli*, instrumenta belli,
arma, hinc etiam copiae, *ex eo prodibunt omnes omnino duces*.
Hitzigius מִמֶּנּוּ ad *Jovam* refert, coll. Hos. 8, 4., ita ut *ipse*
Jova duces populi dicatur facturus esse. Sed quae dicta sunt
vs. 3. extremo et quae dicuntur vs. 5., ut ad *Judam* referas Suf-
fixum postulare videntur. Utroque enim loco *Judam* Jova *in-*
signem facturus dicitur. Cum Masculino construitur יְהוּדָה, quia
significatur *populus*, ut Jes. 3, 8; cf. אוֹתָם. Si mavis, respicitur
עִיר vel בֵּית, quod eodem redit. — *Eruntque* Judaei *ut heroes* 5.
deculcantes in lutum platearum i. e. calcando immittentes luto
i. e. proculcantes, hostem intellige, *in pugna*, *et pugnabunt*, *nam*
Jova cum iis erit, eis aderit; *et pudore afficientur*, spe sua ex-
cident, i. e. devincentur *qui vehuntur equis*, equites hostiles,
hostes. Hitzigius בּוּס בְּטִיט חוּצוֹת esse judicat militis gravius
ponentis pedem, rustice incedentis, quae jejuna est interpretatio.
Nec melior est Rosenmülleri et aliorum opinio, significari ista
locutione *pedites*, a quibus mox vinci dicantur *equites*. בּוּס
בְּטִיט ח' significare videtur *deculcare in lutum*, id est, luto im-
mittere (aliquem) calcando, *proculcare* aliquem. Suppressum est
Objectum *hostes*, potuitque supprimi facillime addito בַּמִּלְחָמָה.
Fortasse tamen sic sunt transferenda verba: *eruntque ut heroes*
conculcantes lutum pl. in bello, haec vero concise dicta pro:
conculcantes hostem in bello, quemadmodum lutum conculcatur

platearum. Nam cum hostis saepe dicatur *conculcari pedibus luti instar* (ut Mich. 7, 10.), haud ita improbabile est, potuisse militem fortem et ferocem, adjuncta contumeliae notione, favente nexu (ut hoc loco) dici *conculcare lutum* pro *conculcare hostem luti instar*. בּוֹסִים ad rationem formae קוֹמִים 2 Reg. 16, 7. Hostes
6. simpliciter dicuntur *equites*; cf. Ps. 20, 8. — Sequitur tertia pars, cujus argumentum vid. in prooemio. *Et confirmabo*, stabiliam *domum Judae, et domum Josephi servabo, et habitare faciam eos*, Ephraimitas, terram patriam dabo iis secure possidendam, *nam miseret me eorum; eruntque quasi non rejecissem eos*, tam felices, ac si nunquam a me patria ejecti fuissent, *nam ego sum Jova, deus eorum, et exaudiam eos*. Quum הוֹשְׁבוֹתִים ab una parte formam habeat verbi יָשַׁב, ab altera formam verbi שׁוּב, Rosenmüllerus cum aliis hac una voce utriusque verbi notionem contineri existimat, ita ut idem hac voce exprimatur, quod Jer. 32, 37. expressum est his verbis: וַהֲשִׁבֹתִים אֶל־הַמָּקוֹם הַזֶּה וְהוֹשַׁבְתִּים לָבֶטַח. „Videtur, inquit, scriptor artificii quidquam in eo quaesivisse, ut utramque notionem una voce e duobus cognatis verbis conflata exprimeret.“ Sed caret exemplo tale artificium, ut taceam alia. Aut pro וְהוֹשַׁבְתִּים aut pro וַהֲשִׁבוֹתִים scripta est illa forma. Hitzigius, est, ait, pro וַהֲשִׁבוֹתִים, quia, si esset pro וְהוֹשַׁבְתִּים, desideraretur complementum notionis, coll. Hos. 11, 11. et Jer. l. l. Quemadmodum vero שָׁכַן Ps. 37, 27. 102, 29. al. absolute positum significat habitare, secure possidere terram, sic non dubito equidem, quin etiam הוֹשִׁיב absque ullo complemento significare possit terram dare habitandam, secure possidendam. Sed tantum abest, ut obstet aliquid, quominus וְהוֹשְׁבוֹתִים scriptum habeas pro וְהוֹשַׁבְתִּים, ut haec sententia verisimilior sit altera. Quum vox incipiat ab הוֹ, probabile profecto est, voluisse vatem וְהוֹשַׁבְתִּים scribere, sed scripta הוֹ syllaba deflexisse ad formam verbi שׁוּב; vel, quod magis probabile, scripsit וְהוֹשַׁבְתִּים (sic sane libri plures), et quae nunc legitur forma mixta orta est librarii incuria, conjectis oculis in וַהֲשִׁבוֹתִים vs. 10. Ceterum in Ephraimitas potissimum dicta esse verba והושבותים rel., quemadmodum vs. 3, b. 4. 5. dicta erant in Judaeos, docet res ipsa,
7. docent quae sequuntur. — *Eruntque sicut heroes Ephraimitae*, in pugna illa duce Jova pugnanda cum hostibus (vs. 3. 5.), *et laetabitur cor eorum sicut vino*, magnopere laetabitur victoria reportata ab hostibus, *et filii eorum* nondum bello habiles *vide-*

bunt id *et laetabuntur*, laetabuntur cum testes fuerint tantarum
rerum, tam laetae rerum mutationis, *exsultabit cor eorum de
Jova*, tantae felicitatis datore. Objectum שִׂמְחָה verbi non est בְּכֹחַ
s. בִּגְבוּרָה, ut opinatur Hitzigius, hoc enim omittī non potuisset,
sed victoria. — *Et sibilabo eis*, advocabo eos (Jes. 5, 26. 7, 18.), 8.
et colligam eos, *nam liberabo eos* e servitute; *et multi erunt*,
quemadmodum fuerant multi; cf. vs. 10. et Ezech. 36, 11. —
Et dispergo eos inter populos, *et in terris remotis recordabun-* 9.
tur mei, *et vivent cum filiis suis*, *et revertentur*. אֶזְרָעֵם Fut.
de eo quod factum est, fit, et in futurum fieri potest; cf. ad vs. 2.
Et in terris remotis, oppressi calamitatibus *recordabuntur mei*,
memores erunt tutelae meae, meorum beneficiorum, quamque igitur
perverse egerint a me deficientes. *Et vivent*, vitae i. e. saluti
restituentur emendati. *Cum filiis suis*, interea natis. — *Et re-* 10.
ducam eos e terra Aegypti, *et ex Assyria colligam eos*, *et in
terram Gileaditidis et Libani ducam eos*, *nec sufficiet iis locus*.
E terra Aegypti, in quam haud dubie multi Ephraimitarum,
facta a Tiglatpilesere in ipsorum terram invasione, volentes se
contulerant, quemadmodum Jeremiae aetate multi Judaeorum eodem
migrarunt metu Chaldaeorum; cf. etiam ad Jes. 11, 11. *Et ex
Assyria*, in quam illo ipso tempore abducti a Tiglatpilesere erant
Ephraimitae qui regiones trans Jordanem sitas et superiorem Ca-
nanaeam incoluerant, 2 Reg. 15, 29. *Et in terram Gileaditidis et
Libani ducam eos*, id est, in eas ipsas terras, e quibus erant
expulsi. *Nec sufficiet iis* locus, tanta erit redeuntium multitudo;
cf. Jes. 49, 20. נִמְצָא cum vi reflexiva notionis activae, *perri-
gere se*, *porrigi*, idem quod intransitivum מָצָא *pertinere*, *per-
tingere*, hinc *sufficere* Num. 11, 22. Jud. 21, 14., quam vim Ni.
formae non debebamus in dubium vocare ad Jes. 17, 16. יִמָּצֵא
imperf. — *Et transibit mare* Jova redeuntibus viam aperiens, 11.
findet et feriet in mari fluctus, *et pudore afficientur* i. e. ex-
siccabuntur *omnia profunda Nili*, *et dejicietur fastus Assyriae*,
et sceptrum Aegypti recedet, transibit, imperium Aegyptiorum
desinet. Difficilioris interpretationis verba וְעָבַר בַּיָּם צָרָה Vulg.
transibit in maris freto (propr. *transibit mare angustiarum*).
Non male, modo ne praeter articulum in בַּיָּם obstaret usus lo-
quendi. Rosenmüllerus cum Aben-Esra: *transibit mare ventus
afflictionis*, fluctus ita percussurus, ut exarescant (cf. Nah. 1, 4.).
Ante צָרָה cogitando supplent רוּחַ. Quasi vero, quia קָדִים, בְּמִצוֹן,

קָדִים nonnunquam dicitur pro רוּחַ קָדִים, ר׳ צ׳, ר׳ ק׳, etiam צָפוֹן dici possit pro רוּחַ צָפוֹן! Coeli plagas exprimunt ista nomina, quae facillime transferuntur ad ventos flantes ab illis. Sed quo tandem vinculo, cum vento cohaeret afflictio?! De Wette (mitto enim aliorum alias maxime violentas et ineptas interpretationes): *transibit populus mare, angustias*, calamitatem, צָרָה cum בַּיָּם appositione cohaerere putans. Quae interpretatio non ideo est rejicienda, quod ex ea ad aliud Subjectum (populum) refertur עָבַר, ad aliud (Jovam) הִכָּה, hoc enim ferri potest in hoc scriptore, sed propterea admittenda non est, quod non convenit *calamitatis* appositio in הַיָּם. Durior etiam ea interpretatio fit eo, quod Subjectum עָבַר verbi Hesselbergus facit Jovam, sic locum explicans: *transibit* Jova *mare*, *calamitatem* ejus, populi. Hitzigius צָרָה et גַּלִּים vocibus vim tribuit nominum propr. coll. 11, 7., *mare Zara* Nilum esse jubens, quum צָרָה nomen respicere videatur nomen מָצוֹר, *mare Gallim* vero Euphratem; cf. ad 9, 10. Verum 11, 7. vates expressis verbis dicit baculorum unum se vocasse sic, alterum sic. Vehementer itaque dubito, an ad illius loci rationem explicari hic possit. Praeterea quam arbitrarium sit, existimare, יָם unum, prius, Nilum esse, alterum, posterius, Euphratem, vel ex eo intelligitur, quod Nilus mox nominatur suo nomine, isque solus absque Euphrate. Ex quo ipso colligimus, utroque יָם indicari sinum arabicum. Quum posterius hemistichium praeter Aegyptum Assyriam quoque memoret, in priore aegrius quidem desideratur mentio Euphratis. Sed haud difficile ad intelligendum est, cur parallelismum neglexerit vates. Respexit enim illustrem illum transitum Israelitarum per sinum arabicum. Id quod nos jam ad nostram ducit interpretationem. Suspicamur autem, non cum בַּיָּם sed cum וְהִכָּה construendum esse צָרָה, hoc vero non esse Nomen sed Verbum, idem significans, quod aram. צְרָה s. צְרָא, ﺻﺮﻯ, *scindere, findere*, velut aquas, id quod optime convenit in hunc locum, eoque magis, quod ita concinit verbum cum בָּקַע Exod. 14, 16. 21., ubi quae narrantur vati manifeste obversantur ante oculos. Respiciens illud, quod olim in gratiam Israelitarum in Aegypto contigerat, fore dicit, ut Jova redeuntibus exsilio ducem se praebens transeat mare, feriendo dividat illius fluctus, alveosque omnes exsiccet, quo facilis fiat transitus; cf. Jes. 11, 15. 16. —
12. *Et confirmabo*, stabiliam *eos per Jovam*, i. e. per me ipsum, ut Hos. 1, 7. ubi vid. not., *et*

nomine ejus ambulabunt, i. e. Jovae nomen dabunt, Jovam colent deum, salutis datorem. Sic enim intelligenda haec verba. Eo igitur redit oratio, unde est egressa.

CAP. XI. Scripta oratio est anno primo regnantis Hoseae, vel, quod probabilius, exeunte septem annorum interregno, quod illius imperium praecessit; vid. prooemium coll. p. 204. Argumentum orationis, nequaquam recte descriptum a superioribus, hoc est. Vs. 1—3. pastorum (principum) Ephraimiticorum caedes. 4—14. narrat vates, Ephraimitarum miserum gregem, in quo perdendo occupati sint qui eum tueri debeant pastores, Jovae jussu pascendum se suscepisse, sumtis duobus baculis, uno נֹעַם dicto, altero חֹבְלִים; sed mox laboris, unde nullum fructum perceperit, fastidio affectum, curam gregis se aspernatum esse fracto utroque baculo; quo significat, abjecisse deum curam Ephraimitarum, permisisse eos hostium arbitrio, irritum reddidisse Judaeorum et Ephraimitarum foedus fraternum. Tum 15—17. vates se jussum dicit baculum sumere pastoris mali; qua re indicatur, Jovae in locum caesorum esse regem perditum. Probe distinguendum in hac oratione inter tempus, quo est scripta, et tempus quod a vate respicitur. Sic tantum recte intelligi potest oratio. Respicitur autem vs. 1—3. illud ipsum tempus, quo haec scripsit vates, hoc est tempus interregni posterioris orti post interfectum ab Hosea Pecachum. Vs. 4—14. spectatur tempus elapsum inde ab initio interregni prioris orti post mortem Jerobeami II. usque ad finem interregni posterioris. Vs. 15. vero et seqq. respicitur Hosea rex. Itaque incipit vates a tempore praesenti, deinde respicit tempus
superius, tum prospicit in futurum. — Vs. 1—3. *Aperi*, *Libane*, 1.
fores tuas, *et vorat ignis inter cedros tuas!* — *Ejula*, *cupresse*, 2.
quod cadit cedrus, *quod proceres vastantur*, pereunt! *Ejulate*, *quercus Basanitidis*, *quod descendit*, dejicitur *silva inaccessa!* — *Vox* auditur *ejulatus pastorum*, *quod vastatur*, perit 3.
magnificentia eorum; *vox* auditur *rugitus leonum*, *quod vastatur decus Jordanis*. De his Rosenmüllerus ad vs. 3. „nos nulli, inquit, dubitamus, Libano hic ut Ezech. 17, 3. totam indicari terram Judaicam, cujus insigne decus et terminus borealis erat, Libanus. Qui cum jubetur *aperire fores suas*, significatur, ab aquilonari parte, ubi munitissima poterat videri terra Judaica, patefactum iri hostibus aditum ad eam. Cedris Libani igne con-

abjicere eumque discordiis intestinis et civilium armorum terroribus permittere decreverit; cf. vs. 9. Quod Hitzigius intelligi ex
hoc loco existimat, tum fuisse regem, qui plus quam reliquarum
factionum principes valeret, in eo graviter errat. Nihil enim tale
hic legitur. Civitas describitur scissa in plures factiones, quarum
una vexetur ab altera, quarumque quaevis vexetur ab ipso quem
sequatur rege (nam qui armis inter se certant factionum duces,
solent suos ipsi asseclas perdere; cf. vs. 9. et 5. הַמַּצִּיא בְּגַךְ ut
8 2 Sam. 3, 8. — *Itaque pavi oves mactandas, pavi igitur miserrimas ovium, et sumsi mihi duos baculos*, peda pastoralia duo:
unum vocavi amoenitatem, vitam commodam, *et alterum vocavi*
foederatos; atque ita pavi oves. לָכֵן וגו' plerique: *propterea*,
quod essent mactandae, *miserrimas ovium*. Quem sensum recte
frigidum dicit Hitzigius. Sed quid spectet quod ipse dedit *nihilominus* fateor me non posse assequi. Alii voculae vim tribuunt,
quam nusquam habet, in his Rosenmüllerus. Ut dicam quod
sentio, לָכֵן quod alias est *ideo*, *idcirco*, hic, ut simplex כֵּן Ps.
90, 12., mera Particula conclusiva *itaque*, *igitur* (quae eadem vis
est in praecedente Vav consecutivo) videtur esse, respiciens *jussum* Jovae expressum vs. 4. Quod *duo* peda sumit vates, eo nequaquam generatim „se officio pastoris non vulgari modo functum
esse, sed omnem hominum sollicitudinem in suo populo regendo
superasse" significat, quae est opinio Rosenmülleri, sed uno pedo,
quod *amoenitatem* vocat, Ephraimitarum tranquillitatem, securitatem, incolumitatem ab injuriis hostium significat, altero, quod
foederatos dicit, indicat foedus fraternum, quo Ephraimitae conjuncti erant cum Judaeis; cf. vs. 10. et 14., ubi fractis pedis
contraria significantur. נֹעַם *amoenitas*, vita commoda, laeta rerum
conditio; cf. נְעִימִים Ps. 16, 6., נְעִמוֹת ibid. vs. 11. Aliis *gratia*,
favor est, ut Gesenio, de Wettio. Quum vero alterius pedi nomen non vatis (Jovae) in Israelitas animum, sed Israelitarum
statum, conditionem exprimat, praestat sine dubio notio amoenitatis. De חֹבְלִים Gesenius in Thesauro: „Part. חֹבֵל pr. constringens, colligans, poet. pro *fune*. Ita intelligendum nomen parabolicum baculi s. pedi חֹבְלִים Zach. 11, 7. 14. nimirum *pedum*
ligaminum s. funium i. e. foederis, quo fracto irritum fit foedus
fraternum comm. 14. cf. arabicum حَبْلٌ foedus, حَبَلَ foedus iniit.
Lud. de Dieu: „„nos vertimus *foederatos*. Nam حبل non modo

funem, sed et in Alcorano saepe *foedus* significat [v. c. 3, 67. 20, 69.], quia solennis Orientalibus ritus est, funem nectere seu nodare, quum foedus ineunt, quod عقد dicunt Arabes, et eundem rursus enodare, seu nodum dissolvere, quum foedus frangunt, quod نقض ipsis dicitur."" Ex vett. Alex. Symm. Aqu. *σχοίνισμα*, Vulg. *funiculi*, ex recentioribus ita Calvinus al., quorum nonnulli tamen חֲבָלִים legunt, praeter necessitatem. Alii interpretantur: (baculus) *perdentium* (v. Pi.) vel *dolore afficientium* (v. id.) i. e. irae et severitatis, opp. baculo נֹעַם i. e. gratiae et clementiae (vid. sup.), Luth. *der Stab Wehe* (opp. *Stab Sanft*): sed prorsus invita orationis serie, ex qua apparet, hunc baculum pariter atque priorem beneficiorum divinorum, non poenarum symbolum esse." In quibus quae postremo loco monuit verissime monuit vir illustris. Sed quod חֹבְלִים poet. dictum pro חֲבָלִים existimat, quae etiam Rosenmülleri est sententia, id non videtur probandum. Nihil obstat, quominus חָבַל, praesertim quum praeter hunc locum et vs. 14. ligandi notionem nusquam alias habeat, utroque hoc loco cum Hitzigio accipiatur intransitive, coll. vicino חָבֵר, atque ita חֹבְלִים Part. significare putetur *conjunctos*, *foederatos*. Veteres haud dubie חֲבָלִים legerunt. — Removet cujus 8.
curam ipse suscepit populi pastores malos; mox vero pertaesus rei, unde nullum fructum percipit, curam populi aspernatur. *Et delevi tres pastores mense uno. Et impatiens fuit animus meus eorum*, pascendorum, *et etiam animus illorum fastidivit me*, pertaesus ego sum gregis, grex mei. אֶת־שְׁלֹשֶׁת הָרֹעִים recte jam LXX: *τοὺς τρεῖς ποιμένας*. Cf. vs. 12. cum vs. 13. Jos. 4, 4. cum vs. 2. al. Ex eo tamen, quod definiti sunt pastores, minime sequitur, quod vult Hitzigius, esse quod subjiciatur בְּיֶרַח אֶחָד non ad וָאַכְחִד, sed ad שְׁלֹשֶׁת הָרֹעִים referendum, q. d. ש׳ הָרֹעִים אֲשֶׁר בְּיֶרַח אֶחָד. Nequaquam enim necesse est, ut illud, quo definiantur isti tres pastores, expressum sit. Certos quosdam, qui durante interregno priore fere eodem mense reges fuerant eodemque unus post alterum sublati erant factionum duces commemorat vates, ipsi et aequalibus notos, Sachariam dico, qui regni potitus erat an. 38. Usiae, regnaverat sex menses, posteriores intellige illius anni (2 Reg. 15, 8.), Schallumum, qui imperium ad se rapuerat an. 39. Usiae, ineunte, puta, tenuerat mensem unum (ibid. vs. 13.), et tertium quendam horum aemulum, cujus in libris historicis mentio facta non est. Hitzigius tertium facit Menache-

mum, eaque ipsa de causa verba בְּיֶרַח אֶחָד non potest referre
ad וָאַכְחִד, quum Menachemus regni eodem quidem, quo Sacharia
et Schallum, tempore esset potitus, regnasset tamen, illis sublatis,
decem per annos. Hesselbergus tribus pastoribus indicari putat
prophetarum, sacerdotum, regum ordines tres. בָּהֶם et נַפְשָׁם ple-
rique ad pastores referunt, וַתִּקְצַר interpretantes *nam impatiens*
erat. Verum ad *pascendos* potius referenda Suffixa esse, ostendit
vs. 9. Utitur hic et vs. 9. in אֶתְכֶם genere masculino, respiciens
cives, ut supra vs. 5. in רֹעֵיהֶם; sed ab הַמֵּתָה vs. 9. redit ad
9. imaginem, respiciens *oves*. — *Et dixi: non pascam vos. Mori-*
tura ovis *moriatur*, *et delenda deleatur*, id est, pereant quibus
est pereundum, quibus haec fatalis sors destinata est, quum boni
ducis curam aspernentur! agantur in perniciem, ad quam prope-
rant! *et quae superfuerint*, *vorent altera carnem alterius*, rabie
10. quadam agantur in mutuam perniciem! — *Et sumsi baculum*
meum, *Amoenitatem*, priorem illum baculum, quem Amoenitatem
vocaveram (vs. 7.), *et fregi eum*, *ut frangerem*, irritum facerem
foedus meum, *quod feceram cum omnibus populis*, i. e. ut significa-
rem, Israelitas non amplius tutos ab injuriis hostium me redditurum,
sed permissurum esse illorum arbitrio; cf. Hos. 2, 20. Rosen-
müllerus עַמִּים de Israelitarum tribubus dictum vult, existimans,
vatem, si eum quem nos fecimus sensum facere voluisset, לָהֶם
iis i. e. eorum commodo, ut Hoseae loco, addidisse verisimile esse.
Sed abesse לָהֶם propterea potest, quod, quorumnam commodo
11. factum foedus esset, intelligitur e nexu. — *Et fractum*, irritum
factum *est die*, tempore *illo* hoc foedus (vs. 10.), *atque ita*
cognoverunt miserrimae ovium, *quae attendebant ad me*, *verbum*
Jovae id esse, id est, et eventum habuit quod praesignificaveram
fore, ut conversa fortuna secunda hostium arbitrio permitteretur
populus, ut ex hoc ipso eventu intellexerunt qui attenderant ad
rem, Jovae jussu et auctoritate me fecisse quod feceram. Eventus
vero ille cernitur in bello Menachemo a Phule, Assyriorum rege,
illato (2 Reg. 15, 19.) et irruptione a Tiglatpilesere regnante Pe-
cacho facta, abductisque ab eodem regionum trans Jordanem si-
tarum et superioris Cananaeae incolis in Assyriam (ibid. vs. 29.).
Perperam Rosenmüllerus וַתֻּפַר: *atque sic ruptum erit.* Non
potest Futurum exprimi Futuro converso praecedentibus Praete-
ritis. אֹתִי Hitzigius monet posse etiam *signum meum* (i. e. sum-
tum a me sed mox fractum baculum נֹעַם dictum) reddi. Potest

sane; necesse tamen ut sic reddatur non est. — Ita spernens 12
Ephraimitarum curam, vs. 12—14. pro eo, quod eorum pastor extiterit, mercedem poscit et accipit, eaque accepta desinit esse communis Ephraimitarum et Judaeorum pastor; sic vero vinculum, quo Ephraimitae cum Judaeis conjuncti erant, abrumpitur, quod ipsum statim exprimitur fracto baculo חֹבְלִים dicto. Praeter hoc, quod praecipuum est, quam fastidiosus curae Ephraimitarum fuerit vates exprimitur, item, quam parvi aestimaverint Ephraimitae bonum qui ipsis praefuerit pastorem; ac prius quidem significatur eo, quod mercedem pastor ita poscit, ut, si reddere Ephraimitae nolint, id haud in magno discrimine se positurum esse dicat; posterius eo, quod vilem accipit mercedem. Jovae partes agere vatem, clarissime perlucet ex vs. 13. *Et dixi ad eos: si bonum est in oculis vestris*, si vobis videtur, si aequum esse judicatis, *date mercedem meam*, mercedem quam merui pro eo quod pastor extiti; *sin minus, omittite*, ne date! sic quoque me habituri contentum: tanto curae vestrae fastidio affectus sum! *Atque ita appenderunt mercedem meam, triginta siclos argenti.* — *Et* 13.
dixit Jova ad me: projice istud in aerarium, magnificum pretium, quo aestimatus, dignus habitus *sum ab illis! Et sumsi triginta siclos argenti, et projeci illud*, argentum *in domum Jovae, in aerarium.* Suffixum in הַשְׁלִיכֵהוּ referendum est ad אֶדֶר הַיְקָר quod sequitur; cf. Ps. 9, 13. ibique adnot. Ad verba אֶל־הַיּוֹצֵר Gesenius in Thes. Tom. II. Fasc. 1. hoc ipso tempore summi viri munificentia mihi allato „Grotius, inquit, interpretatur *ad figulum*, ad figulos, ad figulinam s. locum quem habitant figuli, ubi area erat in quam projiciebantur fracta templi fictilia (Jer. 19, 2.), quorsum alias etiam sordes abjectas esse non incredibile sit, ut idem fere valeat illa locutio atque: conjecit *in sterquilinium, ἐς κόρακας*. Erat illa figlina ab oriente urbis ad portam חַרְסוּת i. e. figlinae, in cujus vicinia erat vallis Hinnom varii generis sordibus inquinata, quam ipsam alii intelligunt. Sed restat difficultas in verbis בֵּית יְהוָה: non enim satisfacit, quod observant figulos illos vasa in usum templi fabricantes *prope* templum habitasse, et reddi posse: *templum versus;* nisi figlinam illam ad ambitum templi pertinuisse putabis. Non negligenda igitur alia interpretatio, quam praeiverunt nonnulli veteres, quibus יוֹצֵר est i. q. אוֹצָר *thesaurarius*. Chald. *et projice sub manum thesaurarii*. Syr. *projice illud ad thesaurum* templi. Kimchi:

הַיּוֹצֵר הוא כמו אוֹצָר. In cod. Kenn. 530 et 650 adeo scribitur
אֶל הָאוֹצָר pro אֶל הַיּוֹצֵר. Litterarum א et י in prima radicis sede inter se permutatarum exempla sat multa exstant, et sententia aptissima est, siquidem etiam nos pecuniam, quam quacunque demum de caussa in nostros usus convertere nolumus, piis institutis mittere solemus." Pro האוצר scriptum esse היוצר existimat Hitzigius quoque, coll. דוֹיֵג 1 Sam. 22, 18. 22. pro דוֹאֵג; is vero non dubitat pro הַיּוֹצֵר rescribere הָיּוֹצֵר. Nobis rejiciendam esse interpretationem Grotii, quam praeter alios secutus est Rosenmüllerus, certum videtur quatuor de causis. Una est allata a Gesenio. Altera, quod illum sensum expressurum vatem locum significandum aliis atque בֵּית יְהוָה verbis significasse probabile est, etiamsi figlina ad ambitum pertinuisset. Tertia cernitur in eo, quod per se probabilius est, esse בית יהוה *in domum Jovae*; cf. Jos. 6, 19. 24. al. Quarta est prolata ab Hitzigio haec, quod rem, non hominem exspectas post הַשְׁלִיכֵהוּ אֶל־. Ex qua eadem causa etiam *thesaurarii* significatus rejiciendus est. Cum Syro igitur *thesaurum*, *aerarium* intelligimus. Nolumus tamen cum Gesenio et Hitzigio יוצר scriptum putare pro אוצר, multo minus opus esse putamus emendatione Hitzigii. Quemadmodum אוֹצָר dictum est ab אָצַר, claudendo, coërcendo, sic יוֹצֵר id. (cf. יוֹתֵר a יָתַר al.) dictum a יָצַר, *coarctatum esse*, cf. צוּר, צָרַר, צְרוֹר. Ceterum nihil est, quod, si in templi thesaurum illi numi projecti fuissent, id pro contemtus signo haberi non potuisse monet Rosenmüllerus, quamquam causam, cur pecuniam in aerarium templi immittere jubeatur vates, non dixerim eam quam dixit Gesenius. Quod in aerarium immittuntur numi, ad solam expingendam imaginem pertinet. Mittitur in templum pecunia, quia Jovae est pecunia, quum Jovae personam agat vates. אֶדֶר הַיְקָר propr. *magnificentia pretii*, pretium magnificum, quae
14. est irrisio. אותו respicit הַכֶּסֶף. — *Et diffregi baculum meum alterum*, *foederatos*, quem foederatos vocaveram (vs. 7.), *ut frangerem*, irritam redderem *fraternitatem inter Judam et inter Israelem*. Ad haec Rosenmüllerus: „alluditur manifeste ad priscam illam populi divisionem in Judam et Israelem, tempore Rehabeami et Jerobeami factam, quae tot malorum fons erat." Verum si quae supra dicta sunt tempus respiciunt quod fuit post Jerobeamum II., non video equidem, qua ratione quae hic dicuntur referri possint ad aetatem Jerobeami I. Vide potius ad vs. 12

— Sequitur pars tertia. *Et dixit Jova ad me: praeterea sume* 15.
tibi instrumentum i. e. pedum (cf. vs. 7.) *pastoris insipientis*, nequam. Otiosa interpretum quaestio est, quomodo differat instrumentum pastoris mali ab instrumento pastoris boni. Nam verba illa nihil aliud sibi volunt quam: jam age pastorem malum, personam gere pastoris mali, quemadmodum antea egisti pastorem bonum, personam gessisti pastoris boni. Quod facere se jussum vates eo consilio fingit, ut significetur, pastoris i. e. regis boni (Jovae) in locum jam cessurum esse pastorem, regem malum; cf. quae statim subjiciuntur. Quisnam sit iste rex quaerentibus Rosenmüllerus ad versum extremum „nobis, respondet, vates simpliciter hoc praedicere videtur, Jovam, abjecta prorsus populi tam ingrati cura illum crudeli tyranno vexandum permissurum esse, qui tamen et ipse, postquam per aliquod tempus rapinis et caedibus in miserum populum grassatus fuisset, saevitiae suae poenas sit daturus. Quisnam vero talis in rerum gestarum memoria exstiterit, frustra aliquis indagaverit.“ Sane accidisse potest, ut non de certo aliquo rege cogitaret vates. Sed magis probabile, cogitasse de certo quodam, si, quo tempore scripsit, regno aliquis potitus esset, qui rex evasurus videretur talis, qualis hic describitur. Jam vero exeunte interregno posteriore scriptam videri orationem ostendimus supra. Eo autem tempore regnum ad se rapuerat Hosea, in quem bene conveniunt quae hic leguntur. Ad eum igitur referendus videtur locus. Hitzigius intelligit Menachemum. Sed vid. Prooem. — *Nam ecce, ego exsurgere faciam* 16.
pastorem in terra: perditas oves *non curabit*, *dispulsum* pecus *non quaeret*, conquiret, *et vulneratum non sanabit*, *quod stat*, pecus quod bene valet, sanum est, *non sustentabit*, *et carnem pinguis edet*, *et ungulas earum*, ovium *diffringet*. נַעַר Hitzigius cum aliis h. l. *pullum* esse vult, teneram ovem, quae, quum prae imbecillitate progredi non possit, in agro facile derelinquatur. Quae interpretatio triplici difficultate laborat. Prima est, quod נַעַר alias semper de homine usurpatur. Altera, quod ita mancus est sensus. Tertiam habes in interpretatione veterum, qui *vagantem*, *dispersum* et similia exhibent. Cum Gesenio נַעַר nos h. l. propr. *dispulsionem* (cf. rad.), hinc concr. *dispulsum* (pecus) significare putamus. Verba הַנִּצָּבָה לֹא יְכַלְכֵּל praeter sensum supra expressum ferre possunt hunc aptiorem ad nexum: *quod subsistit*, loco se movere non potest prae lassitudine, *non susten-*

tat. Sed paullo minus certus est hic sensus, quum נִצָּב hoc modo alias dictum non reperiatur. Potuisse tamen *standi* verbum aeque recte de aegroto dici, qui stat, substitit prae debilitate, atque de sano, qui stat firmiter (Ps. 39, 6.), nemo negabit. Apposite Gesenius conferri jubet arab. نَصِبَ *lassus fuit*, *laboravit*, propr., si quid videat, *substitit*. Ad verba postrema quod attinet, *abrumpendi*, *avellendi* significatio in פָּרֵק sensum commodum non fundit. Videtur *diffringere* significare, *diffringere ungulas* vero esse hominis voracis, ipsas ungulas frangentis et exsugentis. Sensus imaginum planus; cf. ad totum locum Ezech. 34, 4. —

17. *Vae pastori nequam, qui deserit gregem! Gladius superveniat brachio ejus et oculo ejus dextro! brachium ejus exarescat et oculus ejus dexter deficiat*, lumen perdat! אֱלִיל est substantive positum, et Jod in רֹעִי paragogicum, ut in parallelo עֹזְבִי. Verba חֶרֶב עַל זְרוֹעוֹ וְעַל עֵין יְמִינוֹ optative accipienda; cf. Ps. 3, 9. al. Nonnulli, in his Rosenmüllerus, indicative: *gladius* est *ad brachium ejus et ad oculum dextrum ejus.* „Ultio divina, ait, altero demum hemistichio denunciatur, ubi illius lacertus exsiccandus et oculus caligandus dicitur, quorum neutrum fit gladio. Quare nos sequimur Chaldaeum, ex cujus interpretatione haec verba pertinent ad descriptionem mali pastoris. Dicitur itaque non solum brachium, verum et oculus mali istius pastoris gladio instructus, quod aciem oculorum malo animo et nocendi cupide intendit.“ Sed hoc sensu gladius vix dicatur esse עַל זְרוֹעוֹ. Exspectas certe עַל יָדוֹ i. e. בְּיָדוֹ. Minus etiam illo in sensu ferri potest חֶרֶב עַל עֵינוֹ. Et quid sibi vult oculus *dexter* in illa verborum vi? Contra nullius ponderis sunt argumenta, quibus nostram interpretationem oppugnavit vir beatus. Quod tertio membro pastori vates mala precatur, id minime profecto impedit, quominus idem facere putetur membro secundo. Imo quum pastor jam superiore versu descriptus sit, et hic versus incipiat ab הוֹי, magis probabile est, totum hunc versum versari in pastore devovendo. Nec firmius alterum argumentum. Nequaquam necesse est, ut secundo membro exprimatur modus, quo fiat quod dicitur tertio. Secundo pastori gladium imprecatur, tertio tabem et caecitatem. Potest etiam gladius tropice pro pernicie dictus putari. Itaque puniatur, inquit, brachium ejus, quod quum tueri debeat, perdit gregem; puniatur oculus ejus, qui gregi non prospicit!

Oculi dextri excaecatio adjunctam habet notam contumeliae,
1 Sam. 11, 2.

CAP. XII, 1 — XIII, 6. De temporum rationibus hujus et
sequentis orationis vid. Prooemium. Praedicit vates 12, 1 — 9.,
barbaros populos urbem Hierosolymitanam obsidione clausuros esse,
Jovam vero eos esse deleturum, urbem cum terra servaturum;
10 — 14. tum fore, ut Judaeos quod Jovam impie spreverint valde
poeniteat, 13, 1 — 6. et qui antea abjecerint deum verum, jam
abjiciant deos falsos eorumque prophetas vanos. Male Hitzigius
quae 13, 1 — 6. leguntur ad sequentem orationem trahit. Op-
posita inter se sunt et arcte cohaerent 12, 10 — 14. et 13, 1 — 6.
Nec rectius alii, in quibus Rosenmüllerus, quae 13, 7 seqq. ha-
bentur referunt ad ea quae antecedunt, referenda potius ad illa
quae subjiciuntur, ejusdem argumenti verba. — *Effatum verbi* 1.
*Jovae de Israele, dictum Jovae, qui expandit coelum, et funda-
vit terram, et formavit spiritum hominis in eo.* De verbis מַשָּׂא
דְּבַר יְהוָֹה vid. ad 9, 1. *Israel* i. e. *Juda*, de qua sola hic et in
sequente oratione agitur. Verba נְאֻם יְהוָֹה non sunt ab antece-
dentibus separanda ita, ut illa inscriptionem, haec vero ipsum
initium orationis efficiant; sed appositione cohaerent potius cum
מַשָּׂא דְּבַר יְיָ, addita a vate propter נֹטֶה וגו׳, quod, praegresso
עַל יִשְׂרָאֵל, ad יְהוָֹה prius referre non potuisset. Sic igitur
struenda verba: *effatum verbi Jovae de Israele, dictum Jovae,
qui* i. e. hoc fatur verbum Jovae de Israele, hoc dicit Jova, qui
rel. Ceterum *qui expandit* cet. eo consilio vates subjicit, ut
significet, esse in potestate Jovae facere, quae jam praedicturus
est, quantumvis mira. — *Ecce, faciam Hierosolyma pelvim titu-* 2.
bationis omnibus circum populis; et etiam super Juda erit, etiam
Judae superveniet illa pelvis titubationis *in obsidione Hierosoly-
morum.* Cum Jova urbem Hierosolymitanam redditurus dicitur
pelvim titubationis omnibus circum populis, significatur, male iis
cessurum esse bellum, quod illaturi sint urbi sanctae; cf. ad Jer.
13, 12. Subjectum יִהְיֶה verbi est סַף רַעַל. *Erit super*, i. e.
superveniet, i. e. haurienda tradetur. Igitur Judaeis quoque hau-
rienda dicitur ista pelvis, quippe et ipsis oppugnaturis urbem
Hierosolymitanam, 14, 14. Quod quomodo intelligendum sit quae-
rentibus possit coll. 12, 7. de bello civili hic agi videri. Sed de
tali bello cogitandum non esse perlucet ex vs. 4 — 6., utpote qui
ostendant, Judaeos et Hierosolymitanos rem communem habuisse.

Itaque cum contra Hierosolyma pugnaturi dicuntur Judaei quoque,
id facturi dici putandi sunt vi coacti ab hostibus terram oppressam
tenentibus. Sic praeter Chaldaeum jam statuit Hieronymus,
qui: „sed et Judas, obsessa Jerusalem, est captus a gentibus,
et in illarum transiens societatem cogetur obsidere suam
metropolim." Sensum illum ipso significatu expressum vult Rosenmüllerus.
Is: „וְגַם עַל יְהוּדָה יִהְיֶה בַמָּצוֹר עַל יְרוּשָׁלָם et
etiam super Juda erit i. e. Judae incumbet, etiam Juda tenebitur,
cogetur esse *in obsidione contra Hierosolyma.*" Sed durissima
et plane non ferenda est omissio verbi *esse*, *interesse* post
3. יִהְיֶה. Ceterum בַמָּצוֹר breviter dictum pro בִּהְיוֹת בְּמָצוֹר. — Nunc
alia imagine eandem rem exprimit, quam expresserat commatis
superioris hemistichio priore. *Et futurum est die*, tempore *illo*,
*ut faciam Hierosolyma lapidem oneris omnibus populis: omnes qui
sustulerint eum, se lacerabunt*, laedent; *et congregabunt se contra
eam*, urbem Hierosolymitanam, *omnes populi terrae*. Imaginem
bene illustravit Hieronymus his verbis. „Mos est in urbibus Palaestinae,
et usque hodie per omnem Judaeam vetus consuetudo
servatur, ut in viculis, oppidis et castellis rotundi ponantur lapides
gravissimi ponderis, ad quos juvenes exercere se soleant, et eos pro
varietate virium sublevare, alii ad genua, alii usque ad umbilicum,
alii ad humeros et caput, nonnulli super verticem, rectis
junctisque manibus, magnitudinem virium demonstrantes pondus
extollant" cet. Caeterum eandem imaginem praebere vati potuit
quivis alius lapis gravioris ponderis. Sensus: exitiosa populis
4. erit pugna inita cum Hierosolymitanis. — Uberior expositio.
Die, tempore *illo*, *inquit Jova*, *percutiam omnem equum stupore*,
et qui vehitur eo, *furore; et super domum Judae aperiam
oculos meos*, *et omnem equum populorum percutiam caecitate*,
illo tempore equos equitesque hostiles afficiam terrore, insania,
caecitate, ut in exitium ruant praecipites; Iudaeis vero
5. prospiciam; cf. 14, 12. 13. — *Et dicent*, tum quum videbunt
quod versu superiore praedictum est, quum videbunt hostes divinitus
territos dementatosque, *praefecti civitatum Judae in corde
suo: robur*, robusti, fortes sunt *incolae Hierosolymorum per Jovam
exercituum, deum ipsorum*, praevalent hostibus juvante deo,
non permittit Jova, ut cives sui in hostium tradantur potestatem.
אַלֻּפֵי יְהוּדָה 9, 7. Mich. 5, 1. אַמְצָה (cf. אַשְׁמָה) i. q. אֹמֶץ,
robur. Substantivum vero positum est pro Adjectivo, G. gr. min.

§. 104, 1. adn. 2. לִי Dativus commodi qui dicitur, gr. ampl. p. 736. Possint tamen etiam hunc sensum ferre verba: *robur mihi*, id est, *robur meum sunt incolae Hierosolymorum per Jovam* cet., robur meum in Hierosolymitanis est, quibus praesidio est Jova, deus ipsorum. Ceterum Singulari לִי utitur vates, quia singulos principes ita loquentes fingit. — Tum fiduciae et forti- 6.
tudinis pleni civitatum Jud. principes arma vertent in hostes perturbatos a Jova eosque ad internecionem caedent, et integra stabit urbs sancta. *Die illo faciam praefectos civitatum Judae similes foculo ignis inter ligna, et similes faci ignis inter mergites, et consument ad dextram atque ad sinistram omnes circum populos; et habitata erit* urbs *Hierosolymitana adhuc in loco suo, Hierosolymis*, et stabit inconcussa urbs sancta, liberata obsidione et tuta ab hostibus. — *Et servabit Jova tentoria Ju- 7.
dae prius, ne efferat sese gloria domus Davidis et gloria incolarum Hierosolymorum supra Judam.* Quod Judam Jova prius quam urbem primariam servaturus dicitur, Hitzigius, quum deleto exercitu hostili urbis et terrae liberatio in idem tempus incidat, ad illud referendum putat, quod qui oppida incolant statim post factam ab hostibus invasionem transeundo illorum in partes vitam sint servaturi; cf. ad vs. 2. Egregiam vero liberationem ejus, qui vitam servat hac conditione, ut hostium sequens partes arma in ipsam patriam vertat! Intelligenda ea ipsa liberatio, de qua agitur in proxime praecedentibus. Ubi enim, ut hoc loco, urbs obsessa obsidione solvitur non facta ex urbe eruptione, sed exsurgentibus contra hostem divinitus territum eumque ad internecionem caedentibus universae terrae incolis (v. 6.), ibi vere terra prius liberatur quam urbs. Recte igitur jam Rosenmüllerus: „sensus est, gloriam victi hostis non penes Hieroselymitanos futuram, quippe post superatum demum hostem ex urbe exituros, sed penes Iudam, qui supra vs. 6. dicebatur ignis instar hostes circumquaque absumturus; aut penes ipsum potius Iovam, qui hostes amentia et caecitate percusserit (vs. 4.), Iudam vero robore induerit ad hostes jamjam confusos ulterius debellandos." Verba *ne efferat sese* rel. causam reddunt, cur Jova prius oppida Judaica quam urbem primariam ab hostibus sit liberaturus. — Ve- 8.
rum etiam Hierosolymitanos fortes reddet Jova eisque suo aderit praesidio. *Die*, tempore *illo proteget Jova incolas Hierosolymorum, eritque* vir *debilis inter eos die illo similis Davidi, et*

domus Davidis similis deo, similis angelo Iovae ante eos. כַּכּשָׁל *debilis*, oppositus גִּבּוֹר viro *forti*, 1 Sam. 2, 4. כְּדָוִיד i. e. כְּגִבּוֹר 10, 5. cf. 2 Sam. 17, 8. 18, 3. בֵּית דָּוִיד *domus Davidica* i. e. rex oriundus e gente Davidica, Jes. 7, 13., cum proceribus ad regiam domum pertinentibus, 1 Sam. 22, 14. Ad כְּמַלְאַךְ יי cf.
9. Exod. 23, 20. 1 Sam. 29, 9. לִפְנֵיהֶם, i. e. eos ducens. — Conclusio partis prioris. *Et futurum est die illo, ut quaeram*, studeam *perdere omnes populos, qui venerint contra Hierosolyma.*
10. — Sequitur altera pars, qua vates, servata a deo urbe et terra, futurum dicit, ut Iudaeos quod Jovam scelerate tractaverint valde poeniteat, vs. 10—14. *Et effundam super domum Davidis et super incolas Hierosolymorum spiritum gratiae et supplicationis; et respicient me, cui maledixerunt, et lugebunt eum, quemadmodum lugetur filius unicus, et acerbe deflebunt eum, quemadmodum acerbe defletur filius primogenitus.* רוּחַ תַּחֲנוּנִים *spiritus supplicationis*, qui supplicationem efficit, ad preces fundendas commovet. Incertior hoc nexu רוּחַ חֵן. Nonnulli: *spiritum obsecrationis.* Apte ad nexum; sed nusquam alias *obsecrationem* significat חֵן. Itaque *spiritus gratiae* erit ר׳ חֵן. Sed quaeritur, quo sensu. Hitzigius spiritum supplicationis *gratiae spiritum* dici putat, quod *donum gratiae divinae* sit ille spiritus. Quod durius. Grotius, quocum facit Rosenmüllerus, membrum hoc sic explicat: „animum illis dabo, quo gratiam meam submissis precibus implorent." Quod propius a vero abest. Postulare nexus videtur, ut *spiritus gratiae* putetur esse *animus qui gratiam divinam conciliet.* וְהִבִּיטוּ אֵלַי *et respicient me*, iternm me deum colere meaeque tutelae esse volent, אֵת אֲשֶׁר דָּקָרוּ *quem maledictis fixerunt*, impie spernentes numen meum meosque prophetas, sectantes deos prophetasque vanos; cf. 13, 1—6. דָּקַר *transfodere*, hic metaph. *maledicere*, prorsus ut נָקַב Lev. 24, 11. 16. al. cf. etiam חָרַף, arab. سَبَّ, lat. *proscindere, maledictis figere*, al. At, inquit Hitzigius, si nihil aliud significet דָּקַר, unde istae naeniae? Accedere, quod דָּקַר nunquam idem significet quod קָבַב, sed ubique sit *vulnerare corpus*, et sic quoque infra 13, 3. Quasi vero leve crimen sit *maledicere deo!* quasi non afficiatur poena capitali! Expressis verbis Lev. 24, 16. lex: נֹקֵב שֵׁם יְהוָה מוֹת יוּמָת. Itaque habent profecto cur sint in luctibus maximis Judaei propter maledicta in Jovam conjecta.

In *luctibus maximis* inquam. Hoc enim exprimitur verbis *lugebunt quemadmodum lugetur filius unicus* cet.; nequaquam vero iis efficitur, ut *sit mortuus* aliquis; cfr. Ps. 35, 13 sq. Quod negat Hitzigius, דָּקַר alias esse *maledicere*, recte negat; sed nullius momenti hoc est, quum synonyma verba קָבַב et נָקַב eodem modo translata reperiantur. Nec magis obstat, quod 13, 3. דָּקַר dicitur sensu proprio. Manet enim perfecta et integra oppositio inter illum qui est 13, 1—6. locum, et hunc quem prae manibus habemus, etiamsi דָּקַר illo loco sit *vulnerare* sensu proprio, hoc vero improprio. Neque enim ex singulis vocibus, sed ex toto judicanda res est. Quemadmodum, haec est mens vatis, quemadmodum antea impie spreverint Jovae numen verum, sic servatos a Jova impii facti seram poenitentiam agentes exterminaturos esse deos falsos eorumque vanos prophetas. Ipse Hitzigius metonymiam hic statuit positi legantis pro legato (cf. Berachot 5, 5. Marc. 9, 37. Luc. 10, 16.), Jovae pro propheta. Eandem figuram inesse in verbis אֲשֶׁר כָּרַתִּי מו' 11, 10. Dici igitur *Jovam confossum, occisum esse,* quum *occisi sint missi ab eo legati, prophetae.* Sed diversissima superioris loci ratio est ab hoc loco. Ibi enim Jovae personam agere vatem clarissime perlucet tum ex loco ipso, tum ex iis omnibus quae praecedunt. Hic vero prophetarum loco positum esse Jovam ne verbulum quidem est ex quo tutius colligi possit. Quem sensum nos fecimus jam expressisse videri potest Graecus Alexandrinus, quem רקדו pro דקרו legisse temere judicant interpretes. Habet enim ἀνθ᾽ ὧν κατωρχήσαντο, in quibus non video quid obstet quo minus illo κατωρχήσαντο i. e. *insultarunt* interpretem expressisse putes דקרו metaphorice intellectum. Debebat pro ἀνθ᾽ ὧν secundum hebraica scribere οὗ, sed pro אֵת אֲשֶׁר legens עַל אֲשֶׁר verbum posuit absolute. Chaldaeus vero, qui: עַל דִּי אִטַּלְטָלוּ *eo quod vagantur,* migrant (טוּל, Ithpa.), vix dubium quin pro דקרו legerit רקדו; cf. chald. רַקְדָן (i. q. hebr. רָץ) *cursor*, citato cursu quasi saltans. Sed plane alienum ab hoc loco *migrandi* verbum. Pro אֵלַי, quod praecedit, multi libri אֵלָיו, quod sensum non mutat. Ad Jovam enim omnino referendum hoc quoque, nec nisi hoc discriminis est inter hanc et receptam scripturam, quod, si אֵלַי legis, Jova loquitur (usque ad דקרו), si אֵלָיו, loquitur vates (inde ab והביטו). Vulgatum אֵלַי tuentur LXX. Vulg. Chald. Syr. Laudatur hic locus Joan. 19, 37., sed obiter, omisso אלי, his

verbis: ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν, ita ut nihil ex his possis colligere. עָלָיו mutata persona, loquente vate. הָמֵר infinitivus continuat verbum finitum. Ad significatum quod attinet, Gesenius in Thes. Hi. hic intrans. *moerore affectum*, *afflictum esse*, *lugere* existimat significare. Malo eam rationem sequi, quam invit in Lex. man., הָמֵר dictum putans pro pleniore הָמֵר בְּכִי; cf. Jes. 22, 4. Facillime hoc nexu potuit omitti בְּכִי s. בַּבְּכִי.
11. Ceterum cf. ejusd. gr. ampl. p. 851. — Pergit describere magnitudinem luctus. *Die*, tempore *illo magnus erit luctus Hierosolymis, similis luctui Hadadrimmonis in valle Megidduntis.* Quae verba sic explicat Hieronymus: sicut planctus, „qui quondam fuit in urbe Adadremmon in campo Megeddon. Adadremmon ... urbs est juxta Jezraëlem, quae hoc olim vocabulo nuncupata est, et hodie vocatur Maximinianopolis in campo Mageddon, in quo Josias, rex justus, a Pharaone, cognomento Nechao, vulneratus est, super quo lamentationes scripsit Jeremias, quae leguntur in ecclesia, et scripsisse eum Paralipomenon testatur liber;“ cf. 2 Reg. 23, 29. 2 Chron. 35, 22—25. At, inquit Hitzigius, erat toto saeculo aetate posterior Josia, ejusque mors lugenda eo modo, qui deinceps decribitur, Hierosolymis, non in loco quo pugnatum est. Gravissima vero argumenta! Prius continet demonstrationem in orbem. Supra vir doctus eos, qui orationis post mortem Josiae editae indicium hunc locum esse judicant, redarguit ita, ut falsam diceret eorum hujus loci interpretationem; hic vero, ut doceat falsam esse eam interpretationem, ad orationem provocat dudum ante mortem Josiae editam! Quod facere tunc tantum potuisset, si quod non fecit fecisset, aliis, inquam, iisque idoneis argumentis probasset, non posse post mortem Josiae orationem scriptam esse. Argutulum et nullius ponderis alterum quoque argumentum. Quis est, qui non videat, verba *ut luctus Hadad. in valle Megidduntis* nihil aliud sibi velle, quam *ut luctus de mortifero vulnere inflicto Josiae?* Sed tantum abest, ut obstet aliquid interpretationi propositae ab Hieronymo, ut faveant illi omnia quam maxime. Primum enim Hieronymi, qui ipse vidit, in definiendis locis maxima est auctoritas. Deinde 2 Chron. 35, 24 sq. expressis verbis Judaei dicuntur mortem Josiae luxisse luctu ingenti et publico. Denique, si quae alia, apta est comparatio cum luctu instituto de mortuo Josia, rege pio, de restituendis sacris Jovanis praeclare merito. Contra in aëre pendet interpretatio Hitzigii.

is, quum הֲדַד nomen sit summi Syrorum numinis, teste Macrob.
Saturnal. 1, 23. *solis*, רִמּוֹן vero et ipsum idoli syr. nomen,
2 Reg. 5, 18., dictum a רָמַם *cariosum esse* (?), quumque duo haec
nomina hic efficiant *unum*, ita quidem, ut רִמּוֹן cum הֲדַד cohae-
reat *appositione*, agatur autem de *luctu*: הֲדַדְ־רִמּוֹן nomen *Ado-
nidis s. solis discedentis ad inferiorem hemisphaerii partem* esse
putat, ita ut luctus de Jova confosso comparetur luctui de Ado-
nide perdito ab apro silvestri, coll. Ezech. 8, 14. Cui conjectu-
rae vel hoc obstat, quod iste Adonis hebr. et syr. vocatur תַּמּוּז,
ܬܡܘܙ, Ezech. l. l. Accedit vero, quod valde improbabile est, in
comparationem vocasse vatem *abominabilem* istum de Adonide lu-
ctum, cf. Ezech. l. l. vs. 15. — Quem luctum vs. 10, 11. in- 12.
gentem dixerat, pergit jam dicere et uberius describere univer-
salem vs. 12—14. *Et lugebit terra* universa, lugebunt *singulae
familiae seorsum: familia domus Davidis seorsum, et mulieres
eorum*, qui pertinent ad eam familiam, *seorsum; familia domus
Nathanis seorsum, et mulieres eorum seorsum; — familia domus* 13.
*Levi seorsum, et mulieres eorum seorsum; familia Simeitarum
seorsum, et mulieres eorum seorsum; — omnes familiae reli-* 14.
quae, singulae familiae seorsum, et mulieres eorum, qui perti-
nent ad singulas familias. De familiis cf. Prooem. p. 668. *Et
mulieres eorum seorsum*, „quod dicitur ex moribus Hebraeorum,
apud quos sexus non modo separatim habitabant (Gen. 18, 6. 9.
24, 67.), sed et in publicis coetibus ac solennitatibus separaban-
tur; cf. Exod. 15, 20.“ Ros. — CAP. XIII, 1—6. Hanc igi-
tur impii facti seram poenitentiam agentes vanos deos prophetas-
que exterminabunt. Incipit a sententia generali. *Die*, tempore 1.
*illo erit fons apertus domui Davidis et incolis Hierosolymorum
pro peccato et pro impuritate* i. e. ad abluendum peccatum et
impuritatem; cf. ad imaginem Ezech. 36, 25. Verbis *domui Da-
vidis et incolis Hieros.* reliquam Judam non excludi vix est quod
moneamus; cf. vs. 2. et 12, 12. — Aggreditur rem propositam. 2.
Die illo, inquit Jova exercituum, delebo nomina simulacrorum,
deorum fictorum, *e terra, nec commemorabuntur amplius; et
etiam prophetas*, qui Jovae nomine falsa docent ad unum omnes
(vs. 3 sqq.), *et spiritum immundum*, impurum, mendacem illum,
quo se regi patiuntur, licet Jovae nomen dantes, *removebo e
terra*. — *Et si vaticinatus fuerit aliquis deinceps, dicent ad* 3.

eum pater ejus et mater ejus, parentes ejus: non vives, moriendum tibi est, nam mendacia locutus es nomine Jovae; atque ita confodient eum pater ejus et mater ejus, parentes ejus, cum fuerit vaticinatus. Cujus loci, de quo multa quidem sed nullius frugis verba fecerunt interpretes, planissimus sensus hic est. Eo tempore prophetarum ordo, cujus culpa Jovae cultus tam impie est neglectus, cultus deorum fictorum tantopere invaluit, tam infamis erit et odiosus omnibus, ut, simulatque prodierit aliquis vates, eum ipsi propinqui sint falsum prophetam habituri et sublaturi de medio. — Eo igitur tempore, quo tam suspectum tamque
4. periculosum munus prophetae erit, nemo volet esse propheta. Abjicient habitum prophetarum vs. 4., et interrogati, negabunt se prophetas esse vs. 5. 6. *Die illo pudebit prophetas, unumquemque*, prophetarum unumquemque *visionis suae, cum fuerit vaticinatus, neque induent* amplius *pallium hirsutum*, prophetarum habitum, *ut mentiantur.* הִנָּבְאוֹ forma fluctuans inter לא et
5. לה. — *Et dicet* unusquisque: *non propheta ego sum; agricola ego sum; nam servo me usus est aliquis a pueritia mea.* הִקְנָה 'ה facere aliquem מִקְנֶה, id est h. l. *servo uti aliquo.* Quum קָנָה sit parare, acquirere, possit הִקְנָה etiam esse *facere ut quaestum faciat aliquis*, ad faciendum quaestum cogere aliquem. Superiores: *emere* i. q. Kal. Sed quid est *emere aliquem a pueri-*
6. *tia?* — *Et si dixerit aliquis ad eum: quid* sunt *vulnera ista inter manus tuas?* i. e. si ita est, te prophetam non esse, quid igitur sibi volunt vulnera ista in pectore tuo conspicua? *dicet*, respondebit interrogatus: ea sunt *quibus vulneratus sum in domo amantium me.* אָמַר prius impersonaliter positum. וְאָמַר — וְאָמַר ut Gen. 33, 13. al. בֵּין יָדֶיךָ *inter manus tuas* i. e. non: in manibus tuis (Ros.), in superficie manuum tuarum (Hesselb.), sed: in pectore tuo; cf. בֵּין זְרֹעָיו i. e. in pectus ejus, 2 Reg. 9, 24., nec non בֵּין עֵינֵיכֶם i. e. in fronte vestro, Deut. 11, 18. Eorum sententiam, qui vulnera intelligunt, quae ipsi sibi inflixerint deorum fictorum in honorem 1 Reg. 18, 28., recte confutavit Hitzigius. Primum monet מְאַהֲבָי Passivum esse, non Reflexivum; deinde *amasios suos* deos fictos appellare potuisse populum quidem, Hos. 2, 7. 9. 12. Ezech. 16, 33. 36., non autem hominem singularem eumque masculum; denique de prophetis hic agi, non qui deos fictos colant, sed qui Jovae nomine falsa proferant. Certo certius videtur, vulnera intelligenda esse inflicta ob

vaticinandum; cf. vs. 3. Difficilior quaestio est, quo sensu accipiendum sit responsum vatis. Rosenmüllerus: „sensum Kimchi hunc esse ait: „„non sunt plagae ob vaticinandum inflictae, sed quibus ab illis, qui me amabant, in pueritia castigatus sum, quod deses in colendo agro exstitissem.““ Sed mallem potius haec verba esse confitentis culpam, quasi diceret: licet dissimulare conatus fuerim, tamen interrogando me ita urges, ut mihi fatendum sit quod res est, vestigia haec esse plagarum, quibus in domo paterna ob vaticinia sum castigatus.“ Sane quos מְאַהֲבָי vocat vates videntur esse אָבִיו וְאִמּוֹ יֹלְדָיו vs. 3. Sed alienum est, exprimi vati confessionem. Itaque responsionem suam derivare mihi videtur interrogatus, ita, ut secundum veritatem quidem a quibusnam inflicta vulnera sint dicat, non autem dicat, cur inflicta sint, sed hac de re incertum relinquat interrogantem.

CAP. XIII, 7—XIV, 21. De tempore vid. Prooem. p. 670. 13, 7—9. imminet interitus regi malo et civibus plerisque, quibus deletis reliqui adversis rebus explorati probatique Jovam sincere colent ejusque erunt tutelae; 14, 1—7. irrumpent barbari, urbem expugnabunt, incolarum dimidiam partem in exsilium abducent, reliqui liberabuntur, hostes debellante Jova; 8—11. describitur quod ab illo tempore futurum sit regnum divinum; 12—15. qualis interitus futurus sit populorum hostilium dicitur; 16—19. qui reliqui fuerint dicuntur Judaeorum sacris sese adjuncturi esse; 20. 21. conclusio. — *Gladie, expergiscere,* surge, 7.
contra pastorem meum, et contra socium meum! inquit Jova exercituum, feri pastorem, ut dispergatur grex! Et convertam manum meam ad tenues. Quem *pastorem suum* dicit, rex est Judaeorum; cf. 10, 3. 11, 3. 5. 8. 15 seqq. al. Idem mox dicitur *vir societatis Jovae*, ejus socius, quia in regendo populo Jovae personam gerit, Jovae est vicarius ab ipso praefectus. Nihil igitur est, quod Hitzigius *prophetam* intelligendum esse perlucere monet ex apposito גֶּבֶר עֲמִיתִי. Nec verius prophetam ut intelligas postulare dicit nexum. Is enim regem potius offert, quum in sequentibus agatur de bello. Videri de Jojakimo cogitandum esse jam supra monuimus. Quum חֶרֶב femininum sit, Hitzigius הַךְ referri jubet ad eum qui gladio feriat. Praeter necessitatem. Solvet difficultatem quae nulla est Ges. gr. min. §. 144. adn. 1. *Ut dispergatur*, necato pastore, cf. 10, 2. *Grex*, populus, cf.

9, 16. 11, 4. 7. al. *Convertam manum meam ad tenues*, eos defensurus, servaturus. הַצֹּעֲרִים *parvi*, tenuiores (cf. צְעִירֵי הַצֹּאן
Jer. 49, 20.), inferioris conditionis et fortunae homines, qui non
8. sunt ita corrupti, ut non possint emendari; cf. vs. 9. — *Et in
omni terra, inquit Jova, duae partes*, pars major incolarum, *in
ea delebuntur, morientur, et tertia pars*, pars minor, tenuiorum
turba, *supererit in ea*. Ad פִּי שְׁנַיִם cf. Deut. 21, 17. 2 Reg.
9. 2, 9. — *Et inferam tertiam partem in ignem, et probabo eos,
sicut probatur argentum, et explorabo eos, sicut exploratur aurum; ille* populus reliquus, probatus et exploratus rebus adversis, *invocabit nomen meum, et ego exaudiam eum; dicam: populus meus est ille, et ille dicet: Jova est deus meus*. Ad imaginem hemistichii prioris cf. Jes. 1, 25. Jer. 9, 6. Ps. 66, 10. ibique
1. not. — CAP. XIV. Uberius et distinctius jam praedicit quae
supra 13, 7—9. praedixerat, barbarorum invasionem, urbis expugnationem, incolarum ex dimidia parte exsilium, reliquorum tamen liberationem auxilio veniente Jova, vs. 1—7. *Ecce, dies veniet Jovae* i. e. immissus a Jova, *et distribuetur praeda tua in te* i. e. quo praeda ab hostibus in te facta in te distribuetur. Suffixum femininum referendum ad urbem Hierosolymitanam; cf.
2. vs. 2. — *Et congregabo omnes populos adversus Hierosolyma
ad bellum*, ad urbem oppugnandam, *et capietur urbs, et diripientur domus, et mulieres comprimentur, et exibit*, migrabit *dimidia pars urbis in exsilium, et*, sed *reliquum populi*, reliquus populus *non delebitur ex urbe*. וְנִלְכְּדָה הָעִיר, contra atque praedixerat cap. 12. Quam repugnantiam Hitzigius repetit a loco 13, 8. 9., qui ad hunc aliquam vim habuerit. Qua ratione nihil profeceris! Facilis explicatu res erit, simulatque quo nos statuimus tempore orationes editas statueris (p. 670). Quo tempore superior oratio scripta est, longius remoti erant Chaldaei; contra quo haec oratio, victricia arma jamjam in Asiam anteriorem pertulerant. Superiore igitur tempore incertum, hoc vero certissimum maximumque Hierosolymitanis periculum instabat. Quod *dimidia pars urbis* in exsilium migratura dicitur, id cum iis, quae dicta sunt 13, 8., non pugnat: ibi enim de tota terra agitur, hic de urbe. Ceterum pro obscoeno תִּשָּׁגַלְנָה K'ri, ut saepius, praelegi
3. (in concione sacra) jubet תִּשָּׁכַבְנָה. — Non permittet Jova, ut
reliqui urbis incolae exstirpentur, sed auxilio iis veniet idque modo plane admirabili. *Et exibit*, prodibit *Jova et pugnabit cum*

populis illis, sicut die quo pugnavit die proelii. יוֹם in כְּיוֹם Acc. G. gr. min. §. 116, 3. adn. Intelligendus dies insignis, quo Israelitas ex Aegypto per mare rubrum educens cum Aegyptiis pugnavit Jova (Exod. 14, 14.) Hitzigius כְּיוֹם הִלָּחֲמוֹ: *secundum diem quo pugnat*, i. e. quemadmodum pugnare solet, כְּ Caph veritatis esse jubens. Male. Quemadmodum olim per sinum Arabicum divisum in duas partes populum duxit Jova, sic nunc Hierosolymitanis obsidione pressis idem viam qua effugiant aperit per medium montem olearum, ruptum in duas partes vs. 4. 5. (quam similitudinem rerum miror interpretes latuisse), ita ut certo certius videatur, cogitasse vatem de mirando illo Israelitarum ex Aegypto fugientium transitu. — *Et stabunt pedes ejus* 4.
die illo in monte olearum, qui est *ante Hierosolyma ab oriente, et diffindet se mons olearum ex medio sui ortum versus et occasum versus in vallem permagnam; et recedet dimidia pars montis septentrionem versus, et dimidia ejus* altera *meridiem versus.* Quorum verborum falsa est quam Rosenmüllerus suam fecit Hieronymi interpretatio haec. „Quum mons oliveti grandi voragine praeruptus fuerit, ita ut una pars voraginis ad orientem, altera ad occidentem respiciat, repente et in ipsa voragine excelsa ex utraque parte praerupto, alia vorago rumpetur ad aquilonem, alia ad austrum, et praeruptum quadrangulum fiet, ut quadrifariam in quatuor plagas orientis et occidentis, aquilonis et austri, vorago tendatur.“ Una tantum vorago describitur, eaque tendens ad ortum et occasum, nam hemistichio posteriore vates quo tendant montis in duas partes fissi cacumina duo tantum dicit, quod dicere supersedere poterat, quia, postquam descripta est fissura, per se intelligitur. Fore dicit vates, ut mons olearum, Hierosolymis ab oriente situs, in media sui parte rumpatur ortum et occasum versus, ita ut ex uno monte fiant duo (cf. vs. 5.), unus ad meridiem, alter ad septentrionem, eosque inter montes existat vallis permagna, quae ab occidente, i. e. Hierosolymis, porrigatur ad orientem. Quae quo fine Jovam facturum esse dicat vates, intelligimus ex versu proximo. Vult Jova Hierosolymitanis obsidione pressis viam aperire qua effugiant. Verba גֵּיא גְּדוֹלָה מְאֹד Hitzigius appositionis instar cum praecedentibus cohaerere existimat. Malo Accusativum esse fissurae, *in quam* finditur mons. G. gr. min. §. 136, 2. — *Et fugietis per vallem mon-* 5.
tium meorum, nam pertinget vallis montium usque ad Azel; et

fugietis, quemadmodum fugistis prae terrae motu diebus, aetate Usiae, regis Judae; et veniet Jova, deus meus, omnes sancti, spiritus coelestes, angeli, *tecum.* גֵּיא הָרַי *per vallem montium meorum*, cf. 2 Sam. 2, 29. al. Male Hieronymus et alii: *in vallem m. m.* Via significatur fugae, non locus refugii. Intelligenda illa ipsa vallis, de qua vs. 4., vallis interjecta inter duos montes, in quos tum fissus erit mons olearum. *Jovae montes* Hitzigius eos dici putat nullo alio sensu, quam quo montes Jovae dicuntur terrae Israeliticae montes omnes, Jes. 65, 9. Ezech. 38, 21. 1 Reg. 20, 23. Malo sic dici putare montes *a Jova recens factos* Israelitarum in gratiam. אָצַל nomen pr. loci proxime portam quandam in latere urbis orientali siti. Postulat enim nexus, ut vallis pertingat usque ad moenia urbis, ut fugientes urbem egressi statim tuti ab hostibus in illam se possint recipere. *Terrae motus*, qui tempore Usiae accidisse dicitur, mentio fit Am. 1, 1.
6. עִמָּךְ: mutata persona. — *Et futurum est die illo, ut non sit lux,* sed *frigus et gelu*, i. e. horroris plenus ille dies erit; cf. Am. 5, 18. Verba יְקָרוֹת יְקִפָּאוּן Gesenius in Thes. p. 621: *sidera splendida contrahuntur* i. e. contrahunt splendorem, delitescunt, cf. Joel. 2, 10., monens, יְקָרוֹת h. l. sidera significare, jam diu esse quod intellexerit Lud. de Dieu, Crit. sacr. p. 305. Eundem sensum fecit Hesselbergus. Elegans quidem sensus; modo certior esset! Nam quod Job. 31, 26. luna יָקָר הֹלֵךְ, *magnifice incedens* dicitur, id dubito an potestatem faciat existimandi, esse יְקָרוֹת, *magnifica*, poetice dictum pro *sideribus*. Nescio igitur an rectius pro יְקָרוֹת יְקִפָּאוּן cum de Wettio, Hitzigio et aliis legam וְקָרוֹת וְקִפָּאוֹן tantum *frigus et gelu*, glacies (prae defectu lucis), quod ipsum expresserunt LXX. καὶ ψύχος καὶ πάγος, Hieron. *sed frigus et gelu*, Chald. Syr. Habet וְקִפָּאוֹן K'ri quoque. Rosenmüllerus posse יְקָרוֹת idem quod קָרוֹת valere putari existimat, ita ut non opus sit mutare יְקָרוֹת in קָרוֹת. „Observatu haud indignum, inquit, Prov. 17, 27. pro וְקַר־רוּחַ *et frigidus spiritus* ad marginem legi יְקַר־רוּחַ, sensu non diverso, quum et alias quae in textu et ad marginem habentur non differre soleant."
Sed vere Hitzigius יָקָר, inquit, nusquam dictum reperitur pro קָרִר, nullam Hieronymus in voce, quam *frigus* reddidit, vidit difficultatem, nec quod Prov. l. l. habetur K'ri יְקַר idem exprimit quod vulgatum קַר. — *Eritque dies unicus*, prorsus singu-
7. laris, *is notus est Jovae*, quo temporis momento ingruet soli deo

est notum, *nec dies neque nox, et futurum est tempore vesper-*
tino, ut sit lux, incerta illius diei lux erit, erunt dubiae tene-
brae, dies erit prorsus infestus. אֶחָד *unicus* in suo genere
(Cant. 6, 9.), talis, qualem Jer. 30, 7. describit. Apta tamen etiam
vis articuli indefiniti, hac sententia: *eritque in dies dies aliquis*
(*is notus est Jovae*), *nec dies neque nox*, qui nec dies sit neque
nox. — Describitur jam instauratae a Jova terrae et urbis fa- 8.
cies novique imperii ratio, vs. 8—11. *Et futurum est die illo,*
ut exeant, promanent *aquae vivae*, perennes *ex Hierosolymis,*
pars dimidia earum in mare anterius, orientale, i. e. mortuum,
et dimidia earum altera *in mare posterius*, occidentale, i. e. me-
dium; *aestate et auctumno erit*, idque fiet per totum annum,
„ut aquae istae nec gelu constringantur hiemis, neque aestatis
nimio fervore siccentur.“ Hieron. Ut possit idem rivus manans
ex Hierosolymis in diversas oppositasque plagas se diffundere,
mutatam locorum naturam promittit vates vs. 10. cf. Joel. 4, 18.
et quae ibi diximus. Ceterum aquae perennes terram irrigantes
cum promittuntur, promittitur summa terrae fertilitas; cf. etiam
Ezech. 47, 1 seqq. — *Eritque Jova*, devictis populis (vs. 3.) *rex* 9.
in universam terram, in totum orbem terrarum; *die*, tempore *illo*
erit Jova unus, unus solus, *et nomen ejus unum*, unum solum,
nulli erunt dii praeter Jovam, nullum invocabitur nomen praeter
nomen Jovae. Argutatur Hitzigius. — *Conversa*, mutata *uni-* 10.
versa terra Israelitarum *similis erit planitiei*, *a Geba ad Rim-*
monem ab austro Hierosolymorum; et efferet se, eminebit urbs
Hierosolymitana *et habitabitur loco suo, inde a porta Benjami-*
nis usque ad locum portae prioris, *usque ad portam turrium*
muralium, et a turri Hananelis usque ad torcularia regis. סָבַב
seq. כְּ constructio praegnans, *mutando fieri ut.* יִסּוֹב masc. G.
gr. min. §. 144, a. כָּל־הָאָרֶץ hic non, ut versu superiore, orbis
terrarum, sed Israelitarum terra, ut 13, 8. Quod עֲרָבָה munitum
est articulo, eo non efficitur, quod vult Hitzigius, deberi omnino
planitiem Jordanicam intelligi. Frequens enim articulus est post
כְּ comparativum, etiamsi non cogitetur de re certa. G. gr. min.
§. 107. adn. 1, a. Quod idem Hitzigius, si nihil aliud dicat va-
tes, quam *planam* fore terram, negat dici, quod dignum sit aetate
aurea, leve et ipsum est. Planitiem enim postulat promissum
vs. 8. Attamen, quum post comparandi particulam articulus non
constanter ponatur, הָעֲרָבָה vero constanter significet *vallem Jor-*

danis, eaque regio fuerit irrigantibus aquis fertilissima (Gen. 13, 10.), talis igitur, qualem vs. 8. provviserat vates, *vallem Jordanicam*, planitiem κατ' ἐξοχήν dictam, intelligimus nos quoque. De eadem cogitat Hesselbergus. Verba מִגֶּבַע לְרִמּוֹן pertinent ad כָּל־הָאָרֶץ, ita ut similis planitiei Jordanicae futura dicatur terra universa *ab uno termino ad alterum:* גֶּבַע enim situm erat in septentrionalibus terrae finibus, Jos. 10, 29. 1 Reg. 15, 22. 2 Reg. 23, 8. (ubi similiter מִגֶּבַע עַד בְּאֵר שָׁבַע), רִמּוֹן vero in finibus australibus, quod praeter Jos. 15, 21. 32. docet quod hoc ipso loco appositum est נֶגֶב יְרוּשָׁלָםִ. וְרָאֲמָה verbi Subjectum est quod proxime praecedit יְרוּשָׁלָםִ. Humiliatis omnibus circumquaque montibus collibusque urbs primaria Judae totiusque orbis terrarum (vs. 9. cf. Mich. 4, 1.) immota suo loco, elata et conspicua mansura dicitur. Hitzigius, quum רָאַם pro רוּם dictum nusquam alias reperiatur, pro וְרָאֲמָה scribendum suspicatur וְרָאמֹת, coll. 2 Sam. 12, 4. Hos. 10, 14. al. Sed cf. רָאַם et רָאמֹת, item radices אָרַם, חָרַם. Ad וְיָשְׁבָה תַחְתֶּיהָ cf. 12, 6. *Inde a porta Benjaminis* cet., id est, urbs qua late patet. שַׁעַר בִּנְיָמִן prob. eadem quae שׁ׳ אֶפְרַיִם, in latere urbis septentrionali, cf. 2 Reg. 14, 13. et Neh. 12, 39. Ex iisdem his locis colligi posse videtur, esse שׁ׳ הָרִאשׁוֹן, (diversam a שׁ׳ הַיְשָׁנָה) eandem quae mox שׁ׳ הַפִּנִּים, alias שׁ׳ הַפִּנָּה vocatur. מִגְדַּל חֲנַנְאֵל in orientali parte urbis, in vicinia *portae ovium*, Neh. 3, 1. 12, 39. *Torcularia regia* ubi fuerint dici nequit. De articulo in הָרִאשׁוֹן
11 vid. ad 11, 2. מִגְדַּל־ non repetito מִן pro מִמִּגְדַּל־. — *Et habitabunt in ea cives, neque erit anathema* (Mal. 3, 24.) *amplius*, nec deinceps urbs cum incolis devovebitur internecioni, quippe nihil amplius commissura, quod dignum ea poena sit, *et habita-*
12 *bitur Hierosolymitana urbs secure*, tuta ab hostibus. — Describitur interitus populorum hostilium vs. 12—15. *Atque haec erit plaga, qua afficiet Jova omnes populos, qui ad bellum profecti fuerint contra Hierosolyma: faciet ut tabescat caro cujusque, ejusque stantis in pedibus suis*, dum stat in pedibus, subito, *et oculi ejus tabescent in cavis suis, et lingua ejus tabescet in ore eorum*, singulorum. Tabem igitur hostibus Jova immissurus dicitur; cf. Jes. 10, 16. 18. הָמֵק G. gr. min. §. 128, 1. Suffixum in בְּשָׂרוֹ distributive capiendum; hinc in fine commatis Singularis transit in Pluralem. וְהוּא וגו׳ sententia secundaria, statum describens, ad verbum: *et is stat* cet. i. e.
13 dum stat, inter standum cet. — *Et futurum est die illo, ut sit*

perturbatio a Jova immissa magna inter eos (cf. 12, 4.), *et*
prehendent unus manum alterius, et ascendet manus ejus, unius,
tollet manum suam unus *contra manum alterius*, i. e. divinitus
perturbati manus conserent invicem, gladios contra se invicem
ipsi stringent; cf. Jud. 7, 22. 1 Sam. 14, 20. — *Atque etiam* 14.
Juda pugnabit contra Hierosolyma. Et colligentur opes omnium
populorum circumquaque, et congeretur devictis omnibus undique
populis ex eorum castris praeda, *aurum et argentum et vesti-*
menta magna multitudine. Ad verba priora, quae, quum ab hac
descriptione aliena sint, rectius omisisset vates, cf. 12, 2. —
Et sic erit plaga equorum, mulorum, camelorum et asinorum et 15.
omnium pecudum, quae erunt in castris illis, hostium in castris,
ut plaga ista, qua plaga ipsi hostes, eadem afficientur jumenta
eorum. Respondent sibi כֵּן et כְּ, ut alias כְּ et כֵּן. — Qui reli- 16.
qui fuerint e populis, Jovae sacris se adjungent vs. 16 — 19. cf.
vs. 9. *Et futurum est, ut omnes qui reliqui fuerint ex omni-*
bus populis, qui venerint contra Hierosolyma, memores acceptae
cladis a Jova potentissimo, et quam bonum sit illius tutelae esse
docti experientia *ascendant*, Hierosolyma proficiscantur *quotannis*
ad venerandum regem Jovam exercituum, atque ad agendum fe-
stum casarum frondearum, ad celebrandam scenopegiam. „Dicit
igitur vates, multos e populis conspectis tantis dei beneficiis in
populum Judaicum, eorum sacris sese aggregaturos, et quum lon-
gius positi annuos dies festos celebrare non possint, ut Judaei,
certe semel anno, autumni tempore, quod ad itinera commodissi-
mum, venturos esse ad concelebrandum festum tabernaculorum."
Ros. — *Et futurum est, ut, quicunque non ascenderint*, non pro- 17.
fecti fuerint *e gentibus*, populis *terrae Hierosolyma ad veneran-*
dum regem Jovam exercituum, non sit super eos, non cadat in
eos *pluvia*. Singularis, qui excipitur a Plurali, eadem ratio, quae
supra vs. 12. מֵאֵת i. e. *e medio* gentium. „Pluviae defectus
omnem fere, quae inde oriri in illis terris solet, comprehendit ca-
lamitatem, annonae caritatem, seditiones, pestem." Ros. — *Et* 18.
si gens Aegypti non ascenderit, non profecta fuerit Hieroso-
lyma, *nec venerit: neque in eos cadet pluvia; erit* superveniet
iis *plaga, qua afficiet Jova populos, qui non ascenderint ad*
agendum festum casarum frondearum. Rosenmüllerus: „*quodsi*
vero gens Aegypti non ascendat, cujus quidem regio pluviis non
eget, quia Nilus eam exundans rigat, Deut. 11, 10. 11., *nec*
veniat: tunc non super eos ascendet Nilus, ut Chaldaeus inter-

pretatur. Nili enim incrementum annuum Aegyptiis imbris vicem praestare constat. *Erit* ita super Aegyptios *eadem plaga, qua* cet. Quippe subtractis Nili aquis idem Aegyptii malum experientur, quod ceterae gentes subtracto imbre.“ Arbitrarium vero, si quid aliud, est, ad עֲלֵיהֶם supplere *ascendet Nilus*. Vix dubium, quin ad וְלֹא עֲלֵיהֶם sit cogitatione suppressum תִּהְיֶה הַגֶּשֶׁם, quippe expressum in verbis parallelis וְלֹא עֲלֵיהֶם יִהְיֶה הַגָּשֶׁם commatis superioris, ad תִּהְיֶה vero cogitando repetendum quod proxime praecedit עֲלֵיהֶם. Plane ineptum, ne dicam ridiculum est, quod opponunt memoravitque Hitzigius quoque, Aegyptum pluviis non egere, quia Nilus eam exundans riget. Unde tandem suum Nilus incrementum accipit, nisi ex imbribus a mense Majo usque ad Septembrem in Aegypto superiore et Aethiopia cadentibus? Testes vid: in *Win. Realw.* II. p. 183. Hitzigius post multa verba: *et si gens Aegypti non ascenderit nec venerit: nonne iis supererit*, superveniet *plaga* cet.? jungens וְלֹא עֲלֵיהֶם תִּהְיֶה, deleto Athnach, et accipiens totum comma interrogative; non convenien-
19. ter ad tam longam sententiam, et praeter necessitatem. — *Haec erit poena Aegypti et poena omnium populorum, qui non ascenderint ad agendum festum casarum frondearum.* חַטָּאת ut Thren. 4, 6,
20. sic postulante nexu. — *Die*, tempore *illo erit in*, inscriptum erit *tintinnabulis equorum: sacrum Jovae*, id est, ab illo inde tempore equi, qui antea fuerant instrumenta belli et luxuriae, Jovae erunt sacri, ejusque rei in signum tintinnabulis, quae iis appensa sunt ornatus causa, inscriptum erit: Jovae sacrum, cf. Exod. 28, 36.; *eruntque ollae in domo Jovae tanquam paterae ante aram*, id est, et ollae, quibus ad coquendas carnes sacrificiorum utuntur ii qui sacrificia offerunt, vs. 21. 1 Sam. 2, 14. 2 Chron. 35, 13., tam sanctae erunt, quam sunt positae ante altare holocaustorum paterae, 9, 15., quibus
21. in sacro cultu utuntur sacerdotes. — *Eritque omnis olla Hierosolymis et in Juda sacra Jovae exercituum*, imo, quotquot erunt ollae in urbe et in tota terra, Jovae erunt sacrae, quo promisso ingentem sacrificia offerentium numerum (vs. 9. 16.) respicit vates; *venientque omnes oblaturi sacrificia, et sument de iis*, sument ex iis ollis eas quibus indigent, *et coquent in iis* carnes sacrificiorum, *neque erit mercator amplius in domo Jovae exercituum die*, tempore *illo*, qui vendat ollas et alias res ad offerenda sacrificia necessarias, non necesse habebunt cultores Jovae, eas res emere a mercatoribus. כְּנַעֲנִי ut Job. 40, 30. Prov. 31, 24.

MALEACHI.

Fuisse Malachiam Haggaeo et Zacharia posteriorem, intelligimus ex eo, quod, quo tempore vixit, templum erat instauratum 1, 10. 3, 1. 10. Eodem tempore praefectum provinciae persicum habebant Judaei 1, 8.; itaque summum imperium adhuc erat penes Persas. Accuratius aetas vatis definiri vix poterit. Aequalem Nehemiae fuisse colligunt ex 2, 10—16. collatis cum Neh. 13, 23 seqq., item ex 3, 8—10. coll. cum Neh. 13, 10. 12. 31. Sed uxores alienigenas Judaei duxerant jam superiore tempore, Esr. 9, 1 seqq., nec improbabile est in magna qua colonia conflictabatur rerum necessariarum penuria, saepius decimas Judaeos non persolvisse Levitis. Quid? quod quae 1, 8. leguntur videntur, ut recte observavit Hitzigius, aliena esse a Nehemia, cf. Neh. 5, 14.

CAP. I, 1. Inscriptio. *Effatum verbi Jovae* i. e. hoc fatur 1.
verbum Jovae *in Israelem per Malachiam.* De verbis מַשָּׂא דְבַר
יְהוָֹה vid. ad Zach. 9, 1.

CAP. I, 2—5. Amor Jovae singularis erga Israelitas. Con-
jungunt hos quatuor versus cum sequentibus Rosenmüllerus, Hes-
selbergus, Hitzigius, alii. Sane rectissime opponitur amori Jovae
in populum populi in Jovam animus ingratus, qui describitur inde
a vs. 6. Sed idem populi animus describitur orationibus reliquis.
Totus enim in eo versatur vates, ut vitia perstringat populi, ex-
ceptis paucis. Itaque *exordium* faciunt quatuor primi versus non
solius orationis quae proxime sequitur, sed *orationum* quae
sequuntur *omnium.* — Ut ostendat Jova, quantus fuerit et sit 2.
etiamnunc suus erga Israelitas amor, exemplum profert Idumaeo-
rum. Etsi Esavus dignitate Jacobo non fuerit inferior, tamen
solum Jacobum amore se prosequutum esse, Esavum odio habuisse,
eundemque animum, si res ferat, paratum se esse ostendere etiam-

nunc vs. 2 seqq. *Amavi vos*, *inquit Jova. Et dicitis vos: „in quo amasti nos?* in qua re cernitur amor ille tuus in nos?“ *Nonne frater* est *Esavus Jacobi? inquit Jova; et* tamen *amavi*
3. *Jacobum*, — *Et Esavum odio habui*, *et feci montes ejus vastitatem*, vastos, *et possessionem ejus domicilia deserti*, deserta. Delectatur vates hujusmodi interrogationibus et responsionibus; vid. vs. 6.7. 2,17. 3,7. 8,13. Ad הֲלֹא אָח עֵשָׂו לְיַעֲקֹב cf. Num. 20, 14. Deut. 23, 8. Am. 1, 11. Quo documento ostenderit Jova suum in Idumaeos odium, exprimunt verba וָאָשִׂים וגו'. Ea Jarchi de assignata Idumaeis terra sterili et deserta intelligit; cf. Gen. 27, 39. Sed ita ne statuas impedit vs. 4., qui de *vastata* Idumaeorum regione cogitandum esse docet. Quae vastatio quo tempore et a quo facta sit quaerentibus Rosenmüllerus et Hesselbergus et alii, armis Nebucadnezaris, respondent. Sed haud profecto probabile est, vastasse Chaldaeos terram eorum, qui in expugnandis Hierosolymis ipsorum socii fuerant; vid. ad Jes. 34, 8. Itaque quum alia vastatio Idumaeae ex historia non pateat, Hitzigius factum prorsus ignotum respici putat. Nos vastationem intelligendam putamus factam ab iis populis, adversus quos quinto post expugnatam urbem Hierosolymitanam anno Chaldaei bellum gesserunt, a vicinis, inquam, Aegyptiorum, Ammonitarum, Moabitarum populis (Jos. Arch. 10, 9. 7.): nam qui Chaldaeorum hostes fuere, fuerunt etiam Idumaeorum. Istos igitur populos Idumaeorum in regionem irruptiones fecisse putamus. הָרָיו *montes ejus* dicit terram Esavi; constat enim eam fuisse montuosam. תַּנּוֹת Rosenmüllerus in notis (contra atque in versione, ubi *domicilia* praebet, alius interpretationem sequens!) vix dubium esse dicit quin sit ejusdem significationis cum תַּנִּינִים vel תַּנִּים, quorum domicilia loca sola et deserta. Non obstare, quod de illis animalibus deserticolis alias Plurale masculinum usurpetur, quum plura nomina, praesertim communia, in Plurali terminationem masculinam aeque ac femininam recipere constet (G. gr. ampl. p. 533.). Quam interpretationem qui voluerit sequi, certe non cum Rosenmüllero תַּנּוֹת habebit Statum constructum, sed sic verba explicabit: *et possessionem ejus* feci *thoibus desertum* i. e. regionem desertam pro thoibus: hoc enim postulabit Verbum et parallelismus. LXX tamen et Syrus תַּנּוֹת δώματα interpretati sunt, eademque videtur mens fuisse Chaldaei. Malo igitur cum Gesenio existimare, תַּנּוֹת *domicilia* esse, a rad. תָּנַן idem significante quod arab.

تَنَا, *subsistere, commorari, habitare.* Primaria vis, nisi me omnia fallunt, eadem est, quae in vicinis תְּנָת, נָתַן, יָתַן, *extendendi* inquam vis. Ab extendendo enim est protendere se, perdu-
rare (יָתַן), manere, ab hoc *subsistere*, commorari. — *Quodsi* 4.
dicat Idumaea, dicant Idumaei: *diruti sumus* (cf. Jer. 5, 17.), *et*, sed *iterum aedificabimus ruinas: sic dicit Jova exercituum: illi aedificent*, *et*, sed *ego destruam; et vocabunt eos fines improbitatis*, regionem, sedem improborum, *et populum, cui irascitur Jova in sempiternum;* cf. ad rem prooem. ad Jes. cap. 34.
קָרְאוּ impers. — *Et oculi vestri spectabunt* rem, vestris ipsi 5.
oculis spectabitis res gestas a Jova Idumaeorum in detrimentum, vestrum in commodum, *et dicetis: magnus est Jova ultra fines Israelis*, per omnem terrarum orbem; cf. vs. 11.

CAP. I, 6 — II, 9. Cap. 1, 6 — 14. sacerdotum ingratus erga Jovam animus, manifestus in eo, quod rem sacram negligant, sacrificia futilia admittant, quae contemnat Jova; 2, 1 — 9. eos gravissimo supplicio affectum iri vates dicit, nisi probe memores pacti Levitici recte colant Jovam, pie agant, et quod verum sit
doceant populum. — Ab universo populo ad sacerdotes conversus 6.
Jova, quum tantus sit ipsius erga populum amor (2 — 5.), ubinam tandem populi erga ipsum amor et obsequium sit interrogat. *Filius honorat patrem, et servus dominum suum. Et*, jam si *pater ego sum*, patrem me vobis exhibeo et vos me talem agnoscitis (cf. Jes. 63, 16.), *ubi est honor meus*, qui a vobis mihi debetur honor; *et si dominus ego sum, ubi est timor mei? dicit Jova exercituum ad vos, sacerdotes, contemtores nominis mei. Et dicitis*
vos: „in quo, qua in re *contemnimus nomen tuum?“* — *Offe-* 7.
rentes in ara mea cibum pollutum. Et dicitis: „in quo, qua in re *polluimus te?“ In eo quod dicitis: mensa*, ara *Jovae contemnenda est.* Membrum primum versus septimi responsum continet ad interrogationem propositam versu sexto extremo. לֶחֶם *cibum*, carnes sacrificiorum esse (cf. Lev. 21, 8. al.) docet nexus. *Cibi polluti* Jovae oblati exempla proferuntur vs. 8. Vituperat vatem Hitzigius, quod velut per orbem eat in his sententiis. Sic debuisse scribere: *Polluentes me* (contemnitis nomen meum vs. 6.); *et dicitis: qua re polluimus te? Eo quod offertis cibum pollutum, tum vero dicitis: mensa Jovae est* נִבְזֶה. Etiam omissis verbis בַּמֶּה גֵאַלְנוּךָ בֶּאֱמָרְכֶם planiorem fore orationem,

Nobis secus videtur. *Polluere Jovam* ex sententia vatis eodem
redit, quo *offerre in ara Jovae cibum pollutum.* Concinunt igi-
tur accusatio initio versus posita et ejusdem accusationis repeti-
tio. Apta vero etiam reliqua videbuntur esse, simulatque contu-
leris vs. 12. et 13. Hic igitur sensus est et sententiarum nexus.
Jova respondens ad superiorem interrogationem: *Offerentes in
ara mea cibum pollutum.* Sacerdotes: *Quid ita?* Jova: Ipsi
8. dicitis, flocci faciendam esse mensam meam, vs. 12. 13. — *Et
cum offertis caecum* animal, *ut sacrificetis* illud, *nihil adest
mali*, satis et abunde aptum est illud ex vestra sententia; *et
cum offertis claudum aut aegrum*, morbidum, *nihil adest mali.
Affer illud*, *quaeso*, offer modo tale quoddam vile munus *prae-
fecto tuo: num benevole te excipiet*, *aut num rationem habebit
tui? inquit Jova exercituum.* Ad priora verba cf. lex Mos. Lev.
9. 22, 22—24. Deut. 15, 21. — *Et jam*, *implorate modo gra-
tiam dei*, *ut misereatur nostri! A manu vestra fit hoc: num
rationem habebit alicujus ex vobis? inquit Jova exercituum.*
Irridentis sunt verba priora. Tam vilia munera, inquit, cum ne
praefectus quidem vester benevole sit accepturus, putatisne, acceptu-
rum esse Jovam? Agite, implorate modo talibus oblatis muneri-
bus ejus gratiam, ut misereatur vestri! Tum rem in serium con-
vertens pergit: Talia vos facitis, tam futilia offertis sacrificia:
speratisne revera, fore, ut Jova ullam vestri rationem habeat?
De locutione 'חִלָּה פְּנֵי פ cf. ad Dan. 9, 13. מִן in מִכֶּם est par-
titivum. Longe aliter Hitzigius. Is vatem sacerdotes hortari
putat ad placandum Jovam, hoc modo: *Et jam agite*, *placate
deum*, *ut misereatur nostri*, — *a vestra manu hoc factum est*,
— *si forte rationem habuerit alicujus ex vobis* cet. Verba מִיֶּדְכֶם
הָיְתָה זֹּאת existimat rationem reddere exhortationis, quam sic
dicit, praecedentis, et interposita in parenthesi esse, quum quae
sequantur 'הֲיִשָּׂא וגו pendeant ex verbis חַלּוּ נָא וגו, quorum ex-
primant finem, pariter atque וִיחָנֵּנוּ. הֲ interrogativum eadem vi
gaudere, quam habeat Deut. 8, 2. 13, 4., habeatque אוּלַי Am.
5, 15. Recte Hieronymum 'הֲיִשָּׂא וגו respondere judicasse verbo
וִיחָנֵּנוּ, sic interpretatum: agite poenitentiam, si quo modo mi-
sereatur vestri deus. Quam interpretationem ut rejiciam tres me
movent causae. Una est, quod ita molesta sunt verba מִיֶּדְכֶם
הָיְתָה זֹּאת; altera, quod quae praecedunt vs. 8. et quae sequun-
tur vs. 10. ita comparata sunt, ut faveant interpretationi priori:

in utrisque enim sales nigri; tertia cernitur in eo, quod per totum hunc locum (vs. 6—14.) vates versatur in reprehensione, nusquam transiens ad exhortationem, quae infra demum sequitur. Rosenmüllerus membrum primum eodem modo interpretatur quo Hitzigius, הָ vero eo quo nos; qua ratione accepta verba ne inter se quidem cohaerent. Ab Hesselbergo autem quae proposita est explicatio ipsis grammaticae legibus repugnat. Sic ille: *jam vero gratiam implorate dei, et miserebitur nostri; manibus vestris fiat* (!) *hoc; num avertet faciem a vobis* cet. — *Utinam* 10.
plane, penitus *esset inter vos aliquis et* i. e. utinam plane vestrum aliquis *clauderet fores* templi, atrii interioris, in quo erat altare holocaustorum, *neque accenderetis aram meam*, ignem faceretis in ara mea, *frustra!* Satius esset nulla omnino quam futilia offerre sacrificia. *Non oblector vobis*, *inquit Jova exercituum*, *nec benevole excipio fertum ex manu vestra.* Quam silentio praetermiserunt interpretum plerique גַּם particulam recte explicuit Hitzigius. Significat *plane*, *penitus* (germ. *gar*, *vollends*) pertinetque, quamquam posita ab initio, ad totam sententiam. Exempla habes ad Hos. 6, 11. הֵאִיר מִזְבֵּחַ *accendere aram* (cf. Jes. 27, 11.), quemadmodum nostrates quoque dicunt pro *ignem facere in ara.* Quia sprevit sacerdotes Jova ob vilia quae offerunt sacrificia *cruenta*, sprevit etiam *incruenta* eorum sacrificia. Ceterum cf. quae de מִנְחָה nuper ingeniose disputavit *Redslobus* meus in Annal. philol. V, 2. (1839.) p. 172. Hesselbergus verba priora: *quis vestrum est*, *qui claudat fores*, putans negligentiam describi sacerdotum, quae tanta sit, ut ne fores quidem claudant! Quae insulsitas! — Istiusmodi enim sacrificia indigna sunt meo nomine, 11.
quod per totum orbem terrarum celebratur. *Nam ab ortu solis et usque ad occasum ejus magnum est nomen meum inter populos, et in omni loco*, ubique locorum *suffitus offertur nomini meo et fertum purum; nam magnum est nomen meum inter populos, inquit Jova exercituum.* מֻקְטָר Participium vim habet nominis substantivi. מֻגָּשׁ Rosenmüllerus „hoc loco, inquit, per Participium passivum futurum *offerendus* (ut נוֹרָא *timendus*, נִבְחָר *eligendus*, מְהֻלָּל *laudandus*) exprimendum esse haud dubitamus, ut dicat vates deum loquentem inducens: ego dignus sum cui ubique terrarum suffitus offeratur et fertum purum.“ Cui interpretationi repugnant quae hoc ipso versu proxime praecedunt et sequuntur. Hitzigius recte: *offertur*; sed quae ab eo datur expositio, et ipsa

danis, eaque regio fuerit irrigantibus aquis fertilissima (Gen.
13, 10.), talis igitur, qualem vs. 8. promiserat vates, *vallem Jor-
danicam*, planitiem κατ᾽ ἐξοχήν dictam, intelligimus nos quoque.
De eadem cogitat Hesselbergus. Verba מִגֶּבַע לְרִמּוֹן pertinent ad
כָּל־הָאָרֶץ, ita ut similis planitiei Jordanicae futura dicatur terra
universa *ab uno termino ad alterum:* גֶּבַע enim situm erat in
septentrionalibus terrae finibus, Jos. 10, 29. 1 Reg. 15, 22. 2 Reg.
23, 8. (ubi similiter מִגֶּבַע עַד בְּאֵר שָׁבַע), רִמּוֹן vero in finibus
australibus, quod praeter Jos. 15, 21. 32. docet quod hoc ipso
loco appositum est נֶגֶב יְרוּשָׁלָםִ. וְרָאֲמָה verbi Subjectum est
quod proxime praecedit יְרוּשָׁלָםִ. Humiliatis omnibus circum-
quaque montibus collibusque urbs primaria Judae totiusque orbis
terrarum (vs. 9. cf. Mich. 4, 1.) immota suo loco, elata et con-
spicua mansura dicitur. Hitzigius, quum רָאַם pro רוּם dictum
nusquam alias reperiatur, pro וְרָאֲמָה scribendum suspicatur וְרָאֲמָה,
coll. 2 Sam. 12, 4. Hos. 10, 14. al. Sed cf. רָאַם et רָאמֹות,
item radices אָרַם, הָרַם. Ad וְיָשְׁבָה תַחְתֶּיהָ cf. 12, 6. *Inde
a porta Benjaminis* cet., id est, urbs qua late patet. שַׁעַר בִּנְיָמִן
prob. eadem quae ש׳ אֶפְרַיִם, in latere urbis septentrionali, cf.
2 Reg. 14, 13. et Neh. 12, 39. Ex iisdem his locis colligi posse
videtur, esse ש׳ הָרִאשׁוֹן, (diversam a ש׳ הַיְשָׁנָה) eandem quae
mox ש׳ הַפִּנִּים, alias ש׳ הַפִּנָּה vocatur. מִגְדַּל חֲנַנְאֵל in orientali
parte urbis, in vicinia *portae ovium*, Neh. 3, 1. 12, 39. *Tor-
cularia regis* ubi fuerint dici nequit. De articulo in הָרִאשׁוֹן
11. vid. ad 11, 2. מִגְדַּל־ non repetito מִן pro מִמִּגְדַּל־. — *Et ha-
bitabunt in ea cives, neque erit anathema* (Mal. 3, 24.) *amplius*,
nec deinceps urbs cum incolis devovebitur internecioni, quippe
nihil amplius commissura, quod dignum ea poena sit, *et habita-
12. bitur Hierosolymitana urbs secure*, tuta ab hostibus. — Descri-
bitur interitus populorum hostilium vs. 12 — 15. *Atque haec
erit plaga, qua afficiet Jova omnes populos, qui ad bellum pro-
fecti fuerint contra Hierosolyma: faciet ut tabescat caro cu-
jusque, ejusque stantis in pedibus suis*, dum stat in pedibus,
subito, *et oculi ejus tabescent in cavis suis, et lingua ejus ta-
bescet in ore eorum*, singulorum. Tabem igitur hostibus Jova
immissurus dicitur; cf. Jes. 10, 16. 18. הָמֵק G. gr. min.
§. 128, 1. Suffixum in בְּשָׂרוֹ distributive capiendum; hinc in
fine commatis Singularis transit in Pluralem. וְהוּא וגו׳ senten-
tia secundaria, statum describens, ad verbum: *et is stat* cet. i. e.
13. dum stat, inter standum cet. — *Et futurum est die illo, ut sit*

perturbatio a Jova immissa magna inter eos (cf. 12, 4.), *et*
prehendent unus manum alterius, et ascendet manus ejus, unius,
tollet manum suam unus *contra manum alterius*, i. e. divinitus
perturbati manus conserent invicem, gladios contra se invicem
ipsi stringent; cf. Jud. 7, 22. 1 Sam. 14, 20. — *Atque etiam* 14.
Juda pugnabit contra Hierosolyma. Et colligentur opes omnium
populorum circumquaque, et congeretur devictis omnibus undique
populis ex eorum castris praeda, *aurum et argentum et vesti-*
menta magna multitudine. Ad verba priora, quae, quum ab hac
descriptione aliena sint, rectius omisisset vates, cf. 12, 2. —
Et sic erit plaga equorum, mulorum, camelorum et asinorum et 15.
omnium pecudum, quae erunt in castris illis, hostium in castris,
ut plaga ista, qua plaga ipsi hostes, eadem afficientur jumenta
eorum. Respondent sibi כֵּן et כְּ, ut alias כְּ et כֵּן. — Qui reli- 16.
qui fuerint e populis, Jovae sacris se adjungent vs. 16 — 19. cf.
vs. 9. *Et futurum est, ut omnes qui reliqui fuerint ex omni-*
bus populis, qui venerint contra Hierosolyma, memores acceptae
cladis a Jova potentissimo, et quam bonum sit illius tutelae esse
docti experientia *ascendant*, Hierosolyma proficiscantur *quotannis*
ad venerandum regem Jovam exercituum, atque ad agendum fe-
stum casarum frondearum, ad celebrandam scenopegiam. „Dicit
igitur vates, multos e populis conspectis tantis dei beneficiis in
populum Judaicum, eorum sacris sese aggregaturos, et quum lon-
gius positi annuos dies festos celebrare non possint, ut Judaei,
certe semel anno, autumni tempore, quod ad itinera commodissi-
mum, venturos esse ad concelebrandum festum tabernaculorum."
Ros. — *Et futurum est, ut, quicunque non ascenderint*, non pro- 17.
fecti fuerint *e gentibus*, populis *terrae Hierosolyma ad veneran-*
dum regem Jovam exercituum, non sit super eos, non cadat in
eos *pluvia*. Singularis, qui excipitur a Plurali, eadem ratio, quae
supra vs. 12. מֵאֵת i. e. *e medio* gentium. „Pluviae defectus
omnem fere, quae inde oriri in illis terris solet, comprehendit ca-
lamitatem, annonae caritatem, seditiones, pestem." Ros. — *Et* 18.
si gens Aegypti non ascenderit, non profecta fuerit Hieroso-
lyma, *nec venerit: neque in eos cadet pluvia*; *erit* superveniet
iis *plaga*, *qua afficiet Jova populos, qui non ascenderint ad*
agendum festum casarum frondearum. Rosenmüllerus: „*quodsi*
vero gens Aegypti non ascendat, cujus quidem regio pluviis non
eget, quia Nilus eam exundans rigat, Deut. 11, 10. 11., *nec*
veniat: tunc non super eos ascendet Nilus, ut Chaldaeus inter-

pretatur. Nili enim incrementum annuum Aegyptiis imbris vicem praestare constat. *Erit ita super Aegyptios eadem plaga, qua* cet. Quippe subtractis Nili aquis idem Aegyptii malum experientur, quod ceterae gentes subtracto imbre." Arbitrarium vero, si quid aliud, est, ad עֲלֵיהֶם supplere *ascendet Nilus.* Vix dubium, quin ad וְלֹא עֲלֵיהֶם sit cogitatione suppressum יִהְיֶה הַגֶּשֶׁם, quippe expressum in verbis parallelis וְלֹא עֲלֵיהֶם יִהְיֶה הַגֶּשֶׁם commatis superioris, ad תִּהְיֶה vero cogitando repetendum quod proxime praecedit עֲלֵיהֶם. Plane ineptum, ne dicam ridiculum est, quod opponunt memoravitque Hitzigius quoque, Aegyptum pluviis non egere, quia Nilus eam exundans riget. Unde tandem suum Nilus incrementum accipit, nisi ex imbribus a mense Majo usque ad Septembrem in Aegypto superiore et Aethiopia cadentibus? Testes vid. in *Win. Realw.* II. p. 183. Hitzigius post multa verba: *et si gens Aegypti non ascenderit nec venerit: nonne iis supererit,* superveniet *plaga* cet.? jungens וְלֹא עֲלֵיהֶם תִּהְיֶה, delete Athnach, et accipiens totum comma interrogative; non convenien-
19. ter ad tam longam sententiam, et praeter necessitatem. — *Haec erit poena Aegypti et poena omnium populorum, qui non ascenderint ad agendum festum casarum frondearum.* חַטַּאת ut Thren. 4, 6,
20. sic postulante nexu. — *Die,* tempore *illo erit in,* inscriptum erit *tintinnabulis equorum: sacrum Jovae,* id est, ab illo inde tempore equi, qui antea fuerant instrumenta belli et luxuriae, Jovae erunt sacri, ejusque rei in signum tintinnabulis, quae iis appensa sunt ornatus causa, inscriptum erit: Jovae sacrum, cf. Exod. 28, 36.; *eruntque ollae in domo Jovae tanquam paterae ante aram,* id est, et ollae, quibus ad coquendas carnes sacrificiorum utuntur ii qui sacrificia offerunt, vs. 21. 1 Sam. 2, 14. 2 Chron. 35, 13., tam sanctae erunt, quam sunt positae ante altare holocaustorum paterae, 9, 15., quibus
21. in sacro cultu utuntur sacerdotes. — *Eritque omnis olla Hierosolymis et in Juda sacra Jovae exercituum,* imo, quotquot erunt ollae in urbe et in tota terra, Jovae erunt sacrae, quo promisso ingentem sacrificia offerentium numerum (vs. 9. 16.) respicit vates; *venientque omnes oblaturi sacrificia, et sument de iis,* sument ex iis ollis eas quibus indigent, *et coquent in iis* carnes sacrificiorum, *neque erit mercator amplius in domo Jovae exercituum die,* tempore *illo,* qui vendat ollas et alias res ad offerenda sacrificia necessarias, non necesse habebunt cultores Jovae, eas res emere a mercatoribus. כְּנַעֲנִי ut Job. 40, 30. Prov. 31, 24.

MALEACHI.

Fuisse Malachiam Haggaeo et Zacharia posteriorem, intelligimus ex eo, quod, quo tempore vixit, templum erat instauratum 1, 10. 3, 1. 10. Eodem tempore praefectum provinciae persicum habebant Judaei 1, 8.; itaque summum imperium adhuc erat penes Persas. Accuratius aetas vatis definiri vix poterit. Aequalem Nehemiae fuisse colligunt ex 2, 10—16. collatis cum Neh. 13, 23 seqq., item ex 3, 8—10. coll. cum Neh. 13, 10. 12. 31. Sed uxores alienigenas Judaei duxerant jam superiore tempore, Esr. 9, 1 seqq., nec improbabile est in magna qua colonia conflictabatur rerum necessariarum penuria, saepius decimas Judaeos non persolvisse Levitis. Quid? quod quae 1, 8. leguntur videntur, ut recte observavit Hitzigius, aliena esse a Nehemia, cf. Neh. 5, 14.

CAP. I, 1. Inscriptio. *Effatum verbi Jovae* i. e. hoc fatur 1.
verbum Jovae *in Israelem per Malachiam.* De verbis מַשָּׂא דְבַר
יְהוָֹה vid. ad Zach. 9, 1.

CAP. I, 2—5. Amor Jovae singularis erga Israelitas. Conjungunt hos quatuor versus cum sequentibus Rosenmüllerus, Hesselbergus, Hitzigius, alii. Sane rectissime opponitur amori Jovae in populum populi in Jovam animus ingratus, qui describitur inde a vs. 6. Sed idem populi animus describitur orationibus reliquis. Totus enim in eo versatur vates, ut vitia perstringat populi, exceptis paucis. Itaque *exordium* faciunt quatuor primi versus non solius orationis quae proxime sequitur, sed *orationum* quae
sequuntur *omnium.* — Ut ostendat Jova, quantus fuerit et sit 2.
etiamnunc suus erga Israelitas amor, exemplum profert Idumaeorum. Etsi Esavus dignitate Jacobo non fuerit inferior, tamen solum Jacobum amore se prosequutum esse, Esavum odio habuisse, eundemque animum, si res ferat, paratum se esse ostendere etiam-

nunc vs. 2 seqq. *Amavi vos, inquit Jova. Et dicitis vos: „in quo amasti nos?* in qua re cernitur amor ille tuus in nos?“ *Nonne frater* est *Esavus Jacobi? inquit Jova; et* tamen *amavi*
3. *Jacobum, — Et Esavum odio habui, et feci montes ejus vastitatem*, vastos, *et possessionem ejus domicilia deserti*, deserta. Delectatur vates hujusmodi interrogationibus et responsionibus; vid. vs. 6. 7. 2, 17. 3, 7. 8, 13. Ad הֲלֹא אָח עֵשָׂו לְיַעֲקֹב cf. Num. 20, 14. Deut. 23, 8. Am. 1, 11. Quo documento ostenderit Jova suum in Idumaeos odium, exprimunt verba וָאָשִׂים וגו'. Ea Jarchi de assignata Idumaeis terra sterili et deserta intelligit; cf. Gen. 27, 39. Sed ita ne statuas impedit vs. 4., qui de *vastata* Idumaeorum regione cogitandum esse docet. Quae vastatio quo tempore et a quo facta sit quaerentibus Rosenmüllerus et Hesselbergus et alii, armis Nebucadnezaris, respondent. Sed haud profecto probabile est, vastasse Chaldaeos terram eorum, qui in expugnandis Hierosolymis ipsorum socii fuerant; vid. ad Jes. 34, 8. Itaque quum alia vastatio Idumaeae ex historia non pateat, Hitzigius factum prorsus ignotum respici putat. Nos vastationem intelligendam putamus factam ab iis populis, adversus quos quinto post expugnatam urbem Hierosolymitanam anno Chaldaei bellum gesserunt, a vicinis, inquam, Aegyptiorum, Ammonitarum, Moabitarum populis (Jos. Arch. 10, 9. 7.): nam qui Chaldaeorum hostes fuere, fuerunt etiam Idumaeorum. Istos igitur populos Idumaeorum in regionem irruptiones fecisse putamus. הָרָיו *montes ejus* dicit terram Esavi; constat enim eam fuisse montuosam. תַּנּוֹת Rosenmüllerus in notis (contra atque in versione, ubi *domicilia* praebet, alius interpretationem sequens!) vix dubium esse dicit quin sit ejusdem significationis cum תַּנִּינִים vel תַּנִּים, quorum domicilia loca sola et deserta. Non obstare, quod de illis animalibus deserticolis alias Plurale masculinum usurpetur, quum plura nomina, praesertim communia, in Plurali terminationem masculinam aeque ac femininam recipere constet (G. gr. ampl. p. 533.). Quam interpretationem qui voluerit sequi, certe non cum Rosenmüllero תַּנּוֹת habebit Statum constructum, sed sic verba explicabit: *et possessionem ejus* feci *thoibus desertum* i. e. regionem desertam pro thoibus: hoc enim postulabit Verbum et parallelismus. LXX tamen et Syrus תַּנּוֹת *δώματα* interpretati sunt, eademque videtur mens fuisse Chaldaei. Malo igitur cum Gesenio existimare, תַּנּוֹת *domicilia* esse, a rad. תָּנַן idem significante quod arab.

ثَنَّ, *subsistere, commorari, habitare.* Primaria vis, nisi me omnia fallunt, eadem est, quae in vicinis תְּנָה, נָתַן, יָתַן, *extendendi* inquam vis. Ab extendendo enim est protendere se, perdurare (יָתַן), manere, ab hoc *subsistere*, commorari. — *Quodsi* 4.
dicat Idumaea, dicant Idumaei: *diruti sumus* (cf. Jer. 5, 17.), *et*, sed *iterum aedificabimus ruinas: sic dicit Jova exercituum: illi aedificent, et*, sed *ego destruam; et vocabunt eos fines improbitatis*, regionem, sedem improborum, *et populum, cui irascitur Jova in sempiternum*; cf. ad rem prooem. ad Jes. cap. 34.
קָרְאוּ impers. — *Et oculi vestri spectabunt* rem, vestris ipsi 5.
oculis spectabitis res gestas a Jova Idumaeorum in detrimentum, vestrum in commodum, *et dicetis: magnus est Jova ultra fines Israelis*, per omnem terrarum orbem; cf. vs. 11.

CAP. I, 6 — II, 9. Cap. 1, 6 — 14. sacerdotum ingratus erga Jovam animus, manifestus in eo, quod rem sacram negligant, sacrificia futilia admittant, quae contemnat Jova; 2, 1 — 9. eos gravissimo supplicio affectum iri vates dicit, nisi probe memores pacti Levitici recte colant Jovam, pie agant, et quod verum sit doceant populum. — Ab universo populo ad sacerdotes conversus 6.
Jova, quum tantus sit ipsius erga populum amor (2 — 5.), ubinam tandem populi erga ipsum amor et obsequium sit interrogat. *Filius honorat patrem, et servus dominum suum. Et*, jam *si pater ego sum*, patrem me vobis exhibeo et vos me talem agnoscitis (cf. Jes. 63, 16.), *ubi est honor meus*, qui a vobis mihi debetur honor; *et si dominus ego sum, ubi est timor mei? dicit Jova exercituum ad vos, sacerdotes, contemtores nominis mei. Et dicitis vos: „in quo*, qua in re *contemnimus nomen tuum?“* — *Offe-* 7.
rentes in ara mea cibum pollutum. Et dicitis: „in quo, qua in re *polluimus te?“ In eo quod dicitis: mensa*, ara *Jovae contemnenda est.* Membrum primum versus septimi responsum continet ad interrogationem propositam versu sexto extremo. לֶחֶם *cibum*, carnes sacrificiorum esse (cf. Lev. 21, 8. al.) docet nexus. *Cibi polluti* Jovae oblati exempla proferuntur vs. 8. Vituperat vatem Hitzigius, quod velut per orbem eat in his sententiis. Sic debuisse scribere: *Polluentes me* (contemnitis nomen meum vs. 6.); *et dicitis: qua re polluimus te? Eo quod offertis cibum pollutum, tum vero dicitis: mensa Jovae est* נִבְזֶה. Etiam omissis verbis בַּמֶּה גֵאַלְנוּךָ בֶּאֱמָרְכֶם planiorem fore orationem,

Nobis secus videtur. *Polluere Jovam* ex sententia vatis eodem redit, quo *offerre in ara Jovae cibum pollutum.* Concinunt igitur accusatio initio versus posita et ejusdem accusationis repetitio. Apta vero etiam reliqua videbuntur esse, simulatque contuleris vs. 12. et 13. Hic igitur sensus est et sententiarum nexus. Jova respondens ad superiorem interrogationem: *Offerentes in ara mea cibum pollutum.* Sacerdotes: *Quid ita?* Jova: Ipsi
8. dicitis, flocci faciendam esse mensam meam, vs. 12. 13. — *Et
cum offertis caecum* animal, *ut sacrificetis* illud, *nihil adest
mali*, satis et abunde aptum est illud ex vestra sententia; *et
cum offertis claudum aut aegrum*, morbidum, *nihil adest mali.
Affer illud*, *quaeso*, offer modo tale quoddam vile munus *prae-
fecto tuo: num benevole te excipiet*, *aut num rationem habebit
tui? inquit Jova exercituum.* Ad priora verba cf. lex Mos. Lev.
9. 22, 22—24. Deut. 15, 21. — *Et jam*, *implorate modo gra-
tiam dei*, *ut misereatur nostri! A manu vestra fit hoc: num
rationem habebit alicujus ex vobis? inquit Jova exercituum.*
Irridentis sunt verba priora. Tam vilia munera, inquit, cum ne praefectus quidem vester benevole sit accepturus, putatisne, accepturum esse Jovam? Agite, implorate modo talibus oblatis muneribus ejus gratiam, ut misereatur vestri! Tum rem in serium convertens pergit: Talia vos facitis, tam futilia offertis sacrificia: speratisne revera, fore, ut Jova ullam vestri rationem habeat? De locutione חִלָּה פְנֵי פ' cf. ad Dan. 9, 13. מִן in מִכֶּם est partitivum. Longe aliter Hitzigius. Is vatem sacerdotes hortari putat ad placandum Jovam, hoc modo: *Et jam agite*, *placate deum*, *ut misereatur nostri*, — *a vestra manu hoc factum est*, — *si forte rationem habuerit alicujus ex vobis* cet. Verba מִיֶּדְכֶם הָיְתָה זֹּאת existimat rationem reddere exhortationis, quam sic dicit, praecedentis, et interposita in parenthesi esse, quum quae sequantur הֲיִשָּׂא וגו' pendeant ex verbis חַלּוּ נָא וגו, quorum exprimant finem, pariter atque וִיחָנֵנוּ. הֲ interrogativum eadem vi gaudere, quam habeat Deut. 8, 2. 13, 4., habeatque אוּלַי Am. 5, 15. Recte Hieronymum הֲיִשָּׂא וגו' respondere judicasse verbo וִיחָנֵנוּ, sic interpretatum: agite poenitentiam, si quo modo misereatur vestri deus. Quam interpretationem ut rejiciam tres me movent causae. Una est, quod ita molesta sunt verba מִיֶּדְכֶם הָיְתָה זֹּאת; altera, quod quae praecedunt vs. 8. et quae sequuntur vs. 10. ita comparata sunt, ut faveant interpretationi priori:

in utrisque enim sales nigri; tertia cernitur in eo, quod per totum hunc locum (vs. 6—14.) vates versatur in reprehensione, nusquam transiens ad exhortationem, quae infra demum sequitur. Rosenmüllerus membrum primum eodem modo interpretatur quo Hitzigius, הַ vero eo quo nos; qua ratione accepta verba ne inter se quidem cohaerent. Ab Hesselbergo autem quae proposita est explicatio ipsis grammaticae legibus repugnat. Sic ille: *jam vero gratiam implorate dei, et miserebitur nostri; manibus vestris fiat* (!) *hoc; num avertet faciem a vobis* cet. — *Utinam* 10.
plane, penitus *esset inter vos aliquis et* i. e. utinam plane vestrum aliquis *clauderet fores* templi, atrii interioris, in quo erat altare holocaustorum, *neque accenderetis aram meam*, ignem faceretis in ara mea, *frustra!* Satius esset nulla omnino quam futilia offerre sacrificia. *Non oblector vobis*, *inquit Jova exercituum*, *nec benevole excipio fertum ex manu vestra.* Quam silentio praetermiserunt interpretum plerique גַּם particulam recte explicuit Hitzigius. Significat *plane*, *penitus* (germ. *gar*, *vollends*) pertinetque, quamquam posita ab initio, ad totam sententiam. Exempla habes ad Hos. 6, 11. הֵאִיר מִזְבֵּחַ *accendere aram* (cf. Jes. 27, 11.), quemadmodum nostrates quoque dicunt pro *ignem facere in ara.* Quia sprevit sacerdotes Jova ob vilia quae offerunt sacrificia *cruenta*, sprevit etiam *incruenta* eorum sacrificia. Ceterum cf. quae de מִנְחָה nuper ingeniose disputavit *Redslobus* meus in Annal. philol. V, 2. (1830.) p. 172. Hesselbergus verba priora: *quis vestrum est, qui claudat fores*, putans negligentiam describi sacerdotum, quae tanta sit, ut ne fores quidem claudant! Quae insulsitas! — Istiusmodi enim sacrificia indigna sunt meo nomine, 11.
quod per totum orbem terrarum celebratur. *Nam ab ortu solis et usque ad occasum ejus magnum est nomen meum inter populos, et in omni loco*, ubique locorum *suffitus offertur nomini meo et fertum purum; nam magnum est nomen meum inter populos, inquit Jova exercituum.* מֻקְטָר Participium vim habet nominis substantivi. מֻגָּשׁ Rosenmüllerus „hoc loco, inquit, per Participium passivum futurum *offerendus* (ut נוֹרָא *timendus*, נִבְחָר *eligendus*, מְהֻלָּל *laudandus*) exprimendum esse haud dubitamus, ut dicat vates deum loquentem inducens: ego dignus sum cui ubique terrarum suffitus offeratur et fertum purum.“ Cui interpretationi repugnant quae hoc ipso versu proxime praecedunt et sequuntur. Hitzigius recte: *offertur*; sed quae ab eo datur expositio, et ipsa

videtur falsa esse. Vatem existimat Jovam, Ormuzdum, Jovem aliosque non nisi diversa ejusdem summi numinis nomina habuisse. Cui opinioni obstare vel hoc videtur, quod expresse verbo suffitum et fertum offerri *suo nomini*, magnum esse *suum nomen* dicit Jova. Quid multa? Verba accipienda sic sunt, ut sonant. Habebat sane Jova magnam famam inter Chaldaeos, Aegyptios, aliosque populos vicinos, quibus facta ab ipso facinora, id est, res gestae et fata populi hebraici innotuerant. Quod nomen Jovae magnum esse dicitur *ab ortu ad occasum*, quod sacrificia illi offerri dicuntur *ubique locorum*, in hac re modum excedit vates,
12. ut alii in rebus aliis. — *Et vos*, vos vero *profanatis illud*, nomen meum, *eo quod dicitis: mensa Jovae polluta est, et proventus ejus*, et proventum ejus quod attinet, *contemnendus est cibus ejus*, eo quod dicitis, pollutam esse aram meam (et est sane, sed vestra ipsorum culpa, vs. 7.) ejusque reditum tenuem, exi-
13. guum et vilem. — *Et dicitis: ecce, quae molestia!* quantam molestiam, quantum fastidium creat nobis istiusmodi cibus! quam taedet nos ejusmodi epularum! *et contemnitis eum*, cibum, *inquit Jova exercituum*, *et* tamen, licet vobismet ipsis fastidio sit ille cibus, *affertis raptum*, fraude et injuria, *et claudum et aegrum, et affertis fertum: num benevole excipiam illud ex manu vestra? inquit Jova.* מַתְּלָאָה pro מַה־תְּלָאָה; cf. מַזֶּה Exod. 4, 2., מַלָּכֶם Jes. 3, 15. G. gr. min. §. 37. Rosenmüllerus: „*quanta molestia* sc. devoranda nobis est pro vili et exiguo reditu altaris. Vox est sacerdotum, de magno suo labore tenuique salario querentium.“ Sed quod appositum est וְהִפַּחְתֶּם אוֹתוֹ docet, sensum esse: quanti laboris et sudoris est comedere talem cibum! Ad אוֹתוֹ Rosenmüllerus: „Ex Hieronymi verbis colligere licet, esse jam Hieronymi temporibus illas scribendi varietates notatas, quas Masorethae תִּקּוּנֵי סוֹפְרִים *correctiones scribarum* vocant. Est enim hic locus unus e numero octodecim illorum, quos illo nomine Critici hebraei appellant, quod vetus scriptura in iis immutata fuerit, ne quid deo indignum dici videatur; (cf. ad Hab. 1, 12.). Et nostro quidem loco observant, olim lectum fuisse אוֹתִי *me*. Quod quum visum esset veteribus Criticis deo indignum, ad emolliendam dictionem reposuisse אוֹתוֹ. Sed verisimile est, in octodecim illis locis, in quibus תִּקּוּן סוֹפְרִים habetur, esse illud, quod hodie exstat genuinum, et varietatem scribendi a Criticis ideo esse notatam, ne quis quod receptum est privato ausu interpolare,

aliudque quid, quod commodius videri possit, substituere audeat.
Sic etiamsi hoc loco commodior sensus oriri videri queat si lega-
tur אֹתִי, inhaerendum tamen excepto אותו esse.“ Ferri etiam
אֹתִי possit; cf. supra vs. 7. *polluere Jovam* dictum pro *offerre
in ara Jovae cibum pollutum.* Sed planius אתו i. e. cibum, vel,
quod eodem redit, mensam Jovae vs. 12. De reliquis cf. ad vs. 8.
et 10. — Paucis populum quoque perstringit, quod sacrificia vilia 14.
offerat. *Diris devotus esto fraudulenter agens, qui, quum sit in
grege ejus masculum, vovet et sacrificat feminam corruptam
domino! Nam rex magnus ego sum, inquit Jova exercituum,
et nomen meum augustum est inter populos.* מָשְׁחָת pro מָשְׁחֶתֶת,
fem. opp. זָכָר masculo. Vilior quam masc. habebatur hostia fem.
Win. Realw. II. p. 211. — CAP. II. Redit ad sacerdotes, quos,
nisi redeant ad officium, gravissima poena se affecturum esse dicit
fracto foedere quod olim fecerit cum Levi, vs. 1—4. *Et nunc* 1.
ad vos hoc jussum, sacerdotes! Non video, cur haereant inter-
pretes in significatu מִצְוָה vocis, quum sacerdotes statim *ad of-
ficium jubeantur redire.* — *Nisi auscultaveritis cordique ha-* 2.
bueritis, curaveritis, *ut detis*, tribuatis *honorem nomini meo*,
exhibeatis mihi debitum honorem, *inquit Jova exercituum: im-
mittam in vos exsecrationem* i. e. eventum in vobis habere jubebo
quae non obedientibus imprecatus sum, denuntiavi mala, *et exse-
crabor quae vobis contigerunt apprecationes laetas* i. e. et in
mala convertam quae vobis contigerunt bona; *exsecrabor, inquam,
ea, quod cordi* rem *non habueritis.* הַמְּאֵרָה sic ut diximus in-
telligendum esse docet articulus; cf. Deut. 27, 15—26. 28, 15—68.
Ad וְגַם cf. 1 Sam. 24, 12: רְאֵה גַם רְאֵה. Suffixum fem. sing. in
אָרוֹתִיהָ neutraliter accipiendum. — *En, increpabo vobis semen-* 3.
tem, vetabo illi, ne intret in horrea vestra, perdam messem ve-
stram, *et spargam fimum in faciem vestram, fimum festorum
vestrorum* i. e. fimum exenteratarum quae diebus festis immolan-
tur victimarum, *et ferent vos*, feremini *in illum*, fimum. Ad
verba priora cf. 3, 11. *Fimum festorum* excrementa, faeces esse
exenteratarum hostiarum, quae diebus festis mactantur, docet res
ipsa. „Verba וְנָשָׂא אֶתְכֶם אֵלָיו Hieronymus sic interpretatur:
„„*et assumet vos secum*, id est, stercus solemnitatum vestrarum,
ut foetentes facies putida stercoris commixtione turpentur.““ Quod
sequuti et alii interpretes hoc dici autumant, istum fimum illos pror-
sus ad se rapturum, totos implicaturum, totos subacturum et cooper-

turum esse, ut soleat aliquis viribus potentior infirmiorem ad se rapere, sibique ita subjicere, ut eluctari nequeat. Quod quam durum sit unusquisque sentiet ipse." Ros. Quod recte haud dubie judicatum est. נָשָׂא impersonaliter accipiendum. Cogitari de hostibus potest sacra capita male tractaturis. Excrementa, inquit, projicientur in eos, ipsi in excrementa i. e. summo dedecore afficientur; cf. Jes.
4. 16, 4. 22, 19. — *Et cognoscetis, misisse me ad vos hoc jussum, ut esset*, staret porro *foedus meum factum cum Levi*, id est, tunc, cum in illis malis fueritis, cum eventum habuerint meae minae, sero intelligetis, eo consilio vos a me admonitos esse, ut integrum maneret foedus sancitum cum Levi, i. e. vestrum ipsorum in commodum me vos hortatum esse, ut rediretis ad officium (cf. quae sequuntur), *inquit Jova exercituum.* Rosenmüllerus et alii verba לִהְיוֹת בְּרִיתִי אֶת־לֵוִי: *quod est foedus* cet., qua
5. ratione verba capi nequeunt. — Dicit jam, quod fuerit ejus foederis promissum, quae conditio; quomodo eam conditionem Levi servaverit, violaverint vero qui nunc vivant sacerdotes, hac de causa afficiendi poena vs. 5—9. *Foedus meum* factum *cum eo*, Levi, *fuit vita et salus, et dedi ea*, vitam et salutem *ei*, Levi *reverentia* fuit, *et reveritus est* Levi *me, et nomen meum extimuit*, id est, eo quidem foedere ego felicia omnia promisi, et quae promisi, ea praestiti; Levi autem officium suscepit colendi me, et susceptum implevit idem. Prius igitur hemistichium *promissum* exprimit, et quemadmodum illi satisfecerit Jova; posterius *conditionem*, et quemadmodum in ea manserit Levi. Prorsus falsi sunt Rosenmüllerus, Hesselbergus et alii, qui מוֹרָא vel Accusativum esse jubent, qui appositione cohaereat cum ם‍ָ suffixo, quod ne sensum quidem praebet, vel positum credunt pro לְמוֹרָא *ad reverentiam*. Ut accipiendum est הַחַיִּים וְהַשָּׁלוֹם, ita מוֹרָא; est utriusque eadem natura et ratio. Videtur autem הַחַיִּים וגו׳ nil nisi Nominativus Praedicati esse. Apposite foedus id esse dicitur, cujus causa initur. Hitzigius tamen mavult verba habere Genitivos, sejunctos a suo nomine, coll. Num. 25, 12. Sed nimis longe remotum est מוֹרָא. LXX (ἡ διαθήκη μου ἦν μετ᾽ αὐτοῦ τῆς ζωῆς καὶ τῆς εἰρήνης) et Vulg. videri possunt liberius inter-
6. pretati esse. Ad rem cf. Num. l. l. — Pergit describere veterum sacerdotum laudabile officii servandi studium. *Doctrina veritatis*, vera *fuit in ore ejus*, vera, legi congruentia docebat populum, *neque improbitas reperta est in labiis ejus*, recte judicavit in

iis, quorum penes ipsum arbitrium erat; *in pace et in rectitu-*
dine ambulavit mecum, nihil committens quo indignationem meam
in se converteret, et recte faciens vitam egit mihi probatam, *et*
multos convertit a peccato, lege recte docenda. De verbis וְעַוְלָה
לֹא נִמְצָא, in quibus עַוְלָה est Accusativus, vid. G. gr. min.
§. 140, 1. b. — Quod faciens fecit quod suum erat, quod debebat 7.
facere. *Nam labia sacerdotis custodire debent scientiam*, sacer-
dotum est, tueri legem recte intellectam, *et doctrinam*, interpre-
tationem legis *quaerere debent* rudiores *ex ore ejus*, sacerdotum
est, respondere ad interrogata populi dubitantis de sensu legis:
quippe nuntius Jovae exercituum ille est, populum certiorem fa-
ciens de voluntate Jovae patefacta in lege, cujus est interpres.
— Vos vero qui nunc vivitis sacerdotes foedus violastis. *Et* 8.
vos, vos autem *recessistis a via*, foedere praescripta, *fecistis ut*
laberentur multi doctrina, ut delinquerent multi fecistis perversa
doctrina; *perdidistis*, irritum fecistis *foedus Leviticum*, *inquit*
Jova exercituum. Verba הִכְשַׁלְתֶּם רַבִּים בַּתּוֹרָה Ges. Thes. in
כשל, Rosenmüllerus, Hitzigius, Hesselbergus, alii: *fecistis ut*
multi laberentur in lege i. e. seduxistis eos, ut peccarent contra
exhib[illegible] Sed vs. 6. et 7. vix dubium, quin תּוֹרָה sit *doctrina*.
[illegible] articulo non effeceris, intelligendam hic *legem* esse. Is
enim suffixi vicem, ut alias, potest gerere, q. d. ut laberentur
multi fecistis doctrina vestra. Nostram interpretationem sequutus
est de Wette. — Hinc merita vos manet poena. *Et*, atque ita 9.
etiam ego reddam vos contemtos et humiles, abjectos *universo*
populo, *pro eo quod non observatis vias meas*, non sequimini
agendi rationem a me praescriptam, *et partium studio regi vos*
patimini, non tam veri rectique quam personarum rationem ha-
betis *in doctrina*, in interpretatione legis. Rosenmüllerus: „וְגַם
hic commode *praeterea* redditur. Neque enim hic versus cum
iis, quae praecesserunt, ita cohaeret, ut poenam subjungat pecca-
tis vs. 8. commemoratis; sed novam poenam novo crimini statu-
tam indicit, videlicet sacerdotum in jure dicendo injustitiae, quod
recte Grotius vidit." Minime vero. Nec melius Hesselbergus:
sane! Simplicissimus nexus hic est: Quia *conditionem* foederis
vos non servastis: neque *ego* praestabo *promissum*. בַּתּוֹרָה alii:
in lege exercenda, in negotio legis, quod eodem redit.

CAP. II, 10—16. Perstringit eos, qui uxores peregrinas
ducebant, repudiabant conjuges innocentes. — Male hunc versum 10.

Rosenmüllerus ad superiora refert: qua ratione totius loci sensus pervertitur. Referendum esse ad ea quae sequuntur perlucet vel ex solo מַדּוּעַ נִבְגַּד וגו׳, collatis בָּגְדָה יְהוּדָה vs. 11., אֲשֶׁר אַתָּה בָּגַדְתָּה בָּהּ vs. 14., וּבְאֵשֶׁת נְעוּרֶיךָ אַל־יִבְגֹּד vs. 15., וְלֹא תִבְגֹּדוּ vs. 16. *Nonne pater unus est nobis omnibus, nonne deus unus nos creavit? Cur*, quum eandem omnes originem habeamus, *perfide agimus unus in alterum*, abjiciendis uxoribus nostris Israelitici generis, vs. 14 seqq., ducendis uxoribus alienigenis, vs. 11, *ut profanemus* (violando) *foedus patrum nostrorum*, foedus Jovae cum majoribus nostris factum, quo sancitum erat, ut nos separati a reliquis terrae populis populus essemus Jovae sacer, Exod. 19, 5 sq. Lev. 20, 24. 26. Cf. Esr. cap. 9. ubi Esra edoctus, Israelitas, sacerdotes et Levitas se non separare a populis alienis, sed eorum filias sibi suisque filiis ducere, et miscere semen sanctum cum populis peregrinis, atque adeo principes et antistites ejus delicti primarios auctores exstitisse (vs. 1. 2.), valde commotus post plura alia (3—9.) jam vero, inquit, quid dicemus, o deus noster, post haec omnia? Nam deseruimus praecepta tua, quae dedisti per servos tuos, prophetas, his verbis: terra, in quam venturi estis ut occupetis eam, terra impura est, contaminata impuritate populorum, abominandis sceleribus eorum ... Itaque filias vestras ne elocetis filiis eorum, nec filias eorum ducatis in matrimonium filiis vestris, nec studeatis unquam saluti eorum aut felicitati eorum, ut confirmati fruamini bonis terrae, eamque possidendam relinquatis filiis vestris in perpetuum! Jam post omnia, quae supervenerunt nobis propter malefacta nostra et propter delicta nostra magna, num rursus violabimus praecepta tua, et affinitatem inibimus cum populis istis abominandis? Nonne irasceris nobis usque ad internecionem ecc. *Patrem* male nonnulli *Abrahamum* habent aut *Jacobum*. Intelligendum *deum* esse, ostendit membrum parallelum. Quum אָח hic ut alias dictum sit de *populari*, facile intelligis, *masculinum* non obstare, quo minus vatem cogitasse putes de rejectis *uxoribus*. לְחַלֵּל non: *dum aut eo quod profanamus* (Ros. Hitz. al.), sed *ut profanemus*, i. q.
11. לְמַעַן חַלֵּל Am. 2, 7. ubi cf. not. — *Perfide egit Juda, et nefas factum est in Israele et Hierosolymis; nam profanavit Juda sacrum Jovae, quod amat ille, et uxorem duxit* Juda *filiam dei alieni.* In בָּגְדָה יְהוּדָה respicitur *terra* Judae (posita pro populo), in חִלֵּל יְהוּדָה Judae *populus.* Hitzigius: בָּגְדָה sc. בְּאֱלֹהֶיהָ,

coll. membro extremo commatis superioris. Malo: *perfide egit in populares suos* (i. e. suas, uxores puta), coll. מַדּוּעַ נִבְגַּד אִישׁ בְּאָחִיו vs. 10., אֲשֶׁר (אֵשֶׁת נְעוּרֶיךָ) אַתָּה בָּגַדְתָּה בָּהּ vs. 14., וּבְאֵשֶׁת נְעוּרֶיךָ אַל־יִבְגֹּד vs. 15. Cf. vs. 16., ubi וְלֹא תִבְגֹּדוּ et ipsum absolute positum manifeste eodem modo accipiendum est. חִלֵּל *profanavit*, male tractando, Jes. 43, 28., abjiciendo. קֹדֶשׁ יְהוָה sunt Israelitae, Jovae sacri, Jer. 2, 3. Esr. 9, 2. Speciatim hic intelligi Israelitarum uxores, ostendit membrum extremum. Ad אֲשֶׁר אָהֵב *quod amat* Jova, cf. Ps. 47, 5. Hesselbergus et alii verba כִּי חִלֵּל וגו׳: *nam profanat Juda sanctitatem Jovae, quod*, quia *amat et uxorem ducit* cet. בַּת אֵל נֵכָר *filiam dei alieni*, filias deorum alienorum, quae sunt de familiis deorum al, pertinent ad deos alienos; cf. Hos. 2, 1. — *Deleat Jova viro*, 12.
qui id fecerit, vigilantem et respondentem, vivum quemque *e tentoriis Jacobi, et offerentem fertum Jovae exercituum!* i. e. exstirpet Jova istiusmodi hominis familiam, ut nemo vivus ei superstes sit in tentoriis Jacobaeis, et qui pro eo possit offerre sacrificium. In explicandis verbis עֵר וְעֹנֶה prae ceteris mihi probatur Gesenius propterea, quod ejus interpretatio confirmatur simillima Arabum sententia. Sic ille: „עֵר וְעֹנֶה *vigilans et respondens*, h. e. vivus quisque, locutio proverbialis (ut עצור וְעָזוּב), fortasse a Levitis petita in templo vigilias agentibus (Ps. 134.); quorum alter vigilat et acclamat, alter respondet. In eandem sententiam Arabes dicunt: *nemo clamans et nemo respondens* (vit. Tim. I, p. 108 ed. Manger)." — Sed quemadmodum odiosa 13.
Jovae sint connubia cum feminis alienigenis, sic eundem offendi eo dicit vates, quod uxores innocentes Israelitici generis repudient Israelitae; non posse qui deserant conjuges defendere se exemplo Abrahami, vs. 13 seqq. *Et hoc secundo*, deinde hoc *facitis: obtegitis lacrymis aram Jovae, fletu et gemitu*, lacrymis, puta, quas effundunt ob vestram, maritorum injuriam innocentes uxores repudiatae a vobis in gratiam illarum alienigenarum, *ita ut non amplius respiciat* Jova *fertum, neque accipiat grata e manu vestra.* שֵׁנִית *secundo*, secundo loco, deinde, q. d. praeter illud, quod supra reprehendi, aliud hoc committitis; accedit quod cet. Aliter Hesselbergus. Is: *iterum*, respici putans tempus de quo Neh. 13, 23 seqq. habita ratione temporis superioris de quo Esr. cap. 9 sq., ita ut Israelitae crimen superiore tempore commissum nunc *iterum* committere dicantur. Quae interpretatio

non temere rejicienda videtur. Ad וְזֹאת תַּעֲשׂוּ כַּסּוֹת cf. Ps. 27, 4.
מֵאֵין עוֹד פְּנוֹת propr. *ita ut non sit amplius respicere*, a parte
14. Jovae. — *Et dicitis: „quam ob rem?“ Propterea quod Jova*
testis fuit inter te atque uxorem juventutis tuae, testis fuit
matrimonii initi te inter et uxorem, quam juvenem juvenis duxisti (Jes. 54, 6. Prov. 5, 18.), *in quam tu perfide egisti, quum sit socia tua et uxor foederis tui*, matrimonii foedere, pacto tibi juncta. Ad verba יְהוָה הֵעִיד וגו' cf. Gen. 31, 49 sq., ubi Laban: sit speculator Jova inter me atque te, quando longe remoti erimus alter ab altero, an forte durius tractaturus sis filias meas, item, an forte ducturus sis uxores praeter filias meas. Nemo est nobiscum; en, deus testis est inter me atque te. De וְהִיא וגו'
15. cf. ad Ps. 2, 6. — Difficilior hic versus, multum vexatus ab interpretibus, sic est expediendus. Defenderant causam suam Israelitae exemplo Abrahami, qui et ipse spreta uxore duxerit Hagarem, Gen. 16, 1 seqq. Ad quae jam vates: *Nemo* id *fecit, cui*, in quo *reliquum aliquid intelligentiae: et quid* fecit *ille unus, quaerens semen dei*, semen promissum a deo? i. e. ecquid enim fecit unus ille, ad quem provocatis, Abrahamus, qui, quum Hagarem in thorum admitteret, non quaesivit nisi sobolem a deo ipsi promissam? Gen. 15, 1 seqq. *Itaque*, cum matrimonia inita cum feminis alienigenis exemplo Abrahami tueri non possitis; *cavete per vitam vestram*, si vitam amatis, quam cara vobis est vita! *neque in uxorem juventutis tuae* (suae) *perfide agat aliquis!* En facilem sensum eundemque aptissimum. לֹא אֶחָד *nemo*, ut Num. 16, 15. Verba וּשְׁאָר רוּחַ לוֹ sententiam secundariam efficiunt, propr. *et erat reliquum aliquid intelligentiae ei* i. e. cui, in quo rel. aliquid intelligentiae, Num. 27, 18. al., i. e. hoc nexu: cognitionis boni et mali, Jes. 29, 24. Ad וּמָה הָאֶחָד cogitatione suppressum est עָשָׂה, quippe expressum in membro parallelo. הָאֶחָד *ille unus*, quem laudatis, cujus exemplo tueri conamini vestram agendi rationem. Intelligendum Abrahamum esse, ostendunt quae subjiciuntur מְבַקֵּשׁ זֶרַע אֱלֹהִים coll. Gen. l. l. Possunt ea verba etiam absolute capi sic, ut Participium vicem gerat Verbi finiti, hac sententia sensum non mutante: et quid fecit ille unus? *quaesivit semen dei*. De verbis וְנִשְׁמַרְתֶּם בְּרוּחֲכֶם vid. quae observavimus ad Jer. 17, 21.; neque enim dubium esse potest, quin רוּחַ hic idem sit quod illo loco et Deut. 4, 15. Jos. 23, 11. est נֶפֶשׁ, quum רוּחַ etiam alias idem valeat quod נֶפֶשׁ. Quod in

נְעוּרֶיךָ est persona secunda, in יִבְגֹּד tertia, id nullam habet dif-
ficultatem; utraque enim posita est impersonaliter: Ceterum verba
וּמָה הָאֶחָד etiam Israelitarum verba aliquis habere possit, ita ut
וְלֹא אֶחָד וגו׳ sint verba vatis, וּמָה הָאֶחָד argumentum in con-
trarium adductum ab Israelitis, מְבַקֵּשׁ זֶרַע אֱלֹהִים responsum vatis,
in hunc sensum. Vates: *nemo* id *fecit, cui reliquum aliquid in-
telligentiae.* Israelitae: *et quid*, at quid tandem fecit *ille unus*,
Abrahamus (Jes. 51, 2. Ezech. 33, 24.), si is non fecit, quod ne-
gas fecisse quemquam? Vates: *quaerens semen dei* fecit quod
fecit (cf. 1, 6. extr. cum initio vs. 7.), vel Participio posito pro
Verbo finito: *quaesivit semen dei.* Sensus idem. Praestat tamen
ea ratio, quam supra inivimus, his de causis, quod vatem, si
verba וּמָה הָאֶחָד populi verba facere voluisset, pro his probabile
est scripturum fuisse וַאֲמַרְתֶּם מָה הָאֶחָד (cf. 1, 2. 6. 7. 2, 14.),
quodque ex Jes. et Ezech. locis laudatis non effici videtur, potuisse
הָאֶחָד dici Abrahamum ita, ut qui id audiret legeretve, sciret
statim, intelligi Abrahamum. Restat ut nonnullas certe aliorum
afferamus interpretationes. De Wette verba priora: *nonne* id
fecit ille unus, Abrahamus, *et* tamen *mansit ei spiritus* divinus?
populi haec verba esse judicans, ad quae deinde respondeat vates
וּמָה וגו׳. Sed hoc si dicere voluisset vates, debuisset pro אֶחָד
scribere הָאֶחָד, quanquam ne sic quidem Abrahamum idoneo
significaturus verbo. Vide quae supra monuimus. Lud. de Dieu,
quem secutus est Rosenmüllerus: *et nullus* id *facit, cui reliquiae
spiritûs sunt; et quidquid quispiam* id *faceret quaerens semen
dei?* hoc sensu: tu perfide agis in uxorem, quae tibi socia est;
nemo hoc facit, qui vel tantillum spiritus divini reliquum habet:
et quaeso, quomodo quisquam id faceret, qui quaerit semen
dei i. e. liberos, qui deum colant? Non male; modo hunc sensum
ferre posset quod definitum est הָאֶחָד! — *Nam odit* Jova *dimis-* 16.
sionem, repudium, *inquit Jova, deus Israelis, et* eum qui *operit
injuria vestem* i. e. uxorem *suam, inquit Jova exercituum; ita-
que cavete per vitam vestram, neque agatis perfide* Repudium
concessum quidem lege fuit, Deut. 24, 1 seqq. hic vero, quod
non latere debebat interpretes, agitur de iis, qui uxores Israeli-
tici generis *extranearum in gratiam mulierum* repudiabant. Sub-
jectum שָׂנֵא vocis Jovam esse docet nexus. At, inquit Rosen-
müllerus, „tum potius dicendum fuisset in prima persona: *nam
odio habeo*, nam sequitur אָמַר יְהוָֹה." Ad quae Hitzigius, vates,

respondet, oratione obliqua utitur dicens: *odisse se dimissionem, dicit Jova.* Quod judicium aeque falsum est, atque illud, quod fecit Rosenmüllerus. Recta oratione utitur Jova, sed ita, ut in tertia persona de se loquatur, ut saepe alias; cf. statim 3, 1. coll. Ges. gr. ampl. p. 742. לְבוּשׁ „de *conjuge* dicitur, ut arab. لِبَاسٌ est vestis, dein conjux et viri et mulieris, a لبس I. III induit aliquem, quod refertur ad interiorem consuetudinem; velut cum amico, socio (vit. Tim. II, 210. Mang.), it. cum puella, conjuge. Sic Cor. 2, 183: *nocte ieiunii vobis permissus est congressus cum uxoribus vestris,* هُنَّ لِبَاسٌ لَكُمْ وَأَنْتُمْ لِبَاسٌ لَهُنَّ *hae sunt vestis vestra et vos estis vestis earum.*" Gesen. Thes. in לבוש, ubi et alia nomina arab. vestimentum et conjugem significantia et vestiendi verba ad consuetudinem sexuum transferri solita affert vir illustris. Rosenmüllerus priora verba: *si oderit, dimittat,* quam interpretationem nec grammatica admittit (tolerabilius quoad verba Hieronymus: *quum odio habueris, dimitte*), nec nexus, quum per totam orationem maritos *ne repudient uxores* admoneat vates. Hesselbergus: *si noluerit dimittere* uxorem extraneam, *inquit Jova, deus Israelis, operiet* cet. Quod quam arbitrarium et coactum sit ipse vides. Reliquorum verborum absurdas interpretationes prolatas ab aliis confutare taedet.

CAP. II, 17—III, 6. Interrogantibus impiis Judaeis, ubinam sit deus judicium exercens, respondet vates, certissime et praeter exspectationem ad exercendum judicium venturum esse
17. Jovam. — *Defatigastis Jovam*, ei molestiam creastis *verbis ve-*
stris; cf. Jes. 43, 24. *Et dicitis: „in quo*, qua in re, quibus
verbis *defatigavimus eum?" Eo quod dicitis: quicunque facit*
malum, male facit, *bonus est in oculis Jovae*, probatur Jovae, *et*
iis, male facientibus *ille delectatur; aut ubi est deus judicii*,
exercens judicium? id est, sin minus, si deus non delectatur ma-
1. lis, ubi tandem est illius justum judicium? — CAP. III. Veniet
quem provocatis, et quidem citius opinione vestra! *Ecce, mittam*
nuntium meum, et parabit, muniet *viam ante me; et subito*
veniet ad templum suum dominus, quem vos quaeritis, et nun-
tius foederis, cujus (nuntii) *vos avidi estis, ecce, veniet, inquit*
Jova exercituum. Qui *nuntius Jovae* dicitur, secundum vs. 23.

est *Elia* propheta. Sic statuisse jam veteres Judaeos testis est
Hieronymus, qui: „hoc quod dicitur *ecce ego mitto angelum
meum* de Elia propheta dictum intelligunt (Judaei)." *Veterem*
quendam prophetam denuo appariturum hac Malachiae aetate ex-
spectasse Judaeos nihil habet miri, quum eo tempore clarorum
prophetarum genus dudum defecisset. Similis origo fuit spei
venturi Messiae. *Eliae* vero quod exspectabatur reditus, ejus
opinionis causa videtur, quod is vivus in coelum latus fuisse di-
cebatur. Ceterum jam diu esse, quod eum reditum Judaei despe-
rarint, hoc eorum proverbium docet: עד שיבוא אליהו *donec ve-
niat Elia* i. e. nunquam. וּפִנָּה וגו׳, removendis iis, quae mihi
ingrata esse possint; cf. Jes. 40, 3. Quod officium plenius descri-
bitur vs. 3. et 23. 24. הָאָדוֹן i. e. Jova. Qui ante de se ipso
in prima persona loquutus erat, de se jam in tertia loquitur;
cf. 2, 16. *Jovam* intelligendum esse vel docet quod praecedit *ad
s. in templum suum;* sed idem ostendunt quae subjiciuntur *quem
vos quaeritis*, utpote quae respiciant vs. 17. cf. vs. 5 seqq. מַלְאַךְ
הַבְּרִית idem qui ante dictus מַלְאַךְ יְיָ (מַלְאָכִי), facit enim vs. 3.
id ipsum, quod hoc loco facturus esse dicebatur מַלְאַךְ יְיָ, parat,
inquam, Jovae viam. Est vero *nuntius foederis* is, qui divinitus
mittitur ad ineundas rationes ad restituendum servandumque foe-
dus olim inter Jovam atque Israelitas factum (cf. 2, 4 seqq.) ne-
cessarias, vs. 3. 24. Ceterum qui dicebantur *postulare* adventum
Jovae, iidem recte dicuntur *avidi esse* (חֲפֵצִים) *nuntii Jovae.* —
Et quis sustinebit diem quo venerit nuntius Jovae, *et quis con-* 2.
sistet, cum apparuerit? Nam quicunque culpa vacui non fue-
rint, eos velut igne purgabit, velut sale lixivii, *nam est ille*
nuntius (cf. vs. 3.) *similis igni ejus qui liquat*, a scoriis liquando
separat, purgat metalla, *et similis sali lixivii fullonum.* — *Se-* 3.
debitque liquans et purgans argentum, aurificis instar liquantis
cet.; *et purgabit filios Levi*, quorum vitia reprehenderat supra,
et liquabit eos auri instar et argenti instar, offerentque in po-
sterum *Jovae fertum juste* i. e. tunc, cum emendati fuerint, of-
ferent sacrificia justa, talia qualia debentur Jovae; cf. 2, 6 seqq.
— *Et gratum erit Jovae fertum Judae et Hierosolymorum, ut* 4.
diebus antiquis atque ut annis priscis. — Tum Jova, quem 5.
temere provocastis, 2, 17., judicium faciet de omnibus, qui emen-
dari noluerant. *Et appropinquabo ad vos ad judicium* facien-
dum, *eroque testis celer in incantatores et in adulteros et in*

perjuros et in eos, qui premunt mercedem mercenarii, frau-
dant mercede mercenarium, *viduam* premunt et *orphanum*, *et qui*
judicio *repellunt peregrinum, nec timent me, inquit Jova exer-
cituum.* וְהָיִיתִי עֵד וגו' *eroque testis* cet. i. e. tum, qui diu an-
tea cunctatus eram (2, 17.), sine mora criminum suorum convin-
cam incantatores cet. De הַטֵּה גֵר vid. not. ad Am. 5, 12. —
6. *Nam ego, Jova, me non mutavi*, falluntur qui ex eo, quod de
improbis judicium nondum feci, colligunt, mutatum me esse, non
amplius eum me esse qui fuerim olim (2, 17.), *et vos, filii Ja-
cobi, non periistis* i. e. ejusque meae constantiae insigne docu-
mentum in eo habetis, quod adhuc stat respublica vestra.

CAP. III, 7—12. Vs. 7—9. reprehendit Judaeos, quod
decimas et oblationes non persolvant, hanc publicae calamitatis
causam dicens. 10—12. hortatur eos, ut quae debeant persol-
7. vant, futuri deo favente felicissimi. — *Inde a diebus patrum
vestrorum recessistis a statutis meis, nec servastis ea. Redite
ad me, et redibo ad vos, inquit Jova exercituum. Et dicitis:*
8. „*in quo*, qua in re *redeamus?*" cf. Zach. 1, 3. — *Num frau-
dabit homo deum*, num fas est, fraudare hominem deum, *quod
vos fraudatis me? Et dicitis:* „*in quo*, qua in re *fraudamus te?*"
In *decimis et oblationibus.* קָבַע i. q. עָקַב. Ad הַמַּעֲשֵׂר וגו' ex
praegresso בַּמֶּה cogitando repetendum est בְּ, nisi mavis, esse ea
nomina Accusativos rei (*decimis et oblationibus* me fraudatis),
Prov. 22, 23. Ad rem cf. Lev. 27, 30. Deut. 12, 6. 18, 4. —
9. *Diris vos devoti estis* i. e. acciderunt vobis ea mala, quae impre-
catus sum, denuntiavi non obedientibus, cf. 2, 2., *et me vos frau-
datis, gens universa.* וְאֹתִי אַתֶּם קֹבְעִים sententia causalis, sim-
plici copulae vinculo annexa; cf. supra vs. 6. coll. Ges. gr. min.
10. §. 152, 1. c. — *Afferte omnes decimas in domum thesauri*, in
promtuarium, *sitque cibus in domo mea, et tentate me modo hoc*,
hac re, *inquit Jova exercituum: annon aperiam vobis catar-
rhactas coeli, et effundam vobis quaevis bona usque ad abun-
dantiam*, ultra quam satis est. Ad verba priora cf. Neh. 10,
38 sq. 13, 5. 12 sq. בְּחָנוּנִי quomodo Hesselbergus hoc nexu pro
3. Praet. habere potuerit, difficile judicatu est. Ad אִם לֹא אֶפְתַּח
וגו' cf. Deut. 28, 12. 2 Reg. 7, 2. 19. עַד־בְּלִי־דָי Gesenius in
Thes. p. 334: „*usque ad defectum sufficientiae*, usque dum con-
sumta erit abundantia mea: quod quum fieri non possit, senten-

tia est: in aeternum, cf. Ps. 72, 6. (Quem sensum fecerunt etiam Lud. de Dieu, Rosenmüllerus, Hesselbergus et alii.) Jo. Simonis bene ad sententiam: ultra quam satis est, sed quomodo hoc ex verbis elicuerit, equidem non video." Quidni? דַּי est *sufficientia, sat magna copia, justa mensura;* hinc בְּלִי־דַי (cf. בְּלִי־שֵׁם infamia Job. 30, 8.) idem quod apud nostrates *Unmaass* i. e. h. l. *Uebermaas, abundantia*, atque ita עַד־בְּלִי־דָי *usque ad abundantiam*, qua ratione verba jam interpretatus est Hieronymus. E recentioribus sic Hitzigius et de Wette; cf. לִבְלִי חֹק Jes. 5, 14.
— *Et increpabo* i. e. coercebo *vobis*, vestrum in commodum, 11.
comestorem, animalia voracia et noxia, locustas maxime; *nec perdet vobis fructus terrae, neque abortum faciet vobis*, id est, spem vestram fallet *vitis in agro, inquit Jova exercituum.* Ad וְגָעַרְתִּי וגו' cf. 2, 3. הָאֹכֵל qui Jud. 14, 14. est leo, hic potissimum de *locusta* est intelligendus; cf. גָּזָם (resecans), חָסִיל (depascens) et alia locustarum nomina. — *Et felices vos praedica-* 12.
bunt omnes populi, cf. Zach. 8, 13., *nam eritis vos* i. e. erit terra vestra *terra delectationis*, qua quisque delectetur, *inquit Jova exercituum.*

CAP. III, 13—24. Vs. 13—15. temere queri cultores Jovae, nihil juvare Jovae cultum, beatos esse impios; 16—18. talium verborum testem Jovam diem adducturum esse, quo intelligant pii, illum probe discernere inter pios et impios; 19—21. eo enim tempore impios Jovam oppressurum, pios vero felices redditurum esse. 22—24. monentur pii, ut conditionem promissi servent, in quo studio ipsis adfuturus sit mittendus a Jova nuntius. — *Dura sunt contra me verba vestra*, duris utimini con- 13.
tra me verbis, *inquit Jova. Et dicitis: „quid colloquimur contra te?" — Dicitis: vanum* est, nihil prodest, *colere deum; et* 14.
quid lucri est, quid prodest, *quod observamus observanda erga eum, et quod incedimus habitu lugubri propter Jovam exercituum*, i. e. quod diligenter et accurate servandis praeceptis Jovae graviter affligimus nos? Hitzigius verba postrema: *et quod incedimus habitu lugubri*, poenitentiam agentes, si quid deliquimus, *propter Jovam exercituum*, propter missa ab eo mala. Quod quaesitum videtur. — *Et nunc*, jam igitur, cum nihil prosit co- 15.
lere Jovam, *felices praedicamus insolentes*, protervos contemtores legum divinarum; *aedificantur*, rebus prosperis augentur *qui agunt impie; tentant deum*, pergunt improbe agere, insuper ha-

bitis poenarum gravissimarum comminationibus, *et evadunt* salvi et incolumes." זֵדִים Hitzigius judicat esse populos alienos oppositos populo Jovae. In eos vero non videtur convenire, quod זֵדִים hic dicuntur *tentare Jovam.* Intelligendi potius qui inter ipsos Judaeos erant legis divinae contemtores. Quae vs. 13. habentur nequaquam necessario totius populi verba putanda sunt. Ad גַּם quod attinet, potest particulae utroque loco usitatus tribui *etiam* significatus, hac sententia: jam igitur felices praedicamus insolentes; *augentur etiam qui agunt impie* (cf. Hos. 6, 11.), non tantum, quae quidem tua est sententia, pii; *etiam illi tentant deum* sc. suo modo, contrarie illi quem tu nobis suasisti (vs. 10.), violandis, non servandis praeceptis divinis, *et evadunt*
16. incolumes. — *Tunc colloquuntur qui timent Jovam unus cum altero, et attendit Jova, et audit, et scribitur liber memoriae coram ipso iis qui timent Jovam et iis qui aestimant*, magni faciunt *nomen ejus.* Verborum אָז נִדְבְּרוּ וגו' ea ratio est, quae Jes. 5, 4. al., quippe sunt pro: *tunc, cum colloquuntur* talia *qui timent Jovam unus cum altero, attendit Jova* cet. Secus Rosenmüllerus et alii, qui: „*tunc*, cum impii talia proferunt, quae vs. 15. leguntur, *colloquuntur timentes Jovam alter cum altero* sc. longe aliter atque isti, et inde occasionem capient sese in coelesti veritate confirmandi, suaque fata omnia ad deum referendi." Quam interpretationem jure optimo Hitzigius rejecit. Primum enim sic desiderantur verba, quae pios volunt loquutos. Deinde qui vs. 14. 15. queruntur, in numero piorum se habent ipsi; neque est, cur propterea quod queruntur neges eos esse pios, alioquin impius fuisset Jeremia quoque, impii plurimorum Psalmorum scriptores, impii alii. Denique, quod gravissimum, qui hic loquuntur ab iis, qui loquentes inducuntur vs. 14. 15., non differre clarissime perlucet ex vs. 18 et seqq. וַיִּכָּתֵב, quod inter homines non ab ipso rege, sed a cancellario (מַזְכִּיר) fieri solebat; qua ipsa de causa scriptum videri potest וַיִּכָּתֵב, non וַיִּכְתֹּב. לְפָנָיו arcte cohaeret cum סֵפֶר זִכָּרוֹן: significatur enim, illum librum Jovae *ad manus* futurum esse. לְיִרְאֵי יְיָ *iis qui timent Jovam* i. e. pro iis, eorum in commodum, ut, cum venerit tempus judicii, Jova piorum nominibus factisque in memoriam
17. revocatis eos meritis praemiis afficiat. — *Eruntque mihi, inquit Jova exercituum, eo die, quem facturus sum, peculium; et parcam*, clementer agam cum *iis, quemadmodum parcit aliquis*, de-

menter agit cum *filio suo, qui colit eum*, officiose eum observat,
ei obsequitur. Ad לַיּוֹם cf. Jes. 10, 3. coll. בַּיּוֹם infra vs. 21.
Intelligendus dies judicii, vs. 19 seqq. סְגֻלָּה construendum esse
eum וְהָיוּ לִי, neutiquam cum proxime praecedentibus in hanc
quam Rosenmüllerus et alii fecerunt sententiam: *die, quem factu-
rus sum peculium* i. e. peculiarem, plane peculiarem, singularem
(qui significatus cum ipso usu loquendi pugnat), docent loci
Exod. 19, 5. Deut. 7, 6. 14, 2. 26, 18. — *Et rursus discernetis*, 18.
tum rursus intelligetis, quid sit discriminis *inter justum et im-
probum, inter eum qui colit deum, et eum qui non colit illum.*
— Hoc versu in pluribus libris incipit caput novum. *Nam ecce*, 19.
dies ille veniet ardens fornacis instar, cf. Zeph. 1, 18.; *erunt-
que omnes insolentes*, protervi Jovae contemtores, *et omnis qui
agit impie, stipula, et incendet eos dies qui veniet*, cf. Obad.
18., *inquit Jova exercituum, ita ut non relinquat* ille dies *iis
radicem aut ramum*, ut nec radicem nec ramum iis relinquat,
i. e. deleat eos penitus, cf. Am. 2, 9. et ll. ibi ll. Pro עֹשֵׂה־ plu-
rimi et scripti et editi libri עֹשֵׂי, quod intempestivo conformandi
studio tribuendum. אֲשֶׁר ut 2 Reg. 9, 37. al. — *Et exorietur* 20.
vobis, qui timetis nomen meum, sol justitiae divinae vobis salu-
tem impertientis, *et sanatio est in alis ejus*, cujus in alis est
sanatio malorum omnium, *et liberi evadetis et lascivietis* prae
gaudio, *ut vituli stabuli*, altiles. צְדָקָה hic ut saepe alias est
justitia dei piis salutem afferens; cf. Jes. 46, 13. coll. ibid. 41, 2.
Comparatur *soli*, quia lucem, felicitatem affert, dissipat tenebras
miseriarum. Tribuuntur ei *alae*, ut *aurorae* Ps. 139, 9. Est
vero *sanatio est in alis ejus* nihil aliud quam: affert sanationem.
De eo, quod alis suis pios *tegat* sol justitiae, de quo cogitat
Hitzigius, qui nunquam sibi satisfacit nisi pressis omnibus sin-
gulis, cogitandum non est. Sic enim turbatur elegans imago.
וִיצָאתֶם idem Hitzigius: *et exibitis* quisque e casa sua. Jejune.
יָצָא absolute positum hic significat *liberum prodire*, *egredi* ex
judicio, cf. vs. 19. et 21. — *Et conculcabitis improbos*, *nam* 21.
erunt cinis (cf. vs. 19.) *sub plantis pedum vestrorum die illo,
quem facturus sum* (vs. 17.), *inquit Jova exercituum.* — Qui 22.
dies ut veniat vobis, *memores estote legis Mosis, servi mei, quam
praecepi ei in Horebo de universo Israele*, de universo populo
Israelitico, *statutorum et jurium!* צ' עַל ut 2 Sam. 14, 8. —
In qua servanda conditione vobis aderit nuntius a me mittendus 23.

Elia. *Ecce, missurus sum vobis Eliam prophetam, priusquam*
veniat dies Jovae magnus ille et terribilis. אֵלִיָּה, τὸν Θεσ-
βίτην, LXX, Sir. 48, 10. Vid. not. ad vs. 1. Ad postrema
24. verba cf. vs. 2. et Joel. 2, 11. — *Et convertet cor*, animos *pa-*
trum ad filios, et cor, animos *filiorum ad patres suos, ne ve-*
niam et feriam terram internecione, id est, „hoc aget Elias, ut
animum patrum a liberis alienatum ad hosce, et vicissim affectum
liberorum a patribus aversum ad istos sit conversurus, concor-
diaeque vinculum utrinque laxatum firmaturus. Mutuae caritatis
instillabit praecepta." Haec Rosenmüllerus. Sed mox idem prae-
stare monet, עַל pro עִם (cf. Gen. 28, 9. al.) positum capere, ut
sensus sit, Eliam tum patres tum filios adhortaturum esse, ut
se ad deum toto corde omnes convertant. Quod assensu suo
probaverit *Steudel*, his verbis interpretatus locum: „missurum se
promittit Jova, antequam stupendus ille dies appareat, Eliam pro-
phetam, qui, ne forte interveniens Jova internecione ferire terram
cogatur, animos patrum cum animis filiorum, filiorumque animos
una cum animis patrum sit conversurus, aut convertere sit quae-
siturus, i. e. omnium et singulorum animos ad Jovam deoque
gratam mentem sit conversurus." Negari non potest, aptiorem
altera hanc sententiam videri. Exspectatur enim sententia uni-
versalis eaque satis apta ad ea quae proxime praecesserunt. Sed
vide, quam intolerabilis ex hac interpretatione oriatur tautologia.
Malo igitur acquiescere in sensu priore. Haud raro, ubi gene-
ratim et universe loqui debebant, singula proferunt Hebraeorum
vates. Ex divortiis (2, 10 seqq.) nascebantur discordiae dome-
sticae, domestica pax vero est plurimarum virtutum salutisque
tam publicae quam privatae fundamentum.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Hos. 3, 1. *Benary de Hebr. Lev.* p. 63 sq. „Omnia, inquit, recte sese habent, si unum vocalis punctum mutas, sc. si אֲהֻבַת loco levissima mutatione אַהֲבַת legis; tunc haec evadet sententia: iterum i ama mulierem amore socii, quae tamen committit adulterium, quemadmodum amat Jehova Israel, qui tamen sese convertunt ad alios deos rell. Habes ergo tropum אהב אַהֲבַת רע *amare amore cari socii*, sicuti א' אהבת נפש 1 Sam. 20, 17. *amare amore intimo*, א' אהבת עולם Jer. 31, 3. *amare aeterno amore*; et hoc ipso demum accusativo, qui rationem et modum amoris indicat, accuratissime respondetur ad modum formamque inindicantem כ particulam alterius membri כאהבת יי; et toto priori membro: ama mulierem amore socii i. e. tenerrimo amore, ad alterum: quemadmodum amat Jehova filios Israel; et opposita denique prioris membri parte ומנאפת i. e. והיא מנאפת ad oppositam alterius והם פנים וגו'." Quae mutatio prorsus rejicienda est. Etenim, ut taceam, V. S. V. verba nimium premere, si אַהֲבַת scriptor exprimere voluisset, debuisset pro ומנאפת scribere והיא מ'. Sanissimus parallelismus ex nostra interpretatione est. Respondent sibi אהב אשה et כאהבת יהוה את בני ישראל, item אהבת רע ומנאפת et והם פנים וגו' ואהבי וגו'.

Ibid. 7, 4—7. superiorum interpretum placitis adde hanc interpretationem propositam ab eodem ibid. p. 64 seqq. „Hos, inquit, satis difficiles atque maxumopere vexatos versus explicantem mirum in modum adjuvat peculiaris, quam adhibuit propheta, comparationis concinnitas; ex qua etiam continuam unius ejusdemque pravi studii a propheta adumbrari imaginem, non diversorum singulis versibus depictorum exhiberi criminum tabulam, id quod Eichhornius est opinatus, jure statuimus. Nam versus quartus satis copiose v. sexto et septimo explicatur, neque minus quod in quinto decretum est, septimo narratur perpetra-

tum. Id vero quod describit propheta sceleratum popularium suorum studium nullum aliud esse, quam ardentis seditionis atque caedis sanguinolentae, qua reges alius post alium (et ab alio) una cum principibus interimantur (id quod tunc identidem esse factum satis constat), perspicuo argumento sunt versus ipsi, quos ita vertimus: vs. 4. Omnes adulteri sunt; omnes ardent, sicuti furnus accensus a pistore, (qui) quiescit excitans, inde a depsenda massa usque ad ejus fermentationem. vs. 5. „dies regis nostri — aegrotant principes ex calore vini, commercium habet ille cum irrisoribus!“ vs. 6. Namque instruxerunt intus quasi furnum cor (suum) insidiis suis; tota nocte dormitat pistor eorum, mane accenditur illud instar ignis flammantis. vs. 7. Omnes incalescunt sicuti furnus atque comedunt judices suos; omnes eorum reges ceciderunt — neque eorum quisquam inclamat me. Sed arctum horum versuum nexum consideranti molesta sunt כלם מנאפים verba, quae cum sequentibus juncta neque ad proprios adulteros neque ad idolorum cultores possunt spectare, de utroque enim hominum genere neque ulla in sequentibus fit commemoratio neque nostri versus instituta comparatio apte intelligitur nedum ubi ad eum versus sextum et septimum qui consequuntur retuleris. Itaque duplex exstat explicandi ratio, vel ut concedas prophetam מנאפים vocabulum latius adhibuisse de pessimis hominibus, qui non solum adulterii studio sed pravissimis cujusvis generis flagrant cupiditatibus, imprimis seditionis et caedis scelere, quod etiam alias una cum hoc vocabulo solet commemorari, cf. Hos. 4, 2. Ezech. 23, 27.; vel ut statuas, id quod e linguae usu et prophetae nostri abrupto sermonis genere praefero, vatem ab adulterio totius populi strictim vituperato, extemplo ad sceleratissimum ejus seditionis et caedis transiisse studium: omnes, inquiens, adulteri sunt, omnes sunt furni instar rell. Conjecturae enim nullus est locus, certe non illi, quam Stuckius male intellecta imagine proposuit ... Singulae comparationis partes ita sese excipiunt. Ardentes pravis cupiditatibus homines seditiosi insidiatores, furno comparantur (cf. vs. 4. 7.); cupiditates sive insidiae, quibus intus impleti sunt, furni lignis (cf. vs. 6.); eorum dux, qui eos excitat, sive eorum cupiditates tanquam furni ligna incendit, pistori; rex denique atque imperii principes, qui justo tempore ab excitatis per ducem conjuratis comeduntur (i. e. interficiuntur) conferuntur cum coquendis et devorandis panibus

accenso per pistorem furno (vs. 7.). Sic singulis comparationis partibus recte constitutis facile patebunt omnia. Prima nempe versus quarti verba simpliciorem sententiam atque imaginem continent, quae sequente descriptione jam exponitur luculentius: omnes ardent sicuti furnus accensus a pistore, eorumque ignis tantummodo tamdiu retentus est, quamdiu coquendi panes parati sunt; ita enim reliqua versus parte eadem adhibita imagine propheta dicit his verbis 'ישבות מעיר וגו, quibus conferenda est explicatio sexti versus כל הלילה ישן אפיהם, ex qua apparet, ישבות מעיר non posse verti cum aliis interpretibus: quiescit vigil (sc. pistor). Sed מעיר duplici tantum explicari potest ratione, aut ut Infinitivus sit aut Participium; ex priore ratione vel habetur Infinitivus Kal a radice עיר significatione causali: cessat a calefaciendo, vel Hifil a radice עור pro מֵהָעִיר: in illa non usitatam causalem significationem, in hac insolitam grammaticam formam aegre ferimus; itaque melius Participii formam statuas: quiescit excitans ignem pistor. Tempus, per quod pistor quiescit, 'מלוש וגו verbis accommodate ad imaginem definitur, est enim totum illud tempus (cf. כל הלילה vs. 6.) quo coquendi sive igne devorandi panes (intellige regem cum principibus interficiendum vs. 7.) parantur. Paratum vero aptumque ignes excitandi i. e. regem cum proceribus interficiendi temporis momentum, pistor sive conjuratorum dux versus quinti verbis constituit ita: dies regis nostri sit! sive, die regis nostri rell. Eligit ergo diem regis festum (aut quo natus aut quo coronatus sit aut alium quendam solemnem), quem rex et principes congregati conviviis celebrant lautis, vino saucii, scurrarum petulantium socii. Hoc sane aptissimum esse tempus quo conjuratio ex latebris atque tenebris erumpat apparet. Verba ipsa nullam habent difficultatem ... Propositam vero quarto versu sententiam atque imaginem repetens, jam explicat propheta luculentius pravam et insidiosam agendi istorum hominum rationem sexto versu, in cujus primo tamen membro כי קרבו כתנור haeserunt interpretes omnes. ... Hoc patet, ex קרבו vulgari significatione adhibita neque ad grammaticam neque ad imaginem et sensum accommodatam proficisci sententiam ... Nequaquam tamen קרבו vocabulum tentandum est, hoc enim non adscribimus vulgari radici קרב, quanquam etiam ex hoc verbo *parandi* significationem possis elicere indeque sententiam satis aptam: pararunt tanquam furnum (lignis)

cor suum insidiis; sed קרבו verbum de nomine קֶרֶב ducimus formatum quasi *inviscerare* (implere), itaque ut parum apte latino sermoni sed prorsus ad textum accommodate vertam: nam *inviscerarunt* (intus implerunt) quasi furnum cor suum insidiis suis. Insidiae enim (אֹרֶב) ex imagine a propheta adhibita sunt, ut jam diximus, ligna furno imposita. Quam interpretationem veram esse tum res ipsa docet, tum Jer. locus 9, 7., nostri quasi commentarius וּבְקִרְבּוֹ יָשִׂים אָרְבּוֹ, nam relicta imagine idem fere dicitur atque nostro loco, et ex retento hic solum obvio אֹרֶב vocabulo paene concludas eum hic ut alias nostrum prophetam ante oculos habuisse. Ceterum nescio an hoc loco idem atque nos sibi voluerit Rückertus, qui ita vertit: denn gedrängt haben sie, gleich dem Ofen, ihr Herz voll ihrer Hinterlist. Sequentia omnia ex praecedentibus satis perspicua sunt; כל הלילה ישן א׳ respiciunt ad sententiam quarti vs. ישבות מעיר וגו׳; verba כל ה׳ enim opposita quidem sunt בקר voci, sed tanquam temporis tantummodo terminus quidam; pistorem vero qui hic dicitur tota nocte dormitare, eundem esse atque pistorem ignes excitantem, qui illic quiescit per totum tempus quo massa furno coquenda paratur, facile apparet. Quare אֹפֵיהֶם solam veram esse lectionem non est quod moneamus; בקר הוא בער autem ad *cor* referatur (mane illud ardet, accenditur, cf. Mal. 3, 19.) necesse est propter comparationem כאש להבת. Septimus denique versus, totius descriptionis finis, exponit quid fecerint inflammati isti ardentium cupiditatum igne homines, comederunt nempe omnes principes, qui jam facti sunt כמאכלת אש (Jes. 9, 18.), cum furni ignei instar eos devorarint. Ad totam hujus furni ignei devorantis imaginem apte conferri possunt Psalmistae verba (21, 10.) ita explicanda: facis eos quasi furnus igneus (i. e. quemadmodum igneus furnus faceret eos) tempore vultus tui; Jova in ira sua eos devorat, quasi comedat eos ignis.“ Haec ille. Non nego equidem, praeferendam videri interpretationem, ex qua continua ejusdem pravi studii per totum locum adumbretur imago. Talem vero investiganti interpretationem difficultatem creare illud כלם כנאפים (מ׳ malo jam proprie intelligere) vir doctissimus fassus ipse est nec potuit eam removere. Quae vs. 5. leguntur dubito an possint verba haberi seditiosorum; cf. vs. 3. Quam קֵרְבוּ verbi proposuit explicationem non possum non quaesitam dicere. Apta est usitata significatio. Pertinet כתנור ad לבם,

non ad קרבו; si tamen, cogitandum est de furno, qui portari, transferri in alium locum potest, quales habebant et etiamnunc habent istarum regionum incolae.

Joel. 2, 20. Verum nunc indagasse mihi videor. Quod magnam difficultatem habere videbatur צְפוֹנִי (cf. p. 295 sq.), habet nullam. צְפוֹנִי *septentrionalis* locustarum exercitus non dicitur, quod e septentrionali plaga venerat, in qua opinione sunt *Fürstius* quoque (*Concord.*) et *Biesenthal* (*Lexid.*), aut, quae est *Hitzigii* sententia, quod (aliunde illatus in terram) occupaverat septentrionalem coeli plagam; sed *septentrionalis* hic idem est quod *tenebricosus* (צָפוֹן constat a tenebris dictum esse), et sic dicitur agmen locustarum, quia nubium instar „*solem obumbrant*" locustae (*Plin. H. N.* 11, 29.); vid. vs. 2. et 10. et quae ibi observavimus.

Mich. 2, 8 sq. Aliam eamque haud inelegantem hujus loci interpretationem dedit *Benary* l. l. p. 68 sq. Ibi „sunt, inquit, שובי מלחמת verba, quae hoc loco nullum aptum habent sensum (habent tamen ex nostra interpretatione) cum sequente versu jungenda. In hoc tamen ipso peccatur, cum membris falso separatis ita explicetur: mulieres populi mei expellitis unamquamque e domo deliciarum ejus, et a parvulis ejus aufertis decus meum in sempiternum. מעל עלליה igitur a praecedentibus prorsus avulsum tanquam nova sententia jungitur sequentibus, quo fit, ut הדרי vocabulum propter verbi cum composita מעל praepositione structuram, de *veste* intelligatur necesse sit. Sed parvulorum vestes posse Jehovae decus sive decus a Jehova ipsis tributum appellari, si maxime concedamus, nequaquam tamen apte hae vestes dicuntur abreptae *in aeternum* (imo aptissime! vid. ad locum) ... Itaque מעל עלליה verba jungenda potius sunt iis, quae praecedunt: expellitis e domo deliciarum ejus, a parvulis ejus, quibus nempe mater adstat sive avis instar incumbit, cf. Deut. 22, 6.; ita ut הדרי non amplius significet decus, quod *super* parvulis est i. e. vestimentum, sed *parvulos ipsos* (non male profecto!), qui imprimis dei decus et gloria nuncupantur, cf. Ps. 8, 3. Uterque autem versus jam ita vertendus est: vs. 8. Et pridie populus meus hostis surrexit mihi; a veste pallium detrahitis secure transeuntibus. vs. 9. Reversi e bello mulieres populi mei expellitis unamquamque e domo ejus dilecta ab ejus parvulis; aufertis decus meum in aeternum. Habes hac ratione sententiam

satis pulcram et gravem. Invehitur propheta in populares, qui homines secure viam transeuntes, Beduinorum latronum more postquam exspoliarunt (vs. 8.), e pugna quasi gloriosa reversi, milites scilicet fortes, domum maritorum in via spoliatorum petunt, et sicuti aves nido detr.. turi (Deut. 22, 6.) mulieres, quae ibi parvulos custodiunt ... tegunt, veluti avium feminae pullis incumbentes, ex domo ...a a parvulis expellunt, hosque innocuos, qui dei gloria et d..ous sunt, secum abducunt in aeternam servitutem, nunquam ad matres reversuros."

Mal. 1, 3. ad תַּנּוֹת cf. etiam punicum *thunu* (תנו *habitatio*) *Gesen. Monum. phoen.* p. 417 sq. 428, b.

Pag.	209.	lin.	16.	pro צוֹת leg. צוֹר
-	212.	-	17.	- pauca leg. pausa
-	218.	-	3.	- *et* scrib. „*et*
-	219.	-	6.	leg. admiscebit
-	247.	-	17.	leg. putantes
-	248.	-	4.	leg. aliud
-	253.	-	8.	pro ה parag. leg. ו parag.
-	263.	-	15.	et 17. leg. שֹׁמְרוֹן
-	-	-		ima scrib. *ad montes:*
-	277.	-	18.	leg. زَكْ
-	280.	-	11.	ab ima leg. sint.
-	287.	-	12.	leg. אֱמַר
-	294.	-	3.	ab ima post divinarum add. cognitione
-	303.	-	5.	ab ima leg. בַשְּׂקִים
-	304.	-	15.	- - pro ut leg. et
-	305.	-	1.	leg. גֻּרַף
-	-	-	3.	leg. מְגֻרֶפֶת
-	307.	-	10.	ab ima pro Bochartus l. c. „Nos leg. Bochartus l. c." Nos, *nam mea, non Bocharti, verba sunt* Nos *et quae sequuntur.*
-	313.	-	7.	ab ima leg. מְצַפְּנִים
-	317.	-	5.	leg. utramque
-	332.	-	1.	leg. *fuit*
-	-	-	7.	leg. نَقّادْ

Pag. 356.	lin.	17.	pro מְסָרְפוֹ leg. מְסָרְפוֹ
-	-	20.	leg. *quas*
- 360.	-	14.	leg סִבְתָא
- 365.	-	13.	leg. *dirumpendi*
-	-	5.	ab ima leg. שְׁמָנִים
- 371.	-	13.	post nonnisi add. ad
- 373.	-	16.	ab ima leg. אַנְבִּי
- 376.	-	19.	leg. חַס
- 379.	-	16.	pro frustra leg. frusta
- 383.	-	7.	pro se leg. per
- 390.	-	2.	leg. יְחוֹנָה
-	-	19.	pro — לַמִּלְחָמָה serib. לַמִּלְחָמָה —
- 393.	-	4.	pro חָגַת leg. חָגַת
- 394.	-		ima scrib. *latibula.*“
- 399.	-	5	sq. scrib. exitium.“
- 401.	-	15.	leg. אֶבְדָם
- 406.	-	18.	ab ima pro Hic leg. Hie
- 408.	-	5.	leg. biberitis
-	-	18.	ab ima leg. יַעֲשֶׂה
- 413.	-	8.	pro cum leg. ibique
- 423.	-	14.	leg. potuerunt
- 428.	-	16.	ab ima scrib. fieret.“
- 433.	-	4.	ab ima ieg. Praeferendam
- 446.	-	5.	leg. עֲצַבְיָה
- 450.	-	12.	pro צָפִיר leg. שָׂפִיר
- 456.	-	9.	ab ima leg. חֵלֶק
- 457.	-	12.	leg. חֵלֶק
- 458.	-	5.	ab ima scrib. *contumelias.*“
- 463.	-	2.	pro quos leg. quo
- 469.	-		ima leg. וְאַל
- 473.	-	11.	pro a nobiscum ipsis leg. ab iisdem illis
-	-	5.	ab ima pro putetur leg. jubetur
- 474.	-	5.	leg. תְּמוֹרְדִי
- 475.	-	9.	leg. בְּאַלְמִי
-	-	6.	ab ima leg. אַחִיר
- 476.	-	11.	- - leg. opponemus
- 478.	-	3.	post *Jova* add. missus
- 513.	-	2.	*extrema* pro : *scrib.* .
- 515.	-	3.	leg.

Pag. 516. lin. 12. ab ima leg. סַעֲלַת
- 518. - 11. - - - poteris
- 527. - 10. - - scrib. *volitent.*“
- 534. - 7. - - leg. יְסַפֵּר
- 535. - 6. leg. persequerentur
- - - 21. - קְרוֹב
- 540. - 10. ab ima leg. חוֹר
- 557. - 13. - - - אֶרֶץ
- 560. - 13. leg. יְחוֹת
- 567. - 11. - continentur
- 569. - 14. - יְבַחֵשׁ
- 572. - 9. ab ima leg. potentiae
- 575. - 7. leg. haec
- 580. - 3. - المقدس
- 585. - 7. scrib. قَاسَ
- - - 4. ab ima post תְּמָהוּ add. Hab. 1, 5.
- 590. - 8. - - leg. חַיָּתוֹ
- 591. - 2. leg. *corvus*
- 593. - 10. ab ima leg. מִשְׁפָּם
- 594. - 17. leg. domos
- 599. - 12. - videntur
- 603. - 11. ab ima leg. בֹּא
- 606. - 19. leg. בְּגִלֻּלְכֶם
- 612. - 19. ab ima leg. מַעֲלִיתָם
- 618. - 18. leg. עֶשְׂרִים
- 620. - 8. ab ima leg. אֶקָּחֲךָ
- 628. - 18. - - pro mihi leg. miri
- 635. - 15. - - - מַהֲלֵךְ leg. מַהֲלָךְ
- 638. - 2. - - - Sensum leg. Sanum
- 644. - 15. - - leg. *quid*
- 647. - 17. - - - altero
- 648. - 18. - - - הַיּוֹצֵאת
- 657. - 17. - - - destinatam
- 658. - 15. pro in leg. *in*
- 660. - 13. leg. Fatemur
- 669. - 14. ab ima post eodem add. eodem *in haec verba:* ab eodem eodem anno.
- 678. - 11. scrib. esset.“

Pag. 684. lin. 8. ab ima pro Nam leg. Non
- 686. - 18. leg. deviincant
- 694. - 9. - *mactandas.*
- - - - - in margine pro 8. leg. 7.

Alia, imputanda prelo, non correctori, sic restitue:

p. 210. l. 7. ab ima leg. רַחֲמַת, p. 238. l. 17. ab ima בָּאוֹר, p. 293. l. 9. ab ima לַאֲסִרִים, p. 348. l. 13. ab ima בָּשָׁן, p. 366. l. 3. ab ima מִשְׁקָלוֹ, p. 390. l. 5. נְאֻם, ibid. l. 11. אֶת־, p. 393. l. 8. שִׁבְטוֹ, p. 414. l. 1. עַל, p. 420. l. 17. ab ima יִרְשׁוּ, p. 427. l. 7. et 9. וַיְחִי, p. 434. l. 14. ab ima שָׁוְא, p. 435. l. 3. ab ima יָמִים, p. 469. l. 3. ab ima וְנִשָּׂא, p. 474. l. 2. ab ima מַחְווֹת, p. 488. l. 18. יָשַׁח, ibid. l. ima וַתֵּלְכוּ, p. 489. l. 3. חֵלֶךָ, p. 495. l. 5. שֹׁכְנִי, p. 504. l. 3. ab ima בְּלִיַּעַל, p. 514. l. ima תָּמִישׁ, p. 536. l. 6. וְחָדוּ, p. 554. l. 2. לַעֲשׂת, p. 557. l. 13. ab ima *καί*, p. 560. l. 7. ab ima יְשׁוּעַת, p. 568. l. 12. ab ima שְׁמַעְתִּי, ibid. l. 11. ab ima שִׁמְעֲךָ, p. 578. l. 5. ab ima בְּמִשְׁנַת, p. 607. l. 6. ab ima חָעִים, p. 610. l. 15. יֶאֱכַל, ibid. l. ima נֶחְתַּךְ, p. 654. l. 4. ab ima וַתִּתְהַלַּכְנָה, p. 655. l. 13. מֵאַת, p. 660. l. 3. ab ima שָׁנִים, p. 662. l. 4. רָעַם, p. 682. l. 17. ab ima מָלֵא.

Ultimarum plagularum errores auctor sum lectoribus humanissimis ut ipsi corrigant.

Nuper *Redslobus* (in *Annal. Soc. hist. theol. Lips.* 1839. II. p. 6 sqq.) suam de instrumentis Hebraeorum musicis ad efficiendas certas melodias compositis sententiam exemplo confirmavit sumto e re musica Arabum. Confirmatur eadem sententia ipsius Scripturae loco qui habetur Hab. 3, 19.